BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
8
14 — L
3

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

COMENTARII

# IN III. LIBRVM SENTENTIARVM SVBTILISSMI DOCTORIS IOANNIS DVNS SCOTI;

EIVS QVAE LITERA, PER ARTICVLOS ET CONcluſiones elaboratiſsime elucidata, ad clariſsimum ordinem redacta, vt omnibus ad eam facilis præbeatur aditus.

*Authore Fratre Ioanne de Ouando Caſecerenſi. In Conuentu Salmãticenſi, ſacræ Theologiæ profeſſorẽ per ampliſsimum Fratrem Bonauenturam Calatagironam, totius Ordinis Seraphici Franciſci digniſsimum generalem miniſtrum.*

Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominẽ venientem in hunc mundum. Ioan. 1.

Lapidem quem reprobauerunt ædificantes factus eſt in caput anguli. Pſalm. 117.



Sui eum non receperunt. Ioan. 1.

Delectare in Domino, dabit tibi petitionem cordis tui.
Et educet quaſi lumen iuſtitiam tuam & iudicium tuum tanquam meridiem. Pſalm. 36.

CVM LICENTIA ET PRIVILEGIO.

Valentiæ apud Aluarum Francum.

Anno à Natiuitate Domini 1557.

8.14 L.3

*Galat.* 1. NON ab homine, nec per hominem (ego Ioannes de Ouando Caſecerenſis,) ſed per Ie-
*Iacob.* 1. ſum Chriſtum & Deum Patrem, à quo omne datum optimum, & omne donum perfe-
*Abac.* 3. ctum eſt, ad inuentionem de articulandi Scotum adinueni. Non homini; ſed Deo homi
*Galat.* ni; Deo Ieſu meo, & huic crucifixo; qui dilexit me, & tradidit ſemetipſum pro me, primitias la
*Iſaia.* 44. borum meorum dicabo. Ipſe Alpha & Omega, primus & nouiſſimus, principium & finis, vi-
*Apoc.* 22. uus & fuit mortuus. Morte non prohibitus permanere, ſempiternum habet ſacerdotiũ, ipſi Re
*Apocal.* 1. gi ſæculorum immortali & inuiſibili, qui ſaluare imperpetuum poteſt, ſemper viuens ad in-
*Hebræ.* 7. terpellandum pro nobis, honor & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.
1. *Timo.* 1.

Eccle. 4. *Contemplatus ſum, omnes labores hominum & induſtrias animaduerti, patere inſidiis proximi. Eſto mihi*
Pſal. 30. *in Deum protectorem, & in domum refugij. Cuſtodi me vt pupillam oculi, ſub vmbra alarum tuarum pro*
Pſal. 16. *tege me.*

# APPROBATIO.

EGO *Petrus Ioannes Aſſenſius S. T. D. Ex mandato & Commiſſione Don Ioannis de Ribera Dei & Apoſtolicæ ſedis gratia Patriarchæ Antiocheni, & Archiepiſcopi Valentini, de Conſilio ſuæ Maieſtatis, &c. Vidi & diligenter perlegi hunc librũ qui inſcribitur Commentarij in tertium librũ Sententiarum Ioannis Duns Scoti Doctoris ſubtiliſſimi, vbi eius litera ad ſummam claritatem reducitur. Authore Fratre Ioanne de Ouando, Ordinis Minorum Regularis obſeruantiæ, Prouinciæ ſancti Iacobi, lectore Salmanticenſi, & nihil in eo reperi quod doctrinæ vel pietati Chriſtianæ repugnaret. Quin potius ſummam eruditionem, maximum ingenij ſplendorem, variam ac multiplicem omnium doctorum lectionem, innumera diuinarum literarum, Sacrorum Cõciliorum, ac ſanctorum patrum teſtimonia mirabiliter interpretata, & ita dignum cenſeo vt in lucem prodeat, in communem omnium Theologorum vtilitatem & prouentum, id circo præſentibus propria manu ſubſcripſi die 25. menſis Nouembris. Anno ab orbe redempto 1596.*

Petrus Ioannes Aſſenſius.

IO

# LO REY. E PER SA MAGESTAT

DON Iaume Ferrer Caualler, Cõſeller de ſa Mageſtat, Portant veus de General, Gouernador y Regent la Llochtinencia y Capitania generals en la preſent ciutat y regne de Valẽcia. Per quant per frare Ioã de Ouando del orde dels menors de la regular obſeruancia, nos es eſtat humilment ſupplicat ſos de noſtra merce donar, e concedirli llicencia e facultat de poder fer imprimir vn llibre intitulat, Commentarij in tertium librum Sententiarũ Ioãnis Duns Scoti Doctoris ſubtiliſsimi vbi eius litera ad ſummam claritatem reducitur. Authore Fratre Ioanne de Ouando, ordinis minimorum regularis obſeruantiæ, Prouinciæ ſancti Iacobi, lectore Salmanticenſi. E nos attes que la dita obra es vtil y profitoſa, y que pera dit effecte te llicencia del Ordinari, o hauem tengut per be. Per ço per thenor de la preſent expreſſament y de certa ſciencia, e per la Real auctoritat de que vſam, donam, concedim, y otorgam dita llicencia permis e facultat al dit frare Ioan de Ouando, pera que aquell, o altra perſona tenint ſon poder y orde per temps empero de deu anys, y no altre algu puga fer imprimir lo dit llibre ſens encorriment de pena alguna, y los que lo contrari faran, encorreguen en pena de perdre los tals llibres, y de cent florins de or de Arago als Cofrens Reals applicadors. Diem per ço, e manã a vniuerſos y ſengles officials y ſubdits de ſa Mageſtat dins lo dit preſent Regne, que la dita e preſent noſtra e Real llicẽcia en la forma ſobredita, y per lo dit temps de la data de la preſent en auant comptador, guarden y obſeruen, ſi la gracia de ſa Mageſtat tenen cara, y en les deſusdites penes, e o pena de cinch cents florins de or de Arago als Reals Cofrens applicadors deſijen no encorrer. Dat. en Valencia a 29. dies del mes de Nohembre. Any M. D. noranta ſis.

Don Iayme Ferrer.

*V. Nuñez R.*　　　　*V. Banyatos Fiſc. Aduoc.*

Franciſcus Paulus Alreus.

In diuerſorum lxxv.
Fol. clxxviij.

AD

Pruo.8. *SAPIENTIA clamitat, palàm docens in Tēplo, & ſynogagis dat vocem ſuam. Scrutamini ſcri*
Ioan. 18. *pturas, ipſa ſunt, quæ teſtimonium perhibent de me. Omnis enim ſcriptura diuinitus inſpirata, vti-*
Ioan. 5. *lis eſt ad docendum, ad arguendum. Ego Ioannes de Ouādo, dolore cordis tactus intrinſecus, ſemper do-*
2.Tim.3. *lui, eo quod Doctoris ſubtilis liber vtilis ad arguendum, difficilis ad docendum, ſit ſignatus ſigillis &*
Gen. 6. *difficultatibus plurimis. Flebam multū, ſaccum conſui ſuper cutem meam, & operui cinere carnem meam, fa-*
Apoc. 5. *cies mea intumuit à fletu, & palpebræ meæ caligauerunt. Quia non eſt inuentus vir, qui ſolueret tot ſignacu-*
Iob.16. *la eius. Vox turturis in religione noſtra audita eſt, vox Rachaelis plorantis filios ſuos, & nolentis conſolari ſu-*
Cant.2. *per eis, quia non ſunt praua indirecta, aſpera in vias planas. In Sybilo auræ tenuis, ubi Dominus dicens. Ne ele-*
Hier. 31. *neris, dabo tibi os & ſapientiam, ac ſomnij Scoti interpretationem. Acceſsi ad poſtes oſtij ſapientiæ, ab eo qui dat*
Iſai. 40. *omnibus affluenter, in fide nihil heſitans petiui confidenter, vt oſtēderet quid me oporteret facere. Ipſe reuelat*
3.Reg.19 *profunda, & abſcondita, & nouit in tenebris conſtituta. Dat ſapientiam ſapientibus, & ſcientiam intelligenti*
Luc. 21. *bus diſciplinam. Oſtendit mihi Dominus diffuſa cōfuſa colligere, recto ordine ac ſerie diſponere, vt collecta poſ-*
Prou.8. *ſem exponere, litera Scoti in ſe integra ac inuariata manente v. g. Diſt. 1. Quæſt. 1. tres erant art. in fine ter-*
Iacob. 1. *tij, graue quodam dubiū, quod integrum inſtitui articulum, quia argumentum in principio, corpus in medio, ſo-*
Dan. 2. *lutionem argumenti in fine habebat. Argumenta vero octo quæ in principio totius diſt. erant, ſingula ſingulis,*
*prout correſpondebāt, art. adaptaui, ſolutiones argumentorū, inter articulum & articulū, conſequēter ad pro*
*prium articulum, apponendo. Secunda quæſtione eiuſdem diſt. diuiſione bimēbri de duplici termino vnionis, diffi*
*cultatem abſoluebat. Quia ſecundo membro diſtinctionis, prægrandem ac ſubtilem difficultatem, ingenij Scoti*
*dignam, ſcitu neceſſariam, putà an detur communis Dei ſubſiſtentia, tangebat: diſtinctum inſtitui articulum.*
*Argumenta ſed contra primi articuli præmittens, ac iterum repetens, quia veritatem primi articuli proban-*
*do, huius ſecundi, manifeſte impugnabant. Solutio vero horum argumentorum, quæ cum ſolutione argumento-*
*rum principalium, & argumentorum Varronis, literam confuſam, ac faſtidioſam reddebat, conuenienti loco,*
*hoc articulo diſpoſita, pulchritudinem cauſauit: in confuſo enim ordine, pulchrum poteſt eſſe nihil. Ex quodam*
*argumento, (quod maxime notandum eſt.) contra ſecundum membrum diuiſionis, integrum inſtitui articulū.*
*Hæc quæ ego dico tibi, intellectum introducunt ad cætera. Vt conferendo cum originalibus antiquis; inuenias, nō*
Ex Ariſt. *literam Scoti fuiſſe variatam, ſed literæ ordinem cum fructu claritatis, prout expediebat, fuiſſe mutatum. Si*
Scot.hic *contemnunt ingenium, deſpiciunt laborem, quod reliquum eſt, grauiori proſequantur ſtylo, clariori tradant me-*
Diſt.23. *thodo. Nobilius eſt parum attingere de nobilioribus obiectis, quam multa de aliis. Sunt quidam, in quos fines ſæ*
Iudæ. *culorum deuenerunt, ſeipſos amantes, ſemetipſos placentes, nubes ſine aqua, quæ à ventis circunferuntur, ar-*
2.Cor.10 *bores autumnales. Hi quæcunq; ignorant blaſphemant: quæcunq; autem naturaliter norunt commendant. Non*
Prou.27. *enim qui ſeipſum commendat, ille probatus eſt. Sed quem Deus commendat. Laudet te alienus, & nō os tuum. Si*
Ex Hie- *fiſcellam iunco texerem, aut palmarum folia complicarem, vt in ſudore vultus mei comederem panem meum,*
ronymo *& ventris opus ſolicita mente pertractarem, morderet nullus, reprehenderet nemo: nunc autē quia iuxta ſen-*
Prol. in *tentiam Saluatoris ſcrutando ſcripturas, quæ de Chriſto teſtimoniū perhibent, volui operari cibum, qui non pe-*
Iob. *rit, factus ſum in deriſum tota die, omnes ſubſanant me, quia olim loquor vociferans adere in lucem, opus quod*
Hier. 20. *futurum in lucem promittebam. Inſultant mihi, quia non prius ſedens computans ſumptus, cœpi ædificare, non*
Luc. 14. *potui conſumare. Si Rex eſſem & ſumptus haberem, culpæ eſſem obnoxius Sed vnde ad magnum opus conficien-*
Gene. 2. *dum, prælo q; mandanti ſumptus? vbi dictanti notarius, laboranti denarius, Propheta merces, Laſſo requies, Soli*
Eccle. 4. *adiutorium? Non eſt bonum homini eſſe ſolum. Væ ſoli, quia ſi ceciderit non habet ſubleuantem ſe. Vnus vie, ſo-*
Eccle.12. *lus vir. Deficiunt Chromatij, deſunt Paulini, aut quia refrigeſcit charitas, aut quia docti & indocti ſcribimus*
Eccle. 1. *poemata paſsim. Et faciendi plures libros, nullus eſt finis. Nimirum. Quia ſtultorum infinitus eſt numerus, qui*
Sap. 7. *nec pluribus & nouis, qui placent, docentur libris. (Quid ſi pauci? Ignorantiæ caligo, totum obſcuraret orbem.)*
2.Cor.11. *Et quia infinitus eſt theſaurus ſapientiæ, qui nec pluribus ex hauritur libris. O prodigium; o veſtigium, infinita*
Iob.28. *ſapientia Dei, qui in libro finito, legis, Prophetarum, & Euangelij, infinitos libros fecit contineri. In inſipentia*
Prou.30. *dico, audeo & ego. Vt minus ſapiens dico; plus ego. Nouum librum condere decreui, quia ambulauimus viam nō*
Iob.16. *bonam, ſemitam non tritam. Semitam ignorauit auis, nec intuitus eſt eam oculus vulturis. Viam aquilæ in cæ-*
Sap. 8. *lo, viam colubri ſuper terram, viam nauis in medio mari, quæ veſtigium calcantis nō recipit, ambulauerunt an-*
1.Cor.12. *tiqui patres noſtri, qui literam Scoti facilem, nunquam nobis reddidere. Ecce enim breues anni tranſeunt (ge-*
Iſai.30. *mebundus dicat Schotiſta) & ſemitam per quam nō reuertar ambulo. O viri diligite ſapientiā. Ad vos clami*
Act.15. *to. Ecce excellentiorem viam vobis demonſtro Hæc eſt via ambulate in ea. Quid tentatis Deum, (lectores) impo*
Pſal. 114. *nere iugum ſuper ceruices diſcipulorum, quod nec nos nec patres noſtri, portare potuimus? Recuſas terram pro-*
Exod. *miſsionis ingredi, elige tibi ducem, reuerterę in Ægyptum, domum ſeruitutis, populum barbarū. Nauſeat ani*
Pſal.49. *ma tua ſuper cibo iſto leuiſsimo, mel de petra, oleum de ſaxo duriſsimo mirabiliter manantem faſtidis, guſta ollas*
Thimo. *crudas, comede carnes indigeſtas. Si eſuriero nō dicam tibi. Meus cibus eſt, ſanam ac claram doctrinam ſuſti-*
Hiere. 2. *nere. Relinquere vis fontem aquæ viuæ, fodi ciſternas diſsipatas. Quare antiqua exēplaria; & ex confuſo & tur*
1.Cor. 11. *bato fonte, turbidam, cenoſam ac luctuoſam bibe aquam, quæ corpus ex tenuat, ventrē inflat, ac turgidum red-*
*dit. Si cōtrectare fugis lilium, quod pulchritudine viſum, ſuauitate tactum delectat, ſpreta roſa, calca tribulos,*
*manuq; fortiter compreſſa, cōprehende ſpinas, quæ pungunt. Ego quod accepi à Domino tradidi vobis. Tibi Deus*
Dan. 2. *patrū noſtrorum confiteor, teq; laudo, quia ſapientiam & fortitudinem dediſti mihi. Cor meum non diuiſi, nec*
*inter medios principum præcibus, à Regibus cathredam honoris quæſiui: ideo non Regibus, non principibus, non*
*Magnatibus, non Ducibus, non Marchionibus, non Comitibus, aut quibuſlibet aliis illuſtribus, paruum hoc opus*
*meum dicaui. Sed Deo Ieſu meo, qui magnus cum ſit, parua non deſpicit. Altus cum ſit, humilia reſpicit. Diues*
*cum ſit, denarium viduæ recipit. Suſcepite parua, & quæq; reſeruaui, tradam magna.* *Vale.*

# INCIPIT SCRIPTVM TERTIVM OXONIENSE SVPER TERTIO SENTENTIARVM, EDITVM A FRATRE Ioanne Duns Scoto ordinis Fratrum Minorum Doctore ſubtiliſsimo, & omnium Theologorum principe.

## CVM VENIT IGITVR PLENITVDO TEMPORIS.

## DISTINCTIO PRIMA.

*Super diſtinctionis 1. quaeſt. 1. art. 1.*

Auctor in litera ſex conſtituit concluſiones. Primam quã vt de fide ſuppouit, non hic ſed diſcurſu atque breuiſsimo probat enthimemate. Incarnatio non repugnat ex parte perſonæ, nec ex parte naturæ, ergo eſt poſsibilis. Quod non repugnet ex parte diuinæ perſonæ probat art. 2. Quod non ex parte naturæ probat art. 3. Ergo vtrumque manifeſtatur ſimul; & quod vnio ſit poſsibilis, & quod Autor nõ procedat diminute omittendo probationẽ primæ concluſionis quam omittere videbatur.

*Quaeſtiones totius diſt.*

Secunda concluſio. Vnio eſt relatio: hanc probat ſic. Quocunque abſoluto intellecto in quolibet extremo, nõ intelligitur ratio vnionis. ergo vnio dicit relationem, tenet conſequentia, quia omne ens, aut eſt abſolutum aut relatiuum, Ergo ſi quocunque abſoluto intellecto non intelligitur ratio vnionis, ſequitur quod vnio ſit relatio. Antecedens probatur, quia nihil dicitur vnitum ſibi.

Tertia cõcluſio. Iſta relatio non eſt æquiparantiæ. Probatur, nõ eſt communis, & eiuſdem rationis in vtroque extremo, ergo non eſt equiparantiæ, ſed diſquiparantię conſequentia eſt nota, antecedens probatur, perſona aſſumens nullam habet relationem realẽ ad naturam aſſumptã ex 30. diſtinctione. 1. Natura autem aſſumpta dicit relationẽ realem ad perſonam aſſumentem, ergo relatio non eſt eiuſdem rationis in vtroque extremo, & per conſequens non eſt equiparantiæ, quia ad relationem æquiparantiæ, qualis eſt relatio ſimilitudinis requiritur quod in vtroque extremo ſit realis. Minor probatur, quia alias vnio humanitatis ad Verbũ non eſſet realis a parte rei, ſed per operationem intellectus. Concluſio eſt ſub ſe C.

POST quã Magiſter, in primo libro, determinauit de Deo quantum ad rationem ſuę naturalis perfectionis, & in ſecundo libro determinauit de ipſo Deo in quantũ eius perfectio relucet in operibus creationis. In hoc tertio determinat de Deo in quantum eius perfectio relucet in operibus reſtaurationis.

Et circa primam diſtinctionẽ huius quæruntur quinque.

Primo vtrum poſsibile fuerit naturã humanã vniri verbo in vnitate ſuppoſiti.

Secundo. Vtrum tres perſonæ poſsint aſſumere eandem naturã numero.

Tertio Vtrũ vna perſona poſsit aſſumere plures naturas.

Quarto Vtrum ſuppoſitum creatum poſſit ſuſtentificare hypoſtatice aliam naturam creatam.

Quinto Vtrum formalis ratio terminandi iſtam vnionem ſit proprietas relatiua.

¶ Circa primũ quæruntur quatuor.

Primo, Vtrum vnio ſit poſsibilis.

Secundo, Vtrum iſta vnio repugnet ex parte perſonę aſſumẽtis.

Tertio, Vtrum repugnet ex parte naturæ aſſumptæ.

Quarto, Vtrũ aliqua entitas abſoluta noua ſit proprium fundamentum huius relationis nouæ.

### ARTICVLVS I.

*Vtrum vnio ſit poſsibilis*

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quod nõ ſit poſsibilis. Actus purus & finitus non eſt ali-

*Additio articulorum.*

4. Concluſio. Iſta relatio nõ eſt ordinis cauſati ad cauſam, quia relatio cauſati ad cauſam eſt communis toti Trinitati, ſed hæc relatio eſt propria Verbi, ergo non eſt cauſati ad cauſam. Neque cauſati poſterioris ad cauſatum prius, quia quando eſt talis ordo, requiritur quod primũ cauſatũ, ſit cauſa ſecundi, & ſecundum, ſit cauſa tertii, ſed Verbum nullo modo eſt cauſatum à prima cauſa, ergo inter ipſũ & humanitatẽ nõ eſt ordo cauſati poſterioris ad cauſatũ prius.

Vnde in 5. Concluſione infert quod ſit alterius rationis, ſed nõ explicat, quæ ſit iſta ratio. explicat tamen art. 4. Ad argumentum, dicens eſſe relationem extrinſecus aduenientem.

Sexta Concluſio. Hæc vnio aſsimilatur vnioni ſubiecti & accidentis, Ante concluſionem præmittit

 eſſe

eſſe difficila videre aliquam vnionem ſimilem. Poſtea probat ſimilitudinem abſtrahendo a diſsimilitudine & imperfectione. Ad quod notandum quod accidens poteſt conſiderari dupliciter. Primo vt informat ſubiectum. Secundo conſiderari poteſt vt quid poſterius: pendens a ſubiecto tanquam a priori, ſed non pendet ab illo vt a cauſa efficienti, ſed vt a termino cui vnitur, & in quo ſuſtentatur, quod ſolū dicit cauſalitatem materialem.

Prima conſideratio includit imperfectionē quia ſubiectum informatur ab accidenti, in formari eſt eſſe in potentia ad perfectionem qua caret ideo eſt imperfectio.

Secunda conſideratio nullam dicit imperfectionem in ſubiecto, ſed tantum quandam prioritatem. Eſt enim ſubſtantia, prior accidente, natura & perfectione, ideo accidens pendet a ſubiecto.

Iuxta primam conſiderationem, nulla eſt ſimilitudo, nam illa prima habitudo accidentis ad ſubiectum, eſt cum imperfectione informationis, quæ non reperitur in hac vnione, quia natura humana non informat verbū nec Verbum eſt in potentia ad aliquid recipiendum ab humanitate vel ab aliqua alia creatura.

cui componibilis vt probatum eſt lib. 1. d. 8. q. 1. Verbum eſt talis actus: ergo non eſt cōponibile.

¶ 2 Inter vnibilia eſt aliqua proportio. Finiti, ad infinitum nulla eſt proportio: verbum eſt infinitū, nature humana, eſt finita: ergo non ſunt vnibilia.

¶ 3 Contraria non poſſunt ſimul eſſe, propter eorum repugnantiā, natura creata & increata plus repugnant ſibi inuicē, quam cōtraria: quia contraria ſunt in eodem genere, non ſic natura creata & increata: ergo, &c. Prima propoſitio probatur per Philoſophum 4. Metaphyſicæ vbi arguit, quod ſi contraria eſſent ſimul in eodem & cōtradictoria eſſent ſimul vera.

*Expoſtio art.*

Conſiderando ſecundam habitudinem accidēti ad ſubiectum, maxima eſt ſimilitudo inter iſtam & illam vnionem, quia ſicut accidens pendet, a ſubiecto ſic natura humana tanquam quid poſterius pendet a verbo vt a ſuo priori: non in aliquo genere cauſæ efficientis, ſed pēdet vt a termino cui vnitur, nam omnis efficientia perſonæ eſt a natura diuina, que eſt communis tribus. ſed humanitas vnitur Verbo ſecundum propriam perſonalitatem verbi ergo nō eſt genus cauſæ efficientis Inealce art. inquit quod primus per ſe terminus huius vnionis eſt perſona non natura de quo queſt. 2. & quinta, ideo hāc propoſitionem non numerauimus in numero concluſionum huius art. Commendādus eſt ordo & ingenium Autoris, qui omnem diffi. ultatem, quæ eſſe poteſt in hoc myſterio, variis & diſtinctis articulis diſſoluit & declarat. Difficultas enim huius myſterij eſſe poteſt ex parte naturę, aut ex parte perſonę. Ex parte perſonæ dupliciter. Primo indiſtincte agendo de quacumq; perſona, ſiue vna ſola vniatur ſiue omnes, nam non videtur quod Deus poſsit vniri creaturæ, & hoc abſoluit in primo art. Secundo dato quod Deus poſſet vniri creaturæ videtur quod debeant vniri omnes perſonæ quia cū ſint vnum in eſſentia. non videtur poſſe vniri vna ſine alia, & hoc diſſoluit art. 2. Ex parte humanæ naturæ eſt difficultas quomodo poſsit aſſumi integra natura, non aſſumpta propria perſonalitate. & de hoc agit art. 3. Erant in principio quæſtionis varia argumenta. quorum non nulla primo, nonnulla ſecundo, quintum tertio, correſpondebant art. Ego ſtngula, ſingulis articulis adaptaui.

¶ 4 Incarnare eſt agere, ergo incarnari eſt pati, Verbum diuinum non patitur: ergo non incarnatur: Probatio conſequētiæ, quia omni actioni correſpondet aliqua propria paſsio. Et ſi negetur hoc propter inſtantiam de amare & amari, ergo eodem modo de vnire, & vniri, non valet inſtantia: quia illa eſt actio immanēs cui non correſpōdet paſsio aliqua in obiecto: ſed incarnare eſt actio tranſiens in obiectum extra: igitur ſibi correſpondebit paſsio aliqua.

*Cetera argumenta articulis ſequentibus.*

Sed contra Ioan. 1. Verbum caro factū eſt, vbi caro pro homine ſumitur ſecundū Aug. in Enchirid. c. 33. & 4. de Tri. c. 21. & ſuper Ioan.

*Annot.*

Circa iſtum art. notandum quod intendēs oſtendere poſsibilitatē vnionis & videns non eſſe rationem ad id probandum propter altitudinem myſterii confugiens ad fidem inquit.

Suppoņendo partem affirmatiuam tanquam articulum fidei querendum eſt quid ſit iſta vnio. Vbi primo a notioribus & communioribus incipiens inquit, Vnio non dicit aliquid abſolutum, quia quocunq; abſoluto intellectó, &c.

Et negatiua infert affirmatiuam, ergo eſt relatio, tenet conſequētia a diuiſione bimembri, ad deſtructione vnius membri. Conſtitit in genere incōmuni in particulari docet quod nō ſit relatio rationis ſed realis, non æquiparantiæ ſed diſqui parantiæ. Et quia relatio diſqui parantiæ qualis eſt inter patrem & filium creatorem & creaturam, ſolet eſſe cauſati ad cauſam concluſione quarta inquit Non eſt cauſati ad cauſam. Quæ ſit autē propria ratio iſtius vnionis, non explicat diſtincte, Nec mirum quia ſicut hoc myſterium in ſe eſt ſingulare, ita non eſt communis vox quæ poſsit diſtincte explicari: Poſſumus autem dicere quod eſt relatio perſonalis vnionis quæ vnio cum iuxta Autorem art 4. ſit relatio extrinſecus ad veniens, poni debet in prædicamento relationis reductiue, quia imperfectum ad perfectū reducitur

reducitur, de quo Art. 4. Quia vero a creatura mundi inuiſibilia Dei conſpiciuntur Rom. 1. in calce art. adducit ſimilitudinem. Vt ſenſus phantaſiæ tardus intellectus minus ter ſenſatas accipiat ſpecies quibus fide ſuppoſita poſſit intellectus aliqualiter percipere modum vnionis.

*Num incarnatio ſit poſſibilis.*

A ¶ Supponendo partem affirmatiuam tanquam articulum fidei principalem inter illa, quæ reſpiciũt temporalia, ad intelligendum iſtam poſſibilitatem, primo videndum eſt, qui debet intelligi per vnionem perſonalem.

Quæſtio habet ſedẽ apud Autorem concluſione ptima. Pro parte negatiua arguitur: actus purus & infinitus non eſt alicui componibilis ergo non eſt vnibilis tenet conſequentia quia vnio denotat compoſitionem. Antecedens probatur: omnia componibile poteſt eſſe pars alicuius totius compoſiti, omnis pars poteſt excedi, infinitum non poteſt excedi, ergo Deus nõ eſt alicui componibilis, nec vnibile.

2 Finiti ad infinitum nulla eſt proportio ergo finitũ non poteſt vniri cum infinito, tenet conſequẽtia quia inter vnibilia debet eſſe proportio. Sed Deꝰ eſt infinitus ergo non poteſt vniri creaturæ finitæ.

3 Contraria non poſſunt vniri ergo nec natura creata & increata, tenet conſequentia, quia natura creata & increata plus repugnant quam contraria, nam contraria ſunt ſub eodem genere: non ſic natura creata & increata, quæ differunt genere. Antecedens probatur quia contraria maxime repugnãt, ideo inquit Ariſt. 4. Metaph. text. com. 9. quod ſi contraria eſſent ſimul in eodem, contradictoria eſſẽt vera.

4 Verbum diuinũm non patitur ergo non incarnatur, antecedens eſt manifeſtum conſequentiam probo. Incarnare eſt agere, ergo incarnari eſt pati, tenet conſequentia quia omni actioni correſpondet aliqua paſſio.

5 Quod alicui vnitur terminatur, Deus eſt interminabilis, igitur non eſt alicui vnibilis.

6 Quod eſt vnibile & non vnibile, eſt potentiale & imperfectum, quod Deo repugnat, ergo nun poteſt eſſe vnio.

7 Natura ſpiritualis non videtur poſſe vniri corporali, niſi per modum formæ, vt anima corpori. Vel per modum mouentis, ſicut Angelus vnitur orbi: Deus non poteſt vniri vt forma, nec vt mouens, ergo nullo modo poteſt vniri.

8 Ex pluribus entibus in actu non poteſt fieri vnũ perſe, ergo ex humanitate & deitate nõ conſtituitur Vna perſona perſe ſubſiſtens in duabus naturis, cõſequenter hæc vnio eſt impoſſibilis.

9 Ex hæc poſitione ſequuntur contradictoria ſcilicet quod Deus ſit mortalis & immortalis, ergo hæc vnio repugnat. Reliqua quæ adduci poſſent ad reliquos articulos & diſtinctiones pertinent.

*Alex.* Quæſtio quam Alexander 3. p. quæſt. 2. m. 2. doctores & Scotus hic & quot 19. n diſputant, poſſibilitatem incarnationis quærit. Vbi non eſt ſermo de potentia reali, quæ eſt principium agendi, quia certum eſt hanc eſſe in Deo, cui non eſt impoſſibile omne verbum: Nec eſt ſermo de potentia diſtincta contra actum quia ſic certum eſt, Deum eſſe puriſſimum actum, & humanam naturam prioritate quadam, eſſe aliquid ante quam vniatur, quia vnio eſt relatio inter extrema quæ ſunt in actu: Nec eſt ſermo de potentia phyſica, quæ eſt ſubiectum tranſmutationis ex quo aliquid fit cum in ſit. Sed eſt ſermo de potentia logica, an ſit repugnantia quod Deus vniatur creaturæ perſonaliter: Videndus eſt Scotus in 3. D. 7. §. ad quæſtionem vbi agit de his modis potentialitatis ſupponendum quoque cum Durand hac D quæſt. 1. art. 2. quod per incarnationem nihil aliud intelligimus niſi vnionem naturæ humanæ cum diuina ita quod humana natura *Dur.* non exiſtat in proprio ſuppoſito, ſed in diuino, ideo nomine incarnationis non intelligimus ſolum vnionem carnis cum Deo, ſed vnionem humanæ naturæ cum diuina. Conſequenter ſequitur. (vt. dedicit Caietanus 3. p. q. 2. art. 1) quod incarnatio plus ſignificat quam exprimit: clare enim & diſtincte ſolum videtur exprimere carnem aſſumere, includit autem hominem fieri ſecundum carnem. Colligitur ex Aug. argumento ſed contra. Conſonat cum illo Geneſ. 5. Non permanebit ſpiritus meus in homine, quia caro eſt. Geneſ. 6. Omnis quippe caro *Geneſ.* corruperat viam ſuam. Rom. 3. Non iuſtificabitur ex operibus legis omnis caro. Habet fundamentum in Phyſica, nam caro non generatur niſi in corpore *Rom. 3.* viuenti vita ſenſitiua: viuentis autem immediatum alimentum ſanguis eſt. Vnde Leuit. 17. dicitur: Anima omnis carnis in ſanguine eſt. *Leuit.* Hoc adeo verum eſt, quod animalia ſãguine impuro nutrita vt piſces, non dicontur caro proprie & communiter, ideo large ſumendum videtur quod 1. Corint. 15. inquit Apoſt. Alia caro hominum, alia piſcium. Ergo cum Ioan. 1. dicitur. Verbum caro factum eſt, de carne viua & vera accipiendum eſt. Et ne eſſet tibi occaſio ex cogitandi quod ſolum viuat vita ſenſitiua, lege quod ſubiunctum eſt. Habitauit in nobis. Ideſt fuit homo politice viuens ſicut nos. Manifeſtatur amplius ibi. Vidimus gloriam eius. Vbi denotatur quod ſit intellectualis naturæ, capax gloriæ. Ex hoc manifeſte ſequitur quomodo nomen incarnatio optime declaret hoc myſterium. Precipuum fundamentum eſt autoritas Ioan. & Aug. ratioque adducta. Hinc Theologi vti ceperunt hac voce: Hieron. Marc 1. explicans illa verba. Cuius non ſum dignus corrigiam *Hieron.* calcamenti ſoluere. Ambroſ. libro 3 de Spiritus ſancto. c 12. Et opuſculo de ſacramento dominicæ incarnationis. Aug 10. de ciuitate Dei c. 24. Cyprianus *Aug.* 2. contra Iudæos c. 2. Lactant libro 4. capit. 21. Eccleſia in ſymbolo. Et incarnatus eſt de ſpiritu ſancto. Rationẽ adducit Cic. 1. Academicarũ quæſtionũ *Cyprian.* libro 2. de finibus dicens, ſemper lice t nouis ad inuẽtis rebus noua ad inuenire vocabula quę ad eas ſignificandas ordinãtur. Ergo ſi res eſt noua nunquam nominata, licitum erit nouam excogitare vocem Hac ratione in Concilio Niceno inuenta eſt illa vox homo vſiõ ad explicandũ quomodo Pater Filius & Spiritus ſanctus ſint eiuſdem ſubſtantiæ. Et in concilio Epheſino audita eſt illa vox Theotocon, ideſt deipara, & in Concilio Lateranenſi ad explicandum conuerſionem panis in corpus Chriſti, inuenta eſt illa vox tranſubſtantiatio. Sic ad explicandam veritatem naturæ aſſumptæ, inuenta eſt hæc vox incarnatio, quæ magis quam hec vox in corporatio de-

declarat hoc myſterium, quia multa ſunt corpora quæ non ſunt partes naturę viuentis. Similiter congruentius dicitur incarnatio quam animatio, nam animatio denotat ſolam vnionem cum anima a materia abſtracta quod eſt contra veritatem huius myſterij: caro vero denotat carnem animatam, & incarnatio, vnionē ad carnē animatam. Si autem aſſumpſit, quod minus aſſumptibile videbatur, puta carnem, a fortiori quod magis aſſumptibile erat puta animam. Conſtat enim inter ſapientes infidelitatis errore non excecatos, quod Deus non poteſt eſſe loco animæ informantis, quia hoc imperfectionis eſt. Ergo caro illa quam aſſumpſit animata erat. Contra Apollinarem dicentem quod aſſumpſit carnē ſine anima notanda ſunt verba Aug. libro 83. quæſtio-
Aug. num quæſt. 80. contra Apollinar iſtas, vbi docens quod fuerit caro animata anima rationali inquit. Niſi belluam quandam cum figura humani corporis ſuſcepiſſe credatur. Et ſubdit. Quibus reſpondēdum eſt ſic illud eſſe in Euāgelio (Verbum caro factum eſt) poſitum quia vſque ad viſibilem carnem aſſumptio illa humanæ naturæ a Domino facta eſt.

2 Concluſio. Incarnatio eſt poſsibilis, hæc eſt prima in Authore. Probat argumento ſed contra ex illo Ioan. 1. Verbum caro factum eſt. Hinc colligitur argumentum. Eſt caro factum, ergo incarnatio eſt poſsibilis tenet conſequentia de facto ad poſsibile. Docet Paul ad Galat. 4. Quando venit plenitudo temporis miſsit Deus filium ſuum factum ex muliere, factum ſub lege. Rom. 1. vbi loquens de Chri-
Galat. 4. ſto inquit. Qui factus eſt ei ex ſemine Dauid ſecundum carnem. Ad Philip. 2. Qui cum in forma Dei eſſet non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo, ſed ſemetipſum exinaniuit formam ſerui accipiens, in ſimilitudinem hominum factus, habitu inuentus vt homo. Habetur veritas in Cōcilio Niceno. Et incarnatus eſt de Spiritu ſancto. Probatur ſiue ſuadetur ratione Authoris. Non repugnat ex parte perſonæ vt patet art. 2. Nec ex parte naturæ, vt patet art. 3. ergo eſt poſsibilis.

3 Cōcluſio. Modus incarnationis fuit quòd in illo inſtāti in quo natura humana erat in ſe perſonāda, fuit aſsūpta a Verbo. Probatur nomine incarnationis intelligunt doctores vnionem naturæ humanæ cum Verbo. igitur ſi in illo inſtanti, in quo erat in ſe perſonanda non eſſet aſſumpta a verbo; ſequeretur vel quod in ſe eſſet perſonata per aliquod inſtans, vel quod nunquam eſſet perſonata, quorum vtrunque eſt contra fidem.

Ad primum argumentum dico quod id quod eſt componibile eſt pars, & dicit imperfectionem. Non autem omne vnibile cum alio neceſſario eſt pars dicens imperfectionem, ideo ſine imperfectione potuit Verbum vniri humanæ naturæ. De compoſitione agendum diſt. 6. q. 3. Nota quod poſt ſolutionem inquit Author. Et cum additur (ſcilicet in 1. D. 8. q. 1. in fine corporis) quod infinito non poteſt fieri additio. Intelligendum eſt de additione perfectionis. Quia Deus eminenter continet perfectionem omnium creaturarum; alias non produceret illas. Ergo quamuis creatura Deo vniatur, non poteſt illi addere perfectionem. Cum vero Deus non contineat creaturas formaliter ſecundum eſſe exiſtentiæ, bene poteſt fieri vnio & additio.

Ad 2. Dico quod proportio iuxta nominis etymologiam idem eſt quod partium, ſeu portionum Soto.
habitudo; ita Boetius quem adducit Soto. 7. Phiſicorum q. 2. digreſsione de proportionibus. Nihil autem habet proprie partes niſi quantitas. Cum quantitates ſunt æquales, ſatis conſtat habitudo & proportio. Cum ſunt inæquales, adhuc eſt habitudo, quia repetita parua quantitas adęquat magnam quantitatem. Omnia iſta transferuntur ad ea quæ non ſunt quanta quantitate molis ſed virtutis. Sic dicimus quod accidentis ad ſubſtantiam nulla eſt proportio ſecundum eſſe entitatiuum, quia quantūcunque augeatur perfectio accidentis non habebit perfectionem ſubſtantiæ, ſicut binarius adæquare poteſt quaternarium, quia eſt inter illos habitudo dimidij ad duplum. Per hunc modum dicimus, quod creaturæ ad Deum, finiti ad infinitum, non eſt proportio in eſſe entitatiuo, quia quantūcunque augeatur perfectio creaturæ non adęquat virtutem creatoris. Denique non ſolum eſt proportio quantitatis ad quantitatem, entitatis ad entitatem. Sed eſt proportio actiui ad paſsiuū, nā ignis non cōburit cælum, ſed ſtupā & ſtupā non cōburit aqua, ſed ignis. Ergo non quodlibet agit in quodlibet, ſed determinatum in determinatum, inter quę eſt proportio actiui ad paſsiuum. Ad hunc modum dicendum quod inter Deum & creatorem, quamuis non ſit proportio entitatiua, eſt tamen cognoſcibilitatis, quia Deus cognoſci poteſt ab intellectu creato eleuato lumine gloriæ non autem cognoſci poteſt a lapide, ideo nulla inter Deum & lapidem eſt proportio. Similiter inter Deum & humanam naturam eſt proportio aſſumptionis & vnionis. Legendus eſt Author. in 4. D. 49. q. 11. litera C, Vbi habentur iſtæ proportiones. Inter Verbum & humanitatem, non eſt proportio actiui ad paſsiuum, quia hæc negatur concluſione 4. ſed ad modum paſsiui & actiui, natura humana ſe habet vt paſsiue recipiens Verbum vt actiue dans. Patet ergo obſcuritas ſolutionis, cauſata ex breuitate.

Ad 3. dico. Contraria non eſſe vnibilia, non prouenire ex magna diſtantia; ſed ex repugnantia, ideo quamuis aliqua magis diſtent, dum non repugnent interſe, magis vnibilia ſunt quam quæ magis conueniunt, dummodo repugnent: albedo enim & ſuperficies, differunt genere, & tamen ſunt vnibilia, albedo & nigredo conueniunt genere, & tamē non ſunt vnibilia, ſed mutuo ſe expellunt circa idem ſubiectum.

Ad 4. dico quod incarnationi actioni correſpondet aliqua paſsio quę grāmaticaliter ſignificatur per hoc quod eſt incarnari, realiter debet ſignificari per hoc quod eſt vniri, quia actio Trinitatis conſiſtit in hoc quod vniunt humanitatem verbo, ideo quod eſt paſsionis eſt in humanitate, & tunc nullū eſt inconueniens, de quo latius infra dubio 3. vide Authorem in 4. diſt. 11. q. 2. ad 1. principale. Explicui primā concluſionem Authoris & ſolui argumenta principalia, quę huic art. & concluſioni correſpondebant. Explicabo reliqua, poſt ſolutionem argumentorum quæ appoſui argumentis Authoris & iſte erit legitimus modus interpretandi Authorem.

Ad 5 dico quod id quod vnitur alteri, ob ſui perfectionem i. propter perfectionem alicuius totius, quorum vtrumq; inuenitur in materia quæ forma perficitur, & ad hoc vnitur vt reſultet perfectio totius bene

tius bene eſt terminabilis, non vero id quod vnitur ſine ſui perfectione.

Ad 6. Similiter patet.

Ad 7. Quod eſt 1. in Durando reſpondetur, quod iſte eſt ſpecialis modus vnionis, quem non ſunt aſſecuti Philoſophi, ideo diuiſio illa eſt inſufficiens.

B Et dico quod iſta vnio non dicit per ſe aliquid abſolutum, quia quocunq. abſoluto intellecto in altero extremo, non intelligitur perfecta ratio vnionis, quia vnio nō intelligitur ad ſe. Siue igitur concomitetur abſolutum in vno extremo ſiue in duobus, cum non ſit nihil: ſaltim dicit vnio relationem.

Ad 8. Dico quod ex duobus entibus in actu, non reſultat vna quidditas & natura, quia quælibet natura eſt iam perfecta: bene autem poteſt contingere quod detur vna per ſe perſona ſubſiſtens in duabus naturis, quia vna natura non exiſtit per ſe. ſed in perſona alterius naturæ.

Ad 9. Dico quod ſecundum diuerſas naturas non eſt inconueniens eidem conuenire diuerſa.

*Num vnio ſit relatio.*

Dub. 2. Quæſt. habet ſedem apud Authorem concluſione 2. de qua quæſtione tripliciter poteſt aliquis opinari. Primo quod vnio non ſit aliquid abſolutū aut relatiuum diſtinctum ab extremis vnitis. Secundo quod ſit aliquid diſtinctum non relatiuum ſed abſolutū: quod ſit aliquid diſtinctum nō abſolutum ſed relatiuū. Primo modo opinatur Ioannes maior & Rauioh, ante illos Ioannes Bachon qui fuit ſub Clemente 6. & Carolo 4. 40. annis poſt Scotum. Secundo modo opinatur Gabriel hac d. q. 1. Tertio modo opinatur Scotus.

Quod non ſit relatio probat Bachon, quia ratio cuiuſcunque prædicamenti eſt vna & ſimplex, ſi inter vnita eſſet relatio realis, tunc hæc relatio eſſet duplex, id eſt duplici ratione diceretur relatio vnionis, nempe ad extremū ad quod, & ad extremū in quo.

2 Extrema non ſunt relatiua, ergo vnio non eſt relatio Antecedens probatur, quia quodlibet extremum eſt abſolutum, conſequentiam probo quia quando inter alique eſt relatio, ipſa extrema ſunt relatiua vt Pater & filius.

3 Iſta vnio conſurgit ſine nouo fundamento, ergo non eſt relatio, conſequentia tenet, quia nunquam eſt relatio noua ſine aliquo abſoluto nouo.

Gabriel docet. Irefert quod vnio eſt quid abſolutū & illo mediante humana natura dicitur vnita, quemadmodum mediante charitate tota Trinitas dicitur eſſe in anima, ita mediante aliquo dono humana natura dicitur vnita Verbo. Vnde colligit quod quatuor ſunt requiſita ad rationē vnionis. Primum natura quæ vnitur, Verbum diuinum cui vnitur, intima præſentia, & quoddam donum quo mediante vniuntur, Præter iſta, vnio non eſt aliquid relatiuum quemadmodum dilectio dicit diligentem & rem dilectam, obiectiuam preſentiam & actionem dilectionis, & præter iſta nulla eſt relatio. Sic in vnione Et dicit quod in abbreuiatis ſunt multa argumenta pro hac opinione. Omitto argumenta protam falſa opinione.

Sciendū ergo ex Authore in 4. d. 43 q. e. art. e. quod vnio eſt cōiunctio entis ad ens. Ad actionem coniungēdi vnū cum alio ſequitur quædā relatio qua dicū tur vnita vel qua hoc dicitur vnū cū alio & quod ſit relatio conuincit ratio Authoris, nam nihil dicitur vnitum ſibi ergo quocunq; abſoluto intellecto nō intelligitur ratio vnionis, ergo dicendum eſt quod vnio deſedicit habitudinem & ordinem ad aliud. Huic rationi reſpondet Gabriel dicens quod conceptus correſpondens vnioni non eſt abſolutus ſed reſpectiuus, res autem ſignificata, eſt quid abſolutum quia eſt quædem qualitas. Sed quæſit hæc qualitas & quomodo ſit cōceptus relatiuus niſi ſit vera relatio non appare, nam ſi deſideratur quędā entitas ſuper addita rebus relatis, etiam inter Patrem & filium non inuenitur aliqua quędam entitas in filio diſtincta ab eſſe ſubſtantiali eius, qua mediante dicatur filius, ſed ſolum ex hoc quod eſſe eius eſt acceptum à patre modo vitali per naturalem generationē dicitur filius, ſic ex hoc quod humana natura dicatur vnita Verbo & ſit relatio ad Verbum non requiritur niſi quod pendeat ab illo inexiſtendo Vide expoſitores 5. Tho. 3. p. q. 2. art. 7. vbi dicūt quod vnio accipitur pro actione vnionis & pro relatione quæ conſequitur iſtam actionem.

Ad argumentum primum dico quod illud eſt cōmune omni relationi nempe dicere ad, & eſſe in ideo nullum eſt inconueniens concedere illud nec hoc tollit rationem ſimplicitatis quam dicit relatio.

Ad 2. Dico quod quælibet quātitas ſecundū ſe eſt abſoluta, vt vero vna eſt æqualis alteri ſunt relatiua ſic quodlibet extremum huius vnionis ſecundùm ſe eſt quid abſolutum, vt vniuntur inter ſe dicunt relationem.

Ad Gabrielem dico quod Deus in anima cauſat aliquid abſolutum, & diligens producit amorem, tamen diligens non vnitur cum dilecto niſi per affectum, ideo amor poteſt eſſe qualitas non relatio. Sed hic vere eſt realis vnio ſine aliqua qualitate media, vt videbimus art. 4. ideo eſt relatio. Vel dic. quod diligens ordinem dicit ad rem dilectam.

*Num iſta relatio ſit diſquiparantia.* Dub. 3.

Quæſtio mouetur propter 3. concluſionem quæ habetur litera C. Circa hanc concluſionem duplex occurrit dubium: Primum circa veritatem concluſionis. Secundum circa probationem eiuſdem.

Circa concluſionem videtur quod ſit æquiparantiæ, nam ſicut vnum extremum dicitur vnitum ita & reliquum, ergo eſt relatio æquiparantiæ, tenet conſequentia, quia mutua denominatio hoc teſtatur, patet in albo & albo, quorum vtrunque denominatione mutua dicitur ſimile alteri.

Circa probationem dubitatur: Nam Author potius probare videtur, quod ſit non mutua, quā quod ſit diſquiparantiæ, quia probat quod iſta relatio in vno extremo ſit realis cui in altero extremo nulla relatio realis correſpondet, ergo probat quod ſit non mutua. Sic enim probamus inter ſcientiam & ſcibile, Deum & creaturam non eſſe relationem mutuam.

De dubio hoc agit D. Tho. 3. p. q. 2. art. 8. vbi docere videtur quod ſit æquiperantiæ. Caietanus D. Tho. Caiet.

C Non autem cōniunctionem quæ ſit eiuſdem rationis in vtroque extremo, qualis eſt ſimilitudo: quia nō eſt habitudo eiuſdem rationis in natura aſſumpta & perſona aſſumente per: perſona autem aſſumēs nullam habet relationem realem ad naturam creatam; ex 30. diſt. 1. lib. Econuerſo autem, niſi natura aſſumpta aliquam haberet relationem ad aſſumentem, nihil intelligeretur per ſe, per iſtam vnionem. Neque illa relatio in natura aſſumpta eſt, tantum res rationis, quia tunc ipſa vnio non eſſet realis.

Eſt igitur iſta vnio relatio diſquiparatię realis in vno extremo, cui in altero nulla relatio correſpondet: vel ſaltim nulla realis, & ita relatio iſta eſt ordinis in vno extremo relato.

ibid. dub. 3. inquit quod formaliter eſt æquiparātiæ realiter vero non eſt æquiparātiæ Ob breuitaté ſententia obſcura eſt vera tamen, Manifeſtatio veritatis apparenté tollet cōtrouerſiam quæ eſſe videtur inter S. Tho. & Scot. Eſt ergo ſciendū quod relatio æquiparātiæ habet vnū quaſi formale (vt cū Caietan terminus cōuenientiam) nēpe quod ſicut vnū albū eſt ſimile alteri, ita alterū ſimile alteri. Quaſi materiale & reale inuenitur vnitas naturæ communis quæ eſt ratio fundandi ſimilitudiné & reciprocam denominationem: quæ reciproca denominatio non inuenitur inter Patrem & filium: quia non inuenitur eadé ratio fundādi relationem. Vt breuiter omnia & obſcure dicamus nihil. Relatio æquiparantiæ eſt, quando in vtroque extremo relato inuenitur vnitas naturæ quæ eſt proximum fundamentum relationis, quæ vnitas in ſubſtantia facit idem, in quantitate æquale, in qualitate ſimile

Secundo, pro ſolutione ſecundi dubij notandum quod relatio mutua eſt quæ in vtroque extremo eſt realis. Vnde relationi mutuæ & æquiparantiæ commune eſt habere reale fundamentum in vtroque extremo differunt autem in hoc, quod fundamentum relationis æquiparantiæ, eſt quædam natura & entitas communis vtrique extremo, ideo extrema æquiparantur, quia æqualiter ſe habent. in relatione mutua, non ſemper inuenitur iſta entitas communis patet in patre & filio inter quos quamuis ſit communis quædam natura, tamen vt referuntur non eſt eadem ratio fundandi relationem, nam in patre, eſt genuiſſe, in filio eſt genitum fuiſſe, ideo eſt relatio diſquiparātiæ. Vtraque tamen mutua eſt. Vtrique relationi, nempe æquiparātiæ, & diſquiparantiæ mutuæ (poteſt eſſe diſquiparantiæ nō mutuæ, vt inter ſcientiam & ſcibile, creatoré & creaturam) quaſi eregione opponitur relatio non mutua, quæ nec in vtroque extremo eſt realis, nec in vtroque extremo eſt illa entitas communis, ideo ratione vnius opponitur relationi diſquiparātiæ mutuæ, & ratione alterius opponitur relationi æquiparantiæ. Vnde huiuſmodi relationes habent ſe ſicut ſuperius & inferius. Valet quidem eſt æquiparātiæ ergo eſt mutua. patet in albo & albo. Econuerſo non valet. Eſt mutua ergo æquiparantiæ, quia inter patrē & filium eſt relatio mutua, quia realis in vtroque extremo, & tamen non eſt æquiparantiæ. Relatio nō mutua eſt ſuperior vnde non affirmatiue ſed negatiue valet argumentū. Non eſt mutua, ergo non eſt æquiparātiæ.

Ad primum dubium dico quod in hac vnione inuenitur illa communis denominatio in vtroque extremo, nam vtrumque extremum dicitur vnitum alteri: Verbum enim vnitum eſt humanæ naturæ, & humana natura vnita eſt Verbo. Sed quia non inuenitur quædam entitas communis vtrique extremo, ſecundum quid eſt æquiparantiæ, pute ſecundum denominationem, in quo aſſimilatur relationi æquiparantiæ. ſicut homo pictus homini vero: abſolute vero eſt diſquiparantiæ quia deeſt communis natura quæ eſt proximū fundamentū relationis æquiparantiæ: relatio enim a ſuo fundamento habet eſſe. Nec S. Tho. vult quod ſimpliciter ſit æquiparantiæ, ſed volens aſſignare differentiam inter vnionem, aſſumptionem, & incarnationem dixit. Verbū non dicitur aſſumptum ſicut natura. Nec natura dicitur incarnata ſicut Verbum: in quo ſe habent ſicut relatiua æquiparantiæ. Sed hoc non obſtat quin ſimpliciter ſit diſquiparantiæ vt docet Scotus.

Ad 1. Dico quod negatiue bene valet. Non eſt realis in vtroque extremo. Ergo non eſt æquiparantiæ, quia non idem fundamentum reale vtrique. Ergo eſt diſquiparantiæ. Sic dicendo abſtinuit Author a difficili quæſtione nondum diſputata diſputanda vero ar. 4. an huius relationis noua ſit aliqua entitas noua fundans hanc relationem.

*Num iſta relatio ſit cauſati ad cauſam.*

Quæſtio mouetur propter 4. Concluſioné vbi dicitur quod nō ſit relatio cauſati ad cauſam. Pro parte affirmatiua arguitur. Terminare naturam ponit pendentiam in natura. Pendere eſt recipere, ergo preſuponit dare & cauſare, ergo eſt cauſati ad cauſam. Hoc vnicum argumentum plura continet quæ Metina affert 3. p. q. 3. art. 2.

2 Verbum aſſumit idest ad ſe ſumit ſed hoc videtur denotare cauſalitatem, igitur eſt relatio cauſati ad cauſam.

3 Incarnari eſt ſpecialiter illabi, ſed illud videtur pertinere ad genus cauſæ, ergo eſt relatio cauſati ad cauſam, quia talis relatio eſt cōmunis toti Trinitati. 4

4 Verbum eſt potentia operatiue Patris, iuxta illud Ioan. 1. Omnia per ipſum facta ſunt. Hæb. 1. Per quem fecit & ſæcula, ergo præter cauſalitatem communem habet aliquam cauſalitatem propriam.

5 Verbum formaliter terminat humanitatem ergo quamuis non ſit cauſa effectiua ſaltim eſt cauſa formalis.

De propoſito dubio videndus eſt Author art. 2. ſolutione ad 1. & 3. vbi recitat opinionem innominati Authoris dicentis duo. Primo quod perſona inquantum relatiua terminat naturam. Et quod terminare eſt cauſare pertinens ad duplex genus cauſæ ſcilicet efficientis & formalis. Quod pertineat ad genus cauſæ efficientis probent alia priora argumenta quæ adducit Metina 3. p. q. 3. art. 2. ad finem vbi hanc quæſtionem breuiter diſputat. Secundo dicebat hæc opinio quod verbum habeat aliquam cauſa-

litatem

ſalutatem propriam ſibi. Hæc opinio in margine tribuitur Henrico qui quot. 6. q. 2. habet ſecundum dictum Ægid. Author. quot. 8. & in 2 d. q. 1. in principio. *Gabriel* Gabriel hac d. q. 1. art. 3. dub. 2. ad finem concedit quod terminare non ſit agere, ſubiungit tamen nullam poſſe reddi rationem quare non ſit agere; ideo inquit quod hoc ſolum fide habetur.

Non eſt autem ordinis cauſati ad cauſam quia illa eſt communis ad totam Trinitatem: neque cauſati poſterioris ad cauſatum prius, quia Verbum non eſt aliquid cauſatum.

3. Ad hoc ſciendū quod art. 2. ſolutione ad 2. duo dicuntur. Primo quod terminare ſit agere & hoc eſt proprium huius loci. Secundo quod Verbum poteſt habere aliquam cauſalitatem propriam quam non habeat Pater aut Spiritusſanctus. Quod quamuis non ad iſtum locū ſed ad 3. ſententiarum pertineat breuiter hic tangendum eſt. Tripliciter igitur poſſumus imaginari quod agere ſeu creare ſit proprium alicuius perſonæ. Primo quod vna ſola perſona producat omnes effectus nulla alia ad hoc concurrente, poteſt que formari ſic ratio. Pater eſt in quo primo eſt eſſentia, ergo Pater primo producit aliquid, aliis perſonis nihil producentibus. Sic non dicit Henricus ibi citatus & impugnatus, ſed hereticus Abailardus, contra quem ſcribit Bernard epiſtola 190. *Abailar*

*Bernard* Secūdo dicere poſſumus quod oēs tres perſonæ cōmuniter concurrant ad oēs effectus, aliquis tamē ſit proprius vnius perſonæ non conueniens aliis perſonis. Sic opinio citata ab Authore art. 2. ſolutione ad 2. concedit quod terminare ſit agere conueniens ſoli filio & hoc in duplici genere cauſæ modo expoſito. Tertio dici poteſt quod omnes tres concurrunt ad eundem effectum, diuerſa tamen ratione, quemadmodum ignis & calor concurrunt ad combuſtionem non eadem ſed diuerſa ratione, calor diſpergendo, ignis vero comburendo. Iuxta hunc modum Henricus ſtato quodlibeto citato, inquit quod quando Deus operatur per intellectum, Verbum ſeu notitia Patris eſt illi ratio operandi & non notitia eſſentialis. Cum operatur per voluntatem, amor notionalis eſt illi ratio operandi. De hoc quod falſum eſt latius in 1. d. 1. q. 1.

Io hec re ſit prima concluſio. Omnia opera ad extra ſunt indiuiſa. Probatur concluſio ex illo Geneſ. 1. In principio creauit Deus cælum & terram. Vbi in hebræo pluraliter dicitur Elohim, id eſt dij creauit. Vnum in plurali alterum in ſingulari vt pluralitatem perſonarum & eſſentiæ vnitatem ſimul ſignificaret. De Patre & filio Ioan 5. dicitur. Quicquid facit Pater, & filius ſimiliter facit. Ioan. 14. A me ipſo non loquor Pater in me manens ipſe facit opera. De Spiritusſancto & Verbo ſimul Pſal. 32. Verbo Domini cæli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum. Vbi ſecundum Gregor. hom. 30. ſuper 14. Ioann. per Verbum intelligitur filius. Per ſpiritum intelligitur tertia perſona. De omnib⁹ ſimul Rom 11. *1. Cor. 12* Quoniam ex ipſo id eſt Patre, per ipſum id eſt filium & in ipſo id eſt Spiritusſancto 1. Cor. 12. Diuiſiones gratiarum ſunt, idem autem ſpiritus. Diuiſiones miniſtrationum ſunt, idem autem Dominus. Diuiſiones operationum ſunt, idem vero Deus. Diffinita eſt veritas in Concilio Lateranenſi 1. Et C. firmiter de ſumma Trinitate. Et in Concilio Toletano 6. diffinitur quod tota Trinitas cooperata ſit ſuſcepti hominis formationem. Reddens cauſam inquit. Quoniam inſeparabilia ſunt opera Trinitatis, quæ verba deſumpta ſunt ex Aug. 1. de Trinitate c. 4. Probatur ratione. Potentia productiua conuenit tribus ratione ſuæ naturæ & eſſentiæ (quod eſt cōmune omni agenti) ſed eſſentia eſt vna & indiuiſa ergo opera ad extra erunt indiuiſa, & ſolum erit ordo ſecundum originem ſcilicet quia vna perſona agit a ſe ipſa, ſcilicet Pater qui non habet eſſentiam communicatam ab alia perſona, filius non a ſe. Sed iſte ordo non eſt ratio quare vna perſona dicatur agere ſine alia. *Aug.*

2. Concluſio. Non ſolum de facto, ſed nec de poſſibili poteſt vna perſona agere ſine alia. Hæc habetur in Concilio Toletano 6. Can. 1. Vbi non ſolum dicitur quod opera ſint indiuiſa, ſed quod ſint inſeparabilia. Docet eam Baſilius libro de Spiritusſancto. c. 15. vbi inquit. Ne partiaris quæ impartibilia ſunt; non ſcindas quæ non ſcinduntur. Probatur ratione. In Deo non differt eſſe & poſſe, comparando perſonas inter ſe: nec cum eſſentia, quia Deus eſt actus perfectiſſimus, ergo ſi omnis operatio eſt a tribus, quia eſt vna omnium natura nō poteſt effectus produci ab vna perſona quin producatur ab alia. De hoc latius in 2. d. 3. q. 1. *Baſil.*

3. Concluſio. Terminare non eſt agere. Probatur Agere eſt commune tribus vt ex fide habemus. Ex fide quoque habemus quod ſolus filius ſit homo, ergo nullo modo terminare eſt agere, & qui oppoſitū diceret erraret in fide. Secundo reſpectus perſonalis non eſt propria ratio agendi (vt patet in 1. d. 4. & d. 18. de quo q. 2. art. 2. noſtro dubio 1.) ergo ſimul vtrunque infertur, & quod opera Trinitatis ad extra non ſunt diuiſa, & quod Verbum nihil ſpecialiter agit terminando naturā. Hæc ratio eſt ſecundum argumentū Authoris art. ſequenti ſolutione ad 2. impugnando opinionem Henrici ſupra citatam. Tertium argumentum illius impugnationis vide concluſione ſequenti. Vltimo contra iſtam opinionem ſequitur, quod nulla alia perſona poſſet aſſumere. Probatur, quod conuenit vni perſonæ ſecundum propriam rationem non conuenit alteri, ergo ſi terminare eſt actio ſpecialis propria verbi, non poteſt conuenire Patri qui non eſt filius. Dicendo vero quod non eſt agere, ſed terminare; quamuis de facto filius terminet ſecundum propriam perſonalitatem, quatenus eſt quid ſubſiſtens & independens, idem poteſt Pater quia etiam ſua propria perſonalitas eſt independens.

4. Concluſio. Non deſunt rationes ad perſuadendum; quare terminare non ſit agere, & ſic ſit proprium eiuus perſonæ: agere vero ſit commune tribus. Iſta eſt contra Gabrielem. Probatur ratione vltima Authoris art. ſequenti ſolutione ad 2. In humana natura precedit ſuppoſitum, quia perſonalitas eſt vltima realitas, ergo perſonalitas non agit in naturam quam terminat. probo conſequentiam. Cauſa precedit effectum, ſed perſonalitas eſt poſt naturam ergo perſonalitas propria Petri nihil cauſat in natura Petri. Tunc ſic. Verbum ſupplet perſonalitatem propriam naturæ, ergo ſicut perſonalitas propria Petri ſi ibi eſſet non ageret in propriam naturam,

cedit Scotus quod Verbum eſt potentia operatiua Patris, Secundo quod agit aliter quam Pater. Tertio concedit quod Pater creat per Verbum. Quarto negat propter prædicta poſſe concedi quod vna perſona vt incarnata agat aliquid quod no agit alia, quod eſt dicere quamuis concedatur quod filius terminat naturam, & non Pater: non tamen concedi poteſt quod filius agat aliquid quod non Pater: iuxta quod
Ioann. dixit Christus Dominus Ioann. 5. Amen dico vobis non poteſt filius e ſe facere quicquam niſi quod viderit Patrem facientem, quæcunque enim ille fecerit hæc & filius ſimiliter facit. Vtrunque igitur ſimul docuit, & quod operatur omnia quæ operatur Pater, & operatur aliter quam Pater quantum ad diſtinctionem origenis vt dixit Scotus, Vtrunque ſimul non obſcure ſed aperte & clare docuit Paul 1. Cor. 8.
1. Cor. Nobis tamen vnus Deus Pater, ex quo omnia, & nos in illo, & vnus Dominus Ieſu Chriſtus per quem omnia. Vbi gloſſa, ſi omnia ergo non aliqua ex Patre alia ex filio ſed omnia a Patre & omnia a filio Quantum ad diſtinctionem origenis prius dixit omnia eſſe ex Patre. Conſequens iam eſt quod eſt idquod terminare non ſit agere nam tunc ſi filius faceret aliquid a ſe quod non vidiſſet Patrem facientem: Pater enim non terminat. Caueat Theologus dicere, Patrem operari per filium quaſi per inſtrumentum, quia inſtrumentum eſt alterius naturæ ab agente principali: Verbum autem eandem cum Patre, habet communem ſubſtantiam, ideo nullo modo dicendum eſt quod agit per filium quaſi per inſtrumentum.

Nec obſtat ly per quæ dicit cauſalitatem inſtrumentalem, vt in hac faber operatur per martelum, quia etiam deſignat principalē ſic dicimus quod ignis per ſe comburit, Deus per ſe & ſuam eſſentiam operatur & per ſapientiā gubernat oīa Prou. 3 Dñs ſapiētia ſua fūdauit terrā Pro. 8. Per me reges regnāt

Ad vltimum dico quod de ratione formæ eſt quod perficiat id cuius eſt forma, de ratione autem formæ eſt quod ſit pars, ratio partis dicit imperfectionem, quæ repugnat Verbo, ideo nullo modo poteſt eſſe forma. Habetur ſolutio in Authore art. 2. ſolutione ad 2. in principio. Poſui ego in fine quia Author confuſe procedebat.

Circa prædicta eſt dubiolum quare dicatur Patrem operari per filium potius quam per Spiritum ſanctū, cum iuxta rationem prædictam ſic mediet Spiritus ſanctus inter Patrem & effectum, ſicut mediat ipſemet filius. Dico quod filius producitur per intellectum, & eſt primum productum, ſiue ad intra ſiue ad extra, quia producitur per intellectum optime dicitur Verbum, ſapientia genita, notitia, in qua relucent cuncta quæ in memoria Patris latent. Cum autem agens intellectuale agat per intellectum, conuenienter dicitur quod Pater agat per filium, potius quam per Spiritum ſanctum: in diuinis enim quæda ſunt cōmunia, quæ iuxta de cauſa perſonis appropriātur. Cūcta hæc ex materia de Trinitate ſuppono.

*Num aſſumptioni actioni correſpondeat in humanitate aliqua paſsio dicens relationem cauſalitatis.*

QVæſtio hæc quæ præcedentis eſt declaratio, ſedem habet apud Authorem ſolutione ad 4. vbi dicitur, quod incarnatio actio tranſit in naturam humanam, & quod id quod ſibi correſpondet in natura humana, eſt paſſio quæ non grammaticabiter ſed realiter ſignificatur per hoc quod eſt vnum vel eſſuum. Ex quo ſequitur quod ſit effectus vnionis quæ eſt actio. Conſequenter quod dicat, ordinem cauſalitatis vt manifeſte concedit Caietanus
Caiet. 3. p. q 2 art. 8 ſolutione ad 4. dubium. Contra quem conſurgit Metina ibidem ad finem, dicens Caietanum fuiſſe deceptum & caute eſſe legendum quia iſta relatio non poteſt eſſe cauſalitatis ad totam Trinitatem, quia humana natura, in qua eſt aſſumptio paſsiua, a ſola perſona ſibi eſt aſſumpta.

Ad hoc notandum quod in hoc myſterio inuenitur aliquid vt actio, aliquid vt paſsio, aliquid vt relatio, aliquid vt fundamentum relationis, aliquid vt terminus relationis, Aliquid inuenitur in fieri, aliquid in facto eſſe, quæ omnia includuntur ſub hoc quod eſt producere humanitatem vnitam verbo. Non enim vna actione natura fuit producta poſtea alia vnita & aſſumpta, vt videbimus d. 2. q. 3. Sed vnica actione fuit producta a tota Trinitate & vnita. Verbo, & aſſumpta ab illo. vnde ſciendum quod vnire, ſolum denotat coniungere vnam cum alio, ideo qui coniungit duos lapides, illos vnit, quamuis nullum ſibi vniat. Aſſumere eſt ad ſe ſumere & ſuum facere quod aſſumitur. & ſic dicta notat quod aſſumēs ſit terminus, cui res aſſūpta vnitur, ideo al quid addit ſupra vnire. Qui vero poſſet aliquid vnire & ſibi aſſumere quod eſſet non caro, incarnare, denotat quod aſſumens aſſumat & vniat ſibi carnem, & fiat caro. Quare vt bene docet Du-
Dur. randus. D. 6. quæſt. 1. iſta ſe habent ſicut ſuperius & inferius non enim valet eſt vnio ergo aſſumptio, patet in vniente duo corpora, quorum nullum aſſumit. E conuerſo valet, maxime loquendo de modo aſſumptionis de quo nunc eſt ſermo. Nec valet Eſt aſſumptio ergo incarnatio, Patet, nam ſi Deus aſſumeret lapidem, Deus non eſſet incarnatus, & tamen lapis eſſet aſſumptus, S. Tho. 3. part. quæſt. 2. art. 8. inquit quod vnio importat relationem diuinæ naturæ & humanæ ſecundum quod conueniunt in vna perſona diuina, Aſſumptio vero ſignificat actionem ſecundum quam aliquis ad ſe ſumit, aut paſſionem ſecundum quod aliquid aſſumitur, & quia omnis relatio ſupponit fundamentum exiſtens, ideo vnio ſignificatur vt in facto eſſe, aſſūptio vt in fieri. Quamuis enim vnio poſſit accipi pro actione, tamē ex genere ſuo ſignificat relationem, quæ ſupponit aſſumptionem (vt nititur oſtendere Caietanus loco allegato ſoluendo primum dubium) Ex quo ſequitur quod ſola humanitas dicitur Aſſumpta non verbum, quia ipſa eſt quæ trahitur ad verbum, & quæ eſt ſubiectum paſsionis, vtrunque tamen, tam verbum quam humana natura, dicitur vnitum, quia ad inuicem referuntur. Scot. in 4. d. 43. quæſt. 2. ſolutione ad vltimam, docet quod vnio relatio, poſt reſurrectionem erit eadem cum illa quæ fuit ante reſurrectionem: non tamen erit eadem actio vnionis, quæ fuit in generatione, hac ratione relatio Chriſti ad virginem ante & poſt reſurrectionē, erit eadem, non tamen eadem actio vnionis, quia anima non fuit re vnita corpori in reſurrectione mediante actione virginis. In generatione nō coegit ad vnionem cum verbo, quia hoc ſolius eſt Dei. Ex dictis collige quomodo incarnari, non ſit pati, nec incarnatio eſt paſsio, quia eſt in Verbo. Aſſumere vero & vnire eſt actio trium perſonarum, qui vi-

viuunt, coniungunt & trahunt humanitatem, ad Verbum, quod tum ſit terminus, cui humana natura vnitur, & in aſſumptione includatur ad ſe trahere, nullomodo Pater eſt aſſumens humanitatem: Id autem quod eſt actionis in aſſumptione, ſine dubio eſt a tribus. Cum omni actioni correſpondeat aliqua paſsio, & hic actio & paſsio non ſit in verbo, manifeſte ſequitur quod ſicut quod eſt actionis in aſſumptione eſt a tribus, ita quod eſt paſsionis in aſſumptione, abſtrahendo ab eo quod eſt terminationis, eſt a tribus. Probatur Actio & paſsio ſunt idem motus ergo ſi omnes tres perſonæ cauſant quod eſt actionis ergo a tribus eſt etiam quod eſt paſsionis. Manifeſtatur amplius, nã ſi iſta natura eſſet producta per ſe, non vnita, & poſtea traheretur ad Verbum, certe tres perſonæ traherent & a tribus perſonis eſſet tracta natura, ergo ſimiliter de aſſumptione actione dicendum, abſtrahendo ab eo quod eſt terminationis nam in aſſumptione tria ſunt conſideranda, nempe id quod eſt actionis, id quod paſsionis, denique id quod eſt terminationis, & quia omnia includuntur ſub aſſumptione abſolute neganda eſt iſta propoſitio. Natura eſt aſſumpta a tribus, nam tertium, quod eſt terminare, ſoli filio competit. Quia vero omni actioni aliqua paſsio correſpondet, dicendum eſt, quod aſſumptioni actioni correſpondet aliqua paſsio. quæ explicari poteſt per verbum, vnio traho, ideo iſta eſt vera. Natura eſt vnita a tribus. Tracta a tribus Per Verbum. Aſſumo ſignificatur periculoſe, & æquiuoca quia aſſumere eſt ad ſe ſumere, ideo includit terminationẽ quæ eſt propria filij, Abſtrahẽdo vero a terminatione, ſicut quod eſt actionis eſt a tribus ita quod eſt paſsionis eſt a tribus, non in verbo, ſed in humana exiſtens natura. Subtiliter ergo Caietanus cuius ſententia in hac parte non differt ab Scoto, eſt intelligendus, non caute legendus.

*Annot. circa Sco* Circa 5. concluſionem nihil ſpeciale occurrit ſcribendum quia vt diximus in ſumma text. poſtquam negat quod non ſit cauſati ad cauſam neque cauſati poſterioris ad cauſatum prius, & dicit quod eſt alterius rationis, non explicat quæ ſit iſta ratio: probat tamen ſecundo quod non ſit cauſati poſterioris ad cauſatum prius, quia relatio cauſati poſterioris ad cauſatum prius eſt vniuerſalis ratione naturæ in vtroq; extremo. Ideſt tam in cauſato poſteriori, quam in cauſato priori, eſt aliqua natura cauſata a tribus perſonis propter quod talis relatio non poteſt competere vni ſoli perſonæ, ſed neceſſario talis relatio debet eſſe vniuerſalis, ideſt communis competens omnibus perſonis. Vnde conferendo quintam hanc concluſionem cum quarta, quæ parum differunt inter ſe, notandum quod dupliciter probat quod iſta relatio non ſit cauſati poſterioris ad cauſatum prius. Primo dicendo quod Verbum diuinum non eſt aliquid cauſatum. Quæ conſequentia eſt legitima, nam negando quod Verbum ſit cauſatum, recta ſequitur quod relatio humanitatis ad ipſum non ſit ad cauſatum prius, quia ipſum Verbum non fuit cauſatum, rationemque adducit art. ſequenti argumento 3. quare non ſit cauſatum, quia in principio erat verbum, per quod creata ſunt omnia. Qua ratione vtitur *Aug.* Aug. tract. 1. in Ioannem circa medium

> E Eſt igitur relatio ordinis ſiue dependentiæ alterius rationis ab omni dependentia & ordini cauſati ad cauſam & cauſati poſterioris ad cauſatum prius: quia illa eſt vniuerſalis ratione naturæ in vtroque extremo.

dicens. Exeat nunc neſcio quis fidelis Arrianus, & dicat, quia Verbũ Dei factum eſt. Quomodo poteſt fieri, vt Verbum Dei factum ſit, quando Deus per Verbum fecit omnia. Si & ipſum Verbum Dei factum eſt, per quod aliud Verbum factum eſt. Ideſt quod facit, non fit, quia cauſa non eſt effectus, ſed Verbum eſt cauſa vniuerſalis omnium creaturarũ, quia omnia per ipſum facta ſunt igitur nullomodo ipſum Verbum factũ eſt. Hoc argumentum non poteſt Arrius euadere niſi negando Euangeliſtam. Tunc Ariſt. diſcipuli facti, contra negantes principia non arguemus. Aut dicendo quod omnia facta ſunt per Verbum, tanquã per inſtrumentum. Huic impietati occurrit Euangeliſta dicens. Quod factum eſt, in ipſo vita erat. Ideſt totum quod ab ipſo factum eſt, non factum eſt tanquam per inſtrumentum, ſed factum eſt ab ipſo tanquam a architecto, tanquam a principio viuente, in cuius mente & intellectu, cuncta facta vita ſunt. Quemadmodum enim arca ad extra eſt viſibilis & corruptibilis, quia ex corruptibili ligno fabricata, in mente vero artificis nihil aliud eſt niſi quædam inuiſibilis forma ab artifice concepta, quæ ab æterno eſſet, & ſemper eſſet, & vita & ſubſtantia eſſet, ſi artifex ab æterno eſſet, ſi artifex in perpetua conſideratione eſſet. Si conceptus artificis idem cum artifice eſſet. Sed conceptus, & notitia Dei eſt idem cum Deo, ergo creaturæ in Deo ſunt vita cum Deo viuente. Ergo, ſi creaturæ in Verbo, vita erant, Verbum nullo modo poteſt eſſe cauſa inſtrumentalis ſed principalis. Et tunc ratio. Aug. contra Arrium, ſi Euangeliſtam admittit, conuincens eſt tãquã demõſtratio. Suppoſita fide bene poteſt Theologus cõſequentiã euidenter demõſtrare. Mens Euangeliſtæ fuit confutare errores dicentiũ eſſe creaturã vt videbant, nõ creatorẽ quod latebat & non videbant propter hoc dixit. In principio erat Verbũ. Ideſt erat & erat ſemper erat Cogita tempus conſidera principium iam antea ab æterno erat ita Chriſoſt. hom. 1. Beda & Euthymius qui inquit. Verbum erat non finit cogitationem tuam terminum inuenire. Secundo clarius dixit, Deus erat Verbum. Tertio ab effectu omnia per ipſum facta ſunt. Quarto ex modo faciendi & continendi creaturas, remouendo cauſalitatem inſtrumentalem inquit. Quod factum eſt, in ipſo vita erat. Sed omnium optimum argumentum eſt fides, argumentum non aparentium. *S.mile.*

Si tamen admittatur Euangeliſta, ex Metaphiſica & Phiſica fieri poſſunt rationes quæ conuincant hæreticum, aut concedere veritatem aut negare Euangeliſtam.

Secundo probat Scotus quod non ſit cauſati poſterioris ad cauſatum prius; quia talis relatio eſt vniuerſalis ratione naturæ in vtroque extremo vt dictum eſt. Probatur ergo quod non ſit cauſati ad cauſam quia illa ratio eſt communis tribus perſonis. Et eadem ratione concluſio 5. probatur quod non ſit cauſati poſterioris ad cauſatum prius, & ibi dicitur vniuerſalis. Vel dicitur vniuerſalis, quia conuenit omni cauſato poſteriori & priori, non ſic iſta, eo quod Verbum non eſt cauſatum, vnde non poteſt referri vt cauſatum ad cauſam, aut effectum poſteriorem.

*Num in naturalibus ſit aliqua vnio ſimili huic vnioni.*

*Dur.* *Xuares.* *Caiet.*

O miſſa quinta concluſione circa e. de qua videndus eſt Alexand. 3. p. q. 7. art 1. D. Thom. 3 p q. 2. art. e. Bona.d.6. art. 2. q. 2 Durād hic q. 1. art. 3 Xuares 3 p. q. 2. diſputat. 7. ſec a & diſput. 8 ſect. 1. occurrit dubiū, an vnio accidentis ad ſubiectum, ſit ſimilis huic vnioni. Partem negatiuam probat Caietan. Tollendo quod eſt informationis, adhuc eſt magna atque periculoſa diſsimilitudo, quia ex ſubſtantia & accidente reſultat vnum accidentale non ſubſtantiale. ergo infertur vtrunque ſimul, & quod non ſit ſimilitudo, & quod Scotus fuerit diminutus in abſtrahendo a diſsimilitudine vnionis accidentis cum ſubiecto, cum hac vnione.

F Et licet difficile ſit videre aliquam dependentiam eſſe talem, tamen iſta poteſt patere aliqualiter in ſubiecto & accidente.

2 Accidens non denominat ſubiectum. In concreto, ſicut humanitas verbum quia non dicimus. Petrus eſt albedo, ſicut dicimus. Verbum eſt homo. Nec ſi accidens dimittatur poteſt per ſe ſubſiſtere, ſicut humanitas ſubſiſteret ſi dimitteretur a verbo, ergo nulla eſt ſimilitudo, ſed plures ſunt diſsimilitudines.

3 Pro ſimilitudine Scoti non eſt authoritas ſcripturæ, ergo non eſt alicuius valoris iſta ſimilitudo.

*5. Metaph.*

4 Contra ſimilitudinem rami arbori inſerti arguit Ramus & truncus differunt ſpecie. ergo numero & ſuppoſito, tenet conſequentia ex 5. Metaph. text. com. 12. quia quæ ſunt vnum numero, ſunt vnum ſpecie, & econtra, quæ ſunt diuerſæ ſpeciei non ſunt eadem numero, quia quælibet ſpecies, ſuum requirit ſuppoſitum, numero diſtinctum, ergo nulla, eſt ſimilitudo, conſequentia hæc vltima tenet, quia humanitas & Verbum non habent diſtinctam ſubſiſtentiam.

Secundo eſt alia diſsimilitudo quia ramus antequam vniretur, habuit propriam exiſtentiam, quam non habuit humana natura.

Tertio ramus inſertus, non eſt præſens toti trunco, humanitas autem ſecundum ſe totam, præſens eſt Verbo, ergo nulla eſt ſimilitudo rami, quam ſequitur Durandus. Reuereantur ergo iſti antiquos doctores qui ſequuntur ſimilitudinem vnionis animæ & corporis, quam ſequitur Athanaſius in ſymbolo.

*Nota.* *Rom. 1.* *S. Thom.* *Cyprianus.*

Ad explicationem huius diuinæ vnionis ſacri authores herendo ingenio, laborando ſenſu atque deficientes eloquio, ſcientes cum Apoſtolo ad Rom 1. quod inuiſibilia Dei a creatura mundi per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur, ſimilem vnionem quærunt vt accipiant phantaſmata quæ ſpeculari poſsint, ad hanc vnionem intelligendam. Deus enim vt docet S. Thom. 1. p. q. 82. art. 12. ad 2. cognoſcitur pro hoc ſtatu in phantaſmate ſui effectus. Quod aperte docet Cyprianus prologo natiuitatis dicens. Deum in proprio ſuo eſſe non cognoſco, ſed quibuſdam nominibus Deum inuoco & dico. ſuſtitia veritas & quæro aliquas ſpecies l. formas per quas quod ſentio quomodo intimem. Cum ergo noſtra cognitio, ſit per conuerſionem ad phantaſmata, & ſpiritualia non ſint obiecta ſenſus, non poſſunt per ſe phantaſmata generare, ideo ad ſpiritualia intelligenda corporales ſimilitudines fingi, quibus illa poſsimus intelligere neceſſe eſt. Ad denotandam Angelorum velocitatem cum alis eos pingimus. Ad denotandam eorum immutabilitatem, iuuenilem habent aſpectum. Ad claritatem, ſui ingenii ſignificādā pinguntur cum oculis. Quia nos defendunt in medio inimicorū tenentes immittentes lanceas habent, Quia nos regunt, & neceſsitate protegūt habent virgas, Quia miniſtri ſunt ſacrificii laudis perennis, ſacerdotalibus veſtiuntur veſtibus. Ad denotandam coæternitatem filii cum Patre Apoſt. ad Hebr. 1. vtitur ſimilitudine ſplendoris cum ſole dicens. Qui cum ſit ſplendor gloriæ & figura ſubſtantiæ eius. Quærera ergo ſimilitudinem naturalem, eſt ſupponere iſtā vnionem eſſe ſuper naturalem, non contentam in aliquo modo vnionis quos ponit Ariſt. 5. Metaph. tex. com. 8 ideo quæritur aliqua naturalis, quæ ſit loco ſpeciei ad formandum notitiam huius ineffabilis vnionis, nam vt inquit Dyoniſ. 1. de diuinis nominibus. Nec ſenſus eſt eius, nec ratio nec ſcientia, intelligere ee propriis vt dixit Cyprianus. Conſonat Hylar. 1. & 7. de Trinitate dicens. Comparantio terrenorum ad Deum nulla eſt, ſed infirmitas noſtræ intelligentiæ cogit ſpecies quaſdam, ex inferioribus tanquam ſuperiorum indices quærere, vt rerum familiarum conſuetudine ad monita, ex ſenſus noſtri conſcientia ad inſoliti ſenſus opinionem ducerentur. *Dyon.*

*Tres ſimilitudines magis famoſe.* *Alex.* *Bonau.* *Dur.* *Marſ.* *Gloſſ.* *Apocal.*

Multæ adducuntur ſimilitudines a doctoribus, tres tamen ſunt magis famoſa vt bene docet Ricard. hac d. q. 1. art. 1. Prima ſit vnio accidentis ad ſubiectum quam Author. hic ſequitur. Secunda ſit rami arbori inſerti, quam ſequitur Alexander. & Bonauent. locis citatis, Durand. hic q. 2. art. 3. S. Tho. in 3 q. 1. art. 1. Marſil in 3. q. 1. art. pro qua ſimilitudine facit illud Iacob 1. Suſcipite inſitum verbum quod poteſt ſaluare animas veſtras vbi gloſſa. Verbum diuinum quod inſitum eſt & ſeminatum in die redemptionis. facit illud Apocalyp. 5. vicit leo de tribū Iuda radix Dauid. cap. 22. Ego ſum genus & radix Dauid.

*Athan.* *S. Thom.* *Caiet.* *Ricard.*

3 Similitudo eſt vnio animæ ad corpus. Hanc ſequitur Athanaſius in ſymbolo. S. Thom. 3 p. q. 2. art. 6. & 4. contra gent. capitulo. 41. Quartam addit & ſequitur Caietan ſermone dominicæ 2. aduentus habitu coram Alexandro, (habetur in additionibus) dicens. Quod vnumquodque membrum, poteſt conſiderari dupliciter, vel vt pars, vel vt organum. Si manus mea conſideretur vt pars mei, non deſeruit ad hoc myſterium. Si conſideretur vt organum de cuius ratione non eſt quod ſit pars (nam corpus eſt organum animæ & non eſt pars) deſeruit ad hoc myſterium, quia ſicut pars mea eſt mihi organum non ſeparatum ſed coniunctum, ita humanitas eſt inſtrumentum & organum coniunctum Verbo, cui Verbum dat ſubſiſtentiam, ſicut ſuppoſitum dat ſubſiſtentiā membris ſuis. Hanc vel aliā ſimilem ponit Ricard. loco citato dicens, quod ſicut natura ſuſtentatur in ſuo ſuppoſito, ſic humana natura ſuſtentatur in Dei filio, modo quodam excellentiori: Pro hac ſimilitudine eſt illud Pſal. 13.

Accidens enim ad ſubſtantiam, ſiue ad ſubiectum ſuum duplicem habet habitudinem: ſcilicet, informantis ad informatum, & iſta neceſſario includit imperfectionem in ſubiecto informato, eo quod potentialitatem habet reſpectu actus ſecundum quid, ſcilicet, accidentalis. Aliam habet vt poſterioris naturaliter ad prius a quo depẽdet, non vt ab aliqua cauſa, quaſi habet ſubiectũ pro aliqua cauſa, habet ipſum pro cauſa materiali, & hoc eſt inquantum informat ipſum. Si igitur iſtæ duæ habitudines accidẽtis ad ſubiectum inuicem diſtinguantur, altera neceſſario eſt ad ſubiectum ſub ratione imperfectionis in ipſo ſubiecto ſcilicet, potentialitatis. Altetera nullam imperfectionem neceſſario ponit in eo ſed tantum propritatem naturalem & ſubſtentationẽ reſpectu accidentis.

*Hieron.* Adorabimus vbi ſteterunt pedes eius, vbi per pedes intelligitur humanitas Chriſti, ſic intelligit Hieron. tom. 2, ſermone in vigil paſchæ. Iob. 26. Vocatur manus. Obſtreticante manu eius eductus eſt coluber tortuoſos, vbi Gregor. Ille enim eum ſcilicet dæmonem, de carnalibus hominum cordibus expulit, qui propter hominem venit, dumque corda fidelium tennit, quaſi manum ad latibula ſerpentis miſsit. Quam expoſitionẽ ſequitur gloſſa qua nec Hieron. abhorret Luce 10. dicitur brachium. Fecit potentiam in brachio ſuo, iuxta quam ſimilitudinem Spiritus ſanctus dicitur digitus Dei vt dicemus concluſione. 5. *Greg.*

Quinta ſimilitudo eſt de veſtimento quo quis veſtitur. Hanc ſequitur S. Thom. 3. p. q. 2. art. 6. ad primum. Explicat Scot. d. 6. q. 3. Pro hac facit illud Philip. 2. Habitu inventus vt homo Vbi nomine habitus, humana intelligitur natura ſecundum Aug. 83. quæſt. 73. Ambros interpretatur de exteriori conuerſatione. Conſonat illud Ioan. 1. Habitauit in nobis Chriſoſt. intelligit, quod Chriſtus fuerit nobis ſimilis habitu & figura. Cum ergo tertiam & quintam ſimilitudinem S. Tho. ſequatur. Quartam tanquam propriam Caietn. conſtituat. Duas priores, quarum prima eſt Scoti, ſecunda Alecand, Bonau. & Durandi reijcit, ac in crepando hos authores inquit. Reuocantur ergo iſti antiquos Authores. Cum legerem occurrit illud Aug. contra epiſtolam fundamenti dicentis, Nihil aliud elegiſti niſi laudare quod credis, irridere quod credo, viciſſim laudabo quod credo, irridebo quod credis Explicabo ſimilitudinem Scoti, quam irridet Caietanus, Non irridendo, ſed venerando, vti decet, quod docet. Thom. occurram irriſioni Caietani irridentis Scotum.

*S. Tho.* *Philip.* *Aug.* *Ambroſ.* *Chriſoſt.* *Aug.*

Ad explicationem huius conſiderandum, exempla requiri ad declarandam incarnationis poſsibilitatem & remouendam impoſsibilitatem. Quod videtur difficile, eſt oſtendere, quomodo iſta natura ſit vere exiſtens a parte rei & quod non habet propriam perſonalitatem. Huic teſtimonium perhibet falſitas hereticorum, nam propter hoc Eutiches & Dioſcorus dicebãt ex duabus naturis, vnam eſſe cõpoſitam, de quo S. Tho. quæſt. 2. art. 6. Caſtro verbo Chriſtus hereſ. 4. Neſtorius quoque, non valens intelligere, quomodo duæ naturæ poſſent habere eandem ſubſiſtentiam, duas poſuit perſonas. Illud ergo optimum magis que aptum exemplum erit quod magis ſuadet trahitque intellectum ad intellectum ad intelligendum, quomodo ſit in Chriſto duplex perfecta natura, vna vero ſubſiſtentia perſonalis.

*Eutiches* *Dyoſcor⁹* *Neſtori⁹*

2 Conſiderandum, quod ſimilitudo aliquorum poteſt conſiderari quantum ad eſſe eorum, aut quantum ad proportionẽ & habitudinem eorum. V. g. inter ſubſtantiam & accidens nulla eſt ſimilitudo quantum ad eſſe, poteſt tamen in venni quantum ad habitudinem & proportionem, nam quemadmodũ ſubſtantia, quod eſt generaliſsimum, ſe habet ad ſua inferiora ſic quantitas quod eſt generaliſsimum ad ſua ratio eſt quia ſimilitudo proportionis, non requiris vnitatem eſſendi, ſed inuenitur inter diuerſa ſic Paulus ad Rom. 5. obedientiam & inobedientiam primi & ſecundi Ade comparat dicens Sicut per in obedientiam vnius hominis peccatores conſtituti ſunt multi, ita per vnius obedientiam iuſti conſtituẽtur multi. Docet hoc Scotus in 2. d. 9. quæſt. de locutione Angelorum ad 3. Henrici. Ipſum vero not, collegi ex Seraphico Bona d. 6. art. 2. quæſt. 2. *Rom. 5.*

3. Conſiderandum, ad vnionem ſubſtantialem requiri quod ambo extrema ſint ſubſtantia, & quod vnum extremum trahatur ad ſubſiſtentiam alterius. De fectu primi vnio accidentis ad ſubiectum nullomodo poteſt eſſe ſubſtantialis, Defectu ſecundi vnio veſtis ad me non poteſt eſſe ſubſtantialis, quia veſtis non trahitur ad ſubſiſtentiam meam, id eſt non ſubſiſtit ſubſiſtentia, mea ſed ſeparata a me, eſt contigua mihi: Videndus eſt Scotus d. 7. q. 1. art. 5. Art. 4. huius quæſtionis, hoc clarius manifeſtabitur. *Vnio ſubſtantialis*

Vltimo not, tria nobis Caietanum imponere, nẽpe quod noſtra vnio non ſit antiquorum doctorum. Secundo quod pro hac noſtra ſimilitudine non ſit locus ſcripturæ Tertio quod noſtra ſimilitudo non eſt vnio ſubſtantialis. ideo coincidere videtur cum errore Neſtorii ponentis vnionem humanitatis ad verbum eſſe accidentalem. *Tria Scoto imponit Caietanus.*

Ad oſtendendum primum, dico quod antiquior qui hanc ſimilitudinem inquirit eſt antiquiſsimus Iuſtinus inclitus martyr ac Philoſophus inſignis, qui fuit ſub Antonino Pio anno domini 150. ab hinc mille quadringentis annis, quo tempore floruit galenus. Iſte eſt anti quior Athanaſio, & Tertuliano qui preceſsit Hieronimum. *Hieron.* *Iuſtinus pro Scoto.*

Iſte Iuſtinus libro de confeſsione Trinitatis refert ſimilitudinem animæ & corporis vbi eam impugnat & reiicit, quia ex anima & corpore reſultat vnum tertium diſtinctum a partibus quod aliquando per mortem diſſoluitur quæ tertia entitas non reſultat ex vnione humanæ naturæ ad Verbum, & docet quod iſta vnio maxime aſsimilatur vnioni luminis & ſolis, nam ſicut vnum eſt lumen, vnus ſol, naturæ vero duæ, altera luminis altera corporis ſolaris, ſic filius & Dominus & Chriſtus & vnigenitus, natu-

nitus, naturæ vero duæ, altera noſtra, altera vero nobis ſuperior: hæc Iuſtinus. Origenes 2. Periarchon c. 6. Baſil. hom. 25. ex variis qua eſt de humana Chriſti generatione cõparãt hãc vnionẽ cũ vnione quæ eſt inter calorem & ferrũ candens. Verba Baſilii ſunt. Non enim in ferrum ignis currit aut accedit, verum in loco remanens. ſuarum particeps virium ferrum reddit, cumque ſe totum illi communicet nihil de ſua naturæ amittit: ſic & Deus Verbum, cum caro factum eſt. Vbi vult a per te Baſil quod ſicut ignis ferro ſuum communicat calorem abſque eo quod ignis confundatur cum ferro, quia vtrumque in ſuo manet eſſe, ſic verbum vnitur humanæ naturæ & communicat illi diuinam ſuam virtutem ſine confuſione ſubſtantiæ diuinæ & humanæ. Patet ergo falſiſsimum eſſe quod iſta ſimilitudo nũ ſit antiqua ab antiquis Patribus obſeruata & recepta. Quia Iuſtinus martyr Athanaſio antiquior eſt. Poſſumus verba Caietani vſurpando dicere. Reuereatur iſte antiquiſsimum matyrem, corona martyrii inclitum, Philoſophia & Theologia inſignem ac præclarum qui eruditiſsime diſputat contra Tryphonem. Cõſtat eperte quod Caietanus hos antiquiſsimos nõ legit. Antiquus Athanaſius qui ſequitur ſimilitudinem animæ & corporis antiquior Iuſtinus qui noſtrã ſequitur ſimilitudinẽ Sanctus, ſanctus Tho. ſanctus, & venerandus Iuſtinus & Baſil. Doctiſsimus, ſi non ſanctus, Origenes. Sanctus Seraphicus Bonauent. venerandus Alexand Alens qui ſequitur illam quæ eſt arboris & rami eiuſ inſerti. Quantum ad ſecundum quod nobis imponit, Pro hac ſimilitudine, facit illud Apoſt. ad Heb. 1. Qui cum ſit ſplendor gloriæ & figura ſubſtantiæ eius vbi in ſubſtantia lucida & eius ſplendore inuenit ſimilitudinem ad declarandam æternam verbi generationem, ergo a fortiori ad iſtã vnionem, quia illa emanatio & vnio maior eſt iſta. 2. iſta vnio ſimilis eſt illi, quia ſicut in diuinis tribus diſtinctis perſonis cõmunis eſt vna quædam natura, ita in hac vnione, naturæ diuinæ, naturę ſpiritualis, puta animæ & corporalis puta corporis cõmunis eſt vnitas diuinæ perſonæ. Doctrina eſt Ricard 3. de Trinitate c. 8. idem docet Bernard ſermone 3. natiuitatis. Ergo ſicut ad illam deuenimus per lucem, ita hæc vnio optime ſignificatur a ſanctis vnione lucis ad corpus lucidum, Deut. 4. Deus dicitur ignis. Ioan. 3 homo Chriſtus dicitur lux. Hoc eſt autem iudicium quia lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quam lucem. Vbi non eſt ſermo de Chriſto, ſecundum diuinitatem, ſed ſecundum humanitatem. Clariſsime Ioann. 9. Quandiu ſum in mundo, lux ſum mundi, ergo de ſeipſo homine loquitur, Vnde ad hoc venit Ioannes vt teſtimoniũ perhiberet de lumine, ideſt de homine Chriſto. 1. Inuiſibilia Dei a creatura mundi, per ea quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur, ergo quãdo non eſſet alius locus pro hac ſimilitudine: iſta locus generalis ſufficeret. Quomodo non concidat cum errore Neſtorii conclusio 3. dicetur.

*Origen 2. perior ad finem. c. 6* *Baſil.* *Hebræ.* *Ricar.* *Bernar.* *Ioan.*

Sit 1. Concluſio. Nulla vnio perfecte repreſentat hanc vnionem. Hanc docet Scotus dicens. Difficile eſt videre aliquam dependentiam talem. Nomine dependentiæ, vnionem intelligit, quia inferius extremum vnionis, dependet a principaliori, puta humanitas a verbo. Docet infra d. 7. q. 1. art. 4. Docet. Aug q. 3. ad voluſianum dicens. Si hoc myſterium rationem haberet non eſſet mirabile ſi exemplum non eſſet ſingulare. Damaſc libro 3. c. 26. idipſum docens rationemque reddens inquit. Si inter ſimilia eſſet perfecta ſimilitudo ſine diſsimilitudine, iam nõ ſimilitudo, ſed identitas eſſet. Aliis verbis docuit antea Hieron. ad Theodoram dicens. Vbi ſimilitudo promittitur veritas negatur. Ideſt non inuenitur eſſe rei, cui alia aſsimilatur. Hylarius quem refert Magiſter in 1. d. 19. explicans illud Ioann. 14. Ego in Patre & Pater in me eſt inquit. Affert pleriſque obſcuritatẽ ſermo domini cum dicit. Ego in Patre & Pater in me eſt, Nec immerito: natura enim humana intelligentiæ dicti huius nõ capit rationẽ, nec exemplũ aliquod rebus diuinis comparatio humana præſtabit Docuit antea Dionyſ. 2. de cœleſti hierarchia cap. 28. dicens. Ex rebus, poſſumus aſcendere ad cognitionem immaterialium, non tamen perfectam, quia non eſt ſufficiens comparatio rerum: ſimilitudines enim ad intelligenda immaterialia, ſunt multum diſſimiles. Habetur concluſio in Concilio Toletano 11. cap. 1. vbi loquendo de noua natiuitate filii. Dicitur Qui partus Virginis, nec ratione colligitur nec exemplo moſtratur. Et vtens verbis Aug. inquit. Si ratione colligitur, non erit mirabile, ſi exemplo, non erit ſingulare. Notanda ſunt verba Iuſtini martyris libello de confeſsione Trinitatis vbi inquit. Non eſt cur quiquam ex me modum huius vnionis ſciſcitetur, non pudebit enim fateri ignorantiam. imo gloriabor potius quod credã arcana quibus initiatus ſum, quæ nec ratio, nec mens valet percipere. Ratione ſic Myſterium hoc eſt nouum illud quod iuxta Hiere. 31. Dominus facturus erat ſuper terrã & illa pax quæ Philip. 4. ſuperat omnem ſenſum, ergo difficile eſt in venire aliquam vnionem ſimilem, alias non eſſet nouum ſub ſole nouum, ſub ſole nunquam viſſum, iuxta quod Damaſce. lib. 3. cap. 1. hoc myſterium vocat nouum omnium nouorum.

*Auguſt.* *Damas.* *Hierony.* *Hiero.* *Hylari.* *Diony.* *Concil. Toletan.*

Secundo probatur concluſio argumentis quibus Caietanus reiicit ſimilitudines, quæ omnes, deficiunt a vera ſimilitudine huius vnionis.

Secunda concluſio, ſimilitudo rami arbori inſerti multum confert ad cognoſcendum hoc myſterium, nam ruſtico credenti hoc myſterium, vel credere volenti, facile ſuadebitur quomodo ſicut ſub Vno trunco eſt duplex natura ac fructus arboris, ſic in vno ſuppoſito ſit duplex natura. Nec obſtat diſſimilitudo, quia iam facit generare phantaſmata ad intelligendam veritatem huius myſterii Deus enim nõ ſedet in loco, & tamen Iſai. 6. oſtenditur in ſolio excelſo & eleuato, ad hoc quod Propheta formaret phantaſmata & ſimilitudinem magni principis, & totius mundi monarchæ. Deus non ſeneſcit nec mutationem patitur (iuxta illud Malach. 3. Ego Deus non mutor) & tamen Dani. oſtenditur prophetę in forma ſenis, ad denotandam eius æternitatem. Antiquus dierum ſedit &c. vnde ſenes ſunt venerandi, quia aſſimilantur Deo in æternitate. Parentes, in hoc quod principium omnium, dans omnibus eſſe & viuere. Reges & magiſtratus in gubernatione. Pro hac facit illud. Suſcipite inſitũ verbum: Quæ verba explicãs S. Tho. ibidem in quit. Verbum increatum inſitum eſt humanæ naturæ per incarnationem: natura enim humana ante Incarnationem filii Dei erat tanquam truncus ſilueſtris qui Rom. 11. ex naturali excisus eſt oleaſtro, & contra naturam inſertus eſt in bonã oliuam. Ecce quomodo hanc ſimilitudinẽ recipit & veneratur S. Tho. Omitto aliorum doctorum expli-

*Malach.* *Iacob.*

 catione m

Huic ſimilima eſt iſta habitudo, quæ eſt dependentia naturæ humanę ad perſonam diuinam, quę eſt extra omnem dependentiam cauſati ad cauſam. Hæc nō habet pro termino primo naturam, ſed perſonam in quantū perſona: ita quod ſicut entitas naturæ eſt alterius rationis ab entitate propria perſonæ vt perſona, ita dependentia ad tale ens & tale, eſt alterius & alterius rationis.

Appollinarii. Si ergo, tu abſtrahis a diſsimilitudine, quare non ego abſtrahā a diſsimilitudine. Tibi licet mihi nō licet. Abſit. Quia in veritate comperi quod non ſit acceptor perſonarum Deus, nec eſt diſtinctio Iudæi & Græci, pauperis minoritæ, & purpurati Cardinalis ſancti Sixti ſed in omni gente & ſimilitudine quæ abſtrahit e diſsimilitudine acceptum eſt illi. Quia hæc eſt prima controuerſia cum Caietano, in quantum potui pro defenſione Scoti laboraui. Ex reuerentia S. Tho. & Athanaſii ſit.

4. Concluſio. Similitudo animæ & corporis abſque dubio eſt optima. Hanc ſequitur Scotus d. 9. art. 3. concluſione 2. in hac veritate non me tenet Thomiſtarum doctrina, ſed Eccleſiæ, Athanaſii & S. Tho. Authoritas. Tenet me Tertulianus libro de reſurrectione carnis parum poſt principium qui explicans locum Geneſ. 2. vbi Deus de limo terræ hominem formauit inquit. Ille limus iam tunc imaginem inducens Chriſti futuri in carne, non tantum Dei opus erat, ſed & pignus. Ideſt non ſolum homo fuit imago Dei ſed imago incarnationis Chriſti. Secundum quod eſt in ſe, eſt Dei imago, ſecundum vnioné vtriuſque partis eſt imago incarnationis, quæ tunc erat futura nunc præterita, ideo de primo Adam inquit Paul. Qui eſt forma futuri, quia tunc nondum venerat incarne.

**Bernard.** Tenet me in hac ſententia Bernard ſermone 2. natiuitatis vbi docet myſterium incarnationis eſſe exemplar myſterii Trinitatis dicens. Prima coniunctio ex duobus nempe ex anima & corpore. Secunda ex tribus, vt diſcas ex hoc ipſo ad ſacramentum accedere Trinitatis. Ideſt ſicut homo fuit exemplar & ſimilitudo incarnationis, incarnatio eſt ſimilitudo Trinitatis, quia ſicut in Trinitate eſt triplex perſona in vnitate, ſic in incarnatione eſt triplex ſubſtantia, r. é. pe diuina natura, corpus, & anima, in vna ſubſiſtenti perſona. Quemadmodum ergo in Scala diuerſi ſunt gradus, ſic creaturarum ſpecies, ſunt quidam gradus ad Deum. Vnio materiæ & formæ eſt ſimilitudo vnionis animæ cum corpore. Supra animam irrationabilium, addit anima rationalis. Anima rationalis vnita ad corpus, eſt ſimilitudo vnionis verbi diuini ad humanam naturam. In hac vnione opus Dei habuit terminum & peruenit ad faſtigium & culmen. Illud myſterium maxime repreſentat Trinitaté. legendus eſt Ricard de ſancto victore 3. de Trinitate cap. 9. vbi fere idem dicit quod Bernard. Tenet me Authoritas Athanaſii cuius ſymbolum approbauit Eccleſia vbi hac vtitur ſimilitudine. Quomodo conſiſtat ſimilitudo ſequens concluſio indicabit.

**Dyon.** 5. Concluſio. Ex omnibus ſimilitudinibus ſimul indaganda eſt perfecta ſimilitudo poſsibilis, nam iuxta Dyoniſ. de myſtica Theologia. Cum aſcendimus ad diuina deficiunt verba. Et de diuinis nominibus inquit. Quod cum nomina non adequant dignitatem rei nominatæ multis nominibus eſt nominanda, vt vnum ſuppleat defectum alterius. Sic

**Aug.** procedit Aug. ſer. 38. de verbis domini vbi agnoſcens nullam creaturam, diuinam generationem perfecte repreſentare in quit. Intelligere filium conſubſtantialem & coæternum Patri, non ex vno ſolum exemplo ſumendum eſt, ſed coæternum ex igne & ſplendore, quod facit Apoſt. ad Hebræ. 1. dicens. Quia cum ſit ſplendor & figura ſubſtantiæ eius. Et quia ſplendor non eſt eiuſdem ſubſtantiæ cū igne, conſubſtantialitas ex proceſsione diuina hominis ab alio ſuméda eſt. Iungamus ergo ambo genera, in vno equalitatem naturæ, in alio coæuitatem & æternitatem inueniemus. Hæc Auguſtinus. Iuxta hoc Concilium Epheſinum in profeſſione fidei & in epiſto-

**Concil.** la ad Neſtorium notificans conditionem ſempiterni filii inquit. Filius eſt coæternus Patri, ſplendor, ſubſtantia, figura & charater eius. Hoc facit Concilium vt ex multis nominibus cognoſcamus æternam filii generationem. Sic ex omnibus ſimilitudinibus habenda eſt perfecta ſimilitudo poſsibilis. Docet hanc tacite S. Tho. dum variis locis varias ſequitur ſimilitudines.

In hoc ergo myſterio vna eſt perſona, duæ naturæ, diuina perſona ab æterno ante humanam eſt ſubſiſtens, & ſpiritus cui in tempore contingenter vnita fuit humana natura, Ex vnione, vnum reſultauit ſubſtantiale ſine diuinæ perſonæ mutationé. Diuina perſona eſt omnino inde pendens. Humana natura a diuina perſona pendet. Ad extreme vnite, relatio vnionis conſequitur, & mutua vtriuſque extremi denominatio, quia vtrunque extremum dicitur vnitum alteri.

Si conſideremus quod eſt vna perſona præ exiſtens, cui integra natura vnitur, quod perſona denominatur a natura ſibi vnita & quod natura humana de nouo producitur, maxime hæc omnia inueniuntur in ſubiecto & accidente & bona ex parte in ramo arbori inſerto non in vnione animæ & corporis.

Si conſideretur, quod illa perſona eſt ſpiritus & quod ex vnione reſultat vnum ſubſtantiale: maxima ſimilitudo, cæteras ſuperans, inuenitur in vnione animæ & corporis, & maior erit ſimilitudo in reſurrectione, vbi animæ præ exiſtenti vnietur caro in tempore. Et quantum ad ſimilitudinem vnitatis nō dubito quin ſuperet alias vniones ſimiles. Sed nil contra nos, nam magis ſimilis eſt Deo homo quam quæcunque alia corporalis creatura vt patet de ſe, & colligitur ex illo Gen. 1. faciamus hominé ad imaginé & ſimilitudinem noſtrā & tamen Paul. ad Heb. 1. ad oſtendendam coæternitatem filii cum Patre non confugit ad coæuitatem potentiarum cum anima, ſed ad ſplendorem lucidorum. Sic quia anima inuiſibilis eſt, melius ad conuincendum hæreticum, & ſuadendum fidelem ruſticum, recurrimus ad noſtra exépla, quam ad exemplum vnionis animæ & corporis, qua ratione meliora eſſe dicimus.

Si conſideremus perfectam denominationem, nullum extremum alteri vnitum denominat perfecte aliud cui vnitur ſicut humanitas denominat Deum hominem, ideo nulla eſt perfecta ſimilitudo. Aliæ vniones quæ non iuuant ad hoc myſterium fugiende

De ſecundo dico quod ſi repugnaret.

*Pro 2. articulo.*

AD PRIMVM

Dico, quod infinitum non eſt componibile, vt pars: quia parte totum eſt perfectius infinito nihil eſt pefectius, infinitum tamen eſt vnibile, ideſt, poteſt terminare dependentiā alterius ad ipſum.

Et cum additur ibi, quod infinito nō poteſt fieri additio, igitur neque vnio. Reſpondeo infinitū nō habet in ſe quodcunque ens formaliter, ſed virtualiter, vel eminenter, & ita verbum eo modo, quo non habet in ſe naturam humanam poteſt illa ſibi addi, hoç eſt, quod formaliter talis natura dependet ad verbum: vt autem eſt in verbo eminenter, vel virtualiter non dependent ſic ad verbum, quia ſic nō habet entitatem dependentem.

Ad ſecundum conceditur proportio, id eſt determinata habitudo, non quantitatiua, qualis dicitur eſſe dupli ad dimidium neque quanti ad quātum, ſed qualis dicitur eſſe generaliter paſsiui ad actiuum, & e conuerſo actiui ad paſsiuum, vel actus ad potentiam: natura humana poſsibilis eſt dependere reſpectu perſonæ diuinæ dependentia aliqua ſpeciali, & iſta dependētia eſt ſufficiens proportio ad talem vnionem.

Ad tertium dico, quod contraria non quia diuerſa, ideſt, in nullo conuenientia, ideo ſunt incompoſſibilia: nam hoc modo diuerſa genere ſunt magis diuerſa, quam contraria, ſed quia in illis eſt repugnantia, licet in multis conueniant: qualis repugnantia non eſt in illis, quæ in nullo, vel in paucis conueniūt. Natura igitur diuina & humana licet ſint magis diuerſa quam contraria non tamen magis repugnantia.

Exemplum. Superficies & albedo magis ſunt diuerſa, quā album & nigrum, & tamē ſuperficies poteſt eſſe alba non tamen album poteſt eſſe nigrum formaliter vel e conuerſo propter eorum repugnātiam formalem.

Ad quartum dico quod incarnationi actioni correſpondet aliqua paſsio ex quo eſt actio tranſiens. Sed iſta paſsio non ſignificatur per hoc, quod eſt incarnari propriè loquēdo, ſed per hoc quod eſt vniri, vel aſſumi; nā iſta actio, vt tranſit in obiectum, tranſit in na-

defunt. Videndus eſt Ariſtotel. 5. Metaph: at ext. com. 8. vſque ad 11. Scotus in 1. d. 2. quæſt. 4. v. cum vnitate eſſentiæ ſtet pluralitas perſonarum. Ad argumenta Caietani contra Scotum (argumenta art. noſtra dubio 1. ſoluta ſunt) Ad primum patet quo nam pacto ſit ſimilitudo & diſsimilitudo quam bene cognouit Scotus qui D. 7. q. 1. art. 5. docet quod ex ſubiecto & accidente non reſultat vnum ſubſtantiale, quia ad ſubſtantialem vnionem requiritur quod vtrunque extremum ſit ſubſtantia, ideo tantum adducit hanc ſimilitudinē, tanquam ſimilitudinē proportionis, non vnitatis. Conſtat ex D. 7. q. 1. Quando dicit Caietanus quod hæc ſimilitudo coincidere videtur cum errore Neſtorij patet ex dictis eſſe falſum.

Ad 2. Dico quod etiam iſta eſt falſa, Verbum eſt humanitas, ſicut iſta. Petrus eſt albedo: ſicut autem iſta eſt vera Deus eſt homo, ita iſta Petrus eſt albus. Quod iſta ſit denominatiua, non illa perfectius eſſe humanitatis eſt in cauſa, quæ denominat Verbum ac ſi eſſet eius proprium ſuppoſitum. Et quando plures ſint diſsimilitudines ad hoc ſimilitudo eſt optima vt dictum eſt. Ad id quod dicit de humanitate ſi dimitteretur, dico quod accidens in ſacramento altaris per ſe ſtat a ſubſtantia dimiſſum, ſed quia non eſt ſubſtantia, illud per ſe exiſtere nō eſt proprie ſubſiſtere.

Ad 3. Dico, quod quia Chriſtus promittabatur venturus in carne, conuenienter manifeſtabatur per brachiū, per manum, & ea quæ ad humanā expectabāt naturam. Inter ſapientes bene declaratur per ſimilitudinē ſubiecti & accidentis. Quomodo ſint loca ſcripturæ dictum eſt contra Caietanum. Ad 4. Dico quod diſtinctio ſpecifica non requirit diſtincta ſuppoſita, patet in humana natura, quæ ſola ſingularitate, differt a perſona Verbi, ſic ſorſum ramus inſertus. ſola ſingularitate differt ab arbore. Dato tamen quod differat ſuppoſito, eſt optima ſimilitudo, quia exiſtunt per modum vnius, & hoc ſufficit ad hoc quod formemus ſimilitudinē huius ineffabilis vnionis: Si enim ſolum ex ſimilitudine eſſet formanda notitia, non ſufficeret, ſed quia veritatem ex fide prius habemus, ad percipiendum poſtea modum huius vnionis, hoc exemplū eſt optimum.

Super D. 1. q. 1. art. 2. In litera Author duo facit, primo reſpondet quæſtioni. Secundo circa probationem concluſionis adducit probationes Varronis & S. Thom. quas reijcit, & Poſtea proprium ponit.

Circa primum eſt concluſio. Hæc vnio non repugnat ex parte diuinæ perſonæ in quantū diuina eſt Nec inquantum eſt hæc ab alijs diſtincta. Primum probatur. Ad terminandam naturæ humanæ dependentiam, ſolum requiritur quod terminans ſit omnino independens, habens entitatem quæ requiritur ad terminandum, hoc habet diuina perſona abſque hoc quod ex tali terminatione ſequatur aliquid repugnans diuinæ perſonæ ergo, Maior eſt manifeſta, minor probatur. Non ſequitur aliqua compoſitio, nec potentialitas aut limitatio in verbo vt patet nec ſequitur aliqua dependentia, quia quamuis diuina perſona terminet humanam naturam, non inde ſequitur quod realiter referatur ad humanam naturam, ſed ſolum quod terminet illam,

miſit illam, ergo non ſequitur aliqua dependentia

B Quod non repugnet in quantum hæc perſona, Id eſt quod iſta poteſt aſſumere ſine Patre & Spiritu ſancto, probatur Terminare naturam non eſt agere, ergo nō oportet quod huiuſmodi reſpectus ſit cōmunis tribus perſonis, ergo poteſt vna terminare ſine alia, tenet conſequentia quia iſta reſpectus vnionis eſt ad propriam rationem perſonalē diſtinctam ab aliis.

Circa ſecundum, varro & S. Thom. dicunt, quod potuit aſſumere, quia continet in ſe virtualiter perfectionem perſonæ creatæ. Impugnat hoc, nam iſti concedunt perſonalitatem diuinam non dicere perfectionem, ergo male modo probant, as perfectione, poſſe aſſumere

Quoad 3. Author probat ex independentia. Cetera patent.

*Num vnio perſonæ diuinæ, dicat compoſitionem aut potentialitatem.*

Vt ſingulas probationes examinemus not. ex d. 6. q. 3. ad compoſitionem ſtricte, requiri quod vna pars vnita alteri, ſe habeat vt materia, altera vt forma, quod hic nō inuenitur: ideo nō eſt cōpoſitio, nec eſt potētialitas, quia non eſt informatio, Nec eſt limitatio: nam materia ideo limitatur per formam, & forma per materiam: quia nec materia poteſt formam aliam recipere, nec forma aliam materiam informare: Verbū poteſt aliam & aliam naturam aſſumere, igitur non limitatur. Natura humana limitatur, quia non poteſt aſſumi ab alia perſona. Iam conſtat quod non dicat mutationem, quia quod mutatur aliter ſe habet, nunquam antea, acquirendo vel amittendo aliquam entitatem, Verbum nil acquirit vel amittit ergo non mutatur,

turam humanam nō in verbum, & ideo illud quod correſpondet ſibi ex parte naturæ humanæ eſt paſſio. Licet igitur vocaliter & Grammatice incarnari videatur ſignificare paſsionem huius actionis incarnare, tamen realiter ſignificatur per hoc, quod eſt vniri vel aſſumi & cōcedo quod natura aſſumpta patitur & eſt in potētia.

## Articulus II.

*Vtrum vnio repugnet ex parte perſonæ aſſumentis.*

AD ſecundum ſic proceditur. Videturque quod repugnet ex parte perſonæ aſſumentis, quia quæ ſola ratione differūt, vnum non poteſt eſſe ratio vnionis realis, & non alterum, perſona & eſſentia ſola ratione differūt alias videretur eſſe compoſitio in diuinis: Igitur repugnat ex parte perſonæ aſſumentis. Maior probatur, quia cum vnio realis ſit ad aliquam rem ſecundum quod habet eſſe reale, nihil terminat iſtam vnionem præciſe ſecūdū quod habet eſſe rationis præciſe cauſatum per actum intellectus: igitur ſi vnio eſt realis & illa realiter ſunt tantum vnum, totum quod eſt ibi terminat iſtā vnionem realem.

¶ 2 Omnis dependentia eſt ad independens & ad abſolutū, vt videtur: perſona diuina inquantum talis non eſt abſoluta: igitur natura non dependet ad perſonam inquantum perſona: ſed non vnitur perſonæ niſi dependeat a perſona in quantum perſona igitur non vnitur perſonæ.

¶ 3 Arguitur ex parte vnionis. Quia omnis dependentia alicuius ad alterum vel eſt cauſati ad cauſam vel cauſati poſterioris ad cauſatū prius: Hoc videtur manifeſtū in omnibus dependētiis: natura humana non dependet ad verbum vt cauſatum poſterius ad cauſatum prius, quia in principio erat verbū per quod creata ſunt omnia. Nec dependet ad ipſum præciſe vt cauſatum ad cauſam, quia ſi dependet ad ipſum, vt ad cauſam, terminus iſtius dependentiæ eſt cōmunis tribus perſonis.

Sed contra Ioann. 1. Verbum caro factum eſt.

A ¶ Reſpondeo dicendo, quod vnio non repugnat ex parte perſonæ diuinæ.

*Num non dicens relationem non dicat dependentiam.*

Probans Author hanc vnionem non dicere dependentiam in verbo, inquit. Nō oportet quod referatur realiter vbi docet, quod ſi non refertur, non dicit dependentiam, & quod ſi referretur dependeret, quod eſt falſū, quia cauſa refertur ad cauſatū a quo nō pēdet.

Leuchetus multa dicit non neceſſaria, quum hoc inconueniens non ſequitur, nam dicere dependentiam & referri habent ſe ſicut ſuperius & inferius, referri ſuperius eſt pendere vero inferius. Vnde bene valet hoc pendet ex alio, ergo refertur ad illud quia nō eſt dependentia niſi quando vnum recipit ab alio. (Statim quod fructus arboris maturus eſt, non pendet ab arbore ſed in terram cadit, quamuis nihil recipit ab eo, eo quod peruenit ad perfectionem quam ab arbore poterat recipere.) E conuerſo non valet. Refertur ergo pendet. Quia vt argumentū probat, pater refertur ad filium, & tamen nec Pater a filio, nec cauſa ab effectu pendet, ſiue in fieri ſiue in facto eſſe. Qua ratione, iuſta de cauſa, nullus Theologus audet concedere in diuinis dependentiam, cum nullus audeat negare perſonas per relationes conſtitui igitur aliud eſt referri, aliud vero dependere. Si dicas relatiua poſita ſe ponunt perempta ſe perimunt, ergo vnum pendet ab alio. Dico quod paritas ſimilitudinis, paternitatis, in relatione conſiſtit, ſed in abſoluto fundatur, ideo dependentia inter correlatiua, ex abſoluto aliquo eſt inveſtiganda, vnde contingere poteſt quod ſit relatio inter aliqua duo, & quod nō ſit dependentia inter illa, quia non eſt aliquid abſolutum ratione cuius, abſoluti recipiens ſit pendens a recipiente, Leuchet.

Quia ſi repugnaret ſic aſſumere aut terminare dependentiã naturæ humanæ aut hoc eſſet inquantum eſt perſona diuina, aut in quantum eſt hæc perſona. Non primo modo, quia iſtud terminare dependentiam non infert aliquid repugnãs perſonæ diuinę, quia nec compoſitionem, nec potentialitatem, nec limitationem. Non enim oportet, niſi quod terminans iſtam dependentiam ſit in ſe aliquid independens habens entitatẽ talem, qualis requiritur ad terminãdũ iſtam dependentiã nec ſequitur aliqua cõpoſitio, nec potentialitas: Patet. Nec dependentiã in perſona diuina, quia nõ oportet eam realiter referri, ſed tantũ terminare dependentiã naturæ humanę aſſũptæ relatæ ad eam.

piente. Vnde ſicut ipſa relatio aliquando mutua eſt, quia ex vtroque extremo realis eſt. Sic contingere poteſt quod inter aliqua duo ſit relatio mutua & quod dependentia ſit non mutua, quia vnum extremum relatiuum recipit ab alio, non a conuerſo. Ex quo conſequẽs eſt quod ratio relationis diſtinguetur e ratione dependentiæ, quia concurrit ſufficiens ratio fundandi relationem, non tamen fundãdi rationem dependentiæ. Poſt aſſertionem veritatis, ſubiiciamus exempla vt pandamus veritatem. Pater æternus ad vnicum & ſubſtantialem filium quem æternaliter genuit, realiter refertur: relatione mutua ex vtroque extremo reali, & tamen dependentia nulla eſt, quia ſecundum Scotum libro de primo principio dependentia eſt coexigentia vnius ad aliud in alteritate naturæ. Cum in Patre & filio non ſit naturæ alteritas & diuerſitas quamuis filius e Patre naturam accipiat, nullo modo dependentia eſt. Conſequens iam eſt quod poſſit eſſe relatio ſine dependentia. Inter cauſam & cauſatum ſepe relatio realis mutua inuenitur tamen quia non mutuo vnum recipit ab alio, non cauſa ab effectu, ſed effectus a cauſa pendet, & hoc non ſemper ſed in fieri, niſi ſit cauſa vniuerſalis, vt Deus, nam tunc ſemper ab illo pẽdemus (non ipſe a nobis) quia vt quidem poetarum dixerunt, in illo viuimus mouemur, & ſumus. Conſequens iam eſt quod poſſit eſſe mutua relatio, cũ dependentia non mutua. A me ipſo non loquor ſed ab eo qui me docuit Scotus in 1. d. 3. q. 7. reſpondendo ad argumenta ſecunde opinionis. Et in 2. d. 25. reſpondendo ad 3 prime opinionis vbi inquit. Relationes reales ſunt in triplici differentia, quædã ſunt quæ habent dependentiam eſſentialem vt cauſæ ad cauſatum. Aliæ ſunt relationes originis quæ tamen non habent dependentiam inter ſe vt paternitas & filiatio in diuinis. Aliæ habent dependentiã accidentalem vt mouens & motum: motum enim non dependet eſſentialiter e mouente quia nõ depẽdet niſi ratione illius accidentis quod recipit. Notandum eſt hoc vltimum verbum, ex quo infero igitur vbi vnum relatiuum non recipit ab alio non eſt dependentia Secundo ſic. Quando id quod recipitur eſt accidens dependentia eſt accidentalis quia poteſt exiſtere ſubiectum abſq; tali dependentia, quia ceſſat accidens ratione cuius pendet. Quando id quod recipitur eſt ſubſtantiale, eſt dependentia eſſẽtialis, ergo ſi ratio dependentiæ diuerſificatur ex abſoluto recepto, ſequitur quod ex vno ſumitur ratio relationis, ex alio ratio dependentiæ, ergo quando nullo modo eſt receptio, poteſt eſſe relatio ſine dependentia, talis eſt in diuinis inter Patrem & filiũ talis eſt in humanis inter album & album, quorum vnum nihil recipit ab alio. Cauſatum quoque dependet e cauſa, ſed non cauſa ab effectu, Ideo concedendo quod argumentum deducit non reputando illud pro inconuenienti. Dico quod inter omnia relatiua eſt neceſſaria coexigentia quia vnum neceſſario coexigit aliud, ſed non ſemper eſt dependentia vt dictum eſt Author optime procedit arguendo a negatione ſuperioris ad negationẽ inferioris affirmatiue nõ valet. Refertur ergo pendet. Negatiue valet non refertur ergo non dependet. Sic procedit Author hic & art. precedenti vbi probat quod non ſit relatio æquiparantiæ, ſed diſquiparantiæ arguendo ſic: vnio eſt relatio, non realis ſed rationis, ergo non eſt mutua, ergo non eſt æquiparantiæ tenet diſcurſus & quęlibet cõſequẽtia a negatione ſuperioris.

Contra diſcurſum & proceſſum Authoris pro exercitio nouitij Theologi arguo ſic: iſta relatio eſt realis, & mutua, ergo eſt æquiparantiæ, non diſquiparantiæ, ergo ruit proceſſus Authoris, & ſimul vtrunque infero quod male hic & illic procedat, hic negãdo quod non dicat dependentiam in Verbo, quia non refertur realiter, illic quod non ſit æquiparantiæ ob eandem rationem. Aſſumptum probo ex Authore art. 1 probans quod iſta relatio in natura aſſumpta ſit realis inquit. Nec illa relatio in natura aſſumpta eſt tantum res rationis, quia tunc ipſa vnio non eſſet realis. Idipſum docet S. Tho. 3 p. q. 2. art. 7. Quod ſi mutua probo ſic. Eſt relatio & mutua denominatio, ergo eſt mutua relatio, ergo eſt æquiparantiæ. Dico quod iſta vnio in humana natura eſt realis, quia conſurgit cum mutatione ſui, ſed in verbo non eſt realis, quia illi aduenit ſine mutatione ſui, ideo mutua denominatio non ſufficit ad relationem æquiparantiæ, ſed requiritur mutua denominatio relationis realis in vtroque extremo vt late art. precedenti dictum eſt. Non ergo hic & illic [illegible], ſed ſemper ſtat proceſſus Scoti. *Argu.*

*Nũ vna perſona potuerit aſſumere ſine alia.* *Dub. 3.*

Quæſtio, nunc, de facto procedit an filius potuerit aſſumere ſine Patre & Spirituſancto, ſed ſecundum ſe vniuerſaliter intelligitur, an vna potuerit aſſumere ſine alia, an vero neceſſa fuerit quod omnes aſſumerent, vel nulla. Articulus fidei, quod Filius de facto aſſumpſerit ſine Patre & Spirituſancto, oſtendit veritatem de poſſibili.

Ratio dubitandi in hac parte deſumitur ex vnitate diuinæ eſſentiæ quæ eſt vnum cum omnibus perſonis ergo ſi vna aſſumit, neceſſe eſt quod omnes aſſumant ergo non poteſt vna ſine alia.

2 Si poſſet vna aſſumere ſine alia maxime quia terminat ſub propria ratione perſonali, ſed hoc non ergo non potuit vna ſine alia. Probatur minor. Perſona diuina non conſtituitur aliquo abſoluto, ſed relatiuo, ſub iſta ratione nõ poteſt terminare, ergo nõ poteſt vna aſſumere ſine alia, probatur minor. Relatiuũ fũdatur in abſoluto ergo relatio nõ terminat niſi prius terminet abſolutum, ſi abſolutum terminat omnes terminant.

3. Naturam aſſumi eſt naturam pendere a verbo omnis dependentia eſt cauſati ad cauſam: talis eſt communis tribus, ergo vna perſona aſſumere non poteſt ſine alia, minor probatur dependere eſt accipere quod praeſupponit dare, dare eſt agere, agere eſt cōmune tribus ergo. non poteſt vna ſine alia.

4. Eſſe hominem eſt quid abſolutum, ergo conuenit tribus, tenet cōſequētia, quia oīa abſoluta ſunt communia.

5. Aſſumere eſt agere, agere conuenit tribus ergo non poteſt vna aſſumere ſine alia.

6. Suppoſitum diuinum terminat, quia eſt virtutis infinitæ, ſed virtus infinita eſt communis tribus, ergo.

B Nec ſecundo modo eſt aliqua repugnā tia ex parte diuinæ perſonæ inquantum hæc, puta, quia hæc perſona vna aſſumit & non alia: quia licet reſpectus conſequēs naturam, vel terminare talem reſpectū ſit comune tribus, & ideo omnis cauſalitas reſpectu creaturæ cō ueniat tribus, non tamen oportet, quod iſte reſpectus, qui nō conſequitur entitatē quidditiuam, ſed perſonalem ſit communis tribus: nā omnis entitas perſonalis independēs poteſt ſufficienter terminare iſtam dependentiā talis eſt entitas propria cuiuſcunq; perſonæ, etiam vt diſtinguitur ab alia: igitur, &c.

De veritate huius quæſtio. videndus eſt S. Tho. 3. p. q. 3 art. 4. Seraphicus Bonauent. hac d. art. 1. q. 3. Ricard ibidem. Durand q. 2. Marſil quæſt. 1. Thomas de Argentina q. 1. art. 1. Pars affirmatiua

S.Thom. eſt art. fidei Ioann. 1. vbi de ſolo filio dicitur. Ver-

Bonau. bum caro factum eſt, In concilio Niceno de ſolo filio, Qui conceptus eſt de Spirituſancto, in concilio Toletano. 6. Cum tota Trinitas cooperata ſit formationem ſuſcepti hominis quoniam inſeparabilia ſūt opera Trinitatis ſolus tamen filius ſuſcepit humanitatem in ſingularitate perſonæ non in vnitate diuinæ naturæ. Vbi vtrunque docetur ſimul, & quod id quod eſt agere ſit commune tribus; & quod eſt terminare ſit proprium filij. In concilio Toletano 11. poſt confeſſionem Trinitatis dicitur. De his tribus perſonis ſolam filii perſonam pro liberatione humani generis hominem verum ſine peccato de ſancta & immaculata virgine credimus aſſumpſiſſe. Docet hoc Dyonis. c. de diuinis nominibus c. 2. dicens. Incarnationis myſterium pertinere ad diſcretam Theologiam.

Negauit hanc veritatem hæreticus quidam natione gallus, (cuius meminit Anſelmus de incarnatione Verbi c. 1.) dicens, quod ſi perſonæ non erant diſtinctæ ſicut tres Angeli idest diſtinctæ in natura nō poterat vna ſumere ſine alia. Vnde iſte hæreticus cōuincebatur ſecūdo & primo argumento, ſed damnatur ex concilio eratis & damnatus fuit ab Archiepiſcopo Remenſi, non a Concilio Remenſi vt credo.

Reiecta hæreſi, circa rationem huius veritatis, nō conueniunt omnino Theologi. Quidam dixerunt, rationem huius ſumendam eſſe ex parte diuinæ voluntatis. Carnem aſſumere, eſt quid volibile contingens, ergo potuit Deus velle quod vna perſona aſſumeret ſine alia. Ratio hæc non explicat propriam rationem, ob quam iſta terminet non alia quod in ſpeciali inquiritur. Huius opinionis meminit Paludanus hac d. q. 7. art. 4. Gabriel q. 1 art. 2. inquit nullam

Gabriel. poſſe aſſignari rationem quare agere ſit commune tribus, ita quod vna perſona non poſſit agere ſine alia, poſſit tamē vna ſine alia terminare. Sed hoc falſum eſt quia agere diuinis perſonis, & in vniuerſum omni ſuppoſito conuenit ratione naturæ, ſed diuina natura communis eſt tribus ergo vna non poteſt agere ſine alia: cū vero terminare ſit communicare propriam perſonalitatem ſuſtentando naturam per proprietatem perſonalem, ad quod intelligendū maxime iuuat exemplum ſubiecti ſuſtentantis accidens, maxime apparet quomodo vna poſſit ſine alia terminare. Durand intelligere non valet quomodo potuerit vniri perſonæ immediate, ideo docet quod

Dur.

prius fuit vnita eſſentia, poſtea perſonæ, de quo poſtea dicemus.

Ad applicationem huius not quod quælibet perſona, eſt per ſe incommunicabiliter ſubſiſtens propria ſubſiſtētia, quod hic monſtrabimus q. 1. art. 2. Theologica ſuadet ratio nā vt perſonæ diſtinguuntur, ſunt perſonæ ſubſiſtentes, ergo quælibet perſona ſuam propriam habet ſubſiſtentiam, tunc infertur ergo poteſt ex propria ſubſiſtentia perſonali, naturam humanam terminare conſequentia tenet, quia ad terminandam dependentiam humanæ naturæ diſtinctæ, ideſt ſine aliis perſonis ſufficit diſtincta perſonalitas independens, hoc eſt quod inquit Author terminare non eſt agere cōſequenter non conſequitur communem naturam ſed eſt quid perſonale. Ad manifeſtandam hanc veritatem, adducit exemplum Seraphicus Bonauent. de

Bonau. tribus puellis veſtientibus vnam: omnes veſtiunt, vna tamen ſola manet veſtita. Alexand. Alenſis 3.

Alex. p. q. 4. m. 2. adducit hiſtoriam Samſon Iud. 14. qui duxit vxorem matre & patre hoc volente ipſoque conſentiente ipſe tamen manſit vxoratus. Quia igitur vir efficitur vna caro cum vxore, & hoc fuit ex conſenſu utrium vt dictum eſt, hoc exemplum explicat hanc vnionem: eſt legendus eſt Origenes 2. libro. Per

Orig. iarchon c. 6 vbi docet in illis verbis Geneſ. 2. Erunt duo in carne vna ſignificatam fuiſſe vnionem Verbi diuini ad humanam carnem.

Ad primum argumentum dico quod inter naturā & perſonam eſt diſtinctio formalis, tanta quod ſufficit ad hoc quod perſona terminet non eſſentia.

Ad ſecundū dico quod relatio diuina eſt relatio ſubſiſtens, ideo poteſt perſonare naturam quæ in ſe erat perſonanda.

Ad 3 iam patet quomodo non omnis dependentia eſt cauſati ad cauſam, talis eſt iſta quæ eſt per terminationem & terminare non eſt cauſare.

Ad 4. dico quod abſoluta quæ conueniunt perſonis ab intrinſeco ratione diuinæ eſſentiæ ſunt communia, non tamen abſoluta quæ ſibi conueniūt ratione vnionis.

Ad 5. patet quomodo id quod eſt agere ſit commune, non tamen id quod eſt terminare.

Ad 6. dico antecedens eſſe falſum, dato tamen, quod ſit verum bene potuit vna ſumere ſine alia. quia perſonalitates diſtinguuntur.

Circa iſtum art. notandum quod cum dicit Author hoc probatur aliter, non eſt referendum ad literam immediatam ſub B. ſed ad primam concluſionem, vbi probauit vnionem eſſe poſſibilem ex parte diuinæ perſonæ. Prima ratio non procedit contra Thomiſtas, qui dicunt quod relatio diuina dicit perfectionem. Explicado S. Tho. vt Caiet. qui p. q. 28. art. 2. ad 3. docet quod relatio non dicit perfectionem nec imperfectionem habet vim ratio.

C Sed iſtud probatur aliter, quia perſona diuina continet & includit in ſe vitualiter perfectionē cuiuslibet perſonæ creatæ: ergo reſpectu naturæ creatæ ſupplere poteſt vicem perſonę creatæ ad terminandum iſtam dependentiam naturæ creatæ. Iſtud argumentū dupliciter deficit. Primo ſecundum eos, qui ſic arguunt, quia ponunt realitatē perſonalem non eſſe perfectionem ſimpliciter; illud autem quod eſt ratio continendi multas perfectiones virtualiter & quantū eſt de ſe infinitas oportet quod ſit perfectio ſimpliciter: perſona autem diuina ſi cōtineret realitatem vnius perſonæ creatę per idem, & infinitas & ita entitas perſonalis eius eſſet perfectio ſimpliciter, quod ipſi negant. Præterea. Ita perfecta continētia eſt in eſſentia diuina reſpectu naturæ creatæ ſicut, in perſona diuina reſpectu perſonæ creatæ, imo quoad aliquid magis, quia eſſentia eſt abſolute infinita nō ſic entitas perſonalis: ſed ipſa eſſentia ex perfectione ſua non poteſt eſſe formaliter eſſentia alicuius perſonæ creatæ, vt ſuppleat formaliter vicem naturæ, creatæ quam tamen continet vitualiter: igitur nec multo magis perſona illa poteſt ſupplere vicem illam reſpectu perſonalitatis creatę.

D Ideo non arguo ex perfectione entitatis perſonalis quaſi ipſa contineat virtualiter aliquam perſōnalitatē creatam, ſed ex hoc quod illa entitas perſonalis, eſt independens, & independens inquantum tale poteſt terminare dependentiam alterius ad ipſum, quod natum eſt habere terminum talem: iſta autem dependentia nata eſt habere perſonam pro termino & non naturam igitur perſona diuina independens poteſt ſufficienter terminare talem dependentiā naturæ creatæ ad ipſam

Ad argumenta. Ad 1. reſpondeo, quod qui diceret perſonā tantum differre ratione ab eſſentia haberet contra ſe illud argumētum: ſed aliqua diſtinctio poſita eſt naturæ & proprietatis vt patet in 1. diſt. 2. Si tamē poneretur primum adhuc poſſet reſponderi ad argumentum per fallaciam amphybologiæ Quære in 1. d. 26. de perſonis abſolutis.

Ad ſecundum de primo mēbro quod reſpectus non terminat dependentiā na-

Secunda ratio eſt apparens non conuincens, quia quæſt. 2. art. 2. tenet quod eſſentia poteſt terminare naturam humanam ſine confuſione naturarum.

*Probatio Varronis lib. 3. q. 1.*

Nec mirum quia non ſemper Scotus procedit oſtenſiue, vt patet loco allegato vbi ſoluendo argumenta ſed contra approbat quod impugna verat.

Sunt ergo contra iſtam probationem aliæ rationes efficaciores, Primò habetur hac d. quæſt. 5. Vbi inquit, quod ſi continentia eſſet ratio poſsibilitatis incarnationis, cū creatura ſit producta, quia continebatur in eſſentia, tunc potentia obedientialis creaturæ correſponderet huic continentiæ, & tunc ſequeretur quod ratio terminandi naturam eſſet eſſentia quod negat S. Tho. 3. p. quæſtio. 3. art. e.

*Impugnatur Varro.*

Alia ratio habetur quot 19. art. 2. quia ſi perſona continet omnem perfectionem naturæ createe, ergo poſſet eſſe ratio producendi creaturam, & ſic eſſent tres rationes producēdi quod eſt falſum ergo iſta ratio nulla eſt.

*Num quodlibet independens poſsit terminare pendentiam alterius.*

*Dub. 4.* Quæſtio habet ſedē apud Authorem litera D. vbi ex dependentia diuinæ perſonæ, probat poſſe terminare dependentiam humanæ

*1. Arg.* naturæ. Ad maiorem explicationem arguitur Subſtantia corporalis eſt omnino independens reſpectu accidentis, & tamen non poteſt terminare dependentiā cuiuslibet accidentis, quia nec in anima recipitur quantitas, nec ſcientia in corpore ergo non quodlibet independens poteſt terminare depēdētiā alterius

a Perſona diuina eſt independens, & tamen non poteſt terminare dependentiam creaturæ, vt creatura eſt, quia hoc commune eſt tribus, ergo falſa eſt aſſūpta propoſitio. quod independens poſsit terminare dependentiam alterius.

*Bachon.*

3 Arguit contra Scotum quidā Bechon. Independentia eſt negatio ergo non eſt ratio terminandi.

*Epilogatio propriæ ſententiæ.*

Præſens dubium diſputet Author quot 19 art. 2. Vbi poſtquam eddocet præſentem rationem, confuſæ & diſfuſæ arguit contra illā Breuiter notādum eſt quod dependere vt dictum eſt, eſt recipere quæ autem ſunt vnius ordinis non recipiunt ab his quæ ſunt alterius ordinis, vt tangit primum, argumentum ideo accidens ſpirituale non exiſtit in ſubſtantia corporali, nec e conuerſo, Vnde dicendum quod in omni dependentia de veniendum eſt ad aliquid omnino independens, alias eſſet proceſſus lege Scotum in 2. d. 12. quæſt. 1. § Iuxta iſtam quæſtionē eſt vna difficultas quaſi grammaticalis, Lege attente hic, vbi nō docet vniuerſaliter quod quodlibet independēs poſsit quālibet dependētiā terminare, ſed independens in ſuo genere, poteſt terminare dependentiam alicuius in eodem genere, Patet, nam ſolum dicit. Independens inquantum tale poteſt terminare dependentiam alterius & ipſum quod natum eſt habere terminum talē, Ac ſi dixiſſet. Subiectū corporale, terminabit accidentia corporalia, ſubiectū ſpirituale ſpiritualia, per hoc patet ad duo priora. Ad vltimū dico quod nomine independētiæ, intelligitur aliquid poſitiuum ſubſiſtens, a nullo pendēs, ideo non eſt mera negatio.

*Explicatur Scot.*

*Erat ſextum.*

Super.

*Opinio inominati autoris.* *Probationes primi dicti.*

turæ abſolute, dicitur quod perſona diuina inquantum relatiua eſt, terminat dependentiam naturæ creatæ ad ipſam, & hoc in duplici genere cauſæ, ſcilicet, efficientis & formalis.

Primum declaratur ſic, quia verbum aſſumit, ideſt, ad ſe ſumit, non ſic aliæ perſonæ. Secundo, quia incarnari eſt ſpecialiter illabi, & pertinet ad cauſam efficientem. Tertio, quia verbum eſt potentia operatiua patris, ideo poteſt habere operationem propriam præter illam quæ eſt communis toti Trinitati.

*2. dictum opinionis.*

Secundum declaratur ſic, quia ſecundum hoc eſt cauſa formalis ſecundum quod formaliter terminat, terminat autē inquantum perſona relatiua, ita quod proprietas relatiua eſt ratio terminandi: ergo non debet intelligi cauſa formalis, quæ ſit altera pars compoſiti, nec cauſa formalis ſuperueniens compoſitioni, nec forma exemplaris, quia hæc eſt communis toti Trinitati: ſed cauſa formalis quia formaliter terminans, hoc eſt dans formam ſpecialiter internallo illi quod eſt inter naturam vnitam, & ipſum vt terminum.

*Impugnatur primum dictum.*

Contra hoc, quod dicitur de propria efficientia verbi, quæ non ſit communis toti Trinitati ſunt authoritates, quas adducit Magiſter in litera, quod tota Trinitas æqualiter eſt operata incarnationē. Et ſi dicas quod aliquis modus agendi ſpecialis eſt ibi, propter quem dicitur ſuſtentare naturam modo, quo Pater & Spiritus ſanctus non dicuntur ſuſtentare eam. Contra. In actione ad extra nō eſt diſtinctio triū perſonarū in agendo, niſi conſequens originē, puta, quia vna perſona agit a ſe, alia nō a ſe, ſed ab alio: ſed iſta diſtinctio nō eſt ratio, quare vna perſona dicatur aſſumere naturam humanā vel perſonare naturam, & alia non, quia, ſi Pater incarnaretur & Trinitas iſtam incarnationem efficeret, eſſet iſta diſtinctio in operando, quia Pater ageret a ſe filius non a ſe, ſicut modo.

Secundo. Reſpectus perſonalis non poteſt eſſe propria ratio agendi ad extra primo lib. d. 4. & 18. de dono.

Tertio. Suppoſitum creatum non agit reſpectu naturæ, cuius eſt, quia ſecundū eos natura præcedit naturaliter ſuppoſitum, non ſic autem agens: ergo nec illud, quod ſupplet vicem ſuppoſiti creati in quantum tale, eſt agens reſpectu naturæ.

*Impugnatur ſecundum dictum.*

Quod dicitur ſecundo de forma, videtur abuſiua locutio, ſiue impropria de forma ſiue cauſa formali; quia ſecundum hoc Pater æternus, inquantum Pater, eſſet cauſa formalis Filij, quia inquantū Pater terminat relationem filij ad Patrem.

Quod etiam adducitur ibi de ſuppoſito, quod habet rationem totius: igitur & rationem formæ, ſicut totum eſt forma ex 5. Metaph. Antecedēs eſt falſum & conſequentia nulla. Primum patet falſum, quia perſona nullam addit entitatem abſolutam vltra naturam ſingularē, & ita nec ſuppoſitum in communi: ſicut nec perſona in natura intellectuali, & per conſequens non eſt totum reſpectu naturæ ſingularis.

Secundum probatur. Ideo enim totum eſt forma, quia quælibet pars eſt quaſi potētialis reſpectu perfectionis totius: in propoſito autem verbum non eſt potentiale reſpectu perſonæ quaſi compoſitæ. Si etiam deberet eſſe hoc totum, prout Damaſcenus dicit, & cōcludit perſonam compoſitam eſſe verbum, hoc nō eſt de perſona abſoluta accepta ſecundū entitatem perſonalem comparatam ad ad naturam, ſed de perſona in natura ad naturam comparata: ita igitur deberet concludi quod verbum incarnatum eſſet, vt forma, non autem, vt verbum abſolute: ſi enim abſolute conſideraretur entitas propria ſuppoſiti non eſt formalis reſpectu naturæ ſed magis materialis. *Lib. 3. c. 2. 3. & 5.*

*Soluit probationes opinionis.*

Quod autem adducitur pro iſto dicto. Aſſumere eſt ad ſumere, reſpondeo ſumere vt notat abſolute actionem eſt æqualiter totius Trinitatis abſque omni diſtinctione præter illam, quę conſequitur originem, ſed ad ſe vt notat terminum actionis, eſt verbi vt terminat dependentiam aſſumptæ naturæ.

*Nota de aſſumptione ad dub. 5. art. 1.*

Similiter quod dicitur de illabi, Reſpondeo, ſi accipiatur illapſus pro aliqua conditione efficientis, producentis ſiue conſeruantis, tota Trinitas eodem modo illabitur illi naturæ. Sed ſi accipiatur pro intimitate aliqua qualis eſt ſuppoſiti ad naturam, quæ dependet ad ipſum, hoc modo ſolum verbum illabitur, quia ſolum terminat dependentiam

illius naturæ :ſed iſtud illabi non eſt aliqua efficientia, ſed omnino prioritas alterius tationis.

Quod etiam additur, quod verbum eſt potentia operatiua Patris, verũ eſt, quia agit aliter, quam pater quantum ad diſtinctionem, quę conſequitur originẽ, ſcilicet a ſe & non a ſe, ſed ab alio; propter quam dicitur, Pater creare per verbum & non e conuerſo, ſed propter iſtã diſtinctionem non eſt quod vna perſona hoc modo agat vt incarnata, & alia nõ ſic agat, vt non incarnata.

Ad argumentum igitur principale dico, quod ſi perſona diuina eſt abſoluta abſolutum terminat dependentiam illius naturæ ſi autem eſt relatiua dico quod & ſi relatiuum inquantum tale non poſſit terminare dependentiam cauſati ad cauſam, poteſt tamen terminare dependentiam, quæ eſt alterius rationis, illam; ſcilicet, quæ eſt naturæ ad ſuppoſitum in quantum ſuppoſitum. Ad terminandum enim illam dependentiam ſufficit quæcunque entitas, quæ poteſt eſſe propria ratio ſuppoſiti & talis ponitur hæc entitas relatiua.

Ad tertium dico, quod iſta propoſitio eſt falſa, ſcilicet, quod omnis dependentia eſt cauſati ad cauſam, vel ad cauſatũ prius: eſt enim aliqua dependentia alterius rationis ab illa, quæ non eſt ad aliquid inquantum habet quidditatem, ſed inquantum quid, vel ens ſubſiſtens, vel ſuppoſitum, talis eſt iſta dependentia.

## ARTICVLVS. 3.

### ¶ Vtrum vnio repugnet ex partæ naturæ aſſumptæ.

*[illegible] quin rum.*

AD tertiũ ſic proceditur. Videtur ꝙ repugnet ex parte naturæ aſſumptæ quia eadem natura humana eſt hæc per ſe exiſtens, & perſona perſonalitate creata: ſed natura non poteſt aſſumi, niſi ſit hæc per ſe exiſtens: igitur non poteſt aſſumi, niſi perſonata perſonalitate propria: ſed ſi ſit ſic perſona non poteſt aſſumi a perſona in creata, igitur eſt in aſſumptibilis: igitur repugnat vnio ex parse naturæ. Probatio maioris propoſitionis, quia per ſe exiſtens in natura intellectuali eſt perſona. Probario minoris propoſitionis: quia non poteſt aſſumi niſi actu exiſtens, & hoc exiſtentia ſibi propria: ſed exiſtentia propria naturæ quæ eſt ſubſtantia eſt per ſe exiſtentia: igitur.

¶ 2 Probatur eadem propoſitio maior. Quia ſicut natura creata ſe habet ad ſingularitatem, ita natura Intellectualis ſaltẽ ſingularis videtur ſe habere ad perſonalitatem: ſed natura creata ita eſt ſingularis, quod non poteſt manere eadem ſine ſua ſingularitate: igitur nec natura intellectualis ſingularis poteſt manere eadem ſine ſua perſonalitate.

Sed contra eſt veritas fidei Ioann. 1. Verbum caro factum eſt: igitur non eſt repugnantia.

Reſpondeo dicendo, quod iſte tertius articulus eſt difficilior; quia oportet oſtendere diſtinctionem ſingularitatis naturæ creatæ a perſonalitate creata: probatur tamen propoſitum tripliciter. Primo, quia ſingularitas præcedit naturaliter perſonalitatem: Deus igitur poteſt influere ad ſingularitatem, ſicut ad prius naturaliter non influendo ad perſonalitatem, & ita poteſt præuenire in illo inſtanti in quo natura ſingularis debet perſonari in ſe, ne ipſa perſonetur in ſe ſed in alio. Secundo, quia illud quod eſt vnius generis poteſt habere modum alterius generis, vt patet de accidente per ſe exiſtente in Euchariſtia. Igitur ſicut accidens poteſt habere modum ſubſtantiæ vt ibi apparet, ita ſubſtantia poteſt habere modum accidentis e conuerſo, ſcilicet dependere. Sed hoc poſito ex parte naturæ humanæ quæ eſt ſubſtantia ſaluatur dependentia & vnio illa quæ dicta eſt: ergo natura ſingularis diſtinguitur a perſonalitate.

*Varro probat naturam diſtingui a ſuppoſito.*

Tertio. Arguit, quia quanto ſunt aliqua magis diuerſa, tanto magis ſunt ad inuincem vnibilia hoc probatur inductiue. Quia indiuidua eiuſdem ſpeciei ſunt minime vnibilia: res diuerſorum generum ſunt maxime vnibiles quam aliqua eiuſdem generis vt patet de ſubiecto & accidente, igitur cum maxime diuerſa ſint creatum & increatum, quia nõ vnius generis, ſequitur quod ipſa erunt maxime vnibilia quia vnum potentiale reſpectu alterius.

B Iſte rationes non oſtendunt propoſitum. Prima non quia ſi ipſa valeret, probaret quod Deus poteſt facere, naturam ſimiliter manere & non ſingularem, vel ſi ſingu-

*Impugnantur rationes.*

ſi ſingularem primo hac ſingularita te poſſet eam etiam manē-tem, facere ſingularē alia ſingularitate. Precedit enim naturaliter natura vt natu ta, ſeipſam vt ſingulatem. Quod ſi negetur naturam poſſe ſie ti non ſingularē hac de terminata ſingularitate, & ipſam non poſſe manere niſi ſub eadem ſingularitate, multo magis ſequitur hoc de natura ſingulari & eius perſonalitate, quia hæc eſt vltima actualitas eius.

2. Ratio videtur peccare quia modus ille, qui vere eſt proprius vnius generis, non conuenit alicui alterius generis. Sicut enim eſt iſti proprius ita eſt cuicunque alij impoſibilis. Nec quod adducit de accidenti ſeparato cō-cludit propoſitum, quia non habet illū modum, qui eſt pro proprius ſubſtantiæ. Modus enim ſubſtā-tiæ eſt per ſe eſſe naturaliter, hoc eſt in-eſſendo, non inclinari naturali aptitudine ad aliud, non ſic autem accidens Separatum.

Et ſi adducatur illud 5. Metaph. ꝙ differentia ſubſtantialis habet modum qualitatis. Reſpondeo quod non intelligit ibi Philoſophus de modo proprio qualitatis vt generis, ſed Intendit ibi ponere multiplicitatem huius vocabuli. qualitas. Et vnus modus eius eſt ſecūdū quod differētia ſubſtantialis dicitur qualitas. Iſte modus huius nominis. quale non cō-uenit alicui ſpeciei qualitatis vt eſt genus. Nec iſte modus, eſt modus proprius generis qualitatis, ſed tantum, eſt modus iſtius qui dicitur quale in communi. Igi-

*Super D. 1. quaeſt. 1. art. 3.*

Art. præcedenti dictum eſt quomodo iſta vnio non repugnet ex parte naturæ diuinæ, in hoc art. examinat Scotus quomodo vnio nō repugnet ex parte naturæ aſſumptæ.

Circa quod tria facit Primo recitat opinionem dicentium vnionē eſſe poſsibilem, quia ſingularitas naturæ precedit perſonalitatem, ergo poteſt Deus influere ad ſingularitatē non influendo ad perſonalitatem, ergo poteſt preuenire propriā perſonalitatem perſonando illam antequam perſonetur propria perſonalitate. — *Argumē ta opinionis.*

2. Sicut accidens poteſt habere modū ſubſtantiæ, ita ſubſtantia habere poteſt modum accidentis exiſtendo in alio, ergo incarnatio eſt poſsibilis ex parte naturæ humanæ. Tertia ratio aīt manifeſta in litera, de quo q. 2. Impugnat illas rationes vt videbimus dubio. 1. — *Improbatur 2. ratio.*

Secundo recitat duas opiniones, quæ magis in particulari oſtendunt quid ſit illud quod perſonalitas addit ſupra naturam. — *Author. Lis due opiniones*

1. Opinio — Prima docet quod addit aliquid poſitiuum, ſiue illud ſit abſolutum ſiue reſpectiuum. Secū-da opinio docet quod addit negationem actualis dependantiæ. Qualibet opinio oſtendit quomodo potuit aſſumere naturam non aſſumendo perſonam. Anthor impugnat vtrā que opinionem, vt videbimus dubio 2. Poſtea ponit propriam ſententiam dicens, quod perſona ſupra naturam addit duas negationes, nempe actualis & aptitudinalis dependentiæ ideo mediat inter duas prædictas opiniones oſtendens quomodo potuit aſſumere naturam ſine perſona. — *2. opinio.* — *Opinio Stoti.*

*Dub. 1.* — *Num iſta vnio repugnet ex parte naturæ aſſumptæ.*

Quomodo non repugnet ex parte diuinæ perſonæ art. 2. dictum eſt. Ad oſtendendum quomodo non repugnet ex parte naturæ mouetur dubium. Pro parte negatiua arguitur. Natura non poteſt aſſumi niſi ea iſtat. ſed natura non intellectualis per ſe exiſtens eſt perſona ergo non poteſt aſſumi. Minor probatur a diffinitione perſonæ. Maior ſic. Vnio eſt coniunctio duarum naturarum, ergo quælibet habet eſſe exiſtens, alias non eſſet vnio, quia non exiſtere & eſſe nihil, idem ſunt. — *1. Arg.*

Confirmatur, Natura creata non poteſt manere eadem ſine ſua ſingularitate ergo nec natura intellectualis ſine perſonalitate, conſequentia tenet a paritate rationis, quia ſicut ſe habet ſingularitas ad naturam ita perſonalitas ad naturam intellectualem. — *Text. Com. 19.*

Vltimo, ſi natura humana dimitteretur a verbo, eſſet perſona in aſſumptibilis, ſed modo nihil ſibi deeſt quin ſit perſona ergo. In hoc dubio certum eſt certitudine fidei quod hoc myſterium non repugnat ex parte naturæ aſſumptæ, nam hoc myſterium eſt factum ergo ex parte nullius extremi repugnat. vnde conſtat quod iſta pars ſit diffinita in Conciliis allegatis vbi dicitur hoc myſterium eſſe factum ſed quomodo nō repugnet oſtendere oportet.

Marſilius in 3. q. 1. art. 1. præ ceteris laborat ſuadere hoc myſterium non repugnare ex parte naturæ. Primo quia de ratione naturæ non eſt eſſe per ſe, ſed poteſt eſſe in alio, nam ſicut ignis poteſt eſſe ſine ſua operatione non comburendo vt patet ex hiſtoria trium puerorum quæ habetur apud Danielem, ſic videtur quod poſsit natura eſſe ſine ſuo modo exiſtendi per ſe. Secundo quia quamuis ſpiritus ſit in extenſus, anima videtur eſſe extenſa in corpore, ergo ſic poteſt natura eſſe ſine ſuo modo exiſtendi per ſe. — *Marſil.* — *Dan. 3.*

Reiectis his rationibus quia ſunt valde diſsimiles & inefficaces adducit rationes primæ opinionis quæ habentur in ſumma text. quas ſequitur Durand hac d. q. 2. art. 2. addit quæ aliam dicens. Sicut poſsibile eſt quod duo corpora ſe penetrent & quod nō quod libet ſuum occupet locum, ita naturam quod vna ſubſtantia ammiſſo proprio modo exiſtendi per ſe, ſit in alio. — *Durand.*

Author impugnat rationes quas hæc opinio adducit dicens, quod ſi ratio quare Deus producere potuit naturam ſingularem ſine propria perſonalitate, & ſic potuit aſſumere illam, eſt quia ſingularitas precedit perſonalitatem ſimili ratione poſſet facere quod natura eſſet ſine ſingularitate quia natura precedit ſuam ſingularitatem. Secundam rationem im-

pugnat, quia modus ſubſtantiæ nunquam conuenit accidenti nec e conuerſo modus accidentis conuenit ſubſtantiæ. Poteſt aſſignari ratio quia de ratione accidentis eſt quod ſit affectio ſubſtantiæ: quantitas afficit extendendo, ſanitas vel infirmitas bene vel male diſponendo, relatio referendo &c. Et quia hoc non præſtant niſi coniuncta & vnita, ideo de facto vniuntur vel ſunt in inclinatione ad vnionem. Ratio ſubſtantiæ per oppoſitum conſiſtit in hoc, quod non ſit propter aliud, ideo quamuis altera vniatur non vnitur vt affectio illius & ſic non ſibi conuenit modus accidentis. Hinc bona ex parte oſtenditur quo nam pacto, humanitas non informet verbum, nec informetur, quia eſt integra natura quæ non eſt affectio ſubſtantiæ, nec ipſa afficitur ſed eſt quædam vnio ſine aliis imperfectionibus. Lege ſolutionem principalis argumenti, & collige duas concluſiones.

Prima ſubſtantia nõ habet modum accidẽtis nec e conuerſo.

Secunda. Poſsibilitas incarnationis male probatur ex hoc quod ſubſtantia habet modum accidentis.

Tertia. Ex propria ſententia eſt, Hæc veritas ex fide eſt habenda, perſuadenda vero ex hoc quod perſonalitas addit aliquid ſupra naturã. Quid autem ſit illud dubio ſequenti quod conſequens ad præcedens eſſe debet dicetur, ne lectoris confundamus memoriam.

*Damaſce* Ad Primum argumentum dico, quod natura humana eſt exiſtens vt diſtinguitur contra accidens, quia nunquam habet modum accidentis, ſed ad rationem perſonæ requiritur vltima ſolitudo quam nunquã habuit natura humana, quia in eodem inſtanti quo fuit producta, fuit vnita nec requiritur quod extremum ſit iam præ exiſtens vt vniatur, ſed poteſt ſimul produci & vniri & tunc non ſequitur id quod argumentũ intendit.

Ad confir. nego conſequentiam, ad probationem dico, quod non eſt eadem ratio, quia natura non poteſt eſſe extra ſuas cauſas ſine ſuis partibus, quæ neceſſario debent eſſe ſingulares, poſtquã vero eſt ſingularis, poteſt non eſſe ſolitaria ſed in alio, ideo datur quod ſit natura ſine perſonalitate & ſic poteſt eſſe vnio.

Ad vltimũ dico quod huic naturæ, ad rationem perſonæ deeſt vltima ſolitudo, ſi dimitteretur habere illã, ideo eſſet perſona, ſic ſolitario exiſtendo implicat quod aſſumatur, eſt tamen aſſumptibilis, quia perſona ſupra naturam non addit aliquid ratione cuius repugnet ſibi aſſumi ab alio, de quo dubio ſequenti.

tur in propoſito oportet oſtendere diſtinctionem naturæ a perſonalitate creata, per aliud, quam per illud eſſe.

Tertia. Ratio non videtur concludere, quia ratio vnionis nõ requirit diſtantiam vnibilium, niſi propter potentialitatem in vno extremo, & actualitatem in altero extremo, ſicut patet de ſubiecto & accidente, qui ſe habent ad inuicem ſicut potentia actus: iſta ratio concludit de iſtis maxime diſtãtibus, ſcilicet verbo & natura creata quia nec Verbum eſt formaliter actus naturæ creatæ, nec natura creata eſt formaliter potẽtia reſpectu Verbi, neque e conuerſo quia tunc ex eis naturaliter natum eſſet fieri vnum.

Ideo propter iſtum tertium articulum oportet videre quomodo ſe habeat illud a quo natura intellectualis dicitur perſona, ad illud a quo natura talis eſt ſingularis & indiuidua. Et quia non eodem formaliter & vltimate eſt indiuidua & perſonata hac perſonalitate creata, quia ſecundum Damaſcenũ libro 3. c. 1. Verbum aſſumpſit naturã in atomo non tamẽ perſonatam. Quid autem ſit illud propriũ quo natura eſt perſonata, duæ videntur viæ probabiles. Vna, quod perſona ſit perſona per aliquid poſitiuum in natura vltra illud quo natura eſt indiuidua, & hoc ſiue illud poſitiuum ſit abſolutum. Siue reſpectus. Alia via ꝙ per ſolam negationẽ actualis dependentiæ additam naturæ ſit perſona. *Duæ opiniones.*

Prima via poſſet poni aliquo modo proportionabiliter ei quod dictum eſt in 2. lib p. 3. q. 2. de indiuiduatione quod ſicut eſt aliqua realitas propria, qua natura eſt hæc, vltra illam qua natura eſt natura, & hæc non eſt formaliter illa, ita vltra vtraſq; iſtarum, eſſet realitas aliqua, qua poſſet natura perſonari & ita neutri iſtarum eſſet formaliter eadem.

Secunda via negat omnem realitatem poſitiuam conſtituere perſonam, & ponit illam realitatem qua natura eſt hæc, eſſe vltimam entitatem poſitiuã, & vltra non eſſe niſi negationem aliquam, qua dicatur aliquid eſſe ſubſiſtens in natura intellectuali & perſona,

Contra primam viam arguo quadrupliciter. Primo quia tunc eſſet aliqua entitas poſitiua in natura humana quæ eſſet in aſſumptibilis a verbo. Probatio conſequentiæ. Iſti enim vltime entitati quam addit perſona vltra ſingulare, repugnaret contradictorie communicari, ſicut natura communicatur ſuppoſito, patet, quia perſona eſt incommunicabilis exiſtentia & ita repugnaret ſibi contradictorie aſſumi, Conſequens videtur inconueniens, Tum quia ſecundum Damaſ. lib. 3. c. 6. quod eſt in aſſumptibile eſt incurabile. Tum quia omnis entitas poſitiua creaturæ equæ eſt in potentia obedientiali reſpectu perſonæ diuinæ. Secundo quia ſequitur quod natura *1. Via impugnatur.*

quæ

quæ iam aſſumpta eſt a Verbo, careret illa entitate poſitiua, quæ tamen ponitur vltima & quaſi actualiſsima & determinatiſsima in natura tali. Si non videatur inconueniens concedere naturam iſtam carere ea, arguo quod iſta natura non poteſt dimitti ſibi, quin oporteret dari ſibi aliam realitatem, ab ea quam habet, ſcilicet perſonalitatem, vel remaneret non perſonata, quia tunc non eſſet perſonata ſine illa realitate, & illam nūc habet ergo oportet iſta de nouo illi naturæ dimiſſe dari. Imo ſequitur tertio quod iſta natura non poſſet dimitti & eſſe perſonalitas, quia talis realitas non poteſt eſſe realitas naturæ ſicut oſtēſum eſt in 2. d. 3. q. 1. de indiuiduatione. Nec poteſt contineri per identitatem in aliqua natura, quæ non eſt eadem ſibi. Quidquid enim continet aliquam realitatem per id entitatem, manens ſidē non poteſt eam continere per id entitatem. Quarto ſequeretur quod natura intellectualis poſſet fieri. Hæc, & actu exiſtens, & nullo modo perſonata, prius enim naturaliter poſſet fieri & non ſub iſta realitate qua perſonatur: quia ex quo iſta realitas non ponitur realiter nec formaliter eadem naturæ & natura vt natura, eſt naturaliter prior ſe ipſa vt eſt ſub iſta realitate, poſſet fieri non ſub iſta realitate, & in ſecundo inſtanti naturæ quod aſſumitur a verbo, non eſſet neceſſe Verbum tunc eam aſſumere. Poſſet ergo illam tunc aſſumere, & ita relinqueretur ſibi. Et tunc non eſſet perſonata aliqua perſonalitate creata licet in creata.

2. Via impugnatur. Contra ſecundam viam videatur eſſe multa. Primo quia iſta negatio nō poſſet poni niſi in dependentia ad perſonā extrinſecam, ſed ſi iſta ſufficeret ad perſonalitatem propriam, tunc anima ſeparata eſſet perſona, quod eſt falſum ſecūdum Ricard. tn. de Trinit. cap. 23. Secūdo quia eadem argum. videntur eſſe cōtra iſtud, quę ſunt contra illud, quod ingenitum ſit proprietas conſtitutiua Patris primo lib. d. 28. q. 2. Nulla enim negatio poteſt eſſe de ſe incommunicabilis, ſed tantum per affirmationem: & ita cum de ratione perſonæ ſit incommunicabilitas, nulla perſona, poteſt eſſe formaliter perſona per negationem. Similiter, vt argutum eſt ibi, nulla negatio poteſt in eſſe alicui ſubiecto primo, ſed tantum per affirmationem quia negatio ab ſoluta & libera communis eſt enti & nō enti ergo negatio iſta, quod perſona eſt perſona, non eſt propria iſti perſonæ, niſi ponatur aliqua affirmatio propria iſti perſonæ: & ita prius eſt perſona per affirmationē quam per negationē. Quarto quia ſicut argutum eſt in q. de indiuiduatione, diuidi eſt imperfectionis ergo neceſſe eſt illud quo repugnat alicui diuidi eſſe entitatem poſitiuam. Et ex hoc, cōcluſa eſt entitas poſitiua, qua natura eſt indiuidua & in diuiſa. A ſimili arguo in propoſito. Dependere ad perſonam extrinſecam eſt imperfectionis, igitur non dependere ſiue repugnare taliter dependere, non poteſt eſſe niſi per aliquam entitatem poſitiuam.

Non aſſerēdo poteſt mediari inter iſtas vias. Nec concedendo cum prima via aliquam entitatem poſitiuam eſſe in natura intellectuali creata, cui repugnet contradictoriæ communicari communicatione aliqua repugnante perſonæ, quia nulla videtur entitas poſitiua in natura creata, quæ non ſit poſsibilis dependere ad Verbum. Et ita communicabilis, eo modo quo dicitur natura communicari ſuppoſito, vt qua ſuppoſitum dicitur ens in natura puta humanitate dicitur homo & hac humanitate hic homo. Nec cum ſecunda concedendum eſt quod ſola negatio actualis depēdentiæ ad perſonam extrinſecam eſt cōpletiuum formale, in ratione perſonæ creatæ, quia ſicut argutum eſt, tunc anima ſeparata eſſet perſona. Sed diſtinguendum eſt inter dependentiam actualem potentialem, & aptitudinalem, quæ ſemper quantum eſt de ſe eſſet in actu, quo modo graue aptum natum eſt eſſe incentro, vbi ſemper eſſet, quantum eſt de ſe, niſi eſſet impeditum. Et potentialem voco abſolute illam, vbi nulla eſt impoſsibilitas ex repugnantia vel in cōpoſibilitate terminorum. Et iſta poſsibilitas poteſt eſſe quando quæ reſpectu potentiæ actiuæ ſupernaturalis non tamen naturalis. Licet igitur ſola negatio dependentiæ actualis non ſufficiat ad rationem perſonæ, neque dependentia ſecunda poſſet poni in natura creata ad Verbum: nulla enim eſſet natura vel entitas creata cui repugnet contradictoriæ dependere ad Verbum: tamen negatio depēdentiæ aptitudinalis, poteſt concedi in natura creata perſonata in ſe ad

Dependentia multiplex.

Verbũ:alioquin violenter quieſceret in perſona creata, ficut lapis violẽtet quieſcit ſurſum. Et ita iſta negatio, Nõ dependentia, non quidem actualis tantum ſed & actualis & aptitudinalis, talis complet rationem perſonæ in natura intellectuali, & ſuppoſiti in alia natura creata. Nec tamen hæc independentia aptitudinalis, ponit repugnantiam ad dependentiam actualem, quia licet non ſit aptitudo talis naturæ ad dependendum, eſt tamen aptitudo obedientiæ quia natura illa eſt imperfecta obedientia ad dependendum per actionem agentis ſupernaturalis. Et quoniam datur ſibi talis dependentia, perſonatur perſonalitate illa ad quam dependet. Quando autem non datur, perſonatur in ſe iſta negatione formaliter, & non aliquo poſitiuo addito vltra illam entitatem poſitiuã qua eſt hæc natura.

Per hoc ad argumenta contra illam viam de negatione.

Ad primam patet.

Ad ſecundum. Quando arguitur quod negatio de ſe non eſt incommunicabilis reſpondeo ſicut dictum fuit d. 2. 1. lib. p. 2. quæſtione vtrum cum vnitate diuinæ eſſentiæ ſtet pluralitas perſonarũ, & d. 23. quod incommunicabile quod pertinet ad rationem perſonæ excludit duplicem communicabilitatem: videlicet communicabilis vt quod, & vt quo. Natura autem creata eſt incommunicabilis primo modo quia eſt ſingularis. Singulare enim non eſt communicabile vt quod niſi ſit illi mitatum, vt eſſentia diuina, ſed natura creata non eſt incommunicabilis, vt quo, niſi intelligẽdo per incommunicabile, negationem communicationis actualis & aptitudinalis: non autem intelligendo repugnantiam formalem vtrique communicationi. Contra tunc non videtur perſona eſſe vniuoca in diuinis & in creaturis, quia ibi eſt aliquid formaliter incommunicabile, cui repugnat vtroque modo communicari, hic non, imo non videtur eſſe perſona quia non habet diffinitionem perſonæ. Reſpondeo, iſte conceptus incommunicabilis, qui negat communicationem actualem & aptitudinalem, Vniuocus eſt Deo & creaturæ, perſonæ diuinæ & creatæ (negatio enim eſt vniuoca multis, quando idem affirmatum, a pluribus negatur. Sed negatio incommunicabilitatis quæ includit repugnantiam ad communicari non eſt vniuoca, quia non conuenit creaturis. Et hoc modo concedo non eſſe perſonam in creaturis. Vnde ſi incommunicabile pro vt pertinet ad rationem perſonæ perfectæ non tantum dicit negationem communicationis vtroque modo, ſed etiam repugnantiam ad communicari, nulla erit perſona perfecte niſi diuina. Illa enim includit aliquid abſolute quo cõtradictorie repugnat ſibi, communicari quocumque modo & vt quod, & vt quo. Perſona enim diuina non tantum habet negationem communicationis actualis & aptitudinalis. Sed habet repugnantiam ad cõmunicationem & vt quod & vt quo. Et repugnatia talis nunquam poteſt eſſe niſi per entitatem poſitiuam. Et ideo ſequitur perſonam iſtam nunquam eſſe ſine tali entitate. Sed perſona creata non eſt ſic incommunicabilis & ideo non oportet ſibi tribuere talem entitatẽ perſonalem. Et ex hoc patet qualiter iſta ratio prius concludit propoſitum de ingenito, non autẽ hic. Iſtud dictum faciliter videri poteſt, ſi videamus differentiam inter negationem nudam actus & negationem aptitudinis & negationem quæ requirit repugnantiam. Prima eſt in grani exiſtente ſurſum reſpectu vbi in centro. Secunda eſt in ſuperficie nigra reſpectu albedinis (ſi eſt in potentia neutra ad ipſam.) Tertia eſt in homine reſpectu irrationalis. Et licet negatio ſit vnius rationis in ſe, tamen diſtinguitur comparando ad illud cui in eſt reſpectu tertij. Ita hæc negatio potentiæ dependendi, nullo creato conuenit. Negatio aptitudinis in eſt cuilibet naturæ perſonabili in ſe etiam quando actu dependet quia actum ſupernaturalem, non concomitatur aptitudo in natura, cum ſit tantum in potentia obedientali ad ipſum. Negatio actus ineſt animæ ſeparatæ. Nec ſecunda negatio ſola, nec tertia negatio ſola ſufficit ad perſonari in ſe, ſed ambæ ſimul cum prima, quæ non poteſt haberi hic.

*Soluit argum. Quia videntur pugnare cotra propriam ſententiam.*

*Obiecto. Solutio.*

*Negatio multiplex*

Ad 3. dico quod negatio poteſt dici propria quia nõ eſt cõmunicabilis multis vt quod & ita negatio in creaturis eſt propria per iſtam entitatem poſitiuam, qua natura eſt hæc cui repugnat communicari multis vt quod, vel poteſt intelligi propria vel non communicabilis alij

vt quo

### *Num natura per poſitiuum, vel negatiuum perſonetur.*

Quæſtio incipit, vbi præcedens definit. Eam diſputat Caietanus 3. p. q. 4 art. 2. vbi plures de hac re refert modos dicendi, ſufficiunt vero duo quos hic refert Author, quia e regione oppoſiti cæteros includunt. Primum autem, puta quod conſtituatur per aliquid abſolutũ, multis variis quæ argumentis
*Controuerſi ad Thom. Caiet. Capreol.* defendit Caietanus, quem ſequitur Ferrara contra gent. cap. 43. Docuit antea Capreol in 3. D. 5. q. 3. concluſione 1. Colligunt ea S. Thom. 3. p. loco allegato in corpore, & art. 1. ad 3. Primo probatur ſic: Perſona eſt prima ſubſtantia, ergo dicit aliquid poſitiuum tenet conſequentia, quia prima ſubſtantia eſt maxime ſubſtantia, & in prædicamento ſubſtantiæ non ponitur niſi poſitiuum dicens perfectionem.

Secundo hæc pronomina. Ego. Tu: Ille ſignificãt aliquid poſitiuum, non negatiuum ergo perſona ſupra naturam aliquid poſitiuum addit.

Tertio perſona Verbi ſupplet perſonalitatem naturæ humanæ ergo eſt aliquid poſitiuum, tenet conſequentia quia aliás ſuppleret negationem & nihil.

Quarto ſi humanitas dimitteretur a Verbo eſſet alia perſona, ſed ly alia eſt relatiuũ diuerſitatis, ergo eſt aliquid poſitiuum, tenet conſequẽtia, quia quod multiplicat numerum eſt aliquid poſitiuum non negatiuum.

Quinto ſi natura vnita eſt apta ad propriam perſonalitatem, ergo perſonalitas non eſt aliquid negatiuum, tenet conſequentia, quia naturalis inclinatio non eſt ad negationem, ſed ad aliquid poſitiuum. Tranſcribit cuncta Medina, Banez & Cumel infra citandi.

Sexto arguit Banez 1. p. q. 3. art. 3. concluſione 2. Perſona diuina conſtituitur in eſſe perſonæ
*Banez.* per aliquid poſitiuum, ergo & humana, tenet conſequentia quia perſona creata vni voce prædicatur de
*Cumel.* perſona creata & increata. Cõſequentiæ veritatem ſuadet Cumel 1. parte loco allegato concluſione 2. quia ſicut omnis paternitas in cælo & in terra ab illa æterni Patris deriuatur, ita omnis perſonalitas inde deriuatur.

Confirmatur nona ſimilitudine quia omnis homo, debet aſsimilari Chriſto qui eſt homo vni voce nobiſcum, igitur ſicut eius diuina perſonalitas realiter diſtinguitur a ſua humanitate, ita etiam noſtra perſonalitas diſtingui debet a noſtra natura.

Septimo arguit Bañez concluſione vltima. Si non ponatur aliquid poſitiuum difficile videtur explicare, quo pacto natura humana in Petro ſit perſona non autem in Chriſto.

Octauo arguit Cumel improbando noſtam ſen-
*Cumel.* tentiam. Negatio actualis & aptitudinalis dependentiæ, aut conuenit omni naturæ per ſua principia eſſentialia, aut per aliquam entitatem poſitiuam, ſi dixeris ſecundum habeo intentum, ſi declinando ſecundum das primum, ſequitur quod omnis natura habens ſua principia eſſentialia eſt perſona. Conſequenter ſequitur, quod natura humana fuerit perſona, vt dicebat Neſtorius, Vtraque conſequentia tenet quia hæc natura habet intra ſe principia illarum negationum quibus conſtituitur in eſſe perſonæ.

9 Si ſuppoſitum formaliter conſtituitur negatione ſequitur quod formaliter ſit nihil. Sequitur ſecundo quod quando Theologi dicunt Chriſtum Dominum non aſſumpſiſſe perſonam, intelligunt aſſumpſiſſe nihil. Quorum vtrunque falſum & ridiculoſum videtur. Legendus eſt S. Thom. loco citato, vbi docet quod perſona non eſt aſſumptibilis niſi eius perſonalitas corrũpatur. Et q. 35. art. 5. vult quod perſona & ſuppoſitũ ſunt ſubiectũ eſſendi & quod natura non eſt ſubiectum filiationis, ſed perſona, ergo eſt realis diſtinctio.

Hæc opinio his argumentis corroborata docet primo quod perſonalitas conſtituens perſonam in eſſe perſonæ eſt entitas incommunicabilis. Secundo quod illa entitas eſt in prædicamento ſubſtantię reductiue, habens ſe reſpectu naturæ non ſicut cauſa efficiens, formalis aut materialis (quia ſine illa poteſt natura conſiſtere) ſed ſicut vltimus terminus ita perfecte terminans naturam, quod illa entitate exiſtente, nullomodo natura ſingularis eſt aſſumptibilis, nam cum illa entitate natura ſingularis eſt perſona de cuius ratione eſt quod ſit inaſſumptibilis, propter quod loco citato dixit S. Thom. quod debet corrumpi perſonalitas vt natura poſſit aſſumi. Cum natura ſolum eſt indiuiduata & ſingularis, eſt perſonabilis & terminabilis (quia non ſufficienter terminata) Conſequenter aſſumptibilis & vnibilis perſonæ quæ illam terminet & perſonet. Bañez inquit quod hęc ratio reduci poteſt ad genus cauſæ formalis. Idem docet Cumel ſoluendo confirmationem quinti argumenti Si quæras, ſi iſta entitas non eſt ſicut principium materiale, aut formale, nec ſicut accidens abſolutum proprium naturæ quomodo ſe habet reſpectu naturæ. Iam diximus ex mente Caietani quod ſicut vltimus terminus naturæ, Capreolus inquit quod habet ſe per modum quo actualis exiſtentia eſt de quidditate eſſentiæ. Si quæras quomodo ſe habet exiſtentia reſpectu eſſentiæ, reſpondet variè, nam ex hoc fundamento quod exiſtentia apud illos idem eſt quod apud nos ſubſiſtentia, a parte ſequitur quod exiſtẽtia ab eſſentia realiter diſtinguatur. Sequitur ſecundo quod humana natura quæ per ſe non exiſtit, exiſtit exiſtentia increata Verbi, ita docet Caietanus 3. p q. 17. art. 2 Ferrara 4. contra gent cap. 35. & 4. Capreol in 3. d. 6. vbi iterum de hoc redibit ſermo: iuxta hanc ſententiam Cumel loco allegato concluſione 4. conſequenter ſatis ad prædicta. falſo tamen. inquit quod exiſtentia, ſubſiſtentia & perſonalitas idem ſunt quia entitates non ſunt multiplicandæ ſine neceſsitate.

Recedendo ab hac opinione tanquam falſa, accedendo ad opinionem Scoti, Soto 1. Phiſicorum q. 3.
concluſione 2. docet quod eſſe exiſtentiæ non eſt res diſtincta ab eſſentia ſed diſtinguuntur ſicut ſedere ab homine. Cum exiſtentia apud Thomiſtas, idem ſit quod ſubſiſtentia apud nos, docere videtur: quod perſonalitas ſit ſolum quidam modus naturæ. Ne illis aliquid ſeponam, nihil abſolute dicere volo. *Sot.*

Oppoſita eſt ſententia Scoti, ſecundum quem dicendum, quod exiſtentia non differt ab eſſentia realiter ſed eſt ipſa res habens eſſe in rerum natura, eſſe autem rei in rerum natura, ſolum precedit eſſe poſsibile in ſuis cauſis ita Scotus in 2. Diſtin. 16. quæſtione vnica ſoluendo 6. rationem primæ opinionis immediate ante ſecundam opinionem: *Scot.*

Breuiter eſt dicere, exiſtentia nihil aliud eſt niſi eſſentia in actu habens eſſe in rerum natura. Ex quo ſequitur quod dum res non exiſtit, nihil eſt in ſe, ſed ſolum poteſt habere eſſe poſsibile in cauſis, & eſſe cognitum in prima cauſa. Sequitur ſecũdo quod non poteſt res ſua exiſtentia priuari, ideo quodlibet eſſe habet ſuam exiſtentiam, totalem, vel partialem, ſubſtantialem vel accidentalem, iuxta eſſe rei. Vnde ſequitur quod humanitas Chriſti habuit ſuum exiſtere, & quod non exiſtebat exiſtẽtia Verbi. Quod omnis res exiſtens a parte rei ſingularis eſt & indiuidua. Hæc res indiuidua, indiuiduatur per aliquam entitatem ſingularem poſitiuam contrahentem quãdã rationem naturæ communis, cui de ſe nõ repugnat quod ſit in alia ſingularitate ita Scotus in 2. d. 3. q. 1. & 2. Vltra iſtam entitatem abſolutam ſingularem, non eſt aliqua entitas abſoluta, per quam perſona conſtituatur in eſſe perſonæ. Sed tunc eſt perſona quando exiſtit ſolitarie & per ſe. quia vt nomen ſonat tunc per ſe exiſtit, ſeu per ſe ſtat. Iſte modus ſic ſubſiſtendi ſolitarie explicatur optime per duas negationes puta quod nec res eſt in alio, nec ſecundum ſe eſt apta nata eſſe in alio. Sic hominem liberalem dicimus qui nec eſt prodigus nec auarus. Id æquale dicimus quod nec excedit nec exceditur. Conſtat autẽ quod liberalitas & æqualitas dicunt aliquid poſitiuum. Sic Paulus de Sonzinas 5. Metaphiſ. q. 14 rationem ſubſtantiæ per negationem explicat. Sic nimirum quod Scotus. Quod nomine duarum negationum intelligat Scotus, vltimam ſolitudinem conſtat ex ſolutione argumenti vbi inquit. Ad perſonalitatem requiritur vltima ſolitudo, vel negatio dependentiæ actualis & aptitudinalis ad perſonã alterius naturæ. Vltimo docet hæc opinio quod perſona non eſt aſſumptibilis & vnibilis alteri perſonæ, quia de ratione perſonæ eſt quod vniatur alteri, nam item non eſt per ſe & ad rationem perſonæ requiritur vltima ſolitudo: tamen nulla eſt entitas poſitiua ratione cuius repugnet ſibi actualiter eſſe in alio ſicut inuenitur in perſona diuina, cuius ratio eſt quia omnis creatura eſt in obedientia Dei. Igitur natura ſingularis quæ modo ſolitarie exiſtens eſt perſona, aſſumi poteſt, & ſic aſſumpta deſinet eſſe perſona. Dum modo non aſſumitur eſt perſona, quia tunc exiſtẽs per ſe nec eſt in alio nec eſt apta nata eſſe in alio hæc eſt ſumma huius opinionis quantum ad rationem perſonæ.

Quantum ad præſentem materiam propter quam hæc hic pertractantur docet hæc opinio cum omnibus aliis doctoribus quod natura humana in Chriſto non erat perſona. Vnde infert quod non eodem formaliter eſt perſona & indiuidua & ſingularis, ſed quid ſit illud quo formaliter indiuiduetur hoc quidẽ eſt quod inquiritur.

Ricard.

Ad hoc ſciendum quod perſona ſecundum Ricard 4. de Trinitate cap. 22. eſt intellectualis naturæ incõmunicabilis exiſtentia. Quæ diffinitio declarat diffinitionem Boetii dicentis quod perſona eſt rationalis naturæ indiuidua ſubſtantia. Per hanc diffinitionem excludi videtur Angelus, qui non eſt rationalis. ſed intellectualis. Sed abſit huiuſmodi calumnia, nã diffinitio Boetii intendit excludere naturam irrationalem, & quod ad minus requiritur natura rationalis. Videtur quoque non excludi anima, quæ non eſt perſona & tamen eſt indiuidua ſubſtantia, ſed ſane intelligi debet ſubſtantia indiuidua integra & cõpleta ſeu totalis, quæ de ſe non eſt apta nata exiſtere cum alio, aut communicari alicui, per quod excluditur anima quæ corpori communicatur, & diuina eſſentia quæ tribus diuinis perſonis communis eſt. Perſona vero nõ debet eſſe communicabilis vt quo neque vt quod. Communicabile vt quod eſt quando id quod cõmunicatur nõ diſtinguitur ab eo cui cõmunicatur ſed eſt idem illi, ſic vniuerſale cõmunicatur ſuis inferioribus. Hæc autem eſt excellentia diuinæ eſſentiæ quod cum ſingularis ſit communicabilis eſt. Communicabile vt quo, eſt quando id quod communicatur habet ſe vt forma eius cui communicatur. Hoc modo anima corpori communicatur. Legendus eſt Scotus in 3. Diſt. 23. humana natura licet ſingularis ſit & non ſit velut forma in formans non eſt perſona, quia communicatur per vnionem & amittit modum per ſe ſtandi, & actualiter pendet a Verbo: natura autem ſingularis tunc eſt perſona quando ſolitarie eſt per ſe non pendens ab alio.

Communicabile vt quod.

Eſt autem dependentia, vt latius diximus art. 2. relatio duorũ quorum vnũ recipit ab alio. Hæc dependentia non ſimplex ſed multiplex eſt, nam ſunt quædam entia quæ de ſe apta nata ſunt depẽdere ab alio, vt pote accidentia quorum natura eſt afficere ſubſtantiam & ſic apta nata ſunt ſemper exiſtere in ſubiecto, quia aliter non afficiunt ſubſtantiam, pote quantitas extendendo, relatio referendo qualitas bene vel male ſubiectum diſponendo. Alia ſunt quæ de ſe nõ ſunt apta nata depẽdere, ſed apta nata ſunt eſſe per ſe, licet aliquando pendeant ab alio, huiuſmodi eſt natura humana a Verbo aſſumpta ex ſe quidẽ apta nata eſt per ſe ſolitarie exiſtere, ſed aſſumpta a Verbo iam non in ſe, ſed in verbo exiſtit, exiſtens autem in Verbo pendet in exiſtendo. Quod actualiter pendeat ab alio quod de ſe aptum natum eſt non dependere, prouenit ex infinita virtute agentis ſupernaturalis quod potens eſt, creaturam, quæ imperfecta obedientia eius eſt, extrahere a modo ſuo ſaluo omni eſſe ſuo: actualiter autem dependere vel non dependere, non ſubſtantia ſed modus rei eſt. Ratio quare ſolum agens ſupernaturale poſsit extrahere rem e modo ſuo naturali, eſt quia agens naturale ſolũ habet virtutem inducendi formam in ſubiecto producendo totũ compoſitum, paſſiones & modi intrinſeci naturaliter conſequuntur rei naturam, & ſtante natura, impoſsibile eſt quod impediatur modus exiſtentiæ naturæ. Accidẽs enim virtute agentis naturalis, exiſtere non poteſt per ſe, ſed neceſſario debet eſſe in alio. Subſtantia vero per oppoſitum non poteſt extrahi a ſuo modo exiſtendi. Sed virtute ſupernaturalis agentis, mutantur iura naturæ & accidens in ſacramento altaris in nullo exiſtit ſubiecto, & humana natura Chriſti in diuina eius perſona exiſtit. Proprietates naturæ, quas paſſiones dicimus inſeparabiles ſunt a natura, quia ſunt idem realiter cum natura ſolum quoad exercitium poſſunt impediri, vt pote quod homo non rideat quod non acquirat diſciplinam. Quia imperfecta Dei obedientia eſt, cum contra naturam ſuam particularem mouetur talis motus non eſt contra naturam ita docet S. Thom. 1 p. q. 105. art. 6. in corpore & ſolutione ad 1. Aug. contra fauſtum ca. 3. dicens. Id cuilibet rei eſt naturale quod ille fecerit a quo eſt omnis modus numerus & ordo naturæ.

Dependentia.

S.Thom.

Ex dictis ſequitur quod aptitudo & potentia non ſunt idem. Eſt enim aptitudo naturalis potentia, ſeu potentia cum naturali inclinatione ex principiis naturæ orta. Potentia vero eſt poſsibilitas ſeu non

repugnan

repugnantia reſpectu alicuius, ſiue illud ſit a natura vel ab aliquo extrinſeco agente. Exemplum primi lapis ad deorſum in aptitudine eſt, ad ſurſum vero ſolum eſt in potentia, quia recipere poteſt virtutem mouentis ab extrinſeco. Obedientia vero medium tenet inter vtrunque, potentia quidem eſt, non orta ex principiis intrinſecis particularibus ſicut aptitudo nec contra inclinationem rei naturalis, vt dictum eſt, ſed ſubiectio eſt rei ſui conditoris exequentis obſequium. Omne conſequitur ens & in omni ente inuenitur quia omne ens a prima cauſa eſt cui nihil reſiſtit.

Ad propoſitum quia perſona aſſumi non poteſt quia repugnat quod ſit perſona & quod aſſumatur, & in natura nihil eſt quod Deo reſiſtat, inde colligimus quod perſonalitas non ſit aliquid poſitiuum per quod conueniat ſibi repugnantia paſſiuæ aſſumptionis ſed quod ſit quidam modus exiſtendi ſolitarie qui vna voce dicitur ſubſiſtentia. Ab iſto modo extrahi poteſt natura amittendo eſſe perſonã, ſicut extrahi poteſt lapis a centro, non obſtante inclinatione ad exiſtendum ſolitarie & per ſe. Et in hoc eſt ſtandum contra Caietanum & Thomiſtas dicentes perſonam conſtitui per aliquid poſitiuum.

Vltimo ſciendum quod ſingulare, indiuiduum, prima ſubſtantia, ſuppoſitum & perſona, conueniunt in hoc quod omnia excludunt vniuerſale & commune, & dicunt non eſſe diuiſibile in inferiora. Vniuerſale enim dicit vnum in multis & de multis, hoc negat ſingulare quod non eſt prædicabile de multis. Id quod eſt vnum in multis & de multis eſt natura cõmunis diuiſa in multis hoc negat indiuiduũ, dicit enim naturam connotando quod non poſſit diuidi ſeu communicari. Cum autem extra prædicamentũ ſubſtantiæ ſit natura communis & vniuerſalis conſequens eſt quod etiam in aliis prædicamentis inuenitur ſingulare & indiuiduum. Prima ſubſtantia formaliter hoc ipſum dicit connotat tamen quod ſubſtet & ſuſtentet accidentia vnde ipſa debet per ſe ſtare, vt diſtinguitur contra accidens. Suppoſitum non ſolum dicit hoc ſed connotat modum per ſe ſtandi ſolitarie, ideo non poteſt conuenire naturæ vnitæ alteri ſuppoſito, ſubſtantia vero bene poteſt eſſe prima & ſingularis, etiam ſi ſit vnita alteri. Perſona ſupra ſuppoſitum addit quod ſit intellectualis natura ſolitarie exiſtens, ideo prima ſubſtantia alicuius irrationalis naturæ, quamuis ſit ſolitarie exiſtat ſit ſuppoſitum non tamen perſona. Per hoc bona ex parte diffinitio Boetii & Ricard explicatur.

*Contra Thom.* Supponendo ergo quod perſona differat a natura ſingulari, quia in Chriſto Domino eſt natura ſingularis & nõ perſona, probatur quod perſona non addat aliquid poſitiuum reale ſupra naturam ſingularẽ. Perſona eſt inaſſumptibilis, ideſt repugnat quod ſit perſona & quod aſſumatur, quia tunc contradictoria eſſent ſimul vera, puta hoc eſt perſona exiſtens per ſe, & non exiſtens per ſe, quia aſſumpta ab alio. Tunc infero, igitur entitas conſtitutiua perſonæ nõ poteſt eſſe aliquid abſolutum poſitiuum a natura ſingulari tanquam res a re diſtinctum. Cõſequentiã probat Scotus arguendo contra primam viam dupliciter Metaphiſice & Theologice, quia ſecundum Damaſcenum libro 3. c. 6. *Dam.* quod eſt inaſſumptibile eſt incurabile & ſic perſona humana ſicut non poteſt aſſumi, non poſſet redimi & curari quod eſt maximum inconueniens. Metaphiſice (in qua probatione valde annotandum eſt) probatur ſic. Repugnat per aliquam entitatem poſitiuam quod perſona aſſumatur, igitur hæc entitas poſitiua non eſt in perfecta obedientia Dei. Caietanus quem ſequitur Medina 3. p. q. 4. art. 2. docet quod iſta entitas non eſt imperfecta obedientia vt aſſumatur, *Caiet.* quia iſta entitas conſtitutiua perſonæ ſic terminat naturam intenſiue & extenſiue, quod repugnat, quod ipſa & natura ſingularis per ipſam perſonalitatem perſonatam aſſumatur, eo quod natura ſingularis habet ſummã connexionem cum propria perſonalitate, ideo ſicut perſonalitas eſt inaſſumptibilis ſic natura dum eſt ſub illa perſonalitate. Sed hæc ratio voluntaria eſt, & potius petitio principij quã ratio. Quia dicere quod iſta perſonalitas terminat intenſiue & extenſiue naturam, ideo talis natura eſt inaſſumptibilis, nihil aliud eſt quam dicere, natura perſonata eſt inaſſumptibilis, quia perſonalitas eſt entitas inaſſũptibilis. Si quæras vt iam quærit Scotus quare ipſa perſonalitas ſit inaſſumptibilis, ita vt repugnet quod Deus illam aſſumat, nulla ratio aſſignatur, propter quod quamuis aſſignet rationem quare natura ſingularis non poſſit aſſumi, vt pote dicendo, quia eſt perſonata perſonalitate inaſſumptibili, tamen totum quæritur & acutiſſime ab Scoto infertur, quod ipſamet perſonalitas ſi entitas abſoluta eſt, nullomodo poteſt eſſe inaſſumptibilis, nulla proſſus ratio aſſignatur. Propter quod iuxta de cauſa dictum eſt quod ſit petitio principij, quia non datur cauſa cauſæ, ideo non cauſa adducitur vt cauſa, & totus diſcurſus fundatur in non cauſa. Ad maiorem manifeſtationem veritatis & oſtendendam falſitatem opinionis Thomiſtarum arguo ſic.

Si repugnat quod iſta entitas aſſumatur a Deo in vnitate ſuppoſiti (ſicut aſſumitur natura ſingularis) quia reſiſtit Deo volenti aſſumere ſicut aqua igni, quæro a quo ſit illa virtus, non a Deo, quia Deus ſibi ipſi eſſet contrarius, reddens creaturæ per quod ſuo reſiſtat creatori, & quod iam ipſi Deo ſubiectũ non ſit. Si ab alio ergo deſtruitur vnitas primæ cauſæ & principij, quod in Phiſica falſũ & ridiculum eſt, in Theologia hæreticũ eſt, cõtra illud 1. Paralip. 29. Tua ſunt omnia, Eccleſ. 43 omnia fecit Dominus. Ex hac affirmatiua affirmatiue arguo ſic. Deus eſt primum & vniuerſale agens quod fecit omnia quæ in cælo & ſub cælo ſunt cui Dauid. Omnia ſeruiunt tibi, alibi, quis reſiſtet tibi. *Eccleſ.* igitur iſta entitas a nullo agente poteſt habere virtutem vt Deo reſiſtat quin poſſit a Deo aſſumi. Probo iſtam conſequentiã. Aſſumi in vnitatem perſonæ, eſt vniri perſonæ, Deũ vniri creaturæ eſt quod fiat ei ſit intime præſens, quod non ſolũ ſit ibi per præſentiam, eſſentiam, & potentiam, ſed realiter tam ſpeciali præſentia quod Dei & creaturæ ſit vnitas ſubſiſtentiæ, quod volens explicare Paulus, cum ei verba deficerent, dixit. Quia in ipſo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, ideſt vnita erat diuinitas corpori, tam reali *Col. 2.* præſentia, ſicut cum corpus corpori vnitur. Sed nulla apparet ratio quare Deus qui poteſt huiuſmodi entitatem annihilare, non poſſit ſic intime fieri præſens igitur iſta entitas aſſumptibilis eſt, ideo ponere quod ſit entitas abſoluta & quod non poſſit aſſumi nullomodo poteſt ſtare cum veritate. Dicendo vero cum Scoto quod perſonatur vltima ſolitudine ſiue eum nec eſt in alio, nec eum aptitudinem eſt eſſe in alio. Vtrunque facile conſtat nempe quomodo perſonetur in ſe, & quomodo amittendo illum modum, ſiue actualem negationem, poſſit aſſumi a

diuina perſona, quia vt docet Scotus ſolutione ad 2. ſecūdæ opinionis nihil inuenitur in natura ſingulari perſonata ſolitarie exiſtens per quod contradictorie ſibi repugnet communicari.

2 Secundo probat Scotus quod non conſtituatur aliquo poſitiuo. Quia tunc aliquid deeſſet huic naturæ quod videtur inconueniens, eo quod iſta eſt natura perfectiſsimæ perſonæ. Secundo ſequitur quod ſi dimitteretur a Verbo, & non cauſaret Deus illud poſitiuum, eſſet ſolitarie abſque eo quod eſſet perſona. Aliud inconueniens quod affert Caietanus, nempe quod tunc Chriſtus non eſſet vna voce homo nobiſcum non inuenio in Scoto. Primo inconuenienti reſpondet Caietanus, quod nullum eſt inconueniens quod deſit iſta entitas; quia non eſt actus naturæ, ſed conſtitutiua perſonæ.

Contra ſi iſte entitas pertinet ad naturā ſequitur prædictū inconueniens ſi non pertinet vt forma aut vt materia nec tanquā terminus actuans naturā, extrinſeca eſt naturæ, & tunc ſecundū incōueniens ſequitur, nempe quod poſsit Deus producere naturam ſine illa entitate & ſic eſſet ſolitarie per ſe & tamen non eſſet perſona. Mirtina, inquit quod ſi Chriſtus Dominus dimitteret hanc entitatem ſtatim reſultaret perſonalitas, ſicut lapis impeditus, ablato impedimento deſcendit, & ſicut ex ſole reſultat ſplendor, ex homine riſibilitas. Contra quia tunc eſſet ſicut propria paſsio ergo bene probauit Scotus quod aliquid deficiat huic naturæ. Caietanus loco allegato dubio vltimo concedit quod perſonalitas ſequeretur tunc per modum effectus non per modum paſsionis. Contra ergo poſſet Deus non concurrere ad productionem illius effectus & tunc inconueniens manet in ſua vi. Concedit Caietanus quod ſi Deus non cauſaret illum effectum maneret ſine tali entitate, conſequeretur tamen quidam actus eſſendi. Solutionem iſtam ſequitur Cumel 1. p. loco allegato ſolutione ad 3. adducit exemplum materiæ primæ quæ per potentiam diuinam poteſt eſſe ſine forma. Hunc modum eſſendi fingunt, aut concedunt argumentis Scoti preſsi, ego autem ab eis quærā quomodo ſe haberet ille modus eſſendi cum perſonalitate, ſi poſt illum modum produceretur, aut ſi ſecum traheret alium modum certe ſine cauſa multiplicantur, nam poſito illomodo nihil deeſſe videtur ad rationem perſonæ: animam enim excludimus a ratione perſonæ quia eſt pars non totum, ſi tamen eſſet totum, & per ſe exiſteret nullomodo excluderetur a ratione perſonæ. Secundo ſic. Si natura poteſt actu exiſtere ſine illa entitate ſequeretur quod illa entitas eſſet ſibi aduenticia, & quod non conſtitueret vnam per ſe perſonam cum natura. Tertio quod iſte modus exiſtentiæ ſolitarie, ſeu ſubſiſtentiæ indiuidualis & incommunicabilis eſſet a diuerſis cauſis. Et quod ille modus exiſtendi ſolitarie eſſet actuabilis per entitatem illam quam poſſet Deus producere. Vltimo ſi Deus a principio mundi produceret omnes homines ſine illa entitate ſolum cum illomodo eſſendi quis tunc diceret quod nulla eſſet perſona in mundo: In magnas anguſtias fautores huius opinionis deueniunt.

Contra Cumel ſpecialiter arguo, ipſe docet concluſione 4. quod in quolibet ſuppoſito idem ſunt exiſtentia, ſubſiſtentia, & perſonalitas, ergo ſimul concedit quod exiſtat, & quod non ſit perſona quod eſt contradictio.

Si dicens, illud eſſe nouum & diſtinctum modum exiſtendi, eſt contra ipſum Authorem qui art. 4. ſolum diſtinguit triplex eſſe. Hoc inconueniens fugit optime Caietanus concedendo quod ſequitur actus eſſendi non tamen perſonalitas, ideo tenens opinionem Caietani debet dicere eſſe diſcrimen inter actum eſſendi & perſonalitatem. Sed adhuc videtur Caietanus ſibi contrarius, nam 1. p. q. 3. art. 3. concedit quod natura & ſuppoſitum non poſſunt differre vt duæ res totaliter diuerſæ, ſed ſi natura realiter datur actu exiſtens ſine ſua perſonalitate videtur quod ſit diuerſa ergo. Tertio inquiro a Caietano quid ſit ille actus eſſendi, ſi aliquid diſtinctum a natura idem quod prius, ſi modus exiſtendi ſolitarie, conſentit nobiſcum vt videbimus, & non videtur ſoluere difficultatem. Vltimo arguo ſic. In ſuppoſito irrationalis naturæ, non intelligitur aliqua alia entitas conſtituens ſuppoſitum lapidis in eſſe ſuppoſiti, nec intelligibile videtur quod creet Deus lapidem per ſe exiſtentem ſine ratione ſuppoſiti ergo ſimiliter dicendum eſt de perſonalitate in intellectuali natura, tenet conſequentia quia ſuppoſitum in irrationali natura idem eſt quod perſona in intellectuali natura. Inſuper cum aqua aquæ vnitur & cum aqua ab aqua ſeparatur, non videtur e quo generetur & corrumpatur noua & antiqua entitas, dicendo vero quomodo eadem res amittat & acquirat nouum modū eſſendi facile cuncta conſtant.

2 Concluſio natura indiuidua intellectualis completa exiſtens per ſe ſolitarie non vnita alteri eſt perſona. Et quia non eſt noua entitas, ideo ab Scoto dicitur negatio actualis & aptitudinalis dependentiæ ad aliud, affirmatiue vero declaratur per hoc quod eſt eſſe per ſe & in ſe ſolitarie. Ex quo ſequitur quod eadem natura modo vnita, poſtea ſeperata, modo ſit perſona, poſtea non ſit perſona. Probatur Concluſio, non eſt aliquid poſitiuū diſtinctum a natura vt probatum eſt, nec eſt mera negatio ergo eſt natura cum modo exiſtendi ſolitarie, nam hæc duplex negatio quod iſta natura non eſt actu in alio, nec eſt apta eſſe in alio preſupponit quod iſta natura ſit exiſtens in ſe, & ſic ante illam duplicem negationem preſupponitur iſte modus exiſtendi ſolitarie. Hunc modū explicat Scotus nomine ſubſiſtentiæ negans eſſe in natura concedens vero exiſtentiam vt videbimus diſt. 6. Lege Authorem ſolutione ad argumentum. Lege Lencheium in hac parte, qui ita explicat Scotum.

Ad primum dico quod natura per aliquid poſitiuū efficitur hæc & ſingularis actu exiſtens. Poſtea non requiritur aliud poſitiuum ſuper additum, quia ratione illius poſitiui & modi per ſtandi ſolitarie dicit perfectionem, & quicquid requiritur ad rationem perſonæ.

Ad 2. dico illa pronomina denotare poſitiuum per ſe ſtans, quod eſt prima ſubſtantia cum illomodo per ſe ſtandi.

Ad 3. dico quod Verbum dicitur ſupplere dependentiam naturæ humanæ, quia terminat naturam humanam dans illi vnum ex duobus modis quos poteſt habere nempe eſſe in alio quando non eſt in ſe: iſti enim ſunt duo modi quibus poteſt terminari natura. Si non habet vnum habet neceſſario aliud ideo autem ſupplet quia iſte modus intrat loco alterius: non enim intelligi poteſt quod ſuppleat, quia ponit eandem entitatem quam poneret proprium ſuppoſitum vt docet Scotus infra. Diſt. 6. q. 1. nam propria perſonalitas faceret quod non eſſet vnita

alteri

vt quo & ſic non eſt in creaturis.

Ad quartum. Concedo quod ſi dependere repugnaret alicui creaturæ repugnaret ei neceſſario per aliquid poſitiuũ. Sed nulli poteſt repugnare, quia omnis entitas creatá non ſolum dependet ad increatũ vt ad cauſam ſed etiam poteſt dependere hac ſpeciali dependentia.

Ad argumentum principale ex parte naturæ aſſumptæ. Dico quod non eodem completiuè natura humana eſt per ſe exiſtens & perſonata perſonalitate creata: qui adictum fuit in hoc art. ꝙ nõ eſt perſonata vltimate aliquo poſitiuo. Per ſe autem exiſtit exiſtententia poſitiua creata loquẽdo de propria exiſtẽtia naturæ. Ad primam probationem iſtius aſſumpti cũ dicitur quod illius exiſtentia eſt per ſe exiſtentia. Concedo ſcilicet quod per ſe exiſtere diſtinguitur cõtra in eſſe quod conuenit accidenti. Cum aſſumitur quod per ſe exiſtentia in natura intellectuali, eſt perſonalitas, nego vniuerſaliter accipiẽdo per ſe vt prius vt ſcilicet diſtinguitur contra in eſſe alij quia ad perſonalitatem requiritur vltima ſolitudo ſiue negatio dependentiæ actualis & aptitudinalis ad perſonam alterius naturæ. Non autẽ omne quod per ſe exiſtit 1. modo vt diſtinguitur contra accidens oportet per ſe exiſtere 2. modo. Ad ſecundã patet quo natura creata eſt hæc aliquo poſitiuo non eodem formaliter entitati naturæ, quia repugnantia ad diuidi non competit naturæ creatæ niſi per aliquam entitatẽ poſitiuam. Non ſic autem vltra entitatẽ illam poſitiuam ſingularitatis, oportet ponere aliquam poſitiuam perſonalitatis.

Sed circa iſtum articulum eſt alia dubitatio an ſit aliqua entitas abſoluta noua qui ſit proprium fundamentum huius relationis nouæ, ſcilicet dependentiæ & vnionis ad verbũ ita quod ipſa poſita non poſſet nõ conſequi relatio eius ad verbum.

alteri. Hoc nunquam dat verbum, ergo ſolum ſupplet modo expoſito. Ex hoc autem non colligitur quod perſona dicat aliquid poſitiuum, ſed modum per ſe ſtandi.

Ad 4. Dico quod ſi dimitteretur a Verbo eſſet alia perſona diſtincta, quia tunc per ſe ſtaret ſolitarie. Nec relatiuum diuerſitatis plus requirit.

Ad 5. Dico quod quælibet res appetit ſuum modum naturalem, ſic lapis deorſum, leue ſurſum, ſic natura ſeipſam appetit cum modo exiſtendi ſolitarie, ſicut cũ quis deſiderat ſedere ſi ſtet.

Ad 6. quod eſt magiſtri Bañez, reſpondet Scotus ſoluẽdo 2. ſecundæ viæ. quod ratio formalis negationis, ſcilicet quod non ſit in alio nec habeat aptitudinẽ ad eſſe in alio, eſt Vniuoca perſonæ creatæ & increatæ poſitiuũ tamẽ in quo fundatur iſta duplex negatio non eſt vniuocum, quia diuinæ perſonalitati, non ſolum conuenit iſta duplex negatio, ſed eſt ibi aliqua entitas cui repugnat aſſumi, & extrahi a ſua perſonalitate, in perſona creata nulla eſt entitas cui repugnat aſſumi & vniri alteri, ſed tantum eſt repugnantia quantum ad modum. Si enim eſt in alio, repugnat quod ſit per ſe ſolitarie, conſequenter quod ſit perſona. Nec mirum quod creatura non repugnet vniri poſitiue quacunque entitate, nam ſi Patri, & Filio cui repugnat aſſumi nõ repugnat vniri quid mirum, quod naturæ creata non ſolum vniatur, ſed aſſumatur amittendo propriam perſonalitatem. Sicut enim in cæteris, declinat ab eminentia & ſumma perfectione illius infinitæ maieſtatis, ſic in hoc quod caret entitate cui contradictoriæ repugnet aſſumi & vniri. habet tamen principium indiuiduationis, per quod repugnat eſſe idem cum alio.

Ad illud Pauli dico, quod Deus eſt qui eſt, ideſt eſſe a ſe a quo cætera habent eſſe. ſic primus pater & Principium omnis productionis eſt Deus, ideo cum in Euangelio ſecundum Lucam paulatim a Chriſto Dauid & Abraham, eſſet retrorſum generatio ſupputata, ad extremum ait ſcriptura. Filii Seth filii Adã filii Dei, vt paternitatis vocabulum, a Deo primum ortum eſſe mõſtraret. Hic tamen non ſequitur quod ſicut pater conſtituitur in eſſe paternitatis per perſonalitatem, cui repugnat aſſumi & vniri, ſic perſonalitas creata. Lege Hieronymum loco allegato. Hanc expoſitionem ſequitur Magiſter ſententiarũ Hugo Cardinalis, qui ad hoc adducit illud Matth. 23. Vnus eſt pater veſter & illud Malach. 2. Nunquid nõ Vnus pater omnium noſtrum. Secundum Hieronymum, & alios dicendum quod in cælo vnus Angelus docet alium, & qui docet, dici ſolet pater diſcipuli, iuxta illud 1. Cor. 4. Per Euangeliũ ego vos genui. 4. Reg. 2. quia Eliſeus ab Elia fuerat edoctus. Pater mi pater mi currus & auriga. Ioann. 8. Ex patre diabolo eſtis, quia illum imitabantur. S. Thom. inquit, quod paternitas quæ eſt in creaturis, eſt quaſi nominalis ſeu vocalis, illa paternitas qua pater dat totam naturam filio, abſque omni imperfectione eſt vera paternitas, noſtra vero paternitas tanquam imperfecta denominatur per ſimilitudinem ad perfectam. Caietanus inquit, quod non loquitur de paternitate, ſed de adoptata familia, ſicut ab Iſrael familia Iſrael literarum a Chriſto familia Chriſtiana. Tunc erit ſenſus, quod ab vno patre naturali Chriſti, omnes tam in cælo quam in terra, ideſt Angeli & homines, ſumus filii adoptiui, a quo habemus gratiam, & tunc quadrat vtraque pars. In cælo & in terra. Sed hinc vt dictum eſt, non probatur quod ratio perſonalitatis ſit vniuoca. Ex dictis conſtat quomodo Scotus in 1. Diſt. 26. q. 2. ad finem corporis doceat quod ingenitum non poſſit eſſe perſonalis proprietas conſtitutiua Patris, ſed neceſſario poni debeat aliquid poſitiuum. Nam perſonæ diuinæ repugnat contradictoriè communicari

ideo requiritur illa proprietas poſitiua. Perſonæ humanæ non ſic, ideo non requiritur nouum poſitiuum, ideo ſi arguas, in diuinis non conſtituitur perſona per negationem, ergo nec perſona humana poteſt conſtitui illa duplici negatione ſeu modo ſolitudinis neganda eſt conſequentia.

Ad 7. dico quod facile oſtenditur quomodo natura non vnita ſit perſona, & quomodo vnita non ſit perſona.

Ad 8. dico quod ſi natura non impeditur, ad vnionem principiorum naturæ ſequitur ille modus exiſtendi ſolitarie. Si impeditur, bene ſtat quod ſit natura, & quod non ſit perſona.

Ad 9. dico quod ipſo facto quod Verbum vniuit ſibi naturam, non aſſumpſit perſonam, quia deeſt ille modus exiſtendi ſolitarie.

Dub. 3.

### *Num poſſibilitas incarnationis poſſit euidenter probari.*

De propoſita quæſtione videndus eſt Medina 3 p. q. 2. introductionis. Cumel 1. p. q. 1. art. 8. Occaſio inquirendi eſt quia Author inſeine probauit hoc myſterium non eſſe impoſsibile. Ex hoc colligitur argumentum ſic. Hoc myſterium probatur non eſſe impoſsibile, ergo probatur eſſe poſsibile, & ſic ratione naturali probatur eius poſsibilitas, conſequentia tenet, quia non impoſsibile, & poſsibile, videntur eſſe idem.

Secundo myſteria noſtræ religionis vt probat Scotus q. 2. prologi, Thomiſtæ 12. q. 1. art. 4. ſunt euidenter credibilia, ergo euidenter poſsibilia, tenet conſequentia, quia ſicut quod eſt impoſsibile eſt incredibile, & quod credibile iudicatur, poſsibile eſtimatur, ita videtur quod ſi ſunt euidenter credibilia ſunt euidenter poſsibilia.

Tertio poſsibile & impoſsibile ſunt contradictoria inter quæ non datur medium ergo naturalis ratio, vel iudicat hoc myſterium eſſe impoſsibile & ſic nullo modo credit, aut iudicat eſſe poſsibile, & tunc habetur intentum, & facile eſt intelligere quomodo credit illud.

Quarto anima rationalis tribuit ſuum eſſe naturæ corporali, tenet conſequentia, quia quicquid facit natura poteſt facere Deus, qui eſt ſua omnipotentia.

Quinto Angelus euidenter cognoſcit humanitatem Chriſti non habere propriam exiſtentiam, ergo cognoſcit exiſtere exiſtentia verbi. Antecedens probatur. Angelus cognoſcit quicquid eſt in humana natura, ergo cognoſcebat non exiſtere exiſtentia propria, nec aliqua alia creata.

De hac re videndus eſt Durand. q. 1. prologi art. 2. vbi inquit non poſſe demonſtrari articulos fidei eſſe veros, quia articuli fidei, ſola fide tenentur. Nec poſſe demonſtrari eſſe poſsibiles quia ſuperant omnem humanam rationem. Tertio docet oſtendi non poſſe, non eſſe impoſsibiles. Vltimo docet, quod non poteſt Theologus euidenter ſoluere argumenta aduerſariorum. Hoc vltimum dictum impugnant Thomiſtæ 1. p.

Ad explicationem huius notandum quod eſt repugnantia in adiecto aliquid contineri in natura, & eſſe ſupra naturam. Quod autem euidenter demonſtratur, lumine naturali verum eſſe demonſtratur. Quod lumine naturali demonſtratur eſſe verum in natura continetur, quia demonſtratio eſt deductio veritatis ex aliquo principio noto mediante legitima conſequentia.

Ex hoc principio ſequitur manifeſte quod nullo modo hoc myſterium poteſt euidenter demonſtrari, aut eſſe poſsibile oſtendi. Ita docent cuncti Theologi. Eſt veritas fidei Matth. 16. Caro & ſanguis nō reuelauit tibi, ſed Pater meus qui in cælis eſt. Matt. Conſtat autem quod Petrus predixerat myſterium incarnationis. Galat. 1. Notum enim vobis facio fratres Euangelium quod euangelizatum eſt a me. quia non eſt ſecundum hominem nec ego ab homine accepi illud nec didici, ſed per reuelationem Ieſu Chriſti. Epheſ. 3. Mihi enim omnium ſanctorum minimo data eſt gratia hæc in gentibus euangelizare inueſtigabiles diuitias. Chriſti & illuminare omnes, quæ ſit diſpenſatio ſacramenti abſconditi a ſæculis in Deo Col. 1. Myſterium quod abſconditum fuit a ſæculis & generationibus, nunc autem manifeſtatum eſt ſanctis eius. Hoc manifeſte prædixit Iſayas cap. 53. dicens. generationem eius quis enarrabit: Quem locum licet de generatione æterna explicet Hieron. ſuper Matth. Aug. lib. 1. de conſenſu Euangeliſtarum cap. 1. in initio Cyril. lib. 2. de Trinitate. Chriſoſt. Hom. de incomprehenſibilitate Dei. Euſebius lib. 1. demonſtrationis euangelicæ, ante omnes Clemens Clem. Romanus epiſtola ad Iacobum fratrem Domini, quę habetur tom. 1. Conciliorum, tamen de humana Chriſti generatione explicat Iuſtinus aduerſus Triphonem Tertulianus aduerſus Iudæos. Athanaſius de incarnatione Verbi Aug. variis Homiliis de natiuitate.

Chriſoſtomo tomo 3. Homilia de ſancto Ioanne Baptiſta. Ambroſius libro primo de fide ad Gratianum capitulo 5 Leo Epiſtola 10. & 11.

Alij plures ſancti de vtraque generatione. Frequenter prædictus Auguſtinus. Citatur Ambroſius qui inquit. Mihi impoſsibile eſt generationis diuinæ ſcire ſecretum, mens deficit vox ſilet, non mea tantum ſed Angelorum. Et ſubdit Non ſola admirabilis a patre generatio Chriſti, admirabilis etiam eius generatio ex Virgine. Vbi Ambroſius optime inſinuat rationem quare poſſit intelligi de vtraque generatione, Aug. nam vtraque eſt admirabilis, & propter ſymbolum & ſimilitudinem de vtraque generatione poteſt intelligi Nam ſecundum Canonem ſanctorum quando plures & variæ expoſitiones poſſunt congrue eidem loco ed aptari, omnes habendæ ſunt pro ſenſu literali, & credendum eſt intentas fuiſſe ab Spiritu ſancto. Vnde conuenienter hunc locum Iſaiæ de generatione fidelium explicat Lyranus quē ſequitur tortalicium fidei & alij moderni quia ſicut diuina & humana generatio fuit admirabilis, ſic admirabilis fuit multiplicatio fidelium. Nam act. 2. in die Pentecoſt. appoſitæ ſunt numero fidelium animæ circiter tria millia. Apocalip. 7. Ioannes vidit turbam magnam quam dinumerare nemo poterat. Congruit literæ contextui ſequitur Si poſuerit pro Lyranus peccato animam ſuam videbit ſemen longæuum. Primis erat vetum Prophetæ. Et nos putauimus eum quaſi leproſum & percuſſum a Deo & humiliatū. Poſt pauca, Oblatus eſt quia ipſe voluit, generationem eius quis enarrabit: Ac ſi clarius dixiſſet Propheta. Videndo Chriſtum in cruce humiliatum ac deſpectum, nullus ſcandalizetur, aut naufragium fidei patiatur, exiſtimans non eſſe Deum (iuxta hoc Chriſtus in Euangelio Beatus qui non fuerit eſcandalizatus in me) quia reuelat, licet abſconditus & humiliatus

militatus vere eſt Deus, qui voluntarie propter noſtram ſalutem morti ſe obtulit, hoc eſt dimiſ. Oblatus eſt quia ipſe voluit. Clarius Chriſtus in Euangelio Ioan. 10. Ego pono animam & iterum ſumo eã. Poteſtatem habeo ponendi eam & poteſtatem habeo iterum ſumendi eam. Cum in ſpiritu vidiſſet eũ Propheta abſconditum, deſpectũ, ab hominibus nõ cognitum dixit. Generationem eius quis enarrabit. Sic filius Creſi, cum patrem ſuum ab inimicis in prælio captum vidiſſet, cum mutus eſſet cordis calor linguæ impedimentum ea humiditate ſoluens, exclamans dixit. *Caſo que es el Rey*. Sic Propheta generationem eius quis enarrabit. De diuina ſine dubio locutus eſt. De humana ſecundario, quia inſtar diuinæ hæc quoque admirabilis eſt. Poſtea conuertit ſe propheta ad multiplicationẽ fideliũ, qui ſpiritualiter ſunt geniti a Chriſto velut infantes. Diuinam Chriſti generationem Ioannes cum enarraſſet, quaſi ſeipſum excuſãs dixit. Vnigenitus qui eſt in ſinu Patris ipſe enarrauit. Quaſi ſi diceret, ſolus Chriſtus teſtis oculatus intuitiue videns, potuit primo narrare.
Hierony. Hieron. explicans illud Iſaiæ, Vere tu es Deus abſconditus, Deus Iſrael ſaluator, inquit. Chriſtum ſaluatorem vocari Deum abſconditũ, propter aſſumpti hominis ſacramentum. Et epiſtola 4. aſſignat rationem quare ſic velatus venerit dicens. Si Deus tanquam veniſſet vt claritatem & poteſtatem hominibus oſtenderet foſſitam omnis creatura in valida & caduca ſuccumberet. Ad hinc iuuant omnia loca ſcripturæ & ſanctorum patrũ teſtimonia quibus etc. 5. dubio ſeu quæſtione 6. diximus eſſe difficile videre aliquam dependentiam eſſe talem, quia hoc myſterium eſt nouum ſub ſole nouum quod Dominus facturum eſſe promiſit. Vnde Chriſto cõuenit illud Apoc. 1. Ego ſum primus & nouiſſimus, & viuus & fui mortuus. Nam ipſe eſt primo productus ad intra fuit etiam in humana natura primus, mirabiliter conceptus de ſpiritu ſancto. Fuit nouiſſimus, quia poſt ipſum nullus alius, ſic fuit mirabiliter conceptus. Mirabile quoque fuit quod cum eſſet vita moreretur, & mirabile fuit quod cum fuiſſet mortuus mirabiliter propria virtute ſurgeret. Quam reſurrectionem vocet Paul. act. 2.
Act. 2. generationem inducens illud Pſal. 2. filius meus es tu ego hodie genui te. Vnde hæc quoque generatio ſeu generationis antiquæ reedificatio & reparatio etiam fuit mirabilis. Innumeræ ſunt autoritates ſanctorum ad hoc propoſitum.

Recenſendo & cõmemorando diſcurſum, & proceſſum Authoris probari poteſt cõcluſio. Scotus ſupponit quod hoc myſterium habetur ex fide igitur vt præmiſimus in principio huius dubij nullo modo ratione naturali poteſt probari. Secundo in eodẽ art. 1. dixit difficile eſſe videre aliquam dependentiam eſſe talem, & de ea quã ſimilemã dicit, inquit. Quod iſta vnio aliqualiter patet in ſubiecto, & accidente igitur non habet ſpeciem, & terminos quibus poſſit euidenter cognoſcere hoc myſterium. Tertio ſuppoſita fide probat vel ſuadet Scotus hanc veritatẽ, ſed nullus intellectus humanus ſiue angelicus cognoſcere poteſt perſonam Verbi iuxta illud Prou. 30. Quod eſt nomen eius, & quod nomen filij eius ſi noſti? igitur nullo modo cognoſcere poteſt intellectus
Prouer. modum quo perſona illa vnitur humanitati. Conſequenter ignorabit an illa vnio dicat in verbo mutationem ſeu limitationem & cetera quæ ed ſuadendã huius myſterij poſſibilitatem Author hoc remouet a Verbo diuino in hoc art. ſuadet veritatem ex parte naturæ humanæ, ſed vix attendit quid ſit perſonalitas, & quomodo diſtinguetur a natura igitur nullo modo poteſt euidenter demonſtrari poſſibilitas huius myſterij. Si dicas poſſe euidenter oſtendi ex diuina omni potentia, cui nihil reſiſtit, ſic enim Gabriel ad Virginem dixit. Non erit impoſſibile apud Deum omne Verbum. Dico quod in communi bene ſcimus Deo nihil eſſe impoſſibile, ſed in particulari ſcire non poſſumus an ſtante hoc, compoſſibile ſit aliud, quia ſepe eſt repugnantia quod vnum ſit ſine alio, ideo ſtando in lumine naturæ videtur contradictio quod natura ſingularis ſit in rerum natura abſque eo quod ſit perſona.

2. Concluſio. Impoſſibilitas huius myſterij nullo modo poteſt probari ratione naturali. Probatur verum non contrariatur vero, ex fide habemus quod hoc myſterium eſt verum, ergo nullo modo poteſt oppoſitum demonſtrari. Et ſi aliqua eſſet apparens demonſtratio nulla eſſet, quia falſe eſſet & quod inſa falſum eſt nihil eſt, vt puta, homo eſt irrationalis.

Secundo, ratio naturalis non habet principia ad demonſtrandum eſſe impoſſibile, quia debeſet fieri, oſtendendo vnum extremum repugnare alteri, ergo qui non cognoſcit perfecte naturam extremorum, non poteſt oſtendere huiuſmodi repugnantiam. Tertio Myſteria noſtræ fidei quæ ſunt termini diuinæ actionis, vt quod, virgo ſit mater, quod, humana natura ſit aſſumpta & vnita Verbo, ſunt ab ipſo Deo authore naturæ, ergo Author gratiæ nõ poteſt eſſe contrarius ſibi vt eſt Author naturæ, ergo myſteria gratiæ, quæ ſunt ſupra naturam, nõ ſunt contra naturam. gratia enim nõ deſtruit, ſed perficit naturam de quo videndus eſt D. Tho. 1. contra gent. c. 7. ergo nullo modo lumine naturali conuinci poteſt myſteria noſtræ fidei aut falſa aut impoſſibilia eſſe.

Ad primum argumentum dico quod Theologus ſuppoſita fide probat non eſſe impoſſibile, ſine fide non poteſt probare. Ad 2. dico quod aliquid eſt euidenter credibile quod non eſt euidenter poſſibile quia euidentia poſſibilitatis pendet ex cognitione rerum in ſe ipſis. Euidentia credibilitatis pendet ex trinſeco teſtimonio, & veracitate dicentis. Secundo quia multa ſunt falſa quæ ſunt magis credibilia, quã vera ergo ex credibilitate non ſequitur euidentia poſſibilitatis.

Ad 3. dico cum Scoto in 1. D. 2. quæſt. 2. ſoluendo primum principale quod idem & diuerſum quamuis ſecundum ſe ſint contradictoria, interque nõ datur medium addendo tamen ſi per ſe bene datur mediũ quia homo nec per ſe eſt albus nec per ſe non eſt albus. Ad hunc modum, quamuis de aliqua re iudicet intellectus an ſit poſſibilis vel impoſſibilis, non tamen de omni re, maxime ſuper naturali iudicabit euidenter an ſit poſſibilis, vel impoſſibilis ſed manebit neuter & fide poterit credere.

Ad 4. Dico quod non eſt euidens quomodo anima informat & dat eſſe corpori. Dato quod eſſet euidens, ad hue hoc myſterium non eſſet euidens, quia Verbum non informat humanam naturam ſicut dixit Arrius, quem ſequutus eſt Apollinarius.

Ad vltimũ dico. Poſſ cognoſcere nõ eſſe ibi propriã

E perſonalis

perſonalitatem non tamen poteit cognoſcre quo modo eſſet ibi aliena perſonalitas. Secundo dico quod ſi perſona humana non conſtituitur per aliquam entitatem diſtinctem ſuperadditam & ignorabat ibi eſſe perſonam diuinam, nil mirum quod ignoraret an eſſet per ſe, vel in alio. Sicut eſt de accidentibus Euchariſtiæ, quia ſubſtantia panis diſtinguitur ab accidentibus, ideo poteſt cognoſcere quod iā nō eſt ibi ſubſtantia. Modum autem quo ibi eſt corpus Chriſti ſcire non poteſt propria virtute. Nec valet dicere Angelus comprehenſiue cognoſcit inferiorē creaturā, ergo cognoſcit an ſit in ſe vel in alio. Quia hoc ſolum eſt verū cum verū que extremum eſt naturale, quando vero aliquod eſt ſupernaturale ſicut neſcitur an ſit in illo ita quod nō ſit in illo: ignorantia enim deter minationis vnius cauſat ignorantiam determinate veritatis alterius. Si vero perſonalitas eſt aliqua entitas diſtincta a natura ſingulari bene conuincit argumentum quod ſi comprehendit naturā, cognoſcat an ſit vel non ſit ibi propria perſonalitas vt ſolutione prime, quæ eſt Thomiſtarum dictum eſt.

*Iſte arti. antiquitus erat ſub forma dubij in fine art. 3. vide pag. 31.*

*Text. comio.*

ARTICVLVS IIII.

*Vtrum ſit aliqua entitas abſoluta noua quæ ſit propriū fundamentum huius relationis nouæ.*

AD QVARTUM ſic proceditur. Videtur, quod ſit aliqua entitas noua, quia alias mutatio eſſet primo ad relationem & a relatione, quia ſi verbū dimitteret illam naturam abſolutam aſſumptā, relatio vnionis non eſſet: & per te nullum abſolutū nouum eſſet, ergo mutatio primo eſſet à relatione.

¶ 2. Similiter ſi aſſumeret naturam modo perſonatā in Petro, ſi non oporteret aliquod nouum abſolutū aduenire, ad hoc, vt perſoneretur à verbo, primus terminus huius mutationis eſſet relatio noua: Cōſequens eſt contra Philoſophū. 5. Phyſic. quia in ad aliquid non eſt motus nec mutatio, ergo.

¶ 3. Per rationem, quia relatio non videtur eſſe noua, niſi ſit aliquod abſolutū nouum in altero extremo: ſi enim aliquid omnino eodem modo ſe habet in ſe, ergo & ad quodlibet alterum: nihil autem eſt nouum in verbo in ſe, nec in natura aſſumpta, niſi ſit aliquod abſolutum nouum: ergo tale abſolutum nouum oportet ponere.

¶ RESPONDEO dicendo, oppoſitum eſſe probabilius, ſcilicet, nō eſſe aliquod abſolutum nouum, quia illud abſolutū eſſet neceſſario vnitum verbo: ità quod ſicut in compoſibile eſt, illam vnionē eſſe & non eſſe ad verbū vt ad terminum: ita incompoſſibile eſſet illud abſolutū, quod eſt neceſſarium fundamentum vnionis, eſſe non vnitum verbo: nulla videtur talis entitas abſoluta in creatura: Igitur non eſt ponendū aliquod abſolutū nouum.

¶ Preterea talis entitas abſoluta, quę eſſet propriū fundamentū vnionis ad verbum, aut eſſet accidētalis, aut ſubſtantialis. Non accidentalis quia natura ſubſtātialis videtur perſonabilis in ſe, loquēdo de natura intellectuali in quantum ſcilicet eſt prior omni accidenti. Igitur, ſic quando perſonatur in alio, videtur perſonari vt prior omni accidēte, & ita nullum accidens eſt propria ratio perſonationis illius. & perconſequens nec iſtius vnionis. Si ſubantialis, non poteſt dici quod illa ſit aliqua res alia ab illa quæ poteſt eſſe in perſona creata. Quia tunc aut materia, aut forma, aut ſubſtantia cōpoſita. Si ſic tunc eſſet in Chriſto ſecundum humanitatem qualis nulla eiuſdem rationis eſſet in alio homine. Eſſet igitur entitas ſubſtantialis eadem tamen materiæ vel formæ vel ſubſtantiæ cōpoſitæ Sed quicquid eſt idem alicui ſubſtantię manet manente illa ſubſtantia. Igitur natura aſſumpta non poſſet dimitti â verbo manente illa entitare abſoluta. *Diuiſio.* *2. Memb.*

Ad argumentum illud in oppoſitum de Philoſopho 5. Phiſ. poteſt dici quod relatio poteſt tripliciter ſe habere ad fūdamentum. Vno modo quod fundamētum non poteſt poni ſine relatione illa abſque

*Super D. 1. quæſt. 1. art. 4.*

IN litera vnica eſt cōcluſio: humana natura ſine aliqua media entitate accidentali vel ſubſtātiali vnitur verbo & fundat relationē vnionis. Probatur nā ſi mediante aliqua entitate, vniretur Verbo ſicut albedo mediāte quātitate vnitur ſubſtantię ſequererur quod illud abſolutū neceſſario eſſet vnitum verbo, ſed nulla talis entitas videtur eſſe neceſſaria, ergo immediate vnitur. Minor non probatur, poteſt tamen probari ſic. Omnis natura eſt immediate vnibilis, ergo cum natura humana non præſupponat aliquod accidens imo in ipſa fundentur omnia accidentia, nullum accidens precedit mediāte quo vniatur & in quo fundetur ipſa vnio ſed ipſe eſt immediate. Vnibilis & perſonabilis, quod non precedat aliquid ſubſtētiale probatur, nam dici nō poteſt quod ſit aliqua ſubſtantia in compoſsibibilis, aut materia aut forma aut aliqua ſubſtantia compoſita, ſed nullum horum, probatur, quia ſi eſſet aliquod horū tunc eſſet in Chriſto aliqua noua entites ſ eandum humanitatem, quæ in nullo alio homine eſſet. quod eſt falſum, quia Chriſtus ſolum aſſumpſit humanam naturam, & non duas naturas. Si

Si ergo nõ aſſumpſit aliquid diſtinctum ab humanitate, ſequitur quod illa entitas ſit idem cum materia, forma vel ſubſtantia compoſita, ſed quicquid eſt idẽ alicui ſubſtantiæ manet manẽte illa ſubſtantia, igitur non poſſet natura dimitti a Verbo manente illa entitate abſoluta, ſequela probatur ſic, illa entitas eſt præciſum fundamentum, & ratio fundandi iſtam relationem, ergo ſtante illa entitate non poteſt dimitti, & amitti illa relatio vnionis. Quod videtur falſum, nam tunc vnita haberet aliquam entitatem quam non haberet ſeparata, & ſic nulla natura eſſet aſſumptibilis per ſe niſi addita & creata illa entitate.

Secundo. Concluſio (quæ habetur ſolutione ad argumentum) Tripliciter ſe habet relatio ad fundamentum. Primo quando fundamentum non poteſt eſſe ſine relatione, quia non poteſt eſſe ſine termino vt contingit inter creatorem & creaturam: creatura enim non poteſt eſſe ſine creatore ad quem dicit relationem. Secundo modo contingit quando fundamentum poteſt eſſe ſine relatione, quia poteſt eſſe ſine termino, poſito tamen termino neceſſario ſtatim conſequitur relatio hoc modo ſe habet relatio ſimilitudinis ad ſuum fundamentum, quæ relatio dicitur intrinſecus adueniens. Tertio modo contingit quando poſito fundamento & termino non ſtatim conſurgit relatio, quia fundamentum non dicit neceſſarium ordinem ad terminum. Et hæc dicitur extrinſecus adueniens.

Tertia concluſio (cum præcedenti inuoluta) relatio humanitatis ad Verbum eſt extrinſecus adueniẽs quæ eſt formalis per ſe terminus aſſumptionis cum quo ſtat quod realis & totalis ſit homo Chriſtus.

*De termino & fundamento vnionis.*

Profundus & obſcurus ſermo omni conſideratione dignus. Profundum fecit materiæ dignitas, obſcurum verborum Scoti breuitas atque ingenii ſublimitas. Vnum Author quærit, quæſitum aliud poſtulat. Vtrunque Author determinat Quærit an ſit aliqua entitas, media inter humanitatem & Verbũ quæ entitas ſit immediatum fundamentum & ratio fundandi relationem, & reſpondet negatiue. Hoc petit aliud, quid nempe ſit formalis & primus per ſe terminus aſſumptionis, ideo in breuiſſimo art. duæ ſunt quæſtiones. Quia ex hac affirmatiua quod primus per ſe terminus non eſt aliquid abſolutum ſed aliquid dicens relationem & habitudinem ad Verbũ, ſequi videtur quod iſta vnio ſecundum Scotum nõ ſit ſubſtantialis ſed accidentalis, inquirendum eſt neceſſario an hæc vnio ſit ſubſtantialis. Quia Caietanus inquit quod eſſe hominis Dei eſt illa entitas quę fundat iſtam relationem breuiter ſub breui dubiolo præmittere oportet quod nulla ex vnione humanitatis ad Verbum reſultat tertia entitas, ſed quod immediate in humanitate debet fundari illa relatio. Quia dicitur quod relatio eſt primus per ſe terminus & multiplex ponitur genus relationis, inquirendum eſt an detur relatio extrinſecus adueniens, & ad quod pertineat prædicamentũ. Et quia expreſſe eſt ſermo de termino ad quem huius vnionis ad complementum tractatus agendum de termino a quo & ſic ſub hoc articulo erunt 7. dubia Cogor dicere (ipſa rei euidẽtia me dicere coegit) quod nullo modo poteſt Scotus cõmode explicari conſtruendo literam Authoris, aut ſolas quæſtiones controuerſas mouẽdo, niſi plures quas prætermiſit addamus.

*Num iſta vnio ſit ſubſtantialis.*

De hac quæſtione videndus eſt S. Thom. 3 p. q. 2. art. 6. Magiſt. & Scoti D. 6. q. 3. Durand q. 4. vbi docet poſſe concedi, quod hæc vnio ſit quodã modo accidentalis, quia natura humana accidentaliter vnitur verbo. Imo ex noſtra ſententia ſequi videtur quod abſolute ſit accidentalis. Quia dicendo quod ipſa humanitas ſit immediatum fundamẽtum relationis ſtatim ſequitur quod terminus vnionis ſit relatio, conſequenter quod iſta vnio ſit accidentalis, quod eſt error Neſtorii dicentis quod in Chriſto erant duæ perſonæ, quæ dicebantur vnitæ, quia perſona filii Dei habitabat perſonam hominis, ſicut qui habitat templum: Dicebantur inſuper vnitæ propter communem honorem exibitum vtrique perſonæ: Hunc errorem confutat Caſtro aduerſus hæreſes, Verbo Chriſtus hæreſi 3. S. Thom. loco allegato, vbi Caietanus art. 8. dubio vltimo probat quod iſte error ſequatur ex noſtra ſententia, nam aſſumptio non habet pro termino perſonam diuinam ſolum, aut humanam naturam ſolum, ſed filium Dei eſſe hominem, ergo primus terminus huius aſſumptionis non eſt relatio vt docet Scotus, ſed aliquid abſolutum: ergo negare quod per incarnationem nullum ens abſolutum ſit factum eſt, & dicere quod filius Dei eſt factus homo, & eſt vere homo eſt ignorare propriam vocem, & confiteri fidem ſecundum vocem. Secundum rem vero conuenire cum Neſtorio, & eſt ſecundum rem damnare decretalem damnantem dicentes Chriſtum ſecundum quod homo non eſſe aliquid. Conſequentias vt manifeſtas relinquit, antecedens probat, quia nec perſona diuina nec humana natura ſit per aſſumptionem, quamuis ſimul fuerit facta & aſſumpta, ſed per aſſumptionẽ, vt dicitur in ſymbolo; ſit quod Deus ſit homo.

Secundo pro Neſtorio arguo ex illo Ioan. 2. Soluite templum hoc & in triduo reædificabo illud, vbi ſecundum Euangeliſtam loquebatur de templo corporis ſui, ergo erat in natura humana ſicut qui habitat templum.

Tertio arguo probando ſententiam Durandi. Si vnio eſſet ſubſtantialis maxime quia eſt vnio ad diuinam perſonam, ſed accidentia vniuntur & tamen eorum vnio accidentalis eſt, ergo iſta vnio non eſt ſubſtantialis.

Quarto quicquid aduenit enti completo vnitur ei accidentaliter, humanitas ex tempore vnita eſt Verbo habenti eſſe completum & perfectum, cui poſſet nõ vniri, & modo poteſt ſeparari, ergo eſt vnio accidentalis.

Nouum ſub ſole nouum, nouitatum omniũ ſuper eminens nouitas, ac nobilius omnium nouorum quod dominus fecit ſuper terram, pax quæ ſuperat omnem ſenſum, hoc myſterium eſt, in quo duæ ſimul naturæ in vna perſona filii Dei ſimul conueniunt. Heretici huius myſterii excellentia ſuperati intelligere non volentes. Quomodo humana natura non habeat propriam perſonalitatem, duas in Chriſto poſuerunt perſonas, ac vnionem cum quodam interuallo hæc vnio cum huiuſmodi interuallo eſt inter me & veſtem meam, inter me & templũ quod inhabito. Talis vnitas eſt inter maritum & vxorem, dilectum & dilectum & vniuerſaliter inter eos qui amicitiæ glutino copulati, vniuntur

affecto, ſecernũtur perſonæ. Talis eſt inter principale & inſtrumẽtale agens Sedomnes hi modi, & ſi qui ſunt alij, falſi, fidei non conſentanei, ſunt Durand. in 3. diſt. 5. q. 4. poſt ipſum Palud ibidem q. 2. art. 2. recedendo ab hæreticis vnum in Chriſto conſtituit ſuppoſitum, vnde ſecundum tem vnionẽ conſtituit ſubſtantialem ſed quantum admodum loquẽdi anquit, dici poſſe humanitatem aduenire Verbo accidentaliter.

In hac re tria per ordinem oportet oſtendere, primo ſanctorũ patrum teſtimonio probandum eſt, hanc vnionem eſſe ſubſtantialem. Secundo aſsignãda eſt ratio ſumpta ex ratione & conditionibus ſubſtãtialis & accidentalis vnionis. Denique quod noſtrum eſt oſtendemus & luce clarius demonſtrabimus hoc eſſe ex mente Scoti vt appareat Caietanũ male deducere ex ſententia Scoti hanc vnionem eſſe accidentalem.

Quantum ad primum conſtanter aſſerendum eſt hanc vnionem eſſe ſubſtantialem. Manifeſte habetur hæc veritas in ſymbolo Athanaſii. Sicut anima rationalis & caro vnus eſt homo, ita Deus eſt homo vnus eſt Chriſtus. Quantum enim ad oſtendendum quomodo hæc vnio ſit ſubſtantialis aptiſsima eſt ſimilitudo vnionis animæ & corporis.

Hoc probatur ex omnibus Conciliis & ſanctorum patrum teſtimoniis dicentibus Beatiſsimam Virginem non purum hominem, ſed hominem Deum genuiſſe, quæ adducemus in ſequentibus d. 2. & d. 3. Si enim hæc vnio non eſſet ſubſtantialis ſed accidentalis cum aliquo interuallo inter hominem & Deum iam Beatiſsima Virgo non genuiſſet Deum ſed purum hominem. Vnde 1. tomo Conciliorum in concilio Epheſino Can 2. dicitur hanc vnionem factam fuiſſe ſubſtantialiter vel ſecundum ſubſiſtentiam, vel hypoſtaſin: Et in Cõcilio Chalcedonenſi Act. 5. dicitur quod hic homo Chriſtus vt ſubſiſtit in duabus naturis eſt vere vnum quid. In hoc ſenſu Damaſ libro 3. orthodoxæ fidei. Petrus Damianus de incarnatione & gratia cap. 3. hanc vnionem appellant eſſentialem ſeu ſubſtantialem. Cyrill. epiſt. 10. & anathematiſmo 3. Hanc vnionem naturalem vocat Vbi non eſt mens horum patrum eſſentialem vocare quia ſit compoſitio eſſentiæ vel naturæ. Nec dicitur naturalis quia non excedat totum ordinem naturæ, ſed quia eſt vera, realis & non ficta facta ad verum, naturale & proprium eſſe extremorum quæ vniuntur.

Magis hoc manifeſtum fiet ſi breuiter ac diſtincte vt oportet oſtenderimus ex Phiſica & rerum natura quid ſit vnio ſubſtantialis, quid vnio accidentalis huic oppoſita. Dico quod vt nomen ſonat vnio accidentalis eſt quando accidens vnitur ſubſtantiæ, tunc enim repugnantia repugnat quod vnio ſit ſubſtantialis quia ſine ambo ſaltem vnum extremum accidens eſt: ex accidentia autem quomodo poteſt eſſe vnio ſubſtantialis. Hac ratione non poteſt eſſe quantitas diſcreta niſi ex quantitate continua, nam ex multis Angelis aut diuinis perſonis quæ ad prædicamentum non pertinent quomodo reſultabit quantitas diſcreta pertinens ad prædicamẽtũ iuxta hoc dicendum erat, quod vnio ſubſtantialis, eſt vnio duorum extremorum quæ ſunt ſubſtantiæ, ſed hoc non ſufficit niſi ſic vniantur quod vnum trahatur ad ſubſiſtentiam alterius extremi, vt iam non duplex ſed vnica duorum ſubſiſtentia ſit, quia ſubſiſtentia vnius alteri extremo communis eſt: Quando oppoſitum contingit, vt quando duæ tabulæ vniuntur aut quando veſtis mihi vnitur, inter vnita diſtantia eſt & interuallum, ideo extrema vnita non ſunt vnum quid ſecundum ſubſiſtentiam quia vniuntur quodã interuallo & diſtantia. Ideo admodũ accidentis ſeparabilia ſunt, & admodũ accidentis quaſi ab extrinſeco vniuntur. Quando vero vnio eſt ſubſtantialis, & vnum extremum communicat ſubſiſtentiã alterius, vt pote membrum ſubſiſtentiam totius, quaſi ab intrinſeco eſt vnio, quaſi inſeparabilis eſt vnio, ideo ſi totum eſſet incorruptibile, membrorum eſſet inſeparabile a ſubſiſtentia totius, & ſtante integritate totius: vna prorſus ſubſiſtentia totalis totius & ſuorum membrorum eſt.

Seclusis imperfectionibus, ſic dicendum, quod extrema huius diuinæ & ineffabilis vnionis, ſunt ſubſtantiæ, & tam intima potentia & ineffabili modo ſe fecit Verbum præſens humanæ naturæ, & tanta vnitate vniuit ſibi humanam naturam quod vere & realiter communicauit illi ſuam ſubſiſtentiam perſonalem: quod iam humana natura non aliquo interuallo, & elongatione aliqua, ſed quodam vinculo indiſſolubili ſit Verbo diuino vnita, eo ſenſu quo inquit Damaſcenus, quod ſemel aſſumpſit nunquam dimiſit. Breuiter ergo dicimus ad vnionem ſubſtãtialem requiri quod vtrunque extremum ſit ſubſtantia, & quod vnum trahatur ad ſubſiſtentiam alterius quæ duo in hac vnione inueniũtur. Propter quod, hanc vnionem cum ſanctis patribus & ſacris conciliis ſubſtantialem dicimus, accidentalem eſſe negamus, ideo non extrinſece ſed intrinſece, licet non connaturaliter, Verbum hominem denominat.

Secunda concluſio. Quamuis humana natura potuerit vniri & non vniri verbo, quia vnio fuit aliquid contingens, in quo ſenſu potuit Durand ſine errore dicere quod humanitas aduenit verbo accidentaliter, tamen ad hæc hoc abſolute concedi non debet, quia non ſolum in re, ſed in verbis debemus ab hæreticis recedere caſteque loqui. Probatur concluſio. Humanitas aduenit Verbo in vnitatem ſubſtantialem ſuppoſiti, propter quod humana natura non ſolum denominatiue, ſed ſubſtantialiter & in recto prædicatur de Verbo diuino, vt pote dicendo, Verbum eſt homo, ergo non aduenit accidentaliter, tenet conſequentia, quia venire in vnitatem ſubſtantialem, & accidentaliter ſunt modi oppoſiti ideo male ſonat dicere quod aduenit accidentaliter.

Tertio concluſio. Aliud eſt vniri perſonæ, aliud vero vniri ſecundum perſonam. Primo modo vnitur accidens perſonæ. Ad ſecundum requiritur, vt dictum eſt, quod id quod vnitur trahatur ad ſubſiſtendum ſubſiſtentiæ alterius.

Quantum ad vltimum oſtendere oportet eo cũcta ſupradicta ſint ad mentem Scoti. Ad quod reſpondeo affirmatiue. Primam concluſionem probo, nam Scotus d. 7 q 1. art. 5. docet quod iſta vnio non eſt accidentalis, quia extrema ſunt ſubſtantiæ. Idem docet d. 6. q. 1. ad primam confirmationem primi argumenti, vbi inquit. Nec natura humana alicui accidit, quia eſt ſubſtantia, ideo Chriſtus non eſt aliquid accidentale. Secunda conditio requiſita ad vnionem ſubſtantialem habetur d. 6. q. 3. vbi loquendo de tertia opinione adducit decretalem Alexandri, a Caietano citatam, vbi ſummus pontifex damnat errorem dicentium Chriſtum nõ eſſe aliquid.

aliquid Hoc eſt non eſſe vnum quid per veram vnionem, ſed diuiſe ſine vera vnione eſſe humanitatem & diuinitatem, ergo ibi ſentit Scotus quod iſta vnio ſit ſubſtantialis. Clarius loquendo de ſecunda opinione vbi inquit. Secunda opinio quæ dicit quod perſona Verbi ſubſiſtit in duabus naturis eſt tenenda. Clariſsime d. 7. q. 2. art. 3. inquit. Prima propoſitio in hac materia, eſt quod natura humana ſit perſonaliter Verbo vnita.

Secundam concluſionem habet Scotus d. 7. art. 5. vbi inquit quod iſta propoſitio. Deus eſt homo, non eſt per accidens Metaphiſica loquendo. niſi forte logice loquendo quia prædicatum non eſt per ſe de ratione ſubiecti, ſed Metaphiſica non eſt concedendũ quod ſit per accidens. Et concludit cum Damaſ. lib. 3. c. 3. quod iſta vnio nec eſt eſſentialis nec accidẽtalis, ſed ſubſtãtialis igitur non eſt dicẽdum ſecundũ Scotum quod humanitas aduenit verbo accidentaliter, quia quod vere eſt nulli accidit 1. Phiſicorum.

Tertiam concluſionem habet Scotus in 3. d. 6. q. 3. vbi poſtquam docet quod Verbum ſubſiſtet in duabus naturis ſubiungit. Sicut ſi aliquo modo, Sortes diceretur ſubſiſtere in humanitate & albedine. Vbi docet quod quamuis accidens vniatur perſonæ non ſubſiſtit ſubſiſtentia perſonæ, ſicut eſt de partibus humanæ naturæ quæ ſubſiſtunt eadem ſubſiſtentia perſonæ, de quo d. 6. q. 2.

Ad argumenta. Ad primum patet quomodo ſecundum Scotum, iſta vnio ſit ſubſtantialis nullo modo accidentalis. De termino aſſumptionis ſtatim dicemus. Ad ſecundum dicendum quod ex illo loco conſtat quomodo ſpecialiter Deus erat in homini Chriſto, & quod corpus illud erat velut ſacrariũ in quo vere erat Deus, & in quo colebatur ipſe Deus ex aliis vero locis habendum eſt quomodo, Deus & homo eſſet vnus Chriſtus, nempe ex hoc quod qui dicabatur filius hominis dicebatur filius Dei. Sic Matth. 1. inducit illud Iſai. 7 Ecce virgo in vtero habebit & pariet filium quod eſt interpretatum nobiſcum Deus, ergo homo quem virgo concepit Deus erat, & per incarnationem fuit Deus nobiſcum, nam tunc iuxta Ioannem verbum caro factum habitauit in nobis, & iuxta Iſaiam fuit Deus cuius ignis in Syon. Et ad impletum eſt illud Iſai. 52. Ecce qui loquebar ad ſum. Nam iuxta Origenem Hom. 1. in Iſaiam, Ambroſius 1. de fide ad Gratianũ cap. 5. Athanaſ. libro de fuga ſua. Tertulianum aduerſus Iudæos capit. de natiuitate Chriſti diuinum verbum erat, quod apparebat in forma apparenti antiquis patribus. Quod eleganter probat Chriſoſt. ex illo Hierem. 31. Diſponam vobis teſtamentum, arguens ſic: ſed filius fuit legulator, vt patet ex toto Euangelio, ergo ipſe erat qui antea Moyſi & Prophetis loquebatur. Notanda ſunt verba Aug. dicentis. Deus hominem Chriſtum non ſolũ regebat ſed gerebat id eſt vnitum ſubſtantialiter habebat.

Ad 3. reſpondetur per tertiam concluſionem.

Ad 4. reſpondetur cum S. Thom. 3. p. q. 2. art. 6. ad 2. quod illud quod venit poſt eſſe completum, aduenit accidentaliter niſi trahatur in communionẽ illius completi, quando vero trahitur in communionem illius completi non ei accidentaliter aduenit, cum natura humana trahatur ad participandam ſubſiſtentiam Verbi, talis vnio non eſt accidentalis, ſed ſubſtantialis, non obſtante quod Verbum habeat iam eſſe completum & humana natura poſſet non ei vniri, in quo, vt inquit Scot. infra d. 7. q. 2. art. 4. ſimilẽ habitudinem habere videtur quam habet prædicatum quod dicitur accidens. In hac ſolutione maxime ſtandum eſt ad ſoluenda cætera argumenta quæ contra hanc veritatem fieri poſſunt. Similitudines accidentales, quatenus accidentales ſunt, diſsimiles ſunt huic vnioni ſubſtãtiali de quo art. 2.

*Num ex vnione humanitatis ad verbum reſultet tertia entitas.*

Quia inquirimus quod ſi fundamentum huius vnionis, & Caietanus inquit, quod eſſe hominis Dei eſt fundamentum huius vnionis inquirendum eſt an ex vnione humanitatis ad verbum reſultet aliqua tertia entitas quæ nec ſit Verbum, nec humana natura, quemadmodum in opinione Scoti ex vnione materiæ & formæ reſultat tertia entitas diſtincta a ſuis partibus. Quod reſultet iſta tertia entitas, probatur ex Concilio Conſtantienſi, Seſſ. 15. vbi damnatur Ioannes Hus ſub his verbis. Si quis dixerit quod Chriſtus eſt diuinitas & humanitas error. Sed dicendo quod non eſt aliquid diſtinctum ponitur quod ſit diuinitas & humanitas, ergo dicendum eſt quod eſt aliquid diſtinctum.

In hoc dubio præmittere oportet, quod multiplex poteſt eſſe quæſtio de hac re, poſſumus enim quærere, an incarnationis terminus fuerit relatio vel aliquid ſubſtantiale non agendo in particulari quid ſit illud, poteſt namque eſſe natura, poteſt eſſe perſona, poteſt quæ intelligi quæſtio de quolibet ſubſtantia quæ non eſt accidens, ſic hic non quærimus. Secundo ſpecialiter intelligi poteſt an per actionem incarnationis ex duabus naturis, humana & diuina facta fuerit quædam vna natura & de hoc agemus q. 2. art. 3. Supponendo quod non fuerit facta huiuſmodi natura ſed quod quælibet natura humana & diuina in ſuo eſſe manſerint ſine confuſione ſicut manent materia & forma quæri poteſt an ex vnione eorũ reſultauerit aliqua tertia entitas ab extremis vnitis diſtincta & hoc modo præciſe quæritur. Poteſt quoque quæri an ratione vnionis naturæ humanæ ad verbum, (quod hic fuit primus terminus ſiue eſſentia vt dicemus q. 2.) illa perſona poſsit dici compoſita, & de hoc agit Scotus d. 6. q. 3. Non ergo coincidunt hæ quæſtiones ſed ſemper aliquid de nouo quæritur in eis.

Quantum ad præſens, partem affirmatiuam huius quæſtionis, vt vult Caſtro aduerſus hæreſes libro 4. verbo Chriſtus hæreſ. 4. ſequutus eſt Eutiches monachus Conſtantinopolit. De quo q. 2. art. 3. Ioannes Hus per oppoſitum docere videtur quod nulla entitas reſultabat, ſed quod Chriſtus erat humanitas & diuinitas ſolum diuiſe. Poteſt explicari exẽplo, nam quando coniunguntur duo lapides nihil ibi efficitur ſed ambo lapides coniunguntur & vniuntur.

Veritas Catholica tenet medium inter vtrunque extremum. Nec enim ponit nouam & abſolutam entitatem reſultare, nec ſolam vnionem abſolutam ponit, ita vt Chriſtus ſolum ſit diuinitas & humanitas, vt ponebat Ioannes Hus, ſed ſine tertia iſta entitate ponit quandam vnionem ſubſtantialem vt iam ſupra diximus. Quod non reſultet iſta tertia entitas probatur, quia diuina natura ſiue perſona non ſe habet ſicut forma reſpectu naturæ humanæ, ergo non reſultat iſta tertia entitas, conſequentia tenet nam ideo ſecundum Scotum infra d. 2. q. 2. art. 2.

ex vnione materiæ & formæ reſultat aliqua tertia entitas, quia partes vnitæ ſunt cauſa, & non cauſant ſe, ergo aliquid diſtinctum a ſe cauſant (hac ratione ceſſante nulla eſt ratio probabilis ad dicendũ quod reſultet iſta tertia entitas) ſed ſic eſt quod impreſentiarum iſta ratio non procedit, ergo nulla eſt tertia entitas. Quod vltra vnionẽ abſolute, ſit aliquid ponendum conſtat ex dubio præcedenti, ex concilio allegato in argumento Caietani in principio adducto, alias non plus Chriſtus vnus eſſet quam vnus aceruus lapidum. Vnde in hoc vt credo errabat Ioannes hus & propter hoc damnatur quod dicebat quod in Chriſto non erat aliqua ſubſtantialis vnio ſed quod Chriſtus ſolum erat, humanitas & diuinitas, ſicuti ſi coniungãtur duo lapides: tunc enim quærendo quid ſit ille aceruus vel illa vnitas, dicemos quod iſte lapis, & iſte lapis diuiſiue, ita vt ſub vnitate vnius non includatur vnitas alterius. Ponendo vnionem ſubſtantialem, nomine Chriſti, non ſolũ intelligitur humanitas & diuinitas, ſeu humanitas & diuina perſona, quia hoc eſt velut aggregatio ſine vnione ſubſtantiali, qualis eſt in aceruo lapidũ, ſed intelligitur, perſona diuina ſubſiſtens in humana, quæ tracta eſt ad ſubſiſtendum in Verbo, & ſic, quamuis tenera non ſit ibi noua entitas abſoluta diſtincta ab humanitate & diuinitate, non eſt ſolũ relatio ſeu ordo vnius ad aliud præciſe, ſed vnio ſubſtantialis, qua Deus & homo vnus eſt Chriſtus. Cũ hæc Catholica ſit veritas bene fuiſſe intentionem concilij credendum eſt. Hinc quoque fuiſſe intentionem Alexandri III. damnantes eos qui dicunt Chriſtum ſecundum quod homo non eſſe aliquid. Qui enim non ponunt vnionem ſubſtantialem ſed ſolum habitudinem vnius ad aliud, qualis eſt, mei ad veſtem, ad templum quod in habito, non dicũt Chriſtũ eſſe aliquid. ſed ad aliquid quod eſt falſum. Quomodo abſtractum non poſſit prædicari de concreto, & quod ſole diuina natura prædicetur de diuinis perſonis docet Alexand. Alenſ. 3. p. q. 6 art. 1. Scotus in 1. d. 5. q. 1. Videndus eſt Medina 3. p. q. 2. art. 4. vbi docet quod Chriſtus non eſt diuinitas & humanitas diuiſiue ſed cõplexiue modo expoſito.

Ad 1. dico quod Deus factus eſt homo per hoc quod ſubſiſtentiam ſuam communicauit humanæ naturæ, hoc autem ſit actione qua humanitas trahitur ad ſubſiſtendum in verbo, ſine productione tertiæ entitatis.

*Num relatio dependẽtiæ & vnionis ad verbum immediate fundetur in aliquo abſoluto humanitati ſuper addito an verò immediate in ipſa humanitate.*

QVæſtio iſta huius articuli eſt propria ad Thomiſtas controuerſia. Sententiam Scoti vehementer impugnat Caietanus 3. p. q. 2. art. 8. ſua q. 5. dicens quod eſſe hominis Dei eſt illa entitas quæ fundat iſtam relationem. Probat hoc nam natura diuinæ & humana in nullo conueniunt niſi in ſubſiſtentia Verbi igitur ſubſiſtentia verbi eſt fundamentum huius relationis.

Secundo Scotus nullum fundamentum proximũ relationis agnoſcit quo poſito cum termino reſultat relatio, ſed vult relationem per ſe primo fieri per actionem vniendi humanitatem, in quo errauit Scotus non diſtinguendo relationem prædicamentalem a quodam modo ſubſtantiali humanitatis quo intelligitur exiſtere in Verbo, qui modus relationem vnionis precedit tanquam eius fundamentũ, quod probatur ſic. Hæc relatio neceſſario ſupponit aliquã mutationem factam in aliquo extremorum, ergo hæc relatio ſupponit aliquam mutationẽ factam in humanitate, ſed quod de nouo ſit in humanitate non eſt materia, nõ forma aut aliqua res omnino diſtincta, & ſuper addita. Igitur nihil aliud eſſe poteſt niſi, iſte modus ſubſtantialis quo humanitas intelligitur exiſtere in verbo hæc Xuarez 3. p. diſput. 8. Sect. 1. Xuares.

Quæſtio preſens et ſubſequens connexæ & propinquæ ſunt, quia nunquam eſt relatio noua ſine aliquo fundamento, quo mediãte aliqua actione ſit, ideo dum de fundamento relationis vnionis eſt quæſtio neceſſario determino, qua actione vniendi ſit, annectitur ſermo. Iuxta hoc, quia fundamentum relationem precedit conuenienter ſecundum ordinem doctrinæ prius agendũ eſſet determino qui ſit per actionẽ, quæ difficultas tãgitur in argumento Auctoris, ſed quia in corpore prius agit de fundamento, & in ſenſu quo ab Auctore quæſtio pertractatur ſatisfacta ſine alia quæſtione expeditur de hac prius agendum erit.

Ad hoc in primis, contra eos qui in Scotum inſurgunt, maxime conſiderandum eſt quod Scotus expreſſe quærit, an preter humanitatem et Verbum, quæ ſunt extrema vnita, ſit alia entitas abſoluta noua, quæ ſit proprium fundamentũ relationis nouæ. Da dubio hoc vidẽdus eſt Gabriel in 1. d. 30. quæſt. 4. & in 3. d. 1. q. 1. quem iam ſupra citauimus art. 1. dubio 2. qui docet vel ex opinione aliorum refert, quod mediante quadam qualitate ſuper naturali, humana natura dicitur vnita. Hæc ſentẽtia directe pugnat, cum ſententia auctoris negantis aliquod abſolutum, & cum veritate, nã tunc humana natura non eſſet immediate Verbo vnita, ſed mediante illo accidenti, ſeu dono quod eſſet velut medium vniens vtrumque extremum, eo modo quo duæ tabulæ glutino, & duo lapides calce copulantur: quod in errorẽ Neſtorij declinare videtur, quia hoc eſt maxime ponere vnionem accidentalem, quia nulla vnio magis accidentalis eſt, quam illa quæ ſit mediante aliquo accidenti. Et videtur damnata in 5. Synodo generali collat. 8. can. 4. vbi damnat concilium dicentes hanc vnionem factam fuiſſe ſecundum gratiam, quod non ſolũ intelligi poteſt contra eos qui dicũt factã fuiſſe ſolum ſecundum affectum, ſed contra eos qui dicunt non fuiſſe factam immediate ad humanitatem, ſed mediate, mediante aliquo dono accidentali gratuito. Secundo falſa eſt hæc opinio, quia tunc nulla natura eſſet immediate aſſumptibilis per ſe, niſi mediante illo dono, & tunc vera eſſet falſa opinio Henrici, d. 2. impugnanda, dicentis naturam irrationalem non eſſe aſſumptibilem. Sequela probatur, quia irrationalis natura non eſt capax illius doni quod ponitur velut vinculum vnionis. & velut vltimum & proximum fundamentum. Falſitas iſtius opinionis apparebit d. 2. Tertio impugnari poteſt hæc opinio rationibus Authoris d. 2. q. 2. art. 3. vbi arguendo contra d. Bonauen. ponentem gratiam fuiſſe medium congruitatis, (non vinculum vnionis, ſicut ponit hæc opinio) arguit ſic. Realis & actualis exiſtentia accidentis ordine naturæ præſupponit exiſtentiam ſubiecti, ſed humanitas Chriſti nunquam habuit exiſtentiam niſi in verbo, ergo prioritate quadam rationis prius vniebatur natura verbo, quam iſtud accidens.

Quarto

Quarto ſatis dubium eſt inter Theologos an accidens poſſit immediate vniri verbo igitur nullo modo erit ratio vniendi ſubſtantiam, quia videtur omnino ſupra naturam accidentis.

Caietanus videns hanc opinionẽ eſſe falſam nolens conuenire, cum Scoto inquit quod eſſe hominis Dei eſt fundamentum iſtius relationis, & vt argumentum probet, ſubſiſtentia verbi diuini communis diuinæ naturæ & humanæ eſt fundamentũ iſtius relationis, quia in omni relatione vnionis, fundamentum eſt id in quo extrema conueniunt. Contra vtrumque ſimul arguo ſic. Relatio humanitatis ad verbum eſt quid creatum habens eſſe reale, vt clare dicit S. Tho. 3. p. q. 2. art. 7. in corpore, ergo debet habere fundamentum creatum reale, vt docet S. Tho. ibidem, ſolutione ad 1. dicens. Ratio relationis ſicut & motus non pendet ea fine. Sed a ſubiecto, nullum aliud ſubiectum creatum eſt niſi humana natura, ergo non ſubſiſtẽtia verbi, aut eſſe hominis Dei ſed ipſa humana natura eſt ſubiectum relationis.

Secundo ſuppoſito quod non detur illud accidens quod ponit Gabriel probo quod immediate fundetur relatio in humanitate. Si non funderetur immediate a humanitate, ſed in aliqua entitate preſuppoſita, identificata cum materia, vel forma, vel cum tota ſubſiſtentia compoſita, ſequeretur quod non poſſet natura dimitti a verbo manente illa entitate, rẽ nẽ ſequela quia illa entitas eſt idem humanitati, & eſt fundamentum vnionis ad Verbum ergo ipſa manente non poteſt natura eſſe dimiſſa. Huic rationi reſpondet Caietanus quod relatio fundatur in eſſe hominis Dei. & quia Deus non eſt homo niſi, quando natura eſt vnita, poteſt natura inueniri ſeparata, quando non eſt illi entitas fundans iſtam relationem. Sed hæc ſolutio non eſt ad mentem opinionis, & controuerſiæ, quia non queritur de toto reſultãte, ſed an ſit aliqua entitas abſoluta ſuper addita humanitati, qua mediante vniatur, & qua mediante cõſurgat relatio ſicut ſine albedine ſuper addita non conſurgit relatio ſimilitudinis in me. Secundo, eſſe hominis Dei eſt terminus totalis, vt videbimus dubio ſequenti, ergo preter illum terminum totalem debet aſſignari ſubiectum & fundamentum proximũ iſtius relationis. Tertio vt modo arguebam relatio humanitatis ad verbum eſt quid creatum, hoc totũ homo Deus, non eſt quid creatum ergo non hoc totum ſed ſola humana natura eſt fundamentum relationis. Quarto ex vnione humanitatis ad Verbum nulla tertia entitas reſultat, igitur ſi ſubſiſtentia Verbi ſecundum ſe non ponitur fundamentum, ſola humana natura poni debet.

Quinto relatio qua materia refertur ad formam non fundatur in toto compoſito ſed in ipſa materia, igitur & relatio qua humanitas refertur ad Verbum, conſequentia tenet a paritate rationis, antecedens concedit Paulus de Sonzinas 5. Metaph. q. 31. ad 3. principale.

Huic argumento reſpondet Medine 3. p. q. 2. art. 1. dubio. 2. ad primum quod non conſiſtit ſimilitudo quia ex materia & forma reſultat vna ſubſiſtentia de nouo, ex diuinitate & humanitate minime, ideo non eſt in quo fundetur relatio vnionis niſi in ſubſiſtentia Verbi. Contra iſtum auctorem eſt. quia ex eo quod ex Verbo & humanitate nõ reſultat tertia entitas, neceſſe eſt dicere quod immediate fundetur in humanitate, nam in ſubſiſtentia Verbi fundari nõ poteſt, quia vt dictum eſt ex S. Tho. relatio habet eſſe a ſuo fundamento, ergo relatio creata debet habere fundamentum creatum. Secundo cum relatiõ conſurgit ad fundamentum quod fit per actionem & mutationem, & ſubſiſtentia verbi non fiat, ſequitur quod non poteſt poni fundamentum relationis. Si dixeris quod ſubſiſtentia Verbi, eſt fundamentũ non ſecundum ſe, ſed vt ſubſiſtit in humanitate. Dico quod ſi ſecundum ſe non eſt fundamentum, etiam eſſe non poteſt prout ſubſiſtit in humanitate quia hoc nihil reale ponit in Verbo, & hic querimus fundamentum reale. Si per ſubſiſtentiam Verbi in humanitate intelligitur modus realis quem habet humanitas exiſtendo in verbo, iam non ponitur fundamentum in verbo, ſed in humana natura, & Verbum ſolum ponitur extremum cui humana natura vnitur & in quo habet illum modum eſſendi, quod nemo negare poteſt. Videtur igitur quod ſi eſt terminus non ſit fundamentum. Contra Medinam eſt ipſemet qui 3. p. q. 17. art. 2. ſoluendo primum argumentum docet quod in reſurrectione tota nulla exiſtentia de nouo generabitur, ſed antiqua animæ rationalis communicabitur corpori, igitur non ſibi conſtat, nam ſi cum primo producitur anima in corpore ex vnione, vtriuſque generatur noua ſubſiſtẽtia igitur & in reſurrectione, quia etiam tunc componunt & ſunt cauſæ que non cauſant ſe, ergo diſtinctum a ſe. Habito quod fundamẽtum relationis non ſit ſubſiſtentia verbi, non ſit homo Deus, non aliquod accidens abſolutum medium inter extrema vnita. Reſtabat quod vt inquit Scotus, humana natura eſſet fundamentum. Quia in hoc myſterio ſolum eſt conſiderare extrema vnita, actionẽ vniendi qua vniuntur, terminũ adequatũ reſultantẽ ex vnione, & ipſam relationem vnionis. Ergo a ſufficienti enumeratione ſi verbum non eſt fundamẽtum, quod eſt extremum quod vnitur, nec hic homo Deus, & actio vniẽdi eſſe non poteſt, ſolum reſtat quod ſit ipſa humanitas. Sed tunc occurrit Xuarez 3. p. q. 2. diſp. 8 Sectione 2 dicens ac docens quod fundamentum eſt illæ modus ſubſtantialis quem acquirit humanitas exiſtendo, vel ſubſiſtendo in Verbo, ideo in hoc errauit Scotus. Bona venia tanti viri, qui tam docte & tam copioſe de vita Chriſti ſcripſit, nec Scotus errauit, nec aliquid neceſſarium pretermiſit. *Xuarez.*

Nam modus rei non eſt res realiter ab ipſa re diſtinctus, & hic queritur de entitate abſoluta noua quæ ſit fundamentum relationis nouæ. Secundo modus rei nec poteſt eſſe fundamentum vt res ſed vt modus ſub quo res eſt fundamentum hanc rem modò inquirimus ac accurate indagamus. Tertio dicere poſſumus quod iſte modus eſſendi in alieno ſuppoſito eſt dependere a ſuppoſito ideo Author copulatiue querit fundamentum, dependentiæ & vnionis. Quantum ad rem in hoc eſt realis differentia, quod illum modum ſubſtantialem appellat, quẽ nos cum Scoto relatiuum dicimus Probatur ſic. Modus quem habet natura ſingularis exiſtens per ſe ſolitarie eſt abſolutus, quia abſoluto intellecto intelligitur integra & perfecta ratio eius. Hic modus relatiuus eſt. quia quocunque abſoluto intellecto (vt art. 1. dixit Scotus) non intelligitur niſi intelligatur ordo & habitudo ad verbum cui humana natura vnitur. Et quia vnitur & acquirit illum modum, admittendo

tendo modum exiſtendi ſolitarie, nihil aliud eſt ille modus, niſi trahi in alienam ſubſiſtentiam (tunc enim ſubſiſtit in alio) ideo ſtat, vtrumque ſimul & quod iſte modus non poſſit intelligi ſine ordine ad extremum cui humana natura vnitur, & in quo habet illum modum, & quod illa vnio ſit ſubſtantialis, quia quando ille modus habetur, natura ſubſtantialis trahitur ad ſubſiſtentiam alterius, & hoc ſufficit ad vnionem ſubſtantialem. Oſi impugnatores Scoti conſideraſſent quod iſte modus eo ipſo quod eſt ſubſiſtere in alio amittendo propriam ſubſiſtentiam, eſt vnio ſubſtantialis, & non intelligitur omnino ad ſe ſine ordine ad aliud et ſic talis modus eſt ſubſtantialis, quia eſt naturæ ſubſtantialis, ſed non eſt ſubſtantialis idest abſolutus, ſed cũ habitudine ad aliud. Tũ ſic. Quãuis proportionalitas fundetur in proportione, quia proportio eſt hinc inde, quare eodũ eſt fundamentũ proportionis, ergo a ſimili quãuis relatio vnionis non fũdetur in natura humana quomodocũque, puta ſeparata ſed vt ſubſiſtẽs in verbo, quia iſte modus intelligitur in ordine ad aliud, quare eodũ eſt ſubiectum omnino abſolutum, hoc dicimus eſſe naturã humanam. Patet ergo ad argumenta.

*Num terminus aſſumptionis ſit Deus homo an natura vnita, vel relatio vnionis.*

Quæſtio præſens ſedem habet apud Authorẽ concluſione vltima, conſequitur ad præcedentem, dicendo enim quod relatio immediate in humanitate fundatur ſtatim ſequitur quod vltimus per ſe terminus huius aſſumptionis ſit relatio. Quia quãdo inter aliqua duo eſt relatio, id eſt fundamentũ relationis, quod eſt per ſe vltimus terminus alicuius actionis, ex vi illius actionis, de albatione eſt albedo, calefactionis calor, eadẽ albedo, idẽ calor ſunt fundamẽtum ſimilitudinis ad aliud albũ, ad aliud calidum: Cum hoc myſterium in vnione humanæ naturæ ad diuinum Verbum conſiſtat, & hæc vnio fiat mediante aliqua actione, quod eſt vltimus & formalis, per ſe terminus actionis eſt immediatum & proximũ fundamentum vnionis, quia poſito illo termino conſurgit relatio: vnde Scotus qui dicit fundamentum relationis eſſe humanam naturam conſequenter loquẽdo docet quod ipſa ſit terminus aſſumptionis, & relationis ſeu vnionis: Caietanus vero qui dixit quod fundamentum relationis vnionis eſt hic homo Deus cõſequenter loquendo inquit quod primus per ſe terminus vnionis eſt filium Dei eſſe hominẽ. Ex quo ſoluens ſecundum argumentum Scoti infert quod cauſa erroris proceſſus Scoti, conſiſtit in ignorantia duplicis compoſitionis, ſubſtantia enim compoſita duplex eſt ſcilicet natura & indiuiduum nempe humanitas & hic homo, ideo nõ oportet quod id quod eſt idem humanitati ſit idem huic homini ideo ſi dimitteretur humanitas, vtrumque ſtaret ſimul. & quod natura maneret eadem, & quod nõ maneret idẽ fundamentum.

Probat Caietanus ſuam ſententiam. Deus factus eſt homo, ergo ſubſtantialiter eſt homo, ergo terminus non eſt relatio, tenet conſequentia, quia repugnat quod terminus ſit relatio, & quod Chriſtus ſit homo ſubſtantialiter.

Secundo arguitur ex decretali quæ habetur extra de hæreticis cap. cum Chriſtus, vbi inquit Alexã. Mandamus ſub anathemate, ne quis de cetero audeat dicere, Chriſtum non eſſe aliquid ſecundũ quod homo. Sed ponendo quod terminus ſit relatio Chriſtus nõ eſt aliquid ſed ad aliquid, ergo dici non poteſt quod terminus ſit relatio.

Tertio, ad idem arguitur ex quinto concilio generali (quod eſt ſecundum Conſtantinopoli anũ) cap. 6. vbi dicitur. Si quis abuſiue & non vere, Dei genitricem dicit ſanctam glorioſam, ſemper virginem Mariam, aut per relationem tanquam hominis puro nato. Sed ſi terminus eſt relatio videtur quod abuſiue & per relationem ſit mater, ergo terminus nõ eſt relatio. Sed aliquid abſolutum. Quarto in actione reciproca. Idem eſt agens & terminus, vt patet in eo qui ſe veſtit, ergo verbum aſſumens humanitatẽ, eſt terminus aſſumptionis.

Quinto ſi relatio eſſet terminus mutatio eſſet primo ad relationẽ, conſequens eſt cõtra Ariſt. 5. Phiſi. ergo primus per ſe terminus non eſt relatio.

Propter hęc & ſimilia argumenta, Caietanus, quẽ ceteri ſequuntur Thomiſtæ, Scoto de relicto vehementerque impugnato, docet quod nullomodo primus per ſe terminus poteſt eſſe relatio. Xuarez vero ſupra docet quod primus ac formalis per ſe terminus, qui hic de nouo fit eſt modus quidam ſubſtantialis humanæ naturæ quam habet exiſtens in verbo deducitur autem ſic. Per illam actionem vniendi aliquid fit, hoc quod fit non eſt humanitas, quia ipſa præſupponitur ad hanc actionem, vt ſubiectũ eius, conſequenter non poteſt eſſe materia aut forma humanæ naturæ quæ præſupponuntur ipſi humanitati. Nec poteſt eſſe aliquid aliud ſuperadditum humanæ naturæ, quia præter materiam & formam & ipſam humanitatem, omne aliud eſſet accidens humanitati immediate coniunctum, a verbo vero ſeparatum, vnde nullomodo eſſet ipſa formalis vnio. Conſequens igitur eſt quod id quod de nouo fit, & eſt terminus actionis, eſt quidam modus ſubſtantialis quo humanitas intelligitur exiſtere in Verbo hæc Xuarez diſputat. 8. ſectiõ ne. 3. pag. 163. Declarat hanc ſuam ſententiam col. ſecunda, (exemplis ipſis quibus Author vtitur ſolutione ad vnicũ argumentum: in quo apparet a ſententia eius non differre) dicens, cum anima vnitur corpori in reſurrectione neceſſe eſt vt aliqua mutatio in illa fiat, vel in corpore, vel in vtroque, nam ex ipſis præciſe conſideratis ſecundum entitates ſuas non reſultat homo, ergo oportet addere aliquid ſecundum quod in eis fiat aliqua mutatio, illud nihil eſt niſi modus ſubſtantialis cõiunctionis, igitur iſte modus eſt terminus actionis qui fit mediante ipſa actione. Propoſitionaliſ exemplum eſt de accidente in herente ſubiecto, nã illa inhærentia præter entitatem accidentis modus quidam eſt, patet nam accidens conſeruari poteſt ſeperatũ ſecundum omnem entitatem ſuam ſine illo modo, qui modus quia accidentis eſt, accidentalis eſt & imperfectus: Modus vero naturæ humanæ eſt ſubſtantialis & perfectus, quia ipſa humana natura eſt ſubſtantia. Vltimo probatur hæc ſententia ſubſiſtẽtia creata eſt modus naturæ ſubſtãtialis & abſolutus, vt diximus art. 3. hic modus excluſus fuit ab humana natura, eo quod vnita verbo caruit propria perſonalitate, ergo neceſſe eſt quod loco illiuſmodi ſuccedat alius prior in compoſsibilis puta quod exiſtat in Verbo & ſuſtinetur in Verbo, a quo pẽdet in ratione ſubſiſtẽdi.

Hæc

Hæc opinio Xuarez, vt ipſe indicat loco citato, eſt opinio authoris, vt ſeq. clarius demonſtrabo. Ad quod maxime notandum eſt, quod eadem non alia actione, qua humana natura fuit formata fuit Verbo ſubſtantialiter vnita, quia Spiritus ſanctus qui eſt agens infinitæ virtutis ſimul & materiam diſpoſuit & ad perfectum quod nunc habet perduxit. Ex oppoſito namque, ſequeretur quod in aliquo inſtanti humana natura aliqua actione haberet eſſe per ſe, & quod poſtea alia actione vniretur, quod eſſet incidere in opinionem Neſtorii In hoc ſenſu Leo Papa Epiſtola 11. inquit, humanitatem Christi ipſa aſſumptione fuiſſe creatam. Et fulgentius libro de Incarnatione cap. 3. inquit, ipſa acceptio carnis fuit conceptio virginalis, quia ſimul caro fuit formata, animata & aſſumpta. sed valde & maxime notandum eſt, quod illa actio æquivalet multis actionibus, quia quodlibet illorum, quæ Spiritus ſanctus agens infinitæ virtutis ſimul fecit, aptum natum erat per ſe diſtinctis actionibus fieri. Formauit namque Deus in mundi exordio ex limo terræ ſubſtantiam primi hominis corpus, quod illius formationis, vltimus terminus, ex vi illius factus, fuit. Poſtea actione alia inſpirauit ei ſpiraculum vitæ. Id eſt in ipſo corpore (non extra) animam immediate creauit, ex nihilo. Vtrumque quidem, vt nunc ſuppono ſub verbo inſpirauit includitur. Nõ noua actione. ſed conſequenter ex vnione & cauſalitate cauſarum, quæ non cauſant ſe, ſed diſtinctum a ſe. per modum emanationis & pullulationis reſultauit tertia entitas totius naturæ a ſuis partibus ſecundum Scotum diſtincta. Poſſet autem Deus vna actione animam formare, poſtea animam ſic formatam, corpori noua actione vnire, vt in die Reſurrectionis quam ex miſericordia Dei ſperamus fiet. Rurſus poſſet naturam ſic formatam, propria perſonalitate corrupta ſibi vnire. Hæc ſic diuiſa, propter rationes eſſig. in d. 3 q. 3 non fecit Deus in hoc myſterio, ſed cuncta ſimul. Multæ tamen ibi fuerunt actiones virtualiter, quia Beatiſsima Virgo, cooperata fuit ad corporis formationem, non ad hypoſtaticam vnionem ideo doctores de aſſumptione, quaſi de diſtincta actione loquuntur.

Ex hoc præmiſſo notabili manifeſte ſequitur, quod ſicut hæc actio multis æquiualet actionibus, ſic ſub vno termino totali, multiplex poſsit conſiderari, & inueniri terminus in hoc diuino ac ſacro ſancto myſterio. Triplex namque conſiderari poteſt hic terminus primus & formalis de nouo per ſe acquiſitus eſt natura vt ſic vnita, vel modus ille quẽ habet humana natura in verbo Secundus terminus eſſe poteſt ipſum Verbum ſecundum ſe, quod quamuis non ſit terminus productus per aliquam actionem ad extra, eſt tamen extremum & præexiſtens terminus cui humana natura vnitur, qui in hoc ſenſu dici poteſt terminus extrinſecus quia non eſt effectus & poſitus in eſſe per actionem, modus autem ille quem natura aſſumpta habet in verbo eſt effectus illius actionis qui habuit eſſe per illam actionem & antea non habebat eſſe, & ſic dicitur intrinſecus. Vltra hoc conſiderandus eſt alius terminus totalis & adæquatus ſcilicet Deus homo, vel homo Deus, & iſte terminus nullo modo, nulla ratione, aut intellectus conſideratione dici poteſt extrinſecus, quia re vera ex vi actionis Deus factus eſt homo & homo Deus, etiam ſub iſto totali termino, clauduntur, alij duo partiales termini, ideo dici non poteſt quod ſit extrinſecus terminus.

Quid autem ſit Deus homo, vel homo Deus vltra deitatem & humanitatem cum non ſit tertia entitas realiter diſtincta, dictũ eſt dubio ſecundo huius art. Explicata veritate, reliquum eſt vt oſtendamus quod noſtrum eſt inſtitutum, hoc eſſe ex mente Authoris qui in 4. d. 11. q. 2. ad 1 principale inquit. Vnio quæ importat relationem in natura humana, importat verbum pro termino. Sed terminus actionis, de genere actionis, eſt aliquid quod habet eſſe per illam actionem. Hoc autem eſt illa vnio realis naturæ humanæ ad Verbum. Id eſt natura vnita habens eſſe in Verbo Vbi manifeſte Author diſtinguit terminum cui humana natura vnitur, & terminum de nouo acquiſitũ & de nouo productum per nouam actionem: poſitis his duobus terminis partialibus, nefas eſt ac impietas maxima, de termino totali & adequato dubitare. De hoc termino dicemus expreſſe cum Auctore infra d. 7 q. 2. vbi inquit de veritate iſtius propoſitionis. Deus factus eſt homo, homo factus eſt Deus.

Secundo notandum eſt cum Authore infra d. 2. q. 2. art. 2. ad argumentum. quod ad eſſe totius neceſſario præ requiritur vnio partium, nec tamẽ illa vnio eſt illud eſſe totius. Quia vnio eſt reſpectus, & illud eſſe eſt quid abſolutum. Quod contingit in productione cuiuſcunque effectus, ad quem requiritur ordo cauſarum. Nec eſt inconueniens (inquit Scotus) aliquod abſolutũ præexigere aliquem reſpectũ Nota quod omnis alius mod⁹ relatiu⁹ obſtaret vnioni ſubſtãtiali niſi ille qui eo q̃ talis, facit vnionẽ ſubſtãtialẽ

Fingamus igitur maioris claritatis gratia, quod natura quæ aliquando per ſe exiſtit aſſumitur tunc clarius ac manifeſtius erit quod primus per ſe terminus eſt humanitas, ſic exiſtens vel pendens a verbo, ſeu modus humanitatis ſic exiſtentis in Verbo, quem modum, ſeu dependentiam, appellat Scotus relationem, quia nullo modo, talis modus ſeu dependentia intelligi poteſt abſolute & per ſe ſine ordine ad Verbum cui vnitur humana natura hæc habetur concluſione 3 textuali. Habet Scotus ſolutionem ad argumẽtum Gabrielis in d. Duran d. 5 q. 2 probat (pro huius probatione colligitur ex authore in 4 loco indicato) ſic Terminus actionis nouæ eſt aliquid de nouo, quod fit per illam actionem. (alias enim nihil fieret per actionem aut idem bis produceretur quorum vtrumque eſt falſum) ſed ſuppoſito quod humana natura eſſet iam producta per nouam actionem aſſumptionis ſeu vnitionis primum per ſe & formaliter acquiſitum eſt quod humana natura ſit vnita verbo, aut ſit ſubſiſtens ſubſiſtentia Verbi, vt de nouo præter eſſe ſuum naturale habeat talem modum exiſtendi in alio, qui ſucceſſit loco illius: quem natura haberet in ſe, igitur primus per ſe terminus eſt relatio: Quod ante illum terminum totalem debeat præcedere terminus formalis & partialis, probatur ſic: Terminus totalis eſt Deus homo, vel homo Deus, ſed ſi ex puriſsimis ſanguinibus Virginis pura caro ſine anima generaretur, aut aliam naturam aſſumeret non eſſet Deus homo, igitur ſecundus terminus totalis poſt primarium eſt, & primarius variat ſecundariũ. Quia ſi aſſumit humanam naturam, eſt homo. Si aſſumeret lapidem eſſet lapis, ergo prioritate rationis prius eſt conſiderãdus primus per ſe terminus. qui eſt vnio paſsiua naturæ. ſiue natura vnita, vel vt ſic ſubſiſtẽs ſiue exiſtens in verbo, hæc ſententia eſt iuxta mentem S. Tho. qui 3 p. q. 2. art. 2. ad. 1. vbi. patint cõcedit quod Deus vniuit ſibi creaturã, quã quod vniret

teſt excludi a ratione termini, ergo totalis terminus eſt Chriſtus, ſeu perſona Chriſti compoſita ex perſona diuina & humana natura. Quod hæc ſit mens Scoti patet, nam in 4 loco allegato in ſecundo notabili fatetur quod vnio quæ importat relationem in natura humana, importat Verbum pro termino, & d. 6. q. 3. quamuis neget perſonam Chriſti eſſe compoſitam propria compoſitione, aperte tamen fatetur eſſe compoſitam propter vnionem duarum naturarum in quibus ſubſiſtit ergo totalis terminus ſecundum Scotum, eſt hæc perſona Chriſti ſubſiſtens in duabus naturis, ſed quod ſubſiſtit in natura diuina eſt Deus, quod ſubſiſtit in natura humana, eſt homo Deus & homo non ſunt duo ex d. 6. q. 1. ergo terminus totalis & adequatus eſt hic homo Chriſtus, qui Chriſtus eſt Deus homo. Videndus eſt Scotus d. 7. q. 1. art. 2. & q. 2. art. 1. & 2. Vbi docet quod ex factione paſſiua quæ eſt in humanitate, & Deus factus eſt homo & homo Deus, tunc non duabus actionibus ſed vnica, Deus factus eſt homo, & homo Deus ergo totū hoc fuit terminus adequatus huius aſſumptionis, incarnationis & vnionis. Cum hac concluſione ſtat vera concluſio precedens. Vnumque docet Author in 4 loco allegato ſolum ergo hæretici infra citandi negant hanc veritatem pro catholica iſta ſufficiunt.

Ad primum argumentum dico quod Deus factus eſt homo & quod ſubſtantialiter eſt homo, quando infers ergo terminus non eſt relatio, nego conſeq. etiam, loquendo de termino formali, quia Deus vere dicitur & eſt homo, quia habet vnitam humanitatē, et ſolū ergo vnione humanitatis, quæ vnio formaliter eſt relatio, quia dicit ordinem ad aliud, identice eſt ipſa natura vnita, Deus dicitur & eſt vere homo vt ex Tho. & Scoto allegatū eſt. Sed natura illa vnio eſt ſubſtantialis ergo ſubſtantia verbi eſt terminus terminatus. Dico quod terminus præexiſtens cui natura vnitur eſt verbum ſecundum ſe terminus formalis de nouo acquiſitus; eſt quem poſuimus concluſione 1. Terminus adæquatus totalis non eſt verbum ſecundum ſe ſed ille quem poſuimus concluſione 2. ſed ille quem poſuimus concluſione 3 & ſic ponimus tres terminos. Lege Scotum in 4. loco allegato notā 2. vbi eſt vnus terminus. Lege hic vbi eſt terminus primæ concluſionis, lege loca ſecundæ concluſionis vbi eſt tertius terminus. Sic dicendo, catholice ſentimus, & Caietanum non timemus. Quia ea quæ ſunt fidei ſupponunt ea quæ hæc opinio docet poſtea docet quæ pertinent ad vnitatem Dei & hominis, non commemorando Metaphyſica, quæ hæc opinio docet.

Ad decretalem Alexandri dico quod eſt contra hæreticos aſſerentes perſonam Verbi non conſtare ex duabus naturis, quia negabant ex anima & corpore aliquem hominem vel ſubſtantiam eſſe compoſitā, conſequenter negabant Chriſtum vt hominem eſſe aliquid ſubſtantiale: nos nihil horum dicimus, ſed tantum docemus, quod vnio naturæ ad verbū ſine aliqua noua entitate ſufficiat ad hoc quod Deus dicatur & ſit homo, nam omnis veritas huius materiæ ex iſta dimanat. Has dimanantes veritates, non negamus ſed primum per ſe terminum formalem inquirimus.

Ad Concilium dico, quod intendit damnare Neſtorium & Petrum Patriarcam Antiochenum aſſerentes in Chriſto duas eſſe perſonas, conſequenter negabant maternitatem genitricis Dei dicentes, tranſiſſe per illam ſicut per fiſtulam: ponendo vero humanam naturam vere vnitā Verbo, hunc errorem aperte vitamus & confitemur humanam terminum aſſumptionis fuiſſe, hominem eſſe Deum, formaliter vero humanitatem eſſe vnitam, & hæc relatio præcedit abſolutum, quod dicit homo Chriſtus, vt in nota dictū eſt.

Ad 4. patet quod terminus præexiſtens cui natura vnitur eſt Verbum, vt dictum eſt, & hoc ſufficit ad intentionem argumenti.

Ad 5. dubio ſequenti.

*Num detur relatio extrinſecus adueniens, & quid ſit.*

RElationem extrinſecus aduenientem, vehementer impugnat Paulus de Soncinas 5. Metaph. q. 3. a qua libentiſſime abſtinerē niſi hinc Theologica veritas omnino penderet. *Son.*

Arguitur 1. contra iſtam relationem. Non ſtat me eſſe & ſemper eſſe quin ſit in me relatio ad tempus ergo iſta relatio non eſt extrinſecus, ſed intrinſecus adueniens.

2. Arguit Soto cap. de ad aliquid. Ante tempus Aristotelis non inueniebatur hæc diſtinctio ergo eſt illa, alias Ariſt. illius mentionem faceret. *Soto.*

3. Si aliqua relatio eſſet extrinſecus adueniens maxime vnio materiæ & formæ ſed hoc non, quia huiuſmodi relatio fundatur in actione ad quam iſtam relatio ſequitur, ergo eſt intrinſecus adueniens, nam ſicut non ſtat me eſſe album quin ſtatim ſim ſimilis alteri, ita quoque non ſtat quod ponatur actio vnionis quin ſtatim ſequatur relatio.

4. Quando Scotus inquit quod relatio extrinſecus adueniens eſt quando ſtat ambo extrema eſſe & quod non contingit relatio, aut intelligit de fundamento proximo aut de remoto. ſi de remoto etiam ſimilitudo eſſet extrinſecus adueniens quia ſtat me eſſe, quando non ſum ſimilis quia deeſt fundamentum propinquum, ſi loquitur de fundamento propinquo falſum eſt quod ſtet eſſe fundamentum propinquū vnionis, puta actio, qua forma vnitur materiæ quin ſit vnio, ergo iſta relatio nulla eſt.

Pro explicatione hoc quod relatio extrinſecus adueniens, contingit quādo ſtant extrema eſſe ſimul & non eſſe relationem, quia in nullo extremo eſt aliqua entitas quæ dicat intrinſecam habitudinem ad aliud, ſed relatio conſurgit ex nouo modo quo res nunc ſe habet, qui modus non erat antea, & ideo relatio extrinſecus adueniens contingit non eadem, ſed vna actione producitur res, & conſurgit relatio, verbi gratia, Ego ſum locatus, actione qua ego ſū productus, vel que producta eſt locus, non ſurrexit relatio, quando poſtmodum actione moueor ad locum, nec ego, nec locus producitur, ſed nouus reſpectus exiſtendi in loco. Similiter, ſi quantitas eſſet producta ante ſeparatā, & poſtea illi præexiſtenti vniretur, nec ego, nec quantitas producerentur per illam vnionem, ſed fieret quod ego haberem illam, cū vero eadē actione qua producuntur extrema, concurrit relatio, quia inter illa eſt intrinſeca habitudo, vt contingit inter duo eiuſdem ſpeciei, tunc eſt relatio intrinſecus adueniens, quia conſequitur, eſſe ipſius rei ſine indigentia nouæ actionis. Ad relationem extrinſecus aduenientem præter actionem qua extremum producitur, noua alia requiritur, quia illa actio qua res producitur non eſt ex ſe comproductiua illius relationis, ſicut contingit in intrinſecus aduenientē. Docuit hanc

cum producitur album & comproducitur ſimilitudo, ſed ipſe modus rei vel relatio de nouo acquiritur & eſt terminus nouaactionis, puta ma exiſtera in loco & C.

*Num reſpectus extrinſecus adueniens pertineat ad aliquod prædicamentũ.*

trinſecus in eſt, non abſoluta neceſsitate, ſed poſito rermino ad quem eſt relatio, quia iſta non aduenit niſi per nouitatẽ alicuius abſoluti in altero extremo, & ſemper eſt ſub proprio & ſecundo modo relationum dicta rum. Sed ad relationem tertio modo ſe habentem, quia illa eſt extrinſecus adueniens vel non neceſſario cõſequens fundamentum intrinſecum, puta qualitatẽ vel quantitatem vel ſubſtantiam: ſed abſ que nouitate alicuius abſoluti in illo in quo eſt vel intermino contingenter cõſequitur, bene poteſt eſſe mutatio. Et aliquæ tales relationes forte pertinent ad illa ſex principia quæ dicuntur extrinſecus aduenientia. Vnde & ſecundum eum in 5. Phiſi. motus eſt ad vbi & tamen vbi nullam formam abſolutam dicit ſed tãtum reſpectum in corpore circuſcripto ad locum circunſcribentẽ iſte reſpectus pertinet ad modum prædictum.

Dubium hoc mouet Scotus in 4. d. 1. q. 1. art. 2. litera B. D. 22. q. 1. probãdo primã concluſionẽ. Ex quibus locis colligitur quod nõ omnis relatio extrinſecus adueniens reducitur ad idem prædicamentũ nam d. 10. inquirit ad quod genus pertineat præſentia angeli in loco & dicit quod quãuis nõ proprie pertineat ad vbi debet tamẽ reduci ad vbi. Poſtea docet quod minus pertinet præſentia corporis Chriſti ad vbi quam preſentia Angeli, quia Angelus finitur loco, quia repugnat ſibi eſſe in omnibus locis, non tamen corpori Chriſti. Magis tamen proprie reducitur ad vbi quã ad aliud genus, quia in pluribus cum illo reſpectu cõuenit. Ex quo colligitur quod ſit relatio extrinſecus ad veniens quæ ſit extra genus, Nec eſt inconueniens aliquam rationem entis eſſe extra genus comodo quo philoſophi aſſignarunt decẽ genera Hic inquit 6. prædicamenta eſſe relationes extrinſecus aduenientes. d. 12. q. 1. quærẽs reſpectus extrinſecus aduenienẽs, qui eſt in herẽtia accidentis ad ſubiectũ, ad quod genus pertineat dubitãdo ait. Vide ſi forte ad genus paſsionis, & reſpondens tacita obiectioni qua poſſet dici, nullum eſſe agens, inquit. Vt ſic paſsio dicat non tantum reſpectum paſsi ad agens, ſed ad formam. Dicit ſecundo quod forſam pertinet ad genus actionis, vt ſic actio non tantum dicat reſpectum agentis ad patiens, ſed formæ informantis ad illud quod informatur, ita vt informare ſit quaſi agere hæc Scotus. Cũ ergo hæc vnio ſit relatio cui vix aliqua vnio eſt ſimilis, dici poteſt quod vix ad aliquod genus reduci poteſt, cum vero aſsimiletur vnioni accidentis ad ſubiectum & vnioni animæ ad corpus, dici poteſt quod pertineat ad genus paſsionis actionis ſecundum quod ex Authore dictum eſt, vel ad genus habitus ſi ſequaris ſimilitudinem habitus, abſolute vero dicendũ quod eſt vnio ineffabilis.

*Num terminus aquo huius aſſumptionis ſit natura humana.*

Videndus eſt Medina 3. p. q. 2. art. 8. dubio penultimo vbi refert opinionem Caietani aſſerentis quod terminus aſſumptionis eſt natura humana. Probat, terminus aquo precedit terminũ ad quẽ hic nihil præcedit terminum ad quem, niſi natura ergo natura eſt terminus a quo:

2. In hac aſſumptione tria poſſunt eſſe terminus a quo, puta perſonalitas propria quæ debebatur naturæ, Secundo negatio diuinæ perſonalitatis, quæ erat in natura humana, ideo fuit tracta ad diuinam perſonalitatem. Tertio ipſa humanitas. Primum non poteſt poni, quia iſta nunquam fuit nec præcedit quod eſt de ratione termini aquo. Nec ſecundũ poni poteſt, quia terminus aquo aſſumptionis debet eſſe aliquid poſitiuum, quia aſſumptio eſt alicuius ad ſe ſumptio, reſtat ergo quod ſit humanitas.

Oppoſita ſententia eſt aliorũ, vt illic refert Medina; qui dicunt terminum aquo in hac aſſumptione eſſe propriã perſonalitatem naturæ quæ illic eſſet, niſi hæc natura preueniretur a verbo. Probant iſti ſuã ſententiam improbãdo prius ſententiam Caietani, nam ſubiectum mutationis, non eſt terminus aquo in ipſa mutationa, quod patet in motu locali, vbi terminus aquo diſtinguitur a ſubiecto mutationis, quod eſt mobile quod mouetur. Secundo in opiniona Scoti dictum eſt quod humanitas habet rationem termini ad quem, nam ipſa eſt quæ eleuatur & trahitur ad ſubſiſtentiam verbi, ergo nullomodo eſt terminus equo. Secundo probãt propriam ſententiam. In omni mutatione terminus aquo & ad quem ſunt contrarij, hic ſolum contrariantur & opponuntur perſonalitas humanæ naturæ quæ in eſſet, & perſonalitas verbi quæ ineſt, ergo terminus e quo eſt perſonalitas propria quæ in eſſet. Ad explicationem huius difficultatis ſciẽdũ quod omnes conditiones quæ in mutatione inueniuntur & quæ tanguntur in argumentis, conſiderari poſſũt in motu locali, vbi datur ſubiectum quod mouetur, terminus a quo, & ad quem, ad inuicem oppoſiti. Idẽ inueniretur in hac reali aſſumptione ſi diuerſa actiona, non eadem, natura humana eſſet producta & aſſumpta: tunc enim aliquando per ſe exiſteret, poſtea in alio. Ecce termini oppoſiti. Daretur ipſa natura nunc ſub iſta nunc ſub illa exiſtentia, quia tamen eadem actione qua fuit producta ſimul fuit vnita, difficile eſt oſtendere conditiones mutationis & termini a quo & ad quem.

Ad argumenta dico quod hic fuit vna mutatio realis qua puriſsimus ſanguis beatiſsimæ Virginis ex vna forma tranſiuit in aliam de hoc non quæritur. Sed de mutatione qua humana natura ex non vnita fuit vnita & tunc dico quod hic non fuit aliquis terminus a quo poſitiuus & realis ita vt poſsimus ſignare tria quæ inueniũtur in tali mutationa, puta id quod mouetur, terminus a quo ſub quo fuit, & terminus ad quem, quem acquiſiuit, quia ſi hoc daretur ſequeretur

paret, quia Verbum aſſumpſit naturam a Thomam, non tamen perſonatam, igitur poteſt manere eadem indiuidua natura licet plurificentur perſonalitates ex trinceſe reſpectu illius naturæ. Præterea diſtinctio relationis non eſt cauſa ſufficiens diſtinguendi abſoluta ſicut patet inductiue, igitur cum diſtinctio perſonarum diuinarum ſit relatiua, nō oportet propter eam naturam abſolutam diſtingui poteſt igitur aſſumi atribus ſine diſtinctione ſui. Dicitur igitur quod ſicut anima eadem poteſt eſſe indiuerſis partibus corporis ſimul, & idem corpus miraculoſe in diuerſis locis ſimiliter, ita poteſt vna natura ſimul eſſe in duobus ſuppoſitis, quando iſta ſuppoſita ſunt extrinſeca & non eadem illi naturæ.

*Opinio declaratur exempl.s.*

*Opinio impugnatur*

Contra hoc obijcitur ſic. Eſſentia diuina concluditur eſſe infinita, ex hoc quod ipſa eadem poteſt eſſe in tribus perſonis, igitur iſta natura eſſet infinita, ſi poſſet eſſe in pluribus perſonis. Probatur conſequētia, quia qua ratione poſſet eſſe in duabus perſonis, pari ratione & in infinitis. Si etiam ſimul poſſet aliqua habere plures perſonalitates perfectas increatas, igitur poſſet habere perſonalitatem creatam & increatā, vel plures creatas, quia non magis repugnat ſimul eſſe perſonalitas creata & increata in natura vna, quam duæ perſonalitates increatæ, quarum vtraque perfecte ſupplet vicem perſonalitatis creatæ.

*Solutio impugnationis.*

Ad primam iſtarum rationum dicitur, quod eſſentia diuina eſt eadē illis tribus perſonis & ex iſta identitate ſequitur quod ſit infinita, non autē ex hoc quod abſolute eſt in illis tribus ſimul. Illa autē natura aſſumpta non eſſet eadem in illis tribus perſonis ſed aduentitia licet ſimul eſſet in eis. Similiter natura diuina fundat tres relationes, & tras perſonalitates in creatas & ex hoc ſequitur eius infinitas: illa autem natura aduentitia non fundaret eas.

*Impugnatur ſolutio.*

*Exemplū.*

Contra iſtud obijcitur ſic, quia ſicut forma ſubſtantialis quæ ſubſtantialiter perficeret plura ſuppoſita eſſet actualiter illimitata, ita accidens conſequens, quod accidentaliter perficeret, eadē ſuppoſita eſſet illimitatum. Exemplum ſicut anima eſt illimitata adperficiendum plures partes corporis ſubſtantiales, ita ſcientia eſt accidens illimitatum reſpectu plurium partium corporis, igitur ſicut eſſentia diuina quia eſt eſsētialiter natura triū ſuppoſitorum eſt infinita quaſi natura eſſentialis eorū, ita natura humana eſſet infinita licet quaſi natura ad uentitia pluribus ſuppoſitis. Confirmatur iſtud, quia impoſibile videtur vnum accidens eſſe in duobus ſubiectis, ſicut vnam formam ſubſtantialem eſſe induabus materiis, igitur ſi neceſſario ſequitur infinitas ex hoc quod vna forma ſubſtantialis eſt in pluribus materiis, neceſſario ſequitur infinitas ex hoc quod vnū accidens eſt in multis. Secunda ratio peccat. Patet de voluntate quæ poteſt fundare relationes diuerſas & alterius rationis, & tamen eſt finita Similiter idem album multas ſimilitudines. Et idem pater multas paternitates ſine infinitate. Et eadē natura multas perſonalitates creatas, imo infinitas, quia nō magis repugnant infinitæ, quam duæ, & tamen infinitas non ſequitur.

*Diuiſio bimembris.*

*Primum membrum*

Ad quæſtionem igitur dici poteſt diſtinguendo quia aut poteſt intelligi primus terminus iſtius vnionis eſſe perſona aut eſſentia ſubſiſtens communis tribus. Primo modo non videtur quod vna natura poſsit ſimul aſſummi à tribus perſonis, quia in omni dependentia eſſentiali vnum dependens non dependet præciſe niſi ad vnū, quod totaliter terminat eius dependentiam: in iſta vnione eſt de pendētia eſſentialis vnius naturæ & vna perſona terminat totaliter eam, igitur non poteſt idem depēdere hoc modo ad plures tales perſonas. Maior probatur in omni depēdētia cauſati ad cauſam. Quia impoſibile eſt idem cauſatū habere plures cauſas totales in eodē genere cauſandi à quibus dependeat. Sequeretur enim quod eſſentialiter dependeret ab illo vt a cauſa, quo non exiſtente, nihilominus eſſet. Si enim habeat A. pro totali cauſa efficiente, & cū hoc B. Similiter. a. ſufficienter efficeret ipſum, quocumque alio circunſcripto, alias non eſſet eius totalis cauſa igitur effectus eſſet ab. A. B. non exiſtente. Et ita non dependet. A. B. conſimiliter arguitur e conuerſo de A. ſi B. ponitur cauſa ei⁹ totalis igitur ſi A. ſit cauſa totalis & B. ſimiliter, vtrumque eſset cauſa totalis & neutrum. Ita videtur in omnibus dependentiis etiam quæ non ſunt

*Super Diſtinct. 2. Art. 1.*

AVtor in litere duo fecit recitat quandam opinionem affirmatiuam. Impugnata opinione propriam ponit ſententiam.

Opinio recitate in litere eſt Varronis & S. Tho. dicentium poſſe aſſumi a tribus ſimul, quia ſingularitas eſt prior quam perſonalitas, ergo poteſt pluribus perſonalitatibus perſonari quia ſicut prius poteſt eſſe ſine poſteriori, ita poteſt manere idẽ plurificato poſteriori.

Secundo perſona diuina cõſtituitur relatione, ſed idem abſolutum fundat plures relationes ergo natura humana poteſt habere plures perſonalitates diuinas, minor ſuadetur exemplis anima enim eſt in pluribus partibus corporis, corpus in pluribus locis.

Impugnatur opinio, quia ſi poſſet eſſe in tribus, ſic in infinitis, quia ex quo vna non ſufficienter terminatur, poteſt aliam & aliam in infinitum recipere. Omitto impugnationes quia prolixitas ſuperat fructum.

Ex propria ſententia præmittit diuiſionem dicẽs quod terminus aſſumptionis poteſt intelligi perſona, vel eſſentia.

Iuxta membra diuiſionis eſt numerus concluſionum. Nos vero membra diuiſionis diuiſimus in articulos, ideo in hoc articulo.

Iuxta primum membrum vnica eſt concluſio impoſſibile videtur quod vna natura aſſumatur a tribus perſonis

Probetur. In omni dependentia eſſentiali vnum nõ poteſt pendere a duobus, ſed iſta vnio eſt de pendẽtia eſſentialis, igitur humana natura non poteſt pendere a duabus perſonis Maior probatur exemplo de cauſis quia vnus effectus non poteſt pendere a duabus cauſis totalibus quia ſequeretur quod penderet ab iſta cauſa & quod poſſet eſſe ſine illa quod implicat quia pendere eſt habere eſſe ab iſta cauſa ergo eſſet ab iſta & non ab iſta quia poteſt eſſe ſine illa eo quod totaliter eſt ab alia. Declaratur amplius exẽplo accidentium quæ non poſſunt habere duo ſubiecta æque primo quamuis poſſunt habere duo ſubiecta ordinata vt albedo quæ habet quantitatem, ſubſtantiam, minor probatur illa natura eſt vna quæ ſufficienter & totaliter ſumetur vna propria perſonalitate quam ſi haberet non poſſet habere aliam ergo non poteſt habere duas perſonalitates diuinas, tenet conſequentia quia diuina perſonalitas nõ minus terminat quam terminaret propria ſi ibi adeſſet.

*Num quælibet perſona potuerit carnem aſſumere.*

Quæſtionẽ iſtã quã principalis quæſtio ſupponit & ſedem habet apud authorem. Argumento primo. Diſputat Alexander 3. p. q. 2. in 5. art. 2. Albertus in hoc 3 d. 1. ar. 10. Ricard. art. 1. q. 3. 4. Marſilius 3. q. 2. Thomas de Argentina q. 2. art. 1. S. Tho. 3. p. q. 3. art. 5. Copioſius Seraphicus Bonauent hac d. art. 1. q. 4. vbi refert opinionem dicentium quod ſolus filius potuit carnem aſſumere probant ex Anſelmo libro cur deus homo vbi inquit quodlibet inconueniẽs eſſe Deo impoſſibile, aliam perſonam carnẽ aſſumere eſt Deo inconueniens ergo eſt impoſſibile. *Maior* declaratur in conueniens eſt Deum mentiri ideo impoſſibile eſt mentiri ad hunc modum quia ſi alia perſona carnem ſumeret eſſent duo filij & confuſio perſonarum quod eſt inconueniens impoſſibile videtur quod ſpiritus ſanctus aut pater carnem ſumpſerit. De patre eſt ſpeciale inconueniens quia eſt contra eius dignitatem mitti.

Vltimo arguo ex vltimo, ſed contra. Incarnatio competit filio vt diſtinguitur a patre ergo non poteſt competere patri tenet conſequentia quia propria vnius perſonæ non poſſunt conuenire alteri.

In hoc dubio ſine dubio tenenda eſt pars affirmatiua quia Incarnari eſt carni vniri & vt inquit Aug. ad Voluſianum in hoc myſterio ſola ratio facti eſt potentia facientis hæc potentia eſt communis omnibus perſonis in ſuper quælibet perſona habet ſuam propriam perſonalitatem ad terminandam naturam ergo quælibet potuit terminare & carnem ſumere doceſ

causatorũ ad cauſas, quod cum de pendẽtia alicuius fuerit totaliter terminata ad aliquid, ipſum nõ poteſt dependentia eiuſdem rationis depende re ad aliud. Confirmatur hoc de accidenti reſpectu pluriũ ſubiectorum primorum. Minor probatur quia perſonalitas creata totaliter terminaret ipſam, & illa ſtãte non poſſet ſimile eſſe in alia perſona creata vel in creata: minus non enim terminat naturam & dependentiam eiuſdem perſonalitas quecum que perſonæ diuinæ, quã terminaretur in ſe, igitur, &c.

Obiicitur cõtra iſta quia non videtur inconueniens plures relationes eiuſdem rationis eſſe in eodem ſubiecto ſicut ſi idem album pluribus albis ſit ſimile igitur ſimiliter in propoſito non erit inconueniens pluribus dependẽtiis eiuſdem rationis idem abſolutum depende re ad plures perſonas quod ſi ponatur depẽdentię illæ alterius rationis magis, habebitur propoſitũ. Reſpõdeo ſicut non omnis Relatio vnde relatio eſt eadem fundamento licet aliqua ſit talis quæ ſcilicet eſt prima in fundamẽto ad terminum ſine quo impoſſibile eſt fundamẽtum eſſe aliquo modo ſicut dictũ eſt d. 1. 2. de relationibus creaturæ ad Deum. Item nec vnde relatio repugnat ſibi quod plures eiuſdem rationis ſint in eodem ſed aliquibus ſpecialibus relationibus repugnat puta dependentiis eſſentialibus talis enim ſi eſt vna ad terminum totaliter terminantem non relinquit fundamentũ dependens dependẽtia ſimili ad quodcumq; aliud quia tunc non eſſet dependentia terminata.

Si vero intelligatur ſecundo modo quod primus terminus vnionis, &c.

*Pro 2. Articulo.*

docet Scot. q. 1. art. 2. ad 2. vbi inquit ſi Pater incarnaretur. d. 8. inquirendo v. in Chriſto ſit duplex filiatio idem docet aperte admittendo caſum quod pater carnem ſumeret: hic ſoluendo argumentū id nō negat ſed ſilentio docet.

Ad primum argumentum, dico quod quando in conuenien. includit aliquid repugnans Deo vt mentiri verum eſt quod eſt impoſsibile id quod eſt incōueniens cum vero ſolum eſt indecentia vt verbi gratia quod Deus aſſumat lapidem nulla eſt impoſsibilitas quia nulla eſt repugnantia ex parte alicuius extremi, ideo ad minorem dico, quod non eſſet confuſio perſonarum ſed eadem omnino diſtinctio maneret, quamuis ſecundum nomen, tunc Pater diceretur filius. Nec aſſumere carnem eſt contra dignitatem Patris ita quod inde ſequatur aliqua impoſsibilitas. In caſu concluſionis pater ſe ipſum mitteret exterius, vel dicendū quod non eſſet miſsio ſecundū omnes conditiones, ſed apparitio & manifeſtatio in carne.

Ad 2. dico quod filius de facto terminat per propriam perſonalitatem, non quaſi reduplicatiue. Item quod ſic filiatio ſit ratio terminandi quod qui non fuerit filius non poſſit terminare, ſed quaſi ſpecificatiue, id eſt quod nunc de facto terminet ſine Patre quatenus filius eſt, tum quo ſtat quod poſsit terminare Pater & Spiritus ſanctus, quia eiuſdem virtutis eſt ad terminandum.

*Quod filius carnē ſumpſerit.* Sed quæri quæ ſint rationes conuenientiæ quare potius filius quam Pater carnē ſumpſerit. Dico quod eſt multiplex. 1. quia Verbum ſeu filius eſt exemplar & ars per quam Pater omnia fecit ideo debuit per illum iterum omnia inſtaurare & renouare. Vt dicitur ad Epheſ. 1. ita Damaſ. lib. 4. c. 4. Aug. tract. 17. in Ioannem. Ad idem eſt quod filius prior eſt origenis [?] ali prior Spiritu ſancto, ideo ſicut ad ipſum quaſi primus fuit conſilium de formatione hominis, ſic ipſe debuit venire, ad exequendum decretum de reparatione hominis vt laſe dixi ſer. 2. Natiuitatis Secundo facit ad idem quod filius eſt velut perſone media inter Patrem & Spiritum ſanctum, nam Filius procedit a Patre & cum Patre producit Spiritum ſanctum ideo conuenienter ponitur quod ipſe fuerit mediator inter Deum & hominem, quia Pater per Filium vt dictum eſt mundum condidit, ideo omnes iſte ſub vna computari poſſunt quia ad idem tendunt.

*Auguſt.* Secundo ſciendum quod perſona aſſumens carnem, debuit illam aſſumere ex muliere, ne corpus phātaſticū aſſumpſiſſe videretur Docet hoc Aug. tom. 2. epiſtola 3. ad Voluſianum ante medium dicens. Si omnipotens Deus hominem vbicunque formatum non ex materno vtero crearet, ſed repentinum inferret aſpectibus, non ne opinionem confirmaret errorum, ne hominem verum ſuſcepiſſe vllomodo crederetur, & tom. 4. lib. 83 quæſt. q. 11. inquit. Vtrumque tremuit ſexum, vtrumque debuit liberare, virum ſuſcipere debuit, quia hic ſexus honorabilior eſt, conſequens erat vt fœminei ſexus liberatio, tunc appareret, quod ille vir de fœmina natus eſt.

*Leo.* Leo Papa ſer. 2 Natiuitatis inquit Chriſte naſci elegit ex Virgine vt ſcilicet humano generi natam ſalutem diabolus ignoraret.

Cum ergo naſcendo de fœmina noua ſit natiuitas & filiatio ſecundum Scotum, non debuit nominum eſſe confuſio, ſed idiomatum ſimilitudo, ideo qui ab æterno fuit filius de patre ſine matre, debuit in tempore eſſe filius ex matre ſine Patre ita docet Damas. lib. 3. c. 4. Anſelmus de incarnatione verbi c. 4. & libro 2. cur Deus homo c. 9 legendus eſt magiſter in hoc 3. d. 1.

*Epheſ.* Ad hanc quoque pertinet alia, nempe quod filius venit in humanū genere in conceptionem & adoptionem vt noſtra fieret filios Dei, quod paſsim docent ſancti & Paul. Epheſ. 1. qui prædeſtinauit nos in adoptionem filiorum Dei per Ieſum Chriſtum in ipſum, ergo debuit filius carnem ſumere & hoc miniſterium implere vt plures filios ad gloriam perduceret, exiſtens tamen totius huius conſtitutionis, dicente Paul. Rom. 8. Quos præſciuit & prædeſtinauit conformes fieri imaginis filii ſui, vt ſit ipſe primogenitus in multis fratribus. Filiatio enim adoptiua, eſt quedam aſsimilatio ad filiationem naturalem, iuxta quod inquit D. Tho. 3 p. q. 3. art. 8. ratione 2 quod debuit filius carnem ſumere vt per eum qui eſt filius Dei naturalis participaret homo ſimilitudinem filiationis ſecundum adoptionem.

Aduentus in carne, non ſolum ordinatus eſt vt homines acceptarentur per gratiam, ſed vt Deum Patrem qui eſt perſona prima in Trinitate, ſimul cum alijs perſonis frueret ſanctæ dilectio æternæ conueniens fuit vt ad hoc veniret filius dilectus, qui eſt ſecunda perſona, vt diligemus dilectum dilecto, & plures filios in vnigenito iuſte quod inquit Paul. Epheſ. 1. in qua ſcilicet gratia gratificauit nos in dilecto filio ſuo.

Verbum eſt conceptus Patris productum in viſione eſſentię ſuæ conueniens fuit vt per illud haberemus medium ad conſequend. in beatam viſionem. Ipſe via & veritas Ioann. 14. conueniens vt per verbū perueniremus ad terminum. Verbum ea quæ intus ſunt manifeſtat. Verbum igitur diuinum debuit ea quæ Patris erant manifeſtare, Ioan. 17. Manifeſtaui nomen tuum hominibus quos dediſti mihi.

Ex motiuo & occaſione ſceleris ipſum ſuadetur dicon enim cecidit appetens primatū qui filio Dei debetur, ideo dixit. Aſcendam in altum ſimilis ero altiſsimo, hoc motiuo pro vincaui proſ patentes dicens Eritis ſicut dii. Ad quem locum alludens Aug. ep. de Trinitate c. 18. inquit qui enim victus eſt homo tantum erat & ideo victus eſt quia Deus ſuperbe eſſe cupiebat, qui autem vicit, & homo erat, & Deus. Clariſsime id ipſum docet ſermone 2 Natiuitatis cū ergo filius ſit ſplendor & figura ſubſtātiæ Patris Heb. 1 ideo per omnia ſimilis eſt Patri, filius debuit carnem ſumere vt demonem procurantem eius ſimilitudinem & prouocantē hominē ad Dei factum ſimilitudinem repugnaret & hominem in antiquam ſimilitudinem et imaginem Dei reſtitueret, quasi illam expugnauit, iſtum redemit, atque in priſtinam ſimilitudinem reſtituit Dei eſt miſerentis, non mei ſtribentis ſiue Sic placitum fuit ante Deum ſic Deus dilexit mundum. Nuſquam Angelos apprehendit ſed ſemen Abrahæ. Poſt hoc rationes ſunt congruentiæ, de quibus agemus poſtea. Videndus eſt Aug libro quæſtionū veteris & noue teſtamenti q. 2. 113. Bernard. ſer. dom. 2. aduentus.

*Num tres perſonæ potuerint eandem numero naturam aſſumere.*

IN præcedenti viſum eſt quomodo quelibet perſona potuerit humanam naturam aſſumere & in ſequenti videbimus quomodo hic Deus cōmunis tribus perſonis, poſsit naturam aſſumere, modo cōparando omnes tres perſonas diſtinctas ad eandem naturam quæritur an omnes ſimul potuerint eandē numero naturam aſſumere.

Prima concluſio de pendentia humanę naturæ ad perſonam diuinam non eſt proprię cauſæ ad effectum, ita Scotus art. 2. e. quæſtionis. Nec obſtat probatio maioris huius art. quia tantum adducitur per modum exempli, ideo poſt quam probauit quod effectus non pendet a pluribus cauſis ſubiungit. Ita videtur in omnibus dependentiis quæ non ſunt cauſatorum ad cauſas, ac ſi diceret. Quemmadmodū effectus non poteſt eſſentialiter pendere a pluribus cauſis totalibus, ita vnum quodque aliud non poteſt pendere a duobus, dependentia eiuſdem rationis.

2. Concluſio. Natura humana non poteſt ſimul aſſumi a tribus: ita Scotus & Auctores citati, ſequuntur Anſelmum libro. 2. cur Deus homo. c. 9. vbi inquit, Tres perſonae non poſſe eundem hominem aſſumere, quæ verba intelligi non poſſunt de homine ſupponente pro perſona humana vt docet S. Tho. 3. p. q. 3. art 6. quia ſic conſtat quod incarnatio ſit impoſsibilis quia perſona in aſſumptibilis eſt, ergo loquitur de homine aſſumptibili ab vna perſona, & tunc docet quod non poſſit aſſumi a tribus.

Probatur concluſio. Multiplicato ſuppoſito creato multiplicatur natura, id eſt natura non poteſt eſſe niſi in vno ſuppoſito, ergo ſi ponis plura ſuppoſita debes ponere plures naturas, ergo etiā multiplicato ſuppoſito increato, multiplicanda eſt natura, tenet conſequentia, quia ſuppoſitum increatum ſupplet vicē ſuppoſiti creati, ideo vnum ſuppoſitum vnam vendicat ſibi naturam, ita quod eadem natura non poteſt eſſe ſuppoſitata pluribus ſuppoſitis hoc eſt primum argumentum ſed contra.

Argumētum in corpore ſuppoſita prima cōcluſione formo ſic. Quemmadmodum effectus, non poteſt pendere a pluribus cauſis totalibus, ita quodlibet aliud dependens, non poteſt dependere eſſentialiter a pluribus totaliter terminantibus eius dependentiam, ſed in iſta vnione eſt dependentia eſſentialis ergo non poteſt dependere a pluribus perſonis totaliter. Maior patet ex not. 2. Minor ſic. Si ibi eſſet propria perſonalitas totaliter terminaret, & illa ſtante non poſſet eſſe in alia perſona creata, ergo nec modo, tenet conſequentia, quia nō minus terminat perſona diuina quam ſi ibi eſſet propria. Veritas ſuadetur exemplo accidentis. Poſt quam accidens terminatur aliqua ſubſtantia, non eſt amplius terminabilis alia ergo ſimiliter natura humana, quia vt deducit cōtra opinionem impugnatam, poſſet plures & infinitas perſonalitates fundare, quia ſi prima non terminatur, non eſt ratio, quare terminetur ſecunda, & ſic in infinitum. Si dicas quod non probatur infinitas quia non eſt idem cum illis perſonalitatibus, ſicut eſſentia diuina. Dico quod rei finitæ, non ſolum repugnat infinitas, ſed indeterminatio, quia debet eſſe determinata virtutis imperficiendo, & in habendo perfectionem. Caietanus 3. p. q. 3. art. 6. vt ſoluat rationes Scoti tria dicit. Primum quod perſonalitates quæ ſunt terminī vnionum ſunt diuerſæ rationis, ideo potentia obedientialis qua natura eſt vnibilis Patri, eſt alterius rationis ab illa, qua eſt vnibilis Filio vnde quamuis aſſumpta ſit a Filio poteſt aſſumi a Patre. Secundo dicit quod vna perſona totaliter terminat dependentiam naturæ intenſiue non extenſiue: verbi gratia, album vt quatuor, eſt totaliter ſimile intenſiue albo vt quatuor non tamē extenſiue, quia ſimul poteſt eſſe ſimile alteri albo, ſic natura humana ſufficienter terminatur intenſiue vna perſona, non vero extenſiue. Tertio ad infirmandam conſequentiam [illegible] perſonatur propria perſonalitate, non poteſt aſſumi natura quin aſſumatur propria perſonalitas quæ cauſatur ex vnione animæ & corporis, ſed propria perſonalitas eſt inaſſumptibilis ergo. Quando vero perſonatur perſonalitate aliena, poteſt aſſumi natura ſine perſonalitate ſibi extrinſeca, & hoc non ex indigentia naturæ. Sed ex ſufficientia perſonæ aſſumentis quæ vniri poteſt naturæ etiam ſi habeat diuinam perſonalitatem: perſonari enim pluribus perſonalitatibus infinitis, nihil aliud eſt quam communicari naturæ plures perſonalitates appropriando illas illi. Sic tua fabrica Scoti. Hæc Caietanus.

*Caieta.*

Hæc dicta Caietani falſa ſunt, nam potentia materiæ ad diuerſas formas ſemper eſt eadem, quia potentia materiæ eſt ipſa materia ergo potentia obedientialis creaturæ eſt idem cum creatura & ſic ſemper eſt vna & eadem. Similiter creatura eſt in obedientia creatoris, quia ab ipſo eſt totū eſſe cui poſtea reſiſtare non poteſt, ergo ſicut creatura eſt a creatore mediante ſua virtute quæ communis eſt & in diſtincta, ſic obedientia naturæ vna eſt reſpiciens iſtam cōmunem virtutem. Tertio quod hoc corpus ſit mobile reſpicit Dei potentiam & ſic eſt in obedientia ad motum, ſed quod ſimul moueatur & non moueatur non eſt nec vllo modo eſſe poteſt obedientiæ, ſed impoſsibilitas ergo ſi dicimus quod hoc eſt impoſsibile fruſtra recurrit Caietanus ad obediētiā quæ ſupponit poſsibilitatem termini inducendi, hic dicimus eſt impoſsibilitas ergo. Arguamus ergo, ſic Natura terminata vna perſonalitate non poteſt alia terminari quia hoc implicat ſecundum noſtram ſententiam, ergo iam non eſt obedientia quare ergo ad obedientiam recurrit ſupponendo quod erat probandum, videtur ergo ruere ædificium Caietani. Conſequenter nego quod ſit multiplex obedientia, quia ſi non eſt obedientia, non erit multiplex obedientia. Collige ergo quod creatura reſpectu cuiuſcunque rei poſsibilis eſt in obedientia reſpectu Dei, reſpectu vero rei impoſsibilis nec eſt in obedientia, quia eſſe nō poteſt, nec in, in obedientia quæ dicit renitentiā ſed eſt in impotentia vt ita dicamus.

Secundum dictum Caietani falſum videtur, nam ſumma intenſio in ratione vnitatis excludit omnem pluralitatem, ſicut ſumma intenſio ſimilitudinis omnem diſsimilitudinem, igitur ſi natura eſt ſumme terminata vna perſonalitate, non eſt quid alia poſtea terminet. ſi enim alia poteſt iam poteſt terminari ſine iſta & non eſt ordo eſſentialis quod eſt contra id quod ſupponimus.

Secundo probo quod terminare intenſiue ſit terminare extenſiue. Non poteſt alia perſona intrare terminando extenſiue niſi terminando quod eſt terminatum a prima, quæ per ſe ſufficienter terminat intenſiue quicquid eſt terminabile, ergo non manet quid alia terminet, nam ſi quod terminat non eſt terminatum, ergo prima non ſufficienter terminauit, ſi quod eſt terminatum, ergo terminatur ab iſta & poteſt manere terminata ſine ipſa ergo ſequitur inconueniens, quod deducit Auctor, de pluribus cauſis totalibus vt habetur in corpore, reſpondendo ad propriam ſententiam. Nec exemplū de relatione eſt ad propoſitum vt patet ex ſolutione obiectionis in corpore nam vt habetur in corpore art. & noſtro not. 3. relationi vt relatio eſt nō repugnat multiplicari in eodem, ſed vnde talis relatio eſt

Ad argumenta principalia ad primũ dico quod ſi omnes tres agerent ſecundum vltimum potentiæ ſuæ ad aſſumptionem illius naturæ non poſſent agere ad aſſumptionem eius a tribus qui eſſent tres termini triũ aſſumptionũ ſed ad aſſumptionem ei⁹ ab aliqua vna quę terminet ita quod licet tres agant vna tamen terminet eam. Et cum queris a qua igitur ſumetur dico ꝙ ab illa ad quam tres vniunt eam actiue, & ſi dicas quod poſſunt ſimul agere quelibet perſona ad vniendũ eam ſibi nego. quia impoſſibile eſt vt ſimul vniatur pluribus quia impoſſibile eſt totaliter dependere dependentia eiuſdẽ rationis ad plures perſonas: cũ ſit nata terminari ad vnã perſonam, & ad incompoſſibilia non poſſunt perſonę ſimiliter agere.

videtur igitur quod terminare intenſiue ſit terminare extenſiue quia nõ ſolũ eſt attendẽdũ ad id quod terminat ſed ad id quod terminetur paſſiue. Declaremus rem exemplo, ſi ſemicirculo ſolum deeſſet punctus qui terminando extremitates ſaceret circulũ, vt ſi huic figuræ() adderetur punctus, ſi iſte punctus terminauit intenſiue quicquid erat terminabile, tunc non manet quid alius punctus extenſiue poſſit terminare. Si enim differentia determinat genus ad ſpeciẽ non poteſt alia differentia terminari. Idem dicendum eſt de vaſe replendo minima quãtitate aquæ, tunc quidem replendo illud intenſiue quantum repleri poteſt, eſt replere illud extenſiue, ita quod ab alio repleri non poſſit. Non poſſumus igitur intelligere quid ſit terminare perfecte intenſiue, niſi replere capacitatẽ naturæ ita vt nihil ſit quod alia perſonalitas poſſit terminare, ideo mihi videtur quod diſtinctio Caietani ſit petitio principij nam idem eſt ac dicere, perſonata propria perſonalitate non poteſt aſſumi perſonata, a aliena poteſt. Ego quero, quare cum iſta perſona aliena terminet intenſiue quicquid eſt terminabile in natura, ſicut & propria perſonalitas, ſtante propria non poſſit extenſiue terminari ab alia, ſtante perſonalitate aliena quæ perfecte terminat intenſiue poſſit terminari extenſiue. Nos ex vniformitate in intenſione concludimus eſſe eandem rationem in extenſione aſſigna ergo diſparitatem per aliam rationem priorem, non petendo principium.

*Diſt. Caietani, petitio principii.*

3. Aut hæc natura eſt vnum cum diuina perſona, quia eſt coniuncta termino vno, aut quia vna eius capacitas eſt terminata. Si primum repugnat quod ſit ad plures terminos, ſi dixeris ſecundum ſequitur quod terminata eius capacitate repugnet amplius terminari, ſicut linea ſeorſum terminata, nõ poteſt amplius terminari, non ſolum quod punctus non poteſt continuari puncto, ſed quod punctus eſt terminus adequatus lineæ.

4. Poſt quam natura eſt aſſumpta, non poteſt aſſumi. n. ſi aſſumatur quicquid reale eſt in illa, relatio vnionis eſt aliquid reale in natura, vt docet S. Tho. Quero an aſſumatur natura cum vnione ſi ſic, ſequitur quod cum illa vnio ſecundum Caietanũ fundetur in entitate quæ eſt Deus homo, quod Deus homo aſſumetur, quod eſt impoſſibile. Si natura quæ eſt vnita aſſumitur ſine vnione vt videtur dicendũ, ſequitur quod natura eſt in qua immediate vnio fundatur vt dicebamus quæſt. præcedenti art. 4. Conſequenter falſum apparet, quod docebat Caiet. Contra id quod dicit quod natura perſonata propria perſonalitate eſt inaſſumptibilis, non tamen perſonata aliena arguo Perſonalitas ſecundum Caietanum diſtinguitur realiter a natura, ergo poteſt Deus agere ad aſſumptionem naturæ duo ſe immiſcendo perſonalitati, ergo poterit aſſumere naturam perſonatam propria perſonalitate, nam non capio, nõ video vnde hęc entitas non ſolũ in ſe ſit inaſſumptibilis, ſed quod reddat ipſam naturam inaſſumpſibilẽ & renitentem Deo aſſumẽti, niſi corrumpat illam. A quo eſt hęc virtus, nunquid ab ipſo Deo contra ipſum Deũ Abſit quod regnũ Dei in ſe diuiſum ſit. Si dicatur quod perſonalitas eſt modus, bene cõſtat quomodo ſi eſt ſeparata per ſe exiſtens, nõ poſſit tunc eſſe vnita, quia tunc ſimul eſſet vnita & non vnita Dicendo quod eſt res poſitiua, difficile ſaluatur, nam maior eſt vnitas eſſentiæ & diuinæ perſonæ, quam humanæ naturæ & perſonalitatis humanæ, ſed natura humana immediate poteſt vniri perſonæ quin vniatur aliæ, quia poteſt immediate vniri perſonæ non eſſentiæ, ergo poterit diuina perſona vniri humanæ naturæ abſque eo quód vniatur perſonalitati creatæ, quæ ſecundum Caietanum diſtinguitur realiter a natura nam ſi eſſentia diuina & perſonalitas diuina nõ diſtinguuntur niſi ratione ſecundum illos & ad huc natura humana immediate vnitur diuinæ perſonæ non eſſentiæ (nam ſi immediate vniretur eſſentiæ qualibet perſona eſſet homo) multo melius poterit vniri naturæ humanę diuina perſona abſq; eo quod vniatur perſonalitati creatæ ſic videmus quod ſcientia vnitur animæ, non corpori vnito animæ. Sic videmus quantitatem vniri corpori animato ab anima, abſq; eo quod vniatur animæ animanti, ergo poterit diuina perſonalitas vniri naturæ non perſonalitati perſonanti. Luce clarius manifeſte apparet quod perſonalitas creata non addat aliquam entitatem realẽ poſitiuam realiter diſtinctam a natura, nam nullo modo capio nullo modo video, quo nam pacto habeat repugnantiam ad aſſumptionem. Dicẽdo quod eſt modus exiſtendi ſolitariæ ſatis apparet quomodó non poſſit aſſumi, nam ſi eſt ſola ſeu ſolitarie implicat quod ſit vnita, ſi eſt vnita, implicat quod ſit ſola

*3. p. q. 2. art. 7.*

Ad primum argumentum dico quod omnes agere poſſunt ad aſſumptionem & ſic factum eſt, non tamen aſſumi poteſt a tribus vt dictum eſt.

Ad 2. ſub dubio relinquit Auctor an in natura ſit vna vel multiplex potentia obedientialis, de quo diximus contra Caietanum, docet tamen non poſſe aſſumi a tribus, quia eſt impoſſibile, non ex impotentia Dei, aut ex inobedientia creaturæ quæ non poteſt eſſe in obediens, ſed quia ſufficienter determinatur per vnam perſonalitatem. Ex hoc ad 3. Auctoris patet ex dictis, non ſtat potentialitas, vt ſimul perſonetur a duobus.

Ad 4. Authoris reſpondet ipſe quod ſunt duo vbi ab vno loco circunſcribente, vbi ſub opinione

Ad ſecundũ & tertiũ dico ſimul quod ſi vna potentia obedientialis eſt in natura qua poteſt vniri tribus hoc eſt cuicũq. trium diſiunctim. Illa vna reducta eſt ad actũ per hoc quod verbum eam ſubſtentat, ſi autem ſint tres potentiæ concedo quod per hoc φ vna reducta eſt ad actum nõ reducitur alia & poteſt reduci illa alia ſed non cum actu alterius potentiæ propter incompoſibilitatem actuum, ſicut potentia ad albedinem non poteſt reduci ad actũ cum nigredine. Et ita natura nũc perſonata á verbo ſi dimitteretur ab eo poſſet aſſumi à patre. Sed ſtante actuali aſſumptione à verbo, licet ſit in potentia aſſumptioni à patre nõ poteſt tamen reduci iſta potentia ad actũ propter incompoſibilitatem illius actus ad ipſum.

Ad quartum nego aſſumptum de accidẽte & ſubiectis. Ad probationem dico quod ſunt duo vbi & tamen ab vno loco circunſcribente, & cũ dicit quod vnius loci erit vna circũſcriptio actiua, dico quod ſi locus ſit aliquid abſolutum formaliter in quo fundatur nõ actio: ſed relatio illa quę ſignificatur per modũ actionis vt circũſcriptio actio duæ circũſcriptiones poſſunt fundari in eodem abſoluto ad duo corpora circunſcripta. Si autẽ locus dicat formaliter reſpectum ad locatum & materialiter fundamentum in quo fundatur iſte reſpectus tunc eſt vnus locus propter vnitatem materialis. Sed duæ locationes formaliter & vtroq; modo conmultiplicatur circũſcriptio actiua & paſſiua.

Ad primum in oppoſitum.

*Quære 2. Art.*

Ad argumenta pro opinione Varronis, dico quod licet indiuiduatio poſſet eſſe ſine perſonatione nõ tamen ſequitur quod indiuiduatio poſſet eſſe eadem & vna cũ pluribus: tunc enim poſſet hoc concludi de perſonalitatibus creatis reſpectu quarum indiuiduatio eſt prior naturaliter. Vnde non quodcunque prius poteſt manere indiſtinctum, cum diſtinctione cuiuſcunque poſterioris: maxime quando diſtinctio poſterioris concludit in priori aliquid ſibi repugnans ſi ſit idem.

Ad ſecundum dico quod diſtinctio relatiua etſi nõ cauſet diſtinctionem abſoluti fundantis relationẽ. Poteſt tamẽ cauſare diſtinctionẽ abſoluti ſequẽtis naturaliter relationẽ & dependentis ab ea: quia diſtinctio prioris ſuficit ad cauſandũ diſtinctionẽ poſterioris. Iſta autẽ natura abſoluta ſũpta nõ præcederet relationes ſed ſequeretur & ideo ſecundũ eas diſtingueretur.

nione relinquit an locus ſit formaliter abſolutum vel reſpectiuum. dicit tamen quod circũſcriptio loci non ſit actio quamuis vt ſic ſignificetur. Quomodocũque ſit in eadẽ re quæ eſt locus poteſt eſſe duplex locatio & reſpectꝰ ad locatum. Quando infers ergo iſta naturā poteſt aſſumi a tribus, nego conſequentiā quia quælibet perſona adæquate terminat naturā vt ſolutione ſequenti clarius patebit.

Ad 5. quod habetur in fine corporis, dico quod bene eſt multiplicabilis relatio in eodem ſubiecto, non tamen perſonalitas in eadem natura, quia relatio habens terminum adequatum non multiplicatur, vt relatio creaturæ ad vnum Deum, & quia perſonalitas eſt terminus adequatus naturæ ideo terminata vna perſonalitate non poteſt terminari alia. Sic poteſt reſponderi ad præcedens: ſi enim vnum locatum adequaret capacitatem loci non poſſet aliquid amplius continere.

Ad primum Varronis dicendum quod nõ quodcunque prius poteſt manere idem plurificato poſteriori, quia plurificatio poſterioris eſt incõpoſsibilis priori quia quod eſt prius ſtrictior vnico poſteriori.

Ad 2. Varronis & 7. in ordine ſciẽdũ quod perſonalitas in humanis & in diuinis eſt poſterior ratione quam natura, quia eſſentialia priora ſunt perſonalibus quando vero natura perſonatur in alio, vt in hoc myſterio. perſonalitas cui vnitur natura, videtur prior. & natura poſterior, quia perſonalitas eſt quæ præſupponitur, & natura eſt quæ trahitur ad perſonalitatem. Inſuper quia quælibet perſona ſufficienter terminat naturam. hoc eſt quod obſcurè ducet dicens.

Diſtinctio relatiua etſi non cauſet diſtinctione abſoluti in quo eſt ipſa relatio, nam multiplex paternitas & ſimilitudo nõ facit eſſe plures patres vel plura alba fundamẽtaliter, cauſat tamen diſtinctionẽ abſoluti ſequentis naturaliter relationem, a qua pendet. At ſi clarius dixiſſet. Iſta natura eſt poſterior perſonalitate diuina & pendet ab ea, & quia quęlibet perſona ſufficienter terminat naturam cuius eſt perſona niſi infinita ſit, ideo perſonalitas cauſat diſtinctam naturam idest requirit diſtinctam naturam, quia due perſonalitates ſunt incompoſsibiles.

Ad 8. quod deſumitur ex exemplis prædicti opinãtis, reſpõdet Auctor, quod ibi non eſt aliqua in compoſsibilitas ſicut hic, ideo eſt diſpar ratio.

Ad 9. Dico quod non eſt eadem ratio, quia diuina eſſentia non ſufficienter locatur vna perſonalitate, Diuinæ perſonæ non ſe excludunt quia eſt compoſſibilitas propter infinitatem naturæ diuinæ. Ideo vna virtus ſpiratiua poteſt eſſe communis duobus perſonis.

Ad vltimũ quod eſt Ioan. Maior dico quod ſunt aſſumitur ab vna ſubſiſtentia communi, a nulla immediate, de quo art. ſequenti.

*Ad 8.*

*Ad 9.*

*Ad art. p o opinione.*

Ad exempla de anima in diuerſis partibus corporis & vno corpore in diuerſis locis non ſunt ad propoſitũ quia non includitur ibi aliquid incompoſſibile animæ informanti vel corpori locato ſicut hic includitur.

Sed contra ſecundum membrum ſolutionis. *Pro 3. Articulo.*

Si vero intelligatur ſecundo modo quod primus terminus vnionis ſit ipſa natura in tribus.

*Fundetur Articulus. 2.*

*Vtrum ſi eſſentia ſit primus terminus vnionis omnes tres perſonæ poſſent aſſumere eandem naturam.*

*Argumẽta ſed contra primi art. iterũ ponuntur*

Ad ſecundum ſic proceditur. Videtur quod eſſentia non poſsit eſſe primus terminus vnionis, inquit enim. Anſelmus de Incarnatione Verbi & ſecundo. Cur Deus homo, plures perſonæ eundem hominem aſſumere omnino nequeunt.

2. Preterea multiplicato ſuppoſito creato multiplicatur natura ergo ſimiliter & in ercato conſequentia probatur quia increatũ ſuplet vicẽ ſuppoſiti creati, igitur ita diſtinguit ſicut creatũ diſtingueret.

3. Præterea quod conuenit alicui vt diſtinguitur ab alio non poteſt in eſſe alij incarnatio competit filio vt diſtinguitur a patre, ergo non poteſt competere patri. Minor patet quia conuenit ſibi ſecũdum proprietatem eius ſecundum quam diſtinguitur a patre.

Reſpõdeo dicendo quod poſsibile fuit quod primus terminus vnionis ſit ipſa natura ita quod vna natura aſſumatur a tribus quaſi mediate vna exiſtentia exiſtente in tribus ſicut vna albedo poteſt eſſe in tribus corporibus ſi vna ſuperficiet in qua eſt eſſet in eis. Quod autẽ ipſa eſſẽtia per ſe exiſtẽs poſſit eſſe terminus proximus illi⁹ vnionis videtur quia ipſa nullum eſſe habet a perſona. Sed eſt prius naturaliter quam ſit in perſona & dat eſſe perſonæ: eſt enim natura de ſe hæc & per ſe ſubſiſtens licet non incommunicabiliter videtur autẽ quod incommunicabilitas nõ ſit neceſſario ratio propria terminandi iſtam dependentiam ſed ſubſiſtentia ſingularis.

Ad primum in oppoſitum poteſt dici quod Anſelmus loquitur ſi primus terminus vnionis ſit perſona quomodo nũc natura eſt aſſumpta quia ſic tres perſonæ non poſſent eandem naturam aſſumere.

Ad ſecundum hoc concludit quoniã ſuppoſitum increatum eſt primus & proximus terminus vnionis: non autem quãdo mediatus quia tunc natura aſſumpta vna poteſt eſſe in multis propter vnitatẽ naturæ vniui cui primo vnitur neq; naturæ aſſumptæ de ſe & inmediate cõuenit eſſe in tribus: ſed tantum per illam naturã infinitã cui primo vnitur, & ſi hic arguitur ſicut arguitur cõtra primã opinionem, quod accidens exiſtens in pluribus eſt illimitatũ ſicut ſubſtantia exiſtẽs in pluribus eſt illimitata. Dici poteſt ꝙ hoc verum eſt quando accidens dat aliquem actum formalem illis quorum eſt accidens. Iſta autem natura aſſumpta ſi primo vniatur eſſentię nullum actũ dat perſonis. Sed tantũ dependet ad eſſentiam vt ad vnum terminum, cui vt ſic accidit eſſe in tribus ſicut modo omnes creaturæ dependent dependentia cauſati ad cauſam ad tres perſonas vt ſunt vnum in natura. Nec propter illam dependentiam cauſati ad tres perſonas ponitur cauſatum illimitatum. Vnde nec illa ratio multum valet, cõtra primã opinionẽ ſed habet ſolui ſicut hic licet ſit cõtra reſpõſionem ibi dictam.

Ad tertium dico quod tunc non conueniret filio ſubſtantificare naturam inquantum diſtinguitur a patre ſed in quãtum hic Deus exiſtens.

*Poſtea ſequebatur. Ad argumenta pro opinione, quæ iam poſita ſunt art. 1.*

ARticulus, concluſio iuxta ſecundum membrũ diſtinctionis primi articuli erat. Placuit diſtinguere quia inſignem continet quæſtionem.

Titulus clarus eſt ac profundus, non vnũ ſed duo ſimul querens. Primum ſi eſſentia poſsit eſſe primus terminus. Secundum, ſi hypoteſi data aſſumeretur a tribus. Quo ad vtrumque affirmatiue reſpondetur. Contra ſecundum ſiunt argumenta ſed contra precedentis art. ideo vt principalia poſui ad partem negatiuam. ipſa literæ diſpoſitio, ipſius literæ eſt expoſitio. Ipſius rei euidentia conuicti dicant qui legũt ſi tam dilucide ac clare Scotum antea penetrarent in litera ergo duplex eſt concluſio Prima eſſentia poteſt eſſe primus terminus aſſumptionis. Probatur eſſentia eſt de ſe hæc per ſe ſubſiſtens ergo nullũ eſſe habet a perſona, imo naturaliter eſt prius perſona ergo poteſt aſſumere. tenet conſequentia, quia ad hoc ſit per terminus aſſumptionis, ſolũ requiritur quod ſit per ſe hæc & ſubſiſtens.

Secundo ſi non poſſet eſſe terminus aſſumptionis

maxime

maximè quia non ſubſiſtit incommunicabiliter, ſed hoc non eſt neceſſarium, quia ad ſuſtentandum aliquid ad extra ſufficit ſingularis exiſtentia.

6. Concluſio. In tali caſu omnes perſonæ mediante eſſentia aſſumerent naturam. Concluſio, in litera eſt prima, debet autem reuera eſſe ſecunda, manifeſtatur exemplo albedinis exiſtentis in ſuperficie, quæ ſuperficies ſi eſſet in tribus corporibus mediante ſuperficie tria corpora eſſent alba, ergo a ſimili in propoſito ſententiarum. Ratio huius, eſt vnitas eſſentiæ cum perſonis. Lege ſolutione ad 2.

*Num in diuinis ſit ſubſiſtentia communis.*

Inueſtiganda eſt quæſtio ex qua pendet veritas articuli. Pro parte negatiua arguitur. Quodlibet ſubſiſtens in natura intellectuali eſt perſona ergo erunt quatuor perſonæ, conſequentia eſt legitima, antecedens probatur; quia ſubſiſtentia idem videtur quod inferior exiſtentia quæ eſt infima eadem ſubſtantia incommunicabilis: infima autem ſubſtantia ſi ſit intellectualis naturæ eſt perſona, ergo. Secundo. Subſiſtere per ſe & eſſe in alio includit contradictionem natura diuina eſt in diuinis perſonis ergo non ſubſiſtit per ſe. Maior probatur, nam quod eſt in alio non eſt per ſe.

3. Arguit Alexander 3 p. q. 2. in 3. humana natura nunquam habet ſubſiſtere niſi in ſuppoſito ergo in diuinis non datur ſubſiſtentia niſi in ſuppoſito.

4. Si in Deo eſſet tantum vnica perſona, natura diuina non intelligeretur ſubſiſtens niſi in illa perſona, quia ſubſiſtentia & perſonalitas eſſent omnino idem, ergo & modo nulla eſt ſubſiſtentia niſi in perſona, quia modo eſt eadem identitas.

5. Si eſſet iſta communis ſubſiſtentia, Deus in concreto ſupponeret pro eſſentia ſubſiſtenti, ſed hoc nō. Probo minorem. Deus ſupponit pro habente deitatem, habens deitatem, ſolum eſt perſona, ideò nomē Deus, non ſolum ſignificat eſſentiam ſed Trinitatē ergo non datur ſubſiſtentia communis.

6. Si eſſet iſta ſubſiſtentia, poſſent huic Deo in cōmuni cōpetere actiones, conſequens eſt falſum: quia actiones ſunt ſuppoſitorum, ergo non eſt ſubſiſtentia communis.

7. Hic ſpirator ſignificat vim ſpiratiuam, quæ nō inuenitur in aliquo ſingulari ſubſiſtenti, ſed in Patrē & filio, ergo quamuis detur vna eſſentia & communis virtus pluribus, non tamen dabitur aliqua communis ſubſiſtentia præter ſubſiſtentiam perſonarū.

8. Arguitur ex ſexta ſynodo actione 11. vbi dicitur Sabelliana prauitas dicitur, tres perſonas in vnā colligere, vel confundere ſubſiſtentiam, & iterum, Beata Trinitas, non naturis, aut eſſentiis, numeratur. Sed ſubſiſtentiis ergo vltra tres, non eſt ponenda ſubſiſtentia communis.

Quæſtio de diuinis ſubſiſtentiis. materia grauitate, temporum antiquitate, opinionum varietate, celebris facta eſt. Grauitas materię de ſe conſtat, antiquitas ex hiſtoriis innoteſcit. Varietas opinionum omni legenti ſcholaſticos authores manifeſta eſt. Finis & vtilitas quæſtionis ex determinatione ipſius conſtabit. Deſeruit maxime ad cognoſcendum terminū huius diuinæ incarnationis, vt certo ſciamus quod factum eſt, Denique quid fieri poſſet.

Quæſtio iſta vt Euſebius Cæſarienſis. 10. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ c. 9. refert, ab Athanaſio Epiſcopo in concilio Alexandriæ celebrato, diſputata, ab Oſio Epiſcopo Cordubenſi in concilio Niceno agitata eſt. Olim autem vt refert Nicephorus. 10. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ c. 35. Eccleſiam turbauit non ſine apparenti ratione, quia cum ſubſiſtentia idem ſit quod ſubſtantia, & in Deo ſint tres perſonæ ſubſiſtentes, videtur quod eſſent tres ſubſtantiæ. Si ſubſiſtentia idem ſit quod ſuppoſitum, videtur quod ſi admittitur ſubſiſtentia communis, quod ſint quatuor ſuppoſita & quatuor perſonæ. Vtrinque ergo labor, vtrinque anguſtia, & difficultas eſt.

Alexander Alenſis 3. p. q. 12. in 3. cupiens vitare ſcādalum & in offenſo currere pede, in medio huius anguſtiæ, hanc communem negauit ſubſiſtentiam, & tres ſubſiſtentias relatiuas poſuit. Sententia eſt Henrici quod 5. q. 8. ad finem diſputans quæſtionē ſub nomine ſuppoſiti abſoluti. Hanc amplectitur Seraphicus Bonauent. in 3. d. 1. art. 10. q. 3. Sequitur Ricard. d. 5. art. 1. q. 2. Marſil. in 3. q. 2. art. 3. dub. 2. ad finem. Caietanus 1. p. q. 28. art. 2. Sed 3. p. q. 3. art. 2. tenet oppoſitum. Videtur eſſe Scoti hic & infra q. 5. ad 1. & in 1. d. 1. q. 2. art. 2. ad 2. vbi docent eſſentiam videri poſſe ſine perſonis in quit. Licet viſio non ſit niſi exiſtentis in quantum exiſtens. & nō eſt exiſtit niſi in perſona, non ſequitur eſt exiſtentis in quantū in perſona eſt, ſed debet inferri quod eſt ſubſiſtentis vel exiſtentis in ſubſiſtente. Ex quo colligitur, quod perſona proprie & in rigore ſit ſubſiſtens, eſſentia ſolum ſit exiſtens, non ſubſiſtens, vt probat primum argumentum, quod habet R. ua in ſuis quot. *Alex.*

Ad explicationem huius ſciendum quod exiſtere vt patet d. 6. q. 1. conuenit omni habenti eſſe in rerum natura extra ſuam cauſam. Iſte modus exiſtendi indifferens eſt ad eſſe in alio & eſſe in ſe. Modus exiſtendi in ſe conuenit ſubſtentiis, ſubſtantia autem aut exiſtit vnita alteri vt anima corpori, & humana natura verbo, aut ſeparata, non vnita. Si hoc poſteriori modo aut vt communicabilis ſicut anima quæ eſt vnibilis corpori, aut in communicabilis ſicut perſona, & iſte modus dicitur ſubſiſtentia in creaturis, in quibus non datur ſubſiſtentia niſi in ſuppoſito, ratio eſt quia nulla natura eſt de ſe hæc & ſingularis, ſed ſingularizatur per aliquam entitatem poſitiuā vt late docet Scotus in 2. d. 3. q. 1. art. 6. In diuinis vero nulla entitas contrahit aliam vt late docet Scotus in 1. d. 5. q. 2. ad finem & alibi ſepe. Ratio breuiſſima eſt, quia ſi Pater contraheret, non contraheret Filius vel omnes tres contraherent, quia non eſt maior ratio de vna perſona quam de alia, omnes tres contraherē, aut duas, impoſſibile eſt. quia quod vna contraheret iam ſibi eſſet proprium & non commune aliis & ſic deſtrueretur veritas vnitatis in hoc myſterio. Ex hoc ſufficienter colligitur, & non obſcure oſtenditur, quo modo detur vna ſubſiſtentia communis. *Scotus.*

2. Nut. quod ſubſtantia ſignificat concretum & abſtractum. ſic ſapientia aliquando ſumitur pro ſcientia de Deo & re altiſſima. & in concreto ſumitur pro perſona Verbi, & ſepe pro ſapientia incarnata. Subſiſtentia in concreto ſignificat quod per ſe exiſtit, & hoc non ſimpliciter, ſed multipliciter, puta dupliciter. Aut pro eo quod exiſtit per ſe communicabiliter tamē, vt dicebamus de anima. Aut pro eo quod per ſe exiſtit in communicabiliter abſque eo quod poſſit alteri vniri vt dicebamus de perſona. Communiter accipitur in hac acceptione, quia ſubſiſtere eſt ſub ſtare, & infime ſtare, tanquam vltimum quod in tali exiſtentia poteſt inueniri, eſt enim ſubſiſtentia in abſ

ſtracto, ille modus & ratio per ſe ſtandi, qui vltime rei exiſtenti a ſe extra poteſt conuenire, adeo ſubſiſtentia in concreto, eſt res habens illum modum vltimum. Ob hoc accidens extra ſuas cauſas non eſt ſubſiſtens, quia eſt eius modus vlterior exiſtendi extra ſuas cauſas, nempe eſſe ſine ordine ad aliquã ſubſtantiam. Humanitas aſſumpta, non eſt ſubſiſtens in concreto, quia alteri vnita, adeo quamuis plus habeat quam accidens, quia de ſe non eſt affectio ſubſtantiæ non tamen eſt ſubſiſtens, quia non dum peruenit ad vlteriorem modum exiſtendi extra ſuas cauſas, imo eſt vnita alteri, ad modum accidentium de quo ſupra art. 1. hinc quæſt. Anima non eſt proprie ſubſiſtens quia eſt vnibilis corpori, & ſeu non habet illum vltimum modum quẽ res ſingularis exiſtens extra ſuas cauſas poteſt habere. Cum autem res habet iſtum vltimum modum, perſona eſt, quæ hoc vltimo modo, conſtituitur in eſſe perſonæ vt late ſupra dictum eſt. Ad hunc modum quia diuina eſſentia non habet iſtum vltimum modum exiſtendi, negant dicti authores ſubſiſtentiam communem. Hoc modo, ſubſiſtẽtia idẽ eſt quod hypoſteſis, quod perſona, quod ſubſtantia ſingularis intellectualis per ſe ſtans ſine vnione ad aliud.

Secundo modo ſumitur ſubſiſtentia, pro re quæ ſtat per ſe, & quæ non accipit illum modum per ſe ſtandi ab alio, ſed a ſe habet: hoc eſt enim ſub ſtare id eſt in alio non ſtare, ab alio non accipere modum per ſe ſtandi, ſiue hæc ſit communicabiliter. Reuera per ſe ſtare ab his modis abſtrahit, & prior eſt prioritate conſequentiæ & vniuerſalitatis, quamuis neceſſario talis ſubſiſtentia debeat eſſe cõmunicabilis vel in communicabilis. ſicut animal prius eſt & vniuerſalius quam rationale vel irrationale, quamuis neceſſario alterum eſſe debeat cum exiſtit in re. Quia in ſe non datur genus niſi in ſpecie.

Concluſio. In diuinis datur hæc ſubſiſtentia communis ſiue ſumatur in abſtracto, ſiue in concreto. Ita Scotus hic & q. 5. ad 2. Videndus eſt d 5. in 1. d. 4. q. 2. in quot q. 4. & 5 & alibi ſæpe S. Tho. de potentia q. 9. art. 5. ad 13. Et 1 parte q. 39. art. 4. docet Deũ ſupponere pro eſſẽtia niſi ex adiuncto determinetur ſupponere pro perſona, vbi communiter omnes eius expoſitores ſequuntur hanc ſententiam. Habet Capreol. in 3. d 1 art. 3 ad argumenta contra 4. concluſionem. Palud. ibidem q. 2. Caiet. 3 p q. 3. art. 2. hanc tenet Durand. in 1. d 13 q. 1. & d. 26. q. 1. in 3. d. 1. q. 2. Gabriel q. 1. art 3. dubio 4. Almeinus q. 1. art. 3. dubio vltimo Camel. 1. p. q. 28. art. 2. Ferrara 4. contra gent. c. 26. eſt Hieronymi libro 2. epiſtolarum ad Damaſum Papam quæ incipit. Quoniam vetuſto vbi inquit. Si quis autem hypoſtaſim vſiam intelligens, non in tribus perſonis vnam hypoſtaſim dicit, alienus a Chriſto eſt. Poſtea loquendo de Deo inquit. Quia illa ſola natura eſt perfecta & in tribus perſonis deitas vna ſubſiſtit quæ eſt vere, & vna natura eſt: Aug. 5 de Trinitate c. 4. & 5. inquit in Deo idem eſt eſſe quod ſubſiſtere. Gregor. Nyſſenus libro de narratione vitæ. Moyſi ait. Solam eſſentiam Dei vere ſubſiſtere. Sunt innumera teſtimonia ad hoc propoſitum ſuper illud Exod. 3. Ego ſum qui ſum. De quo in. 1. d. 22. agendo an Deus ſit nominabilis a nobis aliquo nomine proprio. Omnia tendunt ad hoc quod ſolus Deus eſt. qui vere, proprie habet eſſe eſſentiæ quæ includit exiſtentiam & ſubſiſtentiam: noſtrum vero eſſe, eſt velut accidẽtale, quia modo eſt, modo corrumpitur, ad modum accidentis. Vnde Hilarius de creaturis inquit quod ſunt quaſi non ſint. Ratione probatur concluſio: in omni genere deueniendum eſt ad aliquod primum aliorum generis, ergo in genere eſſendi, ad aliquod ens primum, cum relatiuum quod ad aliud dicitur, non poteſt eſſe primum, ergo deueniendum eſt ad aliquod ens quod in ſe & a ſe exiſtat. Minor probatur ex Aug. 7. de Trinitate c. 1. vbi inquit. Omnis eſſentia quæ relatiue dicitur, eſt aliquid excepto relatiuo & c. 3. in principio inquit. Si non eſt aliquid ad ſe, nõ eſt omnino quod relatiue dicatur, ergo cum in diuinis ſit ſubſiſtentia, & perſonæ ſint relatiua, & ad aliud, ſequitur quod deueniendum eſt ad aliquam primam ſubſiſtentiam nam omnis pluralitas vnitatem ſupponit, perſonæ diuinæ ſunt tres, & quælibet ſubſiſtit, ergo admittere debes habere vnam communem ſubſiſtentiam, alias non eſſent vnum in eſſentia.

Secundo ſi eſſentiæ non eſſet de ſe hæc per ſe ſubſiſtens, tunc aliam realitatem haberet a Patre, aliam a Filio (hac ratione perſonalitas vel indiuiduatio creata quia non ſupponit aliquam ſubſiſtentiam ſeu exiſtentiam in humana natura facit perſonas differre nõ conueniendo in aliqua natura ſingulari) Perſonæ diuinæ ſic diſtinguũtur, quod ſimul habent eſſe quoddam commune actu ... ergo eſſentia de ſe habet ſuum exiſtere ſiu ſubſiſtere ante perſonas. 3 Subſiſtere eſt per ſe perfectionis, ergo formaliter debet competere eſſentiæ quæ eſt pelagus infinitæ perfectionis, alias aliquam perfectionem haberet eſſentia a perſonis, quod eſt inconueniens, nam cum perſonæ ſint tres diſtinctæ quarum vna non eſt alia, quælibet daret eſſentiæ ſuam diſtinctam perfectionem, quod eſt abſurdum. Potius ergo perſonæ intelliguntur accipere ab eſſentia. Sic eſt vna ſapientia omniũ. Vna omnipotentia omnium: hoc eſt quod Scotus docet hic dicens. Quia ipſa nullum eſſe habet a perſona ſed eſt prius naturaliter quã ſit in perſona. Docet D. Tho. q 8 de potentia art 3 ad 7. vbi inquit, Relationes diuinas habere quod ſubſiſtant ab eſſentia, & nõ e contrario. Et in 1. d 11. q. 2 art. 1. d cit. Naturam diuinam habere in ſe eſſe ſubſiſtens, etiam præciſum & abſtractam a tribus perſonis. Valet hæc ratio Scoti & doctrina S. Tho. ex hoc quod eſſentialia priora ſunt notionalibus quod vt certũ ex materia de Trinitate eſt ſupponendum, alias tres perſonæ non eſſent vnus Deus, vnus omnipotens, vnus Dominus & reliqua quæ habentur in ſymbolo Athanaſii.

4. Quia ſic facilius oſtenditur vere illa propoſitio Deus eſt Pater, Filius & Spiritus ſanctus. Et falſa quæ videtur ſua contradictoria. Nullus Deus eſt Pater, Filius, & Spiritus ſanctus. De quo in 1. d 4 q. 2.

e. Concluſio. Subſiſtere quodam modo magis cõuenit eſſentiæ quam perſonis, ſimpliciter vero magis proprie conuenit perſonis. Commemorandum eſt ſecundum notabile tunc re antece ſic. Eſſentia nullum eſſe accipit a perſona, ſed eſt prius perſona & perſonæ accipit communia eſſentiæ, retinendo ſuum proprium eſſe diſtinctum ab alia perſona, ergo magis propriæ ſubſiſtit quam perſona, quia exiſtit per ſe non recipiendo ab alio, & exiſtit quaſi primũ eſſe omnino primum: ſic enim probamus primã ſubſtantiam eſſe magis ſubſtantiam quam ſecundã quia ſecunda ſubſtantia exiſtit in prima & accipit a prima igitur ſi perſonæ accipit ab eſſentia hoc quod eſt ſubſiſtere, & eſſentia non habet ſuum ſubſiſtere ab alio

ſed a ſe

ſed a ſe, ergo magis ſubſiſtit quam perſona.

Sed ad hoc dicendum quod magis ſubſiſtit perſona quam eſſentia, ſiue hoc ſit ſecundum ſe ſiue ex accommodatione vſus, quia cum ſubſiſtere accipiatur pro hoc quod eſt particulariter exiſtere, eſſentia eſt communis, perſona eſt incommunicabilis, ergo vt nunc nomen ſonat proprias conuenit perſonæ quam eſſentiæ. Sic communiter Authores vtuntur hac voce. Sic Scot⁹ infra q. 5. ad 2. Docet Caiet. 3. p. q. 3. ar. 2.

3. Concluſio quamuis concedatur ſubſiſtens & ſubſiſtentia communis, non debet concedi ſuppoſitum commune, quia eſſet quaternitas perſonarum. Nec debet concedi perſonam completa. Eſt contra Caietanum loco allegato. Ratio eſt, quia male ſonat nominare quod non eſt, ſed nullomodo eſt perſona, ergo ſiue abſolute quod eſt error, ſiue cum modificatione, quod excuſat ab errore, indecens eſt vti & introducere hoc nomen. Docet Durand. in 1. d. 26. q. 1. Nec ſunt quatuor ſubſiſtentiæ, quia quod ponitur in numero eſt particulare, hæc ſubſiſtentia eſt communis ergo.

Ad primum dico quod natura creata non eſt de ſe hæc & ſingularis, ideo neceſſe eſt quod indiuiduetur & fiat alio: natura vero diuina eſt de ſe hæc, & ſingularis, ideo per ſe ſubſiſtit. Et quantum ad hoc aſſimilatur ei prima ſubſtantia, quæ a nullo accipit ſubſiſtere, ſed quia diuina natura eſt infinita, ideo fundat plures perſonas. Et eſt communis illis, & quantũ ad hoc aſſimilatur ſecundæ ſubſtantiæ quæ eſt cõmunis.

Ad 2. eodem modo reſpondetur uel quodã modo dici poteſt, quod diuina natura eſt in diuinis perſonis admodum ſecundæ ſubſtantiæ, radicaliter vero potius perſonæ ſunt in diuina natura, quæ quantum ad rationem primi fundamenti, eſt velut prima ſubſtantia.

Ad 3. patet humana natura non eſt de ſe hæc.

Ad 4. dico, quod in illo caſu, illa perſona eſſet increabſoluta, & conſideraretur eſſentia communis, conſequenter nec ſubſiſtentia communis, modo cũ ſumme identitate datur ſubſiſtentia abſoluta communis & relatiua incommunicabilis.

Ad 5. dico, quod in creaturis non datur concretum ſubſiſtens quod non ſit perſona, quia natura non eſt de ſe hæc indiuidua vero, & natura eſt de ſe hæc & datur ſubſiſtentia, & ſubſiſtens commune, de quo Scotus in 1. d. 4. q. 1. & alibi ſæpe.

Ad 6. patet dubio 3. ſolutione ad primum.

Ad 7. dico quod Ocham quem ſequitur Gabriel in 1. d. 12. q. 1. dicunt quod ſpirator ſignificat vnũ ſingulare commune Patri & Filio conſtitutum ex diuina eſſentia & ſpiratione actiua, quod conſtitutum ſola ratione diſtinguitur a Patre & Filio Innominato authore refert & recitat hanc opinionem Scotus antiquior Ocham, in 1. d. 12. Tenendo ergo quod ſpirator per ſe primo ſignificat Patrem & Filium, & quod nullus ſpirator communis datur, negat conſequentiam, quod nullum ſubſiſtens in communi detur, quia ſpiratio ex natura ſua eſt actio perſonæ, ideo fruſtra quæritur ſpirator communis: ſubſiſtere vero eſt modus eſſendi per ſe, ideo bene per prius ponitur in eſſentia quam in perſonis, ne aliquod eſſe perfectionis accipiat eſſentia ab ipſis perſonis, quæ plures ſunt & potius ab eſſentia habent ſuam perfectioné.

*Ocham.* *Gabriel.*

Ad 8. reſpondetur per not. 2. & ſecundam concluſionem, quia enim ſubſiſtentia in concreto & abſtracto ſumitur ſæpe pro ſubſiſtentia incommunicabili, ſæpe negatur ſubſiſtens commune, ſed quia non ſemper illo modo ſumitur verum eſt quod datur ſubſiſtens commune vt dictum eſt.

Ad loca Scoti quæ habetur cũ prima ſententia, dico, Scotũ in quol. q. 4. & 5. ſolutione ad 3. manifeſte ponere ſubſiſtentiã communicabile & incommunicabilem. Idé docet hic dicens. Natura eſt de ſe hæc & per ſe ſubſiſtens, licet non incõmunicabiliter, ideo ex varis locis eius ſolum habendum eſt, quod colligit & docet Caietan. 3. p. q. 3. art. 2. nempe, quod ſubſiſtentia, magis propriæ conuenit perſonæ quam eſſentiæ vt dictum eſt concluſione 2. vnde ſubſiſtentia eſſentiæ aliquando exiſtentiã, aliquando ſubſiſtentiã vocat. In vniuerſum autẽ eſt verũ, quod modum per ſe ſtatis habet a ſe, non acceptũ a perſonis & hoc vltimũ maxime notandum eſt.

*Num præter communem ſubſiſtentiam, ſint aliæ tres relatiuæ.*

CОncedere ſubſiſtentiã cõmuné, dicendo quod illa omnes tres perſonæ ſubſiſtunt, non eſt difficile. Concedere etiã tres ſubſiſtentias incommunicabiles, negãdo illã cõmuné, etiã nõ eſt difficile ſic opinatus eſt Alexander citatus. Concedere vero vnã cõmunem, in ſuper tres relatiuas ſimul, difficile eſt, Durand. in 1. d. 13. q. 1. & in 3. d. 2. q. 1. Capreol. q. 1. art. 3. ad 1. contra 4. concluſioné Marſil. in 3. q. 2. cõcedétes cõmunem ſubſiſtentiã, negant tres ſubſiſtentias relatiuas dicentes, omnes tres perſonas eadem ſubſiſtentia communi ſubſiſtere vnde opinio hæc admittit tres ſubſiſtentias in concreto, nõ tamé tres ſubſiſtentias in abſtracto, quia omnes illæ tres perſonæ ſubſiſtunt per eandem rationem ſubſiſtendi cõmunem.

Probatur hæc ſententia. Illa ſubſiſtentia cõmunis, eſt infinitæ perfectionis continens omnem aliã ſubſiſtentiã, ſicut & omné entitaté, ergo fruſtra ponitur alia ſubſiſtentia particularis & incommunicabilis, id eſt alia ratio ſubſiſtendi.

2. Subſiſtere dicit modum perfectiſsimum eſſendi in ſe & ad ſe, ergo non eſt modus perſonarum, quæ ſunt relatiuæ & ad aliud & nõ includũt perfectioné.

3. Subſiſtere, aut eſt prædicatũ eſſentiale, aut notionale, ſequitur quod nõ detur notionale ſubſiſtentia cõmunis ergo de veniendũ eſt ad opinioné Alexandri vel Durandi, & nullo modo poteſt ſimul ſuſtineri, quod ſit ſubſiſtentia cõmunis in abſtracto, & triplex alia in abſtracto. Nam quod in concreto dentur tres ſubſiſtentes in eadem ſubſiſtentia cõmuni, eſt veritas fidei, quod maxime notandum eſt.

Oppoſita ſententia eſt Scoti hic & q. 5. ad 2. & in quol. q. 4. & 5. ſolutione ad 3 quã ſequuntur expoſitores S. Tho. 3. p. q. 3. art. 2. & aperte loco allegato. Diſcrimen conſiſtit in hoc, an nõ ſolũ ſint tres ſubſiſtẽtes adiectiue, ſed ſubſtãtiue, ita quod in qualibet perſona, ſit diſtincta ratio ſubſiſtendi incommunicabiliter. præter illã ſubſiſtentiã cõmuné, quæ eſt prima radix & fundamẽtũ totius relatiuæ ſubſiſtẽtiæ, quod minime negari poteſt. Eſt exemplũ. Prima ſubſtantia velut primũ fundamẽtũ ſuſtentat omnia, cũ hoc bene ſtet, quod quantitas immediate ſuſtentet. Similiter anima, radix eſt ſuarũ operationũ, nihilominus diſtinctæ operationes, ſũt immediate indiſtinctæ potentiæ. Similiter fingamus vnã & eãdé albediné exiſtentem in tribus ſubiectis, in quolibet tamen habere quendam modum ſpecialis inhæſionis, ſic quærimus an præter illam ſubſiſtentiam communé, ſit in quolibet perſona quædam ratio incommunicabiliter ſubſiſtendi. Nos dicimus affirmatiue. Noſtra ſententia probatur ex concilio Conſtantinopolitano 6. actione 10. Vbi dicitur. Beata Trinitas eſt numerabilis per

*In 1. d. 1. 28. q. 5.*

ſonalibus ſubſiſtentiis vbi ſubſiſtentie non ſolū ſumi videtur pro perſona ſubſiſtente, ſed pro ratione ſubſiſtendi & 7. Synodo actione 3. in epiſtola Synodali Theodoſij Patriarchæ Hieroſolimitani (quā probat Synodus) dicitur Trinitatem, diuiſam eſſe numerarijs ſubſiſtentiis, ſubſtantiæ vero & naturæ identitate, vnitam. Videtur ergo quod non ſolum ſunt tres ſubſiſtentes ſed tres rationes ſubſiſtendi. Probetur ſunt tres perſonæ diſtinctæ per tres perſonalitates diſtinctas & quælibet diſtinctè ſubſiſtit, ergo ſicut per diſtinctam perſonalitatem conſtituitur in eſſe perſonæ, ſic per diſtinctam rationem ſubſiſtendi, ſubſiſtit nam iſte relationes non ſolum conſtituunt diſtinctē perſonam, ſed diſtinctam perſonam ſubſiſtentē. Nō enim videtur poſſe multiplicari hoc concretum incommunicabiliter ſubſiſtens, niſi multiplicetur abſtractum quod ſit ratio concreti: iſte enim diuine relationes non ſunt ad iacentes & adherentes ſubſtantiæ, ſicut relationes create ſed ſunt ſubſiſtentes in ſe, per ſuam propriam rationem.

Secundo, Primus terminus incarnationis, eſt diuina perſona ſub ratione ſuæ propriæ ſubſiſtentiæ, alias vera eſſet opinio Durandi (de qua q. 5.) dicentis quod prius facta fuit vnio ad naturam diuinam quā ad perſonam (quia perſona diuina ſubſiſtit per eſſentiam) quod eſt falſum quia tunc omnes perſone eſſent homo, igitur quælibet perſona propriam habet ſubſiſtentiam.

Ad primum argumentum dico quod relationes diuinæ non ſolum ſunt ad aliud, ſed ſubſiſtunt, ideo mirum quod habeant aliquem modum perfectionis, non tamen ſimpliciter ſimplicis quia iſtud eſt communis ſubſiſtentiæ.

Ad 2. Dico quod non ſufficit vna ſubſiſtentia communis nam quamuis ratione ſue infinitatis contineat omnem entitatem fundamentaliter & radicaliter, non tamen eſt formaliter incommunicabilis, ideo ſicut non fruſtra ponitur in concreto alia & alia ſubſiſtentia incommunicabilis, ita nec in abſtracto, quia nihil aliud eſt vnam perſonam eſſe incōmunicabilē alteri, niſi habere rationē ſubſiſtendi, que incōmunicabilitas dicit aliquam rationem poſitiuam ratione cuius repugnat ſibi communicatio, quæ formaliter non inuenitur in eſſentia, licet inueniatur identice propter ſui infinitatem Hanc rationem poſitiuam dicimus rationem ſubſiſtentiæ incommunicabilis, cui poſitiue repugnat communicari vt q. 2. art. 3 latè docet Author.

Ad 3. Dico quod ſubſiſtere in communi, eſt indifferens ad vtrumque, ſicut ſubſtantia in creaturis eſt quid commune ad ſubſtantiam primam & ſecundā. Per modum communicabilitatis vel incommunicabilitatis contrahitur ad eſſentiale & notionale. Subſiſtere eſſentiale, eſt perfectio ſimpliciter ſimplex. Subſiſtere incommunicabiliter non eſt perfectio ſimpliciter ſimplex, non tamē eſt imperfectio. Quod illa cōmunis ſubſiſtentia non ſufficiat dictum eſt ſolutione precedente.

*An eſſentia diuina poſſit eſſe primus terminus aſſumptionis.*

QVæſt. iſta precipua eſt in hoc art. de qua vidēdus eſt Alexander 3. p. q. 2. in vbi tenet partē negatiuā quia vt vidimus ipſe negat hanc cōmunē ſubſiſtētiā Magis mirū eſt quod Capreol⁹, qui concedit cōmunē ſubſiſtentiam, tenet partem negatiuā in 3. d. 1. q. 1. ad argumenta contra 4 concluſionem. Fundamentū Alexandri eſt quia ſi in diuinis eſſet tantū vnica perſona non poſſet fieri vnio eſſentiæ quin fieret perſonæ ergo nec modo.

2. Arguitur ex fundamento Capreoli. Ad hoc quod eſſentia aſſumat naturam non ſufficit communis ſubſiſtentia ergo nō poteſt eſſe terminus aſſumptionis, antecedens probatur. Natura aſſumpta, eſt perſonabilis in ſe, ſed eſſentia diuina nō habet perſonalitatē, ergo per ſubſiſtentiā cōmunem non poteſt naturam aſſumere niſi accedat ratio incōmunicabilis perſone.

3. Ad aſſumptionē requiritur actio, actiones ſunt ſuppoſitorum ergo hic Deus communis aſſumere non poteſt.

4 Si eſſentia diuina eſſet primus terminus, Deus eſſet hic homo, & hæc perſona, quia eſſet ſubſiſtens in humana natura, conſequens eſt falſum, igitur illud ex quo ſequitur.

5 Scotus probat quod eſſentia poteſt eſſe primus terminus, quia eſt prior perſonis nullum eſſe habens ab ipſis, ergo nullo modo poteſt eſſe primus terminus, nam ideo ſubſtantia non eſt cui primo vnitur albedo, quia ſubſtātia eſt prior quātitate, vnde quod ab extrinſeco vnitur, immediate vnitur poſteriori, ergo eſſentia non poteſt eſſe primus terminus.

De propoſito dubio. videndus eſt Seraphicus Bonauent. d. 5. art. 2. q. 4 Ricard. ibidem art. 1. q. 2. Durand. hac d. q. 4: vbi plures premittit ſenſus huius queſtionis. Summere poteſt ex Alberto d. 5. art. 2. Primus ſenſus eſt, an ſi Deo eſſet tantū vna perſona, nō relatiua ſed abſoluta, poſſet tūc fieri vnio, in quo ſenſu nulla eſt difficultas ideo author ommiſſo hoc ſenſu & aliis quos taceo breuitatis cauſa querit de ſenſu difficili, an Deo qui nunc eſt tribus perſonis communis, poſſit fieri vnio alicui perſonæ ſed tantū prout ſunt vnum cū diuina eſſentia, ſic communiter ſubſiſtenti.

Partē affirmatiuā tenet Scotus hic Ricard. Durād. locis citatis Ocham. in 3. q. 1. Gabriel hac d. q. 1. art. 3. dub. 4. Caieta 3 p. q. 3. art. 3. quem recentiores ſequūtur Thomiſtæ. Ratio eſt aſſignata, quia de ſe habet ſubſiſtere ergo poteſt in illa, humana natura exiſtere & ibi ſuſtentari. Hæc ratio præuiſa eſt ideo omnes rationes quas adducit Medina vbi ſupra S. Tho. textu excepta, nō pertinent ad punctū difficultatis. Nec oppoſitū huius vult Scotus infra d. 5. q. 1. quia ibi ſolū loquitur dubitatiue, ne in re graui nimis aud. acter loquetur.

Ad Primū dico, quod ſi in Deo eſſet tantū vna perſona, illa omnino eſſet abſoluta, ideo non communicaretur eſſe abſolutū ſine ratione perſonæ, modo vero quāuis ſumma ſit vnitas ac ſimplicitas, tamen datur eſſe cōmune abſolutū aliquo modo diſtinctum a ratione relatiua incōmunicabili, & quia intelligitur ſubſiſtens prout commune eſt, dicimus quod pro vt ſic poteſt eſſe terminus aſſumptionis.

Ad 2. Dico quod ad hoc quod natura aſſumatur, nō requiritur perſonalitas in aſſumente, ſed ſubſiſtētia, in qua poſſit ſuſtentari & vniri natura aſſumpta. Hac ſufficiēter præſtat ſubſiſtentia communis.

Ad 3. Dico quod creatio per ſe primo cōuenit huic Deo ſingulariter exiſtenti, quia incommunicabilitas non eſt ratio agendi. Docet Scotus in 1. d. 4. q. 2 Expoſitores S. Tho 1. p. q. 39. art. 4. vnde actiones non ſunt preciſe ſuppoſitorū, ſed ſingularium patet in anima ſeparata. Similiter calor calefaceret extra ſubiectū Docet Scotus ſequitur Caietanus 1. p. q. 79. art. 2. *Scot. in 1. d. 12. q. 1. ad 2. in 4 d. 12. q. 3.*

Ad 4 Dico quod humanitas nō eſſet perſona, quia in tali caſu, nō eſſet per ſe. Nec hic Deus, eſſet perſona quia ſubſiſtentia communis, non ſufficit vt iam diximus ſupra, ergo hic Deus homo nullo modo,

eſſet

eſſet perſona; eſſet tamen ſubſiſtens vt dictum eſt. Negetur ergo ſequela quia aliquid de eſſet.

Ad vltimum dico quod in corporalibus vbi vnum impedit intimam præſentiam alterius habet verum illud exemplum non in diuinis vbi vnum quod eſt quaſi poſterius, non impedit intimam præſentiam alterius.

*Num ſi eſſentia eſſet primus terminus aſſumptionis qualibet perſona vniretur humanitati.*

QVæſtio habet ſedem apud Authorem concluſione 2. in corpore, quæ in ſumma teſt. ſecūda eſt, vbi docet Author partem affirmatiuā, ad quod ſequitur, quod quolibet perſona eſſet homo. Contra quod faciunt tria argumenta ſed contra præcedentis art. quæ iterum hic fuerunt poſita quia huic art. correſpondebant.

4. Arguit Durand. in 3. d. 1. q. 4. Natura eſt vna & ſingularis, ſuppoſita ſunt plura conſtituta per relationes ergo aliquid reale poteſt competere eſſentiæ ſecundum eſſe abſolutum, quod non competat perſonis ſecundū rationē relatiuā. Quinto A noſtris deceſſiti, contra quos arguit Vaſſolis in 1. d. 1. q. 1. ad hominem. Beatus ſecundum Scotum in 1. d. 1 q 2, po-
Vaſſol. teſt videre eſſentiam ſine perſonis ergo poteſt humana natura eſſentiæ vniri abſque eo quod vniatur perſonis.

6. Arguitur ex Authore d. 1. q. 2. art. 2. argu. c. iſta vnio eſt realis & ad terminum realem, tres perſonæ ſunt maxime vnum cum eſſentia ergo impoſſibile videtur quod aliquid vniatur eſſentiæ quin vniatur perſonis non ſolum mediate vt dicitur ſed immediate. conſequenter ſequitur contra veritatem præcedentis art. quod potuit aſſumi a tribus ſimul & immediate. Conſequentiā probo, quia ſi natura mea & perſonalitas mea eſſent omnino idē, non poſſet aliquid vniri naturæ meæ quin vniretur immediate ſuppoſito meo. Ad idem eſt argumentum primum dubii præcedentis.

Durand. in 3. d. 1. q 4. conſentiens nobiſcum in
Durand. 3. concluſione, quam non recipiunt negantes communem ſubſiſtentiam, reiicit ſecundam, in qua fundatur præſens dubium. Vbi duo dicit primo quod in caſu primæ concluſionis iſta eſſet vera. Deus eſt homo. Dicit ſecundo quod iſta. Pater eſt homo, Filius eſt homo, non eſſet vera abſolute, addita vero reduplicatione eſſet vera, Pater inquantum Deus eſt homo. Hoc ſecundum dictam Durand. acerrime impugnat Caietan. 3 p. q. 3. art. 3. nam ſicut actio creā-
Caieta. di conuenit tribus ratione vnius eſſentiæ, ita ratione eſſentiæ aſſumentis & terminantis naturam, omnes mediate aſſumerent, quia eadem eſt ratio. Quod argumentum probat, exemplum albedinis, quod habet Author in litera, licet illud impugnet Durand. in 1. d. 26. q. 1. ſuadetur. Secūdo quia ſequeretur ex ſētētia Durand. quod mundo non eſſet abſolute vera iſta.
Metina. Deus eſt homo niſi addendo, Deus filius eſt homo, conſequens eſt falſum, ſequelam probo, quia nunc terminus immediatus, non eſt hic Deus communiter ſubſiſtens, ſed perſona incommunicabilis. Metina ibidem inquit quod illa propoſitio Durand. Pater in quantum Deus eſt homo, eſt heretica vel ſapiens hereſim. Forſam mens Durandi ſolū eſt docere quod in caſu poſito non deberet concedi abſolute. Pater eſt incarnatus, quia denotaretur quod ad illam immediate facta fuiſſet vnio.

Ad primum Autoris Dico quod Anſel. debet intelligi ſi perſona ſit primus terminus: ſic enim non poſſunt tres perſonæ eandem aſſumere naturam.

Ad 2. ſimiliter dicitur quod quādo eſſentia eſt primus terminus, bene poteſt aſſumi a tribus, nec propterea natura ſic aſſumpta erit illimitata, quia tunc exiſtens in pluribus eſt illimitatum, cum dat aliis aliquā perfectionem, ſicut eſſentia diuinæ perſonis. hic vero potius humana natura recipit, ideo nulla hinc colligitur infinitas.

Ad 3. Nota quod cum erat argumentum ſed contra, concludit intentum, de quo ſufficienter dictum eſt art. 1. Nunc cum eſt argumentū principale nihil concludit, quia nulla perſona vt ab alia diſtincta ſuſtentaret naturam, ſed vt ſunt vnū cū eſſentia, ideo hinc potuit aſſumi a tribus mediate.

Ad 4. quod eſt Durandi dico quod eſſentia ſicut non eſt aliquid diſtinctum a perſonis, ita non poteſt aſſumi aliquid ab eſſentia, quin mediate aſſumatur & terminetur ad perſonas, ideo qualibet perſona eſſet homo. Si dicas, idem nunc ſequi quia perſonæ ſunt idem diuinæ eſſentiæ dico eſſe falſum, quia nunc ratio immediata terminandi eſt propria ſubſiſtentia filii, ideo quod competit Filio per propria, non poteſt competere Patri.

Ad 5. Quod eſt Vaſſol. Dico quod vnio naturæ humanæ ad eſſentiā, eſt ad id quod eſt in ſe ſima actu humanitatis, & quia natura eſt idem cum perſonis, non poteſt impediri mediata vnio ad perſonas, conſequēter denominatio reſultans. Quia vero vnio beatifica fit mediante actione intellectus cognoſcentis obiectum, poteſt cognoſcere obiectum ſicuti eſt ſecundū vnam rationem, abſque eo quod cognoſcat illud ſecundam aliam rationē, quia talis cognitio nō eſt cōprehenſiua. Videndus eſt Scotus infra d. 14. q. 1. art. 2. ad primum.

Ex hoc argui poteſt ad Thomiſtas. Humanitas vnitur eſſentiæ immediate, ergo vniri poteſt intellectus beati abſque eo quod videat perſonas. Diſſoluit Metina 3. p. q. 3. art. 3. latius in 1. d. 1.

Ad 6. Dico quod inter eſſentiam & relationem eſt diſtinctio formalis, & hoc ſufficit vt natura fuerit immediate aſſumpta a perſona non ab eſſentia, & ad hoc quod vice verſa poſſet aſſumi ab eſſentia abſque eo quod immediate aſſumeretur a perſona. Lege ſolutionem primi præcedentis dubii.

*Num natura aſſumpta ab eſſentia, poſſet immediate aſſumi a perſona.*

QVæſt. hæc ex veritate vtriuſque concl. oritur, apud Thomiſtas dicentes eandem naturam a tribus poſſe aſſumi, nullam habet difficultatem. ſed apud Scotiſtas qui negant poſſe aſſumi a tribus Ratio dubii deſumitur ex hoc quod termini vtriuſque aſſumptionis non videntur eſſe eiuſdem rationis, ſicut ſunt duæ perſonalitates ergo ſi eſſentia non perfecte terminat, vt perſona, locum erit vt perſona poſſit terminare, quatenus perſona eſt.

Durand in 3. d. 1. q. 6. reſpondet affirmatiue docens de facto ita fuiſſe, nam natura humana prius fuit aſſumpta ab eſſentia, poſtea ad propria perſona Filii Dei de quo q. 5. Idem diceret Caietanus & Metina 3. p. q 3. art 3 non ſolum quia poteſt aſſumi a tribus, ſed quia iſta & illa aſſumptio eſt alterius & alterius rationis vt habet ratio dubitandi.

In hac redico quod ſi anima immediate aſſumeretur

tur ab vna perſona & non corpus, poſſet corpus aſſumi ab alia perſona, quia corpus ſuã habet partialem exiſtentiam diſtinctã ab anima. Ita Author intra d. 2. art. 1 ratione 4 contra Varronem.

Secundo Dico eſſe probabilius in via Scoti quod non poſſet immediate aſſumi ab aliqua perſona. Colligitur ex Authore hic dicente. Subſiſtit cõmunis ſubſiſtentia, ergo ſufficienter terminat quicquid eſt terminabile in natura alias ſequeretur quod perfecte terminare, eſſet proprium diuinę perſonę ide colligitur ex art. præcedenti vbi aſſimilat has vniones & dependentias, ſed iſta ſimilitudo nõ poteſt eſſe ex parte terminorum terminantium, quia vt ſic, vt inquit Caietanus, ſunt alterius rationis ergo cõſiſtit ſimilitudo in hoc quod ſunt perſona terminat quod in natura, ita eſſẽtia diuina id ipſũ terminat. ergo ſi terminata ab vna perſona non poſſet terminari ab alia ſecundum Scotum. ſimiliter terminata ab eſſentia non poteſt terminari a perſona.

Ratione ſic. Modus exiſtendi, aut eſt in ſe, aut eſt in alio, natura non exiſtente in ſe ſolum debetur modus exiſtendi in alio, ergo ſi aſſumitur ab eſſentia, iam tota capacitas eius quantum attinet ad exiſtẽdum in alio, eſt terminata, ergo iam procedit ratio, qua probauit Autor non poſſe aſſumi a tribus.

Ad rationẽ dubitãdi. Dico quod quãuis termini ſecundum ſe ſint diſtinctæ rationis, ſecundum quod vnus eſt ſubſtantia communis, alius vero terminus eſt ſubſiſtentia incommunicabilis, nihilominus paſſiue ex parte naturæ idem eſt modus exiſtendi in alio. Si ab eſſentia terminatur iſte modus, non eſt alius modus, quem perſona poſſit præſtare. in ſuper ſi eſſet alius & alius modus, vterque in aliquo conueniret, ideo quod erat terminatum ab eſſentia, non poſſet terminari a perſona, verbi gratia quamuis lapis triangularis alio modo repleret vacuum vaſis triangularis, quam corpus rotundum, tamen ſi eſſet repletum corpore rotundo, non poſſet alius lapis triangularis ſimilis vaſi triangulari illud vas replere. Similiter videtur dicendum in præſentiarum.

Sed contra ſecundum membrum ſolutionis quæritur ad quam vnitatem eſſet in tali membro. * Nõ ad vnitatẽ naturæ.

## FVNDATVR ART. III.

*Vtrum talis aſſumptio eſſet ad vnitatem naturæ vel perſonæ.*

*Art. erat argumentum in fine quæſt.*

AD tertium ſic proceditur. Videtur quod talis aſſumptio ad nullam eſſet vnitatem. * Non ad vnitatem naturæ quia tunc eſſet eadem natura aſſumpta cũ aſſumente nec ad vnitatem perſonæ quia perſona nõ eſt terminus illius vnionis perpoſitum. ſed eſſentia, igitur ad nullam vnitatem eſſet aſſumptio.

Reſpondeo dicendo quod talis aſſumptio eſſet ad vnitatem nõ identitatis vel compoſitionis ſed vnionis naturæ huius ad illam, & ita vnio eſſet ſpecialis de pẽdentia naturæ ad naturã ſimilis illi quæ nunc eſt naturæ ad perſonam.

Ad argumentum, quando dicis ſi eſſet ad vnitatem naturę igitur eſſet vna natura aſſumens & aſſumpta dico quod non eſt concedendum quod ſit ad vnitatem naturæ. Sed tantum eſt ibi vnio ad naturam vel ad vnitatem vnionis naturę cum natura quia cũ dicitur vnitas naturæ accipitur ibi vnitas naturæ ex vi conſtructionis pro vnitate identitatis vel compoſitionis. Neutra eſt ibi. Nõ ſic tamen accipitur vnitas cũ dicitur aliquid aſſumi in vnitate perſonę quia ibi ex vi conſtructionis accipitur vnitas pro vnitate vnionis.

Contra ſicut ſequitur perſona eſt primus terminus vnionis ergo aſſumptum vnitur in vnitate perſonę ita videtur ſequi hic natura eſt primus terminus vnionis. Igitur aſſumptum vnitur in vnitate naturæ. *Obiectio.*

Reſpondeo licet prima conſequentia teneat quia idẽ ſignificat cõſequens quod antecedens, ex vi conſtructionis vnitatis cum ſi perſonæ. Tamen ſecunda conſequentia non tenet quia antecedens ſignificat naturam eſſe terminum vnionis ſed conſequens ſignificat vnitatem identitatis naturæ ad naturam vel compoſitionem ex natura & natura. Vnde propoſitio tacta in primo enthimemate. vera eſt hic videlicet quod vnitur perſone vnitur ad vnitatem vel in vnitate perſonæ. Propoſitio autem tacta in ſecũda cõſequẽtia falſa eſt, hæc ſcilicet quod vnitur naturæ ad vñitatem vel in in vnitate naturę. Nec eſt hæc difficultas realis ſed tamen gramaticalis in re enim vnitas perſonæ non communicatur formaliter naturæ aſſumptæ ſed tantũ vt terminus dependentiæ. Sicut nec vnitas naturæ cõmunicatur formaliter naturæ aſſumptæ ſi natura eſſet terminus vnionis, nec etiã ex perſona aſſumẽte & natura aſſumpta fit tertium compoſitum ſicut nec ex natura & natura. Sed tantũ modus loquendi eſt alius dicendo vnitatem naturæ & vnitatem perſonæ quia in primo modo loquẽdi notatur vnitas idẽtitatis vel compoſitionis. In ſecunda non notatur niſi vnio ad perſonam, vt ad terminum.

*Super D. 1. quæſt. 2. art. 3.*

ART iſte argumentum erat in fine quæſtionis. Inſtitui art. quia habebat corpus & ſolutionẽ argumenti.

argumenti. Eſt ergo in litera duplex concluſio. Neutra aſſumptæ ab eſſentia diceretur vnam cum illa, non quia reſultaret vna natura tertia diſtincta ab humana & diuina, ſed quia natura humana eſſet vnita diuinæ.

2. Concluſio. Hæc vnio eſſet ſpecialis dependentia, ſimilis illi quæ nunc eſt naturæ ad perſonam.

Circa iſtum art. Notandum eſt quod Author intendit vitare varios errores, qui fuerunt antiquitus circa hoc myſterium. Quidam enim dixerunt ex diuina & humana natura reſultaſſe vnam naturam tertiam compoſitam ſicut cum mixtum reſultat ex pluribus ſimplicibus per commixtionem. Hunc errorem multi tribuunt Eutycheti. Eundem ſequuti ſunt Iacobitæ vt refert Nicephor libro 18. c. 45. & alij hæretici, dicti Acephali, quia degebant ſine epiſcopis, qui ſunt capita eccleſiarum, vt vult citatus Nicephorus, Aut quia duce caruerunt vt vult Caſtro 4. aduerſus hæreſes verbo Chriſtus heres. 4.

Caſtro. Alij dixerunt quod caro Chriſti fuit conuerſa in Deitatē. Iſte error ſine dubio fuit Eutychetis, qui fuit monachus Conſtantinopolitanus tempore Leonis primi & Martiani Imperatoris quamuis enim ante incarnationem eſſent duæ naturæ tamen poſt incarnationem vna manſit, quia caro fuit conuerſa in deitatem, ideo dixit, Chriſtum ſubſiſtere ex duabus naturis non in duabus, quia poſt vnionem non manſerunt duæ naturæ. Colligitur hoc ex epiſtola Flauiani, quam ſcripſit ad Leonem. Habetur tom. 1. conciliorū in Epiſtolis præambulis ante conciliū Chalcedonenſe. Et ex epiſtola Leonis ad Flauianum Epiſcopum Conſtantinopolitanum.

Alij dixerunt in Chriſto, eſſe vnam naturam per hoc quod aliquid diuinitatis fuit conuerſum in carnem modo oppoſito errori præcedenti ita dixit Apolinaris de quo videndu. eſt Aug. hæreſ. 55. Epiphā. hæreſ. 76. Nicepho. libro. 11 hiſtoriæ Eccleſiaſt. c. 12. Aliam partē diuinitatis dicebat manſiſſe loco animæ ita colligitur aperte ex Aug. tom. 3 libro de agone chriſtiano c. 18. & 19. & libro 83. quæſt. quæſt 80.

Alij dixerunt reſultaſſe vnam naturam per vnionem vtriuſque naturæ ſine confuſione alicuius naturæ, ſicut cum ex corpore & anima reſultat vna natura humana. Huius erroris meminit Iuſtinianus Imperator in edicto fidei ad Ioann. 2. Hunc errorem Caſtro aduerſus hæreſes lib. 4. Verbo Chriſtus heres 4. tribuit Eutycheti. Conſequenter quidem, nam ſi iuxta Aug. diuinitas ceſſet loco animæ nimirum quod ſibi tribueretur iſte modus compoſitionis.

Neſtorius videns hoc eſſe errorē, & neſciens modum ineffabilis vnionis dixit, in Chriſto duas eſſe naturas & perſonas. Omnes iſti ſic errarunt vt author eſt Dam. libro 3. orthodoxæ fidei c. 3. quia non potuerunt intelligere vnam perſonam poſſe eſſe in duabus naturis, & naturam integram poſſe eſſe in aliena perſona, ideo ex duabus naturis inferebant duas perſonas vel ex vna perſona vnam naturā idē colligitur ex Gregor. Niſſeno libro de differentia eſſentiæ & hypoſtaſis & ex concilio Chalcedonenſi act. 1.

S. Tho. 3. p. q. 2. art. 1. Sit concluſio in Chriſto eſt duplex natura abſque aliqua confuſione. Veritas eſt diffinita in concilio Epheſino 1. & Chalcedonenſi act. 5. & in 5. Synodo act. 1. & 6. Synodo act. 11. & 17. in concilio Lateranenſi ſub Innocent. 3 habetur in cap. firmiter extra de ſumma Trinitate. Citatus Leo ad Flauianum in-quit. Vnum coruſcat miraculis, aliud ſuccumbit in iniurijs. Congruunt hæc verba cum illo Pauli 2. Cor. 13 Nam etſi crucifixus eſt ex infirmitate ſed viuit ex virtute Dei. Id eſt ſi ex infirmitate naturæ humanę fuit mortuus, ex virtute diuinitatis ſurrexit à mortuis. Ratio eſt ſic, Quia aliter nō poſſunt intelligi loca ſcripturæ quæ videtur contraria vt illud Ioann. 10. Ego & Pater vnum ſumus, & illud, Pater maior me eſt. in concilio Epheſino ad finem decretorum dicitur. Iterat in eo corpore quod patiebatur Deus qui pati non poterat.

Contra primum errorem eſt quia tunc Chriſtus nec eſſet Deus nec eſſet homo, ſed aliquid mixtum ex duabus, differens ab vtroque ergo nullo modo vt homo paſſus eſt. Secundo quia tunc natura diuina eſſet mutata, contra illud Malach. 3. Ego Deus & non mutor 3. quia tunc etiam Pater & Spiritus ſanctus eſſent incarnati, quia diuinitas cōmunis omnibus fuit alterata ad mixtionem. 4. Sequeretur quod non fuiſſet incarnatio (ex falſo ſequitur quodlibet) quia incarnatio eſt vnio carnis ad diuinam perſonam, ſed fuit mixtio & confuſio, ergo nō fuit incarnatio quia per mixtionem mutatur eſſe miſcibilium.

Cōtra ſecūdū errorē arguit Leo Papa. Si humanitas fuit cōuerſa in diuinitatē, ergo præexiſtebat ante. & ſic negatur veritas incarnationis, & aliquid aduenit diuinæ naturæ quod eſt contra rationem perfectionis. Inſuper tunc Verbum non diceretur caro, potius quia fuit conuerſa caro in diuinitatem. Inſuper non poſſet crucifixi quia iam caro per conuerſionē amiſit ſuum eſſe.

Contra 3 errorem eſt, quia vt diximus diuinitas eſſet mutata. Non eſſet actus purus, quæ omnia pugnant cum ratione naturali. Contra hunc errorem inquit Chriſoſtom in Ioannem in illa verba Verbum caro factum eſt Ne turberis nec enim ſubſtantiam conuertit in carnem: hoc enim vere impiū eſt intelligere ſed manens quod eſt, formam ſerui aſſumpſit & ſeruum. Vnitate namque & connectione vnus eſt Deus Verbum & caro ſed arcana quadam & inexplicabili vnitate.

Contra 4. errorem eſt ſimiliter quod Deus eſt actus purus, ideo illo modo non poteſt facere compoſitionem cum aliquo, vt dicemus d. 6. vbi docet Scotus quod facit compoſitionem ſolum per vnionem hoc eſt quod ſine aliqua cōfuſione poſſit natura diuina immediate vnire humanæ præſtando ei exiſtentiam ſiue ſubſiſtentiam qui modus vnionis & vnitatis eſſet ſimilis illi quæ nunc eſt: nunc enim catholica & vera fides eſt quod vna perſona ſubſiſtit in duabus naturis diſtinctis non confuſis non tamen ſeparatis ſed vnitis & ad vitandum errores hæreticorum quos nunc commemorauimus dicunt doctores ſacri quod vnio facta eſt in perſona non in natura nō quia natura non fuerit vnita naturæ mediatæ ſed ad ſenſum hæreticorum negant quod non eſt facta vna natura ex ambabus & hinc excludunt dicentes quod vnio facta eſt in perſona id eſt perſonæ immediate adeo integra manente vtraque natura perſona filij Dei ſubſiſtit in vtraque natura Modo diximus quod ſi vnio fieret huic Deo immediate etiam nulla eſſet confuſio ſed quod humana natura exiſteret in deo ſicut nunc exiſtit in perſona & nō reſultaret aliqua entitas ex vtriuſque naturæ vnione ſicut ex anima & corpore ideo non ſolum priores vitamus errores ſed quartum,

## QVAESTIO. III.

*Vtrum vna perſona poſſet aſſumere plures naturas.*

AD tertiam quæſtionem ſic proceditur. Videtur quod nõ poſſit aſſumere plures naturas quia aut eſſet vnus homo aut plures, non vnus homo quia nõ vna natura tantũ. Non plures quia non plura ſuppoſita. Prima conſequẽtia probatur per poſitum quia tres perſonę ſũt vnus Deus. Secũda probatur per hoc quod habens plures ſciencias propter vnitatem perſonæ eſt vnus ſciens.

2. Præterea. Natura habet numerationem & vnitatem a ſuppoſito quia natura vt abſtracta ab indiuiduis non numeratur igitur ſi vnum ſuppoſitum & vna natura.

Sed contra alia natura potuit aſſumi, iſta non aſſumpta, igitur & modo poteſt. Pprobatio conſequentiæ quia nec potentia alterius naturæ eſt reducta ad actũ, per hoc quod hęc eſt aſſumpta. Nec relatio ex parte verbi aſſumentis habet iſtam naturam adequatam ſibi in ratione terminati dependentis ad terminans inde pendens, quia et ſi vnum cauſatum non poſſit dependere totaliter ad plures cauſas totales tamen bene poteſt vna cauſa totaliter terminare dependentias multorum cauſatorum igitur, &c.

Reſpondeo dicendo quod aliqua natura poſſet habere dependentiam eiuſdẽ rationis cum iſta, & etiam ſimul cum iſta quia non eſt repugnantia reſpectu naturarum: actualis enim dependentia vnius naturæ non repugnat dependentiæ alterius naturæ. Nec eſt repugnantia ex parte Verbi, quia per hoc non ponentur in eo niſi plures relationes rationis, vel nulla relatio rationis, ſed tantum quod ipſum terminet plures relationes reales ad ipſum: hoc autem non eſt impoſſibile ſicut tota Trinitas terminat omnes relationes reales creaturarum. Nulla eſt igitur cauſa impoſſibilitatis aſſumptionis alterius naturæ, etiam iſta natura manente vnica.

Ad primum argumentũ dicitur quod *Ricard.* neceſſet vnus homo nec plures. Sed cõtra. Vnum & multa ſunt oppoſita imme *Impugnatio.* diate diuidentia ens, igitur a ſimili circa hoc ens quod eſt homo, vnum vel alterũ eſt immediate verum. Vt ſi eſt homo neceſſe eſt quod ſit vnus homo vel plures aliter non eſſet homo. Probatur etiam hoc per vnum & non vnum, quæ circa quodcũque includunt contradictionem, & non vnum in ente, eſt multa neceſſario. Aliter dicitur quod eſſet vnus homo *S. Tho.* ab vnitate ſuppoſiti ſicut vnus ſciens licet ſciret plures ſcientias.

Sed contra hoc eſt, quia tunc propter *Impugnatio.* plurificationem ſuppoſitorum deberet plurificari tale concretum & natura, & ita plures perſonæ diuinę eſſent plures dij. Ideo dico tertio modo ſicut dictum eſt. d. 12. primi libri, quod pater et filius ſunt vnius ſpirator, non tamen vnus ſpirans, ſed duo ſpirantes quære ibi. Contra. Sicut eſſe hominem eſt eſſe perſonã ergo eſſe plures homines eſt eſſe plures perſonas. Reſponſionem quære in 12. d. primi in illa diffi. gramaticali de ly ſpirans: & ſpirator.

Ad aliud dico quod ſicut ſingularitas *2. Principale.* pręcedit rationem ſuppoſiti, ita poteſt pluritas naturarum ſtare in eodem ſuppoſito.

*Super D. 1. q. 3.*

IN litera vna eſt concluſio affirmatiua quia non repugnat ex parte alicuius extremi. Non ex parte naturę nam cũ dependẽtia vnius effect' ab vna cauſa ſtat quod ab eadem cauſa pendeat alius effectus ideo non ſequitur inconueniens art 2. q. 2. Nõ ex parte perſonæ quia per hoc nihil ponitur repugnãs verbo. Suadetur a ſimili nam beata. Trinitas terminat relationes creaturarum ergo poteſt diuina perſona plures & omnes naturas aſſumptibiles terminare 3 Quælibet natura habet ſuam propriam potentiam & capacitatem vt poſſit aſſumi ſed vna natura non adequat virtutem Verbi ad terminandum ergo poteſt aliam & aliam terminare eſt argumentum ſed contra.

*Num plures naturæ eiuſdem ſpeciei poſſint ab eadem perſona aſſumi.*

DE quæſt. quã hic diſputat Scotus egit D. Tho. 3. p. q. 3 art 7. Ricard d. 1. art. 1. q. 3. Palud. q. 3. art. 1. Durand. q 3. & iſte eſt ſenſus quæſtionis: ideo enim inquirunt an eſſet vnus homo vel plures. Quod non quærerent, ſi ſermo eſſet de pluribus naturis diuerſæ ſpeciei. Eſt ratio dubitandi, quia ſicut duo accidentia abſoluta non poſſunt eſſe in eodem ſubiecto, ſic nec duæ naturæ in eadem perſona.

2. Probatur impoſſibilitas ex parte diuini Verbi, nã Verbum diuinum terminat diuinam eſſentiam perfectiſſime & adæquate eo modo quo per illam perſonam poteſt terminari, apparet in hoc quod Pater æternus vnicum filium producit tanquam terminũ adæquatum, & illo modo non poteſt eſſe ſecundus terminus diuinę generationis, hoc ſignificatur Pſal. 44

Eructauit

Eructauit cor meum Verbum bonum id eſt perfectum & adequatũ Pſal. 2. Filius meus es tu, id eſt vnicus filius meus, ergo non poteſt Verbum terminare aliam naturam.

Concluſio eſt affirmatiua. Probatur ſufficienter rationibus Authoris.

Ad primum Dico. Plura accidentia eiuſdē ſpeciei non poſſe eſſe in eodem ſubiecto, quia non habent vnde diſtinguantur eo quod ſecundum gradus albedinis vniuntur & penetrantur ſa habent cum primo. Hæc vero natura humana habet ſuam ſingularitatē diſtinctam a Verbo & aquabbet alia natura, ideo plures aſſumi poſſunt.

Ad 2. Dico quod illo modo quo perſonalitas Filii terminat diuinam eſſentiam, nempe conſubſtantialiter & connaturaliter, quia eſt idem cum illa, non poteſt aliam terminare, ſed extrinſece bene poteſt eliā & aliam terminare. Quemadmodum Deus non ſolum ſe, ſed alia a ſe diligit. Primus amor eſt naturalis, alius liber. Primo modo ipſe eſt ſibi obiectum naturale adequatum. Secundo modo, nullum obiectum eſt adequatum diuinum amorem.

Dub. Circa iſtam & præcedentem quæſtionē quæritur Quare vnus effectus vel quaſi effectus non poſſit a pluribus cauſis pendere. Plures vero effectus poſſint ab eadem cauſa pendere, nam hoc eſt in cauſa, quare vna natura non poſſit aſſumi a pluribus perſonis Plures vero naturæ poſſint aſſumi ab eadem perſona Dico quod relatio effectus ad cauſā, fūdatur in eſſe accepto a cauſa, & ſi iſte effectus eſt totaliter ab iſta cauſa, nō eſt quod ab alia poſſit recipere, nec eſt quid alia poſſit cauſare, ideo terminatiue eſt totū, ordo quem dicere poteſt ad cauſam ſicut eſt terminatiuum & complementarium eſſe quod poteſt recipere. Quia vero vnus effectus non exhaurit totam virtutem cauſæ, ideo plures effectus poſſunt pendere ab eadē perſona quod eſt quaſi effectus.

*Num ſi diuina perſona aſſumeret plures naturas eſſet vnus homo vel plures.*

QVæſtio ſedem habet apud Authorem ſolutione ad primum. Quæri ſolet ſimiliter quæſtio adiicientibus plures perſonas poſſe eandē aſſumere naturam. De quo S. Tho. 3. p. q. 3. art. 6. Vbi Caietanus inquit quod eſſent plures homines hunc ſequitur Medina ibidem habet Marſil. in 3. q. 2. art. 3. d. ubio 2. Gabriel in 3. d. 1. q. 2. art. 3. Oppoſita ſententia mihi magis probatur. Videtur eſſe d. Tho. loco citato ſolutione ad primum habet in 3. d. 1. q. 2. art. 4. ad 6. Hæc quæſtio a nobis non diſputatur, qui negamus eandem naturam poſſe aſſumi a tribus.

Præſentem quæſtionem diſputat S. Tho. 3. p. q. 3. art. 7. ad 2. Ricard. hoc d. art. 1. q. 5. Eſt antē quæſtio iſta argumentum contra præcedentem veritatē optime Marſil. format ſic Deus non poteſt facere quod vnus homo ſit plures homines, ergo non poteſt plures aſſumere naturas. Tenet conſequentia, quia in hoc caſu vnus homo eſſet plures. In hac quæſtione variæ ſunt ſententiæ. Prima eſt Ricard. in 3. d. 1. art. 1. q. 5.

Ricar. dicentis quod nec eſſet plures, quia vnica eſt perſona Nec vnus abſolute, quia eſſent plures naturæ. Author impugnat hunc modum dicendi, quia vnum & multa ſunt oppoſita.

Secunda ſententia eſt S. Tho. 3. p. q. 3. art. 7. expoſitorum ibidē, dicentis quod eſſet vnus homo. Hanc ſequitur Marſil. in 3. q. 2. art. 3. d. 3. Almainus hac d. q. 2. d. 3. Grab. q. 2. art. 3. d. 4. Probatur, quia vnus homo eſt vnus ſciens etiā ſi habeat plures ſcientias, & vnus artifex etiam ſi habeat plures artes ergo cōmunis modus concipiendi, qui plurimū valet in quæſtionibus de modo loquendi, ſemper intelligit multitudinem ſuppoſitorum.

2. Multitudo ſignificat diuiſionem & diſtinctionē ideo ad multiplicationem aliquorū requiritur quod abſolute diuidantur & non vniantur. Ad vnitatem vero ſufficit quod aliqua aliquomodo vniātur, quia vnio ſolum dicit negationem diuiſionis ideo ſi aliquo modo habent vnitatem dicuntur vnum ſed in caſu vna eſſet perſona cui omnes naturæ vnirentur ergo non plures ſed vnus eſſet homo.

Hanc opinionem impugnat Author dicens quod ſequeretur quod pluralitas ſuppoſitorum cauſaret pluralitatem concreti conſequenter plures diuinæ perſonæ eſſent plures dii. Bene reſpondet Caietanus dicēs quod S. Tho. non dicit quod ad pluralitatē concreti ſufficiat pluralitas ſuppoſitorum ſine pluralitate formarum, imo 1. p. q. 39. art. 3. docet quod quando nomen eſt ſubſtantiuum, vltra numerum ſuppoſitorū requiritur pluralitas formarum: ſed tantū docet quod ſine pluralitate ſuppoſitorum non poteſt concretū plurificari. Pro Scoto dici poteſt quod cū impugnat non ſemper arguit oſtenſiue quia ſæpe poſtea tenet oppoſitum.

Oppoſita ſententia videtur eſſe Authoris remittētis ſe ad 1. d. primi vbi concedit quod Pater & filius ſunt duo ſpirantes, non duo ſpiratores quia eadē eſt virtus ſpiratiua. Quis autem ſit ſenſus huius remiſſionis, non eſt facile iudicare. Si enim Author doceret plures perſonas poſſe aſſumere eandem naturam. & quæreretur an eſſent plures homines ad propoſitum eſſet doctrina allegata. Poſſimus enim tunc dicere quod eſſent plures habentes humanitatem, nō tamen plures homines, ſicut dicimus quod Pater & Filius ſunt duo ſpirantes, non tamen duo ſpiratores. Modo non ſic poteſt applicari.

Ad hoc eſt ſciendum quod Author loco allegato docent Patrem & filium non poſſe dici duos ſpiratores in quit.

Quia vna eſt vis in Patre & Filio & terminus numerabilis appoſitus alicui determinabili ponit ſuum ſignificatum circa illud ideo non videtur concedendum ex vi ſermonis quod ſint duo ſpiratores quia tunc vis ſpiratiua videretur numerari in eis. Breuiter eſt dicere iſte terminus numeralis numerat ſignificatum formale, ideo ibi eſt negandum quod ſint duo ſpiratores, & quia hic eſt duplex homo formaliter, recte ſequitur quod ſecundum Autorē poſſit dici quod ſit plures homines, quia numerus eſt attendendus ſecundum ſignificatum formale, ideo ſi vna perſona aſſumeret plures naturas humanas, eſſet non vnus ſed plures homines, & ſi aſſumeret hominem & Angelum, eſſet homo & Angelus. Concluſionem & rationem ſequitur Thomas de Argentina hac d. q. 1. art. 4. Durand. q. 3. Altiſiodorenſis libro 4. ſuæ ſummæ tract. 1. c. 1. q. 3. Sequutus eſt hanc ſententiam antiquitus D. Tho. in 3. d. 1. q. 2. art. 5. ad. 2. & 3. Fauet. Anſel. de incarnatione Verbi c. 3. vbi inquit Cum profertur homo, natura quæ communis eſt ſignificatur Suadet ratio, nam ad vnitatem ſubſtantiuæ ſufficit vnitas formæ quod docet D. Tho. 1. p. q. 36. art. 4. & Thomas de Argē tina.

q. 39. art. 3. ergo ad pluralitatē, ſufficit pluralitas ſubſtantiui ſi terminus numeralis apponatur illi termino ſubſtantiuo, tenet conſequentia quia oppoſitorū eadem eſt ratio. Appoſui conditionem illam Authoris. ſi terminus numeralis apponetur termino ſubſtantiuo nam in caſu, falſa eſſet iſta. Sunt tres perſonæ quia ſubſtantiuum perſonas, non numeratur eſt tamen vera iſta ſunt tres homines. Quia iuxta Authorem terminus numeralis additur ſubſtantiuo multiplicato, ergo poteſt ei preponi terminus ſignificans illum numerum, ſiue illud ſubſtantiuum numeratum, inueniatur in pluribus habentibus humanitatē, ſiue in vno hoc enim ad aliam pertinet propoſitionem, puta ad iſtam. Sunt tres perſonæ de qua non queritur, ſed de iſta, ſunt tres, vel duo homines.

Sic explicando Authorem, quadrat replica ſolutionis ad hoc argumentum cum dicit. Contra, eſſe hominem, eſt, eſſe perſonam ergo eſſe plures homines, eſt eſſe plures perſonas. At ſi diſtruſſet. Conceſſo eſſe plures homines, inde poteſt argui contra me quod ſint plures perſonæ, quod videtur falſum. Reſpondet Author, Reſponſionem quære in 2. d. 12. Ex his quæ dixi poteſt reſponderi negando conſequentiam quia in conſequenti, non apponitur terminus numeralis ſubſtantiuo multiplicato. Cum dico tres homines apponitur terminus numeralis ſubſtantiuo multiplicato. Sed inſtas. Conſequens ſequitur ex antecedenti, ergo ſi concedis vnum, debes concedere aliud, conſequens eſt falſum ergo illud ex quo ſequitur. Ad hoc nego ſequelam, quia vt ex Anſelmo dictum eſt, homo non eſt preciſe nomen perſonæ. ſed naturæ indiuiduæ vel indiuiduæ naturæ, quæ ſi ex iſtis in ea, poteſt conſtrui cum nomine numerali.

Ad primum pro opinione oppoſita quod eſt primum Authoris. Dico quod accidentia non denominant ſubiectum in quo ſunt, in recto ſed quaſi in obliquo denominatione quadam: nō enim dicimus quod Petrus eſt albedo ſed quod Petrus eſt albus. Humanitas vero cum ſit ſubſtantia & natura perfecta, denominat in recto: non enim ſolū dicimus Deus eſt humanatus, ſed quod Deus eſt homo ideo poteſt ei addi & præponi terminus numeralis, nō terminis accidentalibus, quia non habent integrum principiū ſuæ indiuiduationis, ſi a ſubiecti conſignificatione. ideo habens plures ſcientias dicitur vnus ſciens. Quia quantitas poteſt per ſe exiſtere, ſi ſubiectum haberet quantitaté et quantitatē hominis eſſent duo quanta.

Ad 2. dico quod ſicut ſunt vnū in perſona ſic nō poſſunt dici plures perſonæ eſſet tamen verū quod eſſent plures homines, quia quantum ad principium indiuiduationis quod ſufficit ad pluralitatem, diſtinctio & diuiſio eſt ſine vnitate ſolum enim in perſona eſt vnitas.

*Num in tali caſu eſſet idiomatum communicatio.*

DE dubio hoc videndus eſt Gabriel hac d. q. 6. art. 3. dub. 4. vbi tenet partem affirmatiuā idē tenet Marſil in 3. q. 1. art. 3 d. 3. Caietanus 3. p. q. 3. art. 7. ad 3. dicit tria primum quod in tali caſu vna natura non eſſet vnita alteri, quamuis quelibet eſſet vnita verbo. Secundo quod ei poſſent competere contraria, cum poſſet viuere ſecundum vnam naturam, mori ſecundum aliam. Vltimo quod in tali caſu non eſſet communicatio idiomatum, ideo ſi ſecundū vnam naturam vocaretur Chriſtus, ſecundum aliam Ioannes, mortuo Chriſto non diceretur mortuus Ioann, bene vero diceretur mortuus Deus. Hæc ſententia videtur amplectenda dicentibus quod eſſet plures homines quia ſicut conſeruatur diſtinctio & pluralitas ſubſtantiui, ita idiomata debēt manere nō communia. In opinione Gabrielis dicendum, quod ſicut iſta eſt vera. Album eſt dulce. Suppoſito quod idem ſubiectum habeat albedinem & dulcedinē ita ſi filius Dei ſecundum vnam naturā diceretur Ieſus, ſecundum aliam Ioannes, diceretur Ieſus eſt Ioānes. Et ſi Ieſus exiſteret Salmanticæ & Ioannes Romæ dici poteſt. Ieſus eſt Romæ, & diceretur de eodem contraria. Puta quieſcere & moueri, viuere & mori.

Eſt dubium an ſi verbum dimitteret humanitatē, quam nunc habet, & eam aſſumeret Peter, eſſet idē homo propter vnitatem naturæ. Xuares d. 13. ſect. 3. ad finem dicit affirmatiue & ſic videtur dicendū in opinione Scoti. Quæritur etiam an ſi idem verbum dimittens iſtam ſumeret aliam naturam eſſet idē homo. Ad hoc etiam, reſpondet affirmatiue. Mirum autem videtur quomodo identitas in prima ſumatur ex formali, in ſecunda ex perſona, quæ noſtro modo intelligendi eſt velut ſubiectum materiale, & non ſic certa ratio vnitatis. Sequeretur enim quod ſi dimiſſa hac natura humana aſſumeret angelicam, eſſet idem homo quia eſt eadem perſona vel dimiſſa vna natura Angelica vnius ſpeciei aſſumeret aliam alterius ſpeciei, eſſet idem Angelus quod videtur ſeitam. Certa ſignum prio. ipſum vnitatis debet aſsignari, non aūs vnum poſtea aliud.

## QVAESTIO IIII.

*Vtrum ſuppoſitum creatum poſsit hypoſtatice ſuſtentificare aliam naturam creatam.*

AD quartam quæſtionē ſic proceditur videtur quod poſsit ſuſtentare naturam: quia maior eſt proportio illius naturæ creatæ ad ſuppoſitum creatum: quam ad ſuppoſitum increatum. Tunc quia vtrūque finitum, ibi alterum infinitum alterum finitum. Tunc quia hæc perſona abſoluta, & ita ſimilis illi perſonæ, quæ nata eſſet eſſe huius naturæ, perſona diuina eſt perſona relatiua, igitur ſi perſona relatiua poteſt ſubſtentare aliam naturam quam ſuam, vel multas naturas creatas, Ita multo magis hæc.

2 Præterea omnem perfectionem limitatam, poteſt Deus dare creaturæ, quæ non repugnat ſibi, ſed ſuppoſitum vnius naturæ poſſe ſubſtentare aliam naturam creatam, non ponit infinitatem in eo, igitur nec repugnantiam. Minor probatur, quia illud ſuppoſitum & illa natura ſunt finita, & finitum additum finito nō facit infinitum.

3 Præ-

5. Præterea. Superius continet inferius in natura finita, igitur perfectio ſuperioris continet perfectionem naturæ inferioris, igitur poteſt ſuplere vicem ſuppoſiti inferioris.

Sed contra. Natura creata & ſuppoſitum creatum ſunt adequate proportionabilia, igitur neutrum excedit alterum igitur ſicut natura non poteſt eſſe eadem plurium ſuppoſitorum, ſic nec e conuerſo.

Reſpondeo dicendo quod ſubſtentare naturam, poteſt accipi dupliciter, *Diuiſio bimembris.* effectiue & formaliter ſiue terminatiue. Primo modo trinitas ſutentificat naturam humanam in Chriſto ideſt facit eam ſubſtentificatam. Secundo modo ſolum Verbum ſubſtentificat vnionem naturæ creatæ ad ipſum.

Primo modo dico quod ſuppoſitum *1 concluſio iuxta primũ mẽbrum.* creatum non poteſt ſubſtentificare aliquam aliam naturam a ſua. Quia natura alia ad talem vnionem cum ipſo non eſt in potentia niſi tantum obedientiali, quia aliter eſſet violenter ſub proprio ſuppoſito, ſicut graue ſurſum. Potentia obedientialis in creatura reſpicit efficientiam primi efficientis, non aliam potentiam actiuam.

*2. concluſio iuxta 2. mẽbrũ.* Secundo modo dico quod nõ poteſt ſuſtentificare quia non eſt illimitatũ ſuppoſitum, & ideo non continet in ſe perfectionem alterius ſuppoſiti creati: continere enim eminenter totam perfectionem ſuppoſiti creati, non conuenit niſi infinito quia licet finitum vnum ſit eminentius altero, non tantum vnum continet totam perfectionem alterius, quia entia ordinata eſſentialiter tantum diſtingui videntur per negationem quia inferius deficeret a ſuperiori.

Contra terminare dependentiam cauſati ad cauſam eſt maioris perfectionis quam iſta quæ conuenit Deo, & iſta poteſt ſine illimitatione eius cõpetere creaturæ vt ſubſtãtiæ reſpectu accidẽtis. Sed iſta ratio non videtur concludere: quia verbũ non eſt infinitũ ſecundum rationem perſonalitatis ſuæ, ſecundum quam ſubſtentat naturam aſſumptã, igitur nõ requiritur illimitatio vel infinitas in illo ſuppoſito quod ſic ſuſtentificat. Aſſumptum patet, quia tunc aliqua perfectio infinita formaliter de eſſet Patri quę eſt in filio. Alia ratio aponitur quod ſolus De' poteſt illabi creaturæ illapſu generali ergo & iſto illapſu ſpeciali. Sed iſta ratio non concludit quia illapſus includit in ſe primitatem cauſe efficientis in illabente: non ſic autem iſta ſubſtentatio naturæ a ſuppoſito, patet in exemplo cui eſt hæc ſubſtẽtatio maximæ ſimilis accidentis videlicet a ſubiecto. Quia etſi ſubiectũ ſuſtentet proprie accidens non tamen habet primitatem efficientię reſpectu eius, nec aliquam cauſalitatem in quantũ præciſe ſuſtentificat illud.

Poteſt ergo dici quod vel duæ naturę *Tres modi.* creatæ non ſunt vnibiles in eodem ſuppoſito niſi altera ſit actus & altera potẽtia. Et tunc non remanet vtraque natura in ſe confuſa cum reliqua, quod tamen pertinet ad iſtam vnionẽ ſcilicet quod natura ſuppoſiti prioris aſſumentis ita remaneat in ſe nõ confuſa alteri ſicut ſi naturæ extraneæ non eſſet vnita. Vel dici *Secundo.* poteſt ſecũdo ꝙ oportet, ꝙ ſuppoſitũ cui ſit iſta vnio ſit ſimpliciter independens quia iſta dependentia non terminetur ad vnum ſuppoſitum mediante altero: non eſt enim ordo eſſentialis in iſta dependentia. qualis eſt in ordine cauſati ad cauſam. Vel poteſt dici 3. modo quod omnes naturæ ſubſtãtiales creatæ dire- *Tertio.* ctæ de prædicamento ſubſtãtiæ ſunt ſimpliciter incompoſibiles in eodem ſuppoſito, ita quod vna iſtarum ſit naturalis illi ſuppoſito quia tunc per ſe conueniret illi, & per conſequens nec per ſe nec per accidens eius poterit reliqua in eſſe, non ſic autem ſunt incompoſibiles duæ naturæ creatæ ſi comparentur ad ſuppoſitum diuinum cui ambæ ſunt accidentales & & aduentitiæ, quia neutra conuenit per ſe.

Sed primum iſtorũ ſcilicet quod nullę *Infirmantur tres modi.* duæ naturæ poſſunt vniri in tertio dificile eſt probare. Secundum etiam ſcilicet quod terminans dependentiam iſtã oporteat eſſe independens non videtur verum quia dependentiam aliquam terminat aliquid vt ſubiectum dependentiam accidentis quod tamen nõ eſt omnino independens. Tertium non videtur probabile, quia ſi ſit formalis repugnan-

naro. Sed hoc dicere manifeſtus eſt error, quia aliquam naturam ſibi vnire, eſt ſupra omnem ordiné & curſum naturæ. Quemadmodum enim ex naturali vnione materiæ ad formam, naturaliter côſequitur entitas totius naturæ, ita etiam cauſatur propria perſonalitas (ſiue ſit res diſtincta vel modus rei, ergo ante vnionem eſt materiæ & formæ ſolus author naturæ poteſt impedire hunc effectum. Manifeſtatur veri

S.Tho. tas ex doctrina S. Tho. 1. p. q. 110. art. 2. vbi docet quod ad hoc quod fiat ignis, requiritur alius ignis, quia cauſa debet continere effectum, ſed non continet ignem, niſi alius ignis vel agens ſuperioris virtutis, quod eſt Deus. Sed Angelus non continet omnia entia, ergo non poteſt cauſare omnia, conſequenter nec impedire propriam perſonalitatem, nec vnire ſibi aliam naturam extrahendo eam a propria perſonalitate. Manifeſtatur amplius, nam vt docet S. Tho. vbi ſupra Angelus non habet poteſtatem ſuper iſta corporalia quantum ad materiam: ſed quantum ad motum cũ ergo perſonalitas vt dictum eſt cauſetur ex principiis intrinſecis & connaturalibus non poteſt Angelus impedire propriam perſonalitatẽ quod requiritur ad hoc quod vniat ſibi naturam effect' nec alias non eſſet magnum miraculum quod natura humana exiſtens extra ſuas cauſas nõ exiſteret in ſe ſed in alio. Eſt tamen miraculum non ſolum ex ratione qua verbo eſt vnita ſed quia eſt ſine ſua perſonalitate. Cum angeli dicuntur aſſumpſiſſe corpus intelligitur de corpore apparenti dicente Raphaele apud Tobiam c. 12. Cũ eſſem vobiſcũ videbar comedere. Sed ego cibo in viſibili vtor. Ecce quomodo comeſtio erat operatio apparẽs & corp' in quo exercebat illã.

Nec obſtat quod lapis ex principiis ſuis inclinetur deorſum & impediatur dum proiicitur ſurſum, quia conſequutio centri eſt mediante motu & quantum ad hoc iam diximus quod eſt ſubiicitur virtuti agentis. Perſonalitas vel ſubſiſtentia magis intrinſeca eſt &

Dubium. ſtatim pullulat. Eſt dubium an poſſit creatura virtute diuinæ inſtrumentaliter concurrere ad vnionem Dei cum homine in incarnationis quæ facta eſt, Deus fuit cauſa principalis & immediata & vnica, ſi ſermo ſit de vnione præciſe. (ad formationem prolis Mariæ coegit active. Scot. in 3. d. 4.) patet luce: Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, id eſt opus erit ſolius Dei Vt intelligeres eſſe totius Trinitatis, Spiritus ſancti ſpecialiter ſolum per attributionem, dixit in fine. Nõ erit impoſſibile apud Deum omne verbum. Ratio eſt quia opera Trinitatis ad extra ſunt indiuiſa, quia indiuiſa eſt eſſentia. Diffinita eſt veritas in concilio Lateranẽſi ſub Martino 1. canone 2. & in cõcilio Toletano 6. & tr. habetur in c. firmiter de ſũma Trinitate.

Quantum ad poſſibile, videtur quod nõ poſſit eſſe inſtrumentum, quia creatura nõ poteſt eſſe inſtrumentũ creationis ergo nec huius vnionis, in qua cõmunicatur naturæ exiſtẽtia diuina, quæ multo præſtatior eſt quã exiſtentia quæ cõmunicatur in creatione. Sed hæc ratio nõ videtur concludere, quia hic ſolũ natura creata eleuatur ad vnionẽ, iã præexiſtentis. In creatione producitur totũ ens & nõ ſupponitur ſubiectũ circa quod agat inſtrumentalis virtus creaturæ. Ex eodem capite & eadẽ ratione cõſtat, quod ad concurrendum inſtrumentaliter non requiritur quod virtus inſtrumentalis habeat virtutem & efficientiã ſuper vtrumque extremũ, ideo nulla eſt ratio dicentiũ. Non poſſe cõcurrere inſtrumentaliter, quia virtus hæc vnitiua inſtrumẽtalis debet habere virtutẽ ſuper vtrumq; extremũ vt vtrũq; cõiunget quia vt docet autor Deus dicitur factus homo ab actione qua homo eſt Deus & mutatio ſolũ eſt in humana natura. Ergo virtus creata, puta virtus matris cõcipiẽtis humanitatẽ Chriſti nouiter formatã & cõceptã & Deo eleuantẽ illã, potuit concurrere inſtrumentaliter ad vnionẽ ad hoc excellentiſſimũ extremũ, maxime in opinione dicentiũ cõcurrere ad productionẽ gratiæ & ad tranſſubſtantiationem. A fortiori verũ eſt quod poſſit concurrere inſtrumentaliter ad vnionem naturæ ad aliud ſuppoſitum creatũ de quo ſtatim erit quæſtio.

*Num ſuppoſitum creatum poſſit eſſe terminus vnionis hypoſtaticæ.*

De dubio hoc nõ ſimplex ſed multiplex eſt modus dicendi aliqui namq; non ſolũ dicunt hoc eſſe poſſibile ſed iã factũ ita docet Tertulianus libro de carne Chriſti c. 4. & 6. & lib. 3. contra Martionem c. 9. vbi inquit Angelos qui apparuerũt Abrahæ verã carnẽ ſũpſiſſe quo loco inſinuare videtur aſſũpſiſſe hypoſtaticè; nã inde probat poſſibilitate incarnationis filij Dei. Opinio antiqua eſt Rabbinorũ nã vt inquit Lyra Oſee 12. in illa verba (vbi mẽtio fit de Iacob) in fortitudine ſua directus eſt cũ Angelo. Luctatus eſt Iacob cũ Angelo Eſau in carne ſecundum Rabbi Salomõ idẽ docet Georgius venetus vt refert Pineda 1. p. ſuæ

Pineda Monarch. Cõfirmatur ex Hieron. qui ſuper caput primum Aggei in illa verba. Et dixit Aggeus nuntius domini &c. ait. Aliqui ſenſiſſe Malachiã, Aggeũ, & Ioannẽ fuiſſe Angelos incorporibus aſſũptis. Idẽ docet in præfatione ſuper Malachiã. Sentẽtia eſt Origenis qui tomo 2. exponẽs illud Ioãnis 1. Hic venit vt teſtimoniũ perhiberet de lumine inquit Olim pleroſque Angelos fuiſſe incarnatos.

S. Tho. Hæc opinio a nullo nũc defenditur, ſed omnino falſa exiſtimatur, cui e regione opponitur S. Tho. 3. p. q. 3. art. 1. ed a expoſitores ibidẽ, dicentes hoc nec factũ fuiſſe nec vllomodo fieri poſſe. Opinio eſt Henrici

Soto. quodlibet 11. q. 1 quã ſequitur Durand hac d. q. 5. Paludan q. 1. art. 2. Soto in 4. d. 9. q. 2. art. 2. Pro hac ſententia ſeruiũt omnes modi dicendi, qui habentur in ſũma text. cõcluſio. 2 qui poſſũt reduci ad formã argumẽti vt ex parte cõſtat in ſũma text. Secundũ formo ſic. In omni genere deueniendũ eſt ad aliquod primũ, ergo in genere dependentiæ ad aliquid omnino indepẽdens, ſed ſuppoſitũ creatũ nil habet omnino indepẽdẽs quod nõ poſſit vniri perſonæ diuinæ vt docet Scot q. 1. art. 3. ergo nimiũ quod non poſſit terminare dependentiam humanæ naturæ.

2. Arguit Durand. nã ſi poteſt terminare aliã naturã

Durand. eadẽ ratione poſſet terminare infinitas, ſed infinitas eſt propria Dei ergo repugnat quod etiã diuina virtute poſſit perſona ſeu ſuppoſitũ creatũ eſſe terminũ vnionis hypoſtaticæ. quia quælibet perſonalitas creata, eo quod finita, eſt terminus adæquatus ſuæ naturæ ideo nõ habet virtutẽ ad terminandã aliã naturam.

3. Si id fieri poſſet diuina virtute, aut illa virtus eſſet ſubſtãtia vel accidẽs, ſi ſubſtãtia ergo ex principiis naturæ, & ſic naturalis, virtute naturali iã cõſtat id fieri non poſſe. ergo nõ eſt naturalis. Si virtus illa eſſet accidens ſupernaturale, cũ illa non poſſit facere ſuppoſitũ creatũ omnino independens, & omnimoda independentia requiratur ſequitur quod illa virtute ad

Palud. huc nõ poſſet terminare Hoc Paludanus ſic quãuis accidens poſſit agere virtute ſubſtantiæ, tamẽ ſubſtãtia nõ poteſt virtute accidẽtis quia ageret vltra ſuam virtutẽ. Cũ accidens agit virtute ſubſtantiæ nõ agit vltra virtutẽ quã poteſt recipere ab alio. Quarto difficile intelligitur quo pacto lapis poſſet eſſe terminus naturæ humanæ. Vltimo facit argumẽtũ ſed contra.

3. Sententia media docet non eſſe apertam rationem repugnantiæ ideo quamuis difficile ſit intelligere modum vnionis, non tamen eſt Deo denegandū vnde debemus manere dubii. Hanc ſententiam tenet Scotus hic (Vbi non audet affirmare hoc eſſe impoſsibile) Ioann. maior hic q. 5. Ochamin 3. q. 1. dubio vltimo ad 4. Vaſſol. hac d. q. 6. Gabriel q. 2. art. 3. dub. 5. Vtramque refert & nullam impugnat vtramque probabilem reputans.

Pro hac opinione faciunt argumenta Authoris in principio quæſtionis, & ratio qua impugnatur prædicta opinio in ſumma text. in ſuper videmus plura accidentia abſoluta ſuſtentari in ſuppoſito creato ergo nulla videtur repugnantia quin poſsit ſuſtentari multiplex natura ſubſtantialis.

2. Sic. Ignoramus propriam rationem vnionis ergo ignoramus ſi Deo ſit poſsibile vel impoſsibile huiuſmodi vnio.

3. Plura alia quæ magis ſuperant humanum intellectum credimus, vt quod virgo ſit mater, quod accidens ſit ſine ſubiecto, ergo non debemus de facili iudicare hoc eſſe Deo impoſsibile, nam ſi Deus ſupradicta non reuelaſſet, certe impoſsibilia iudicaremus, ſi verterentur in quæſtionem.

4. Si ſanguis non eſt pars hominis & tamen vnitur ei hypoſtatice vt videtur, non apparet quare ſit impoſibile quod integra natura vniatur. Quare ergo dicemus impoſsibile quod Deus vniat accidentia Eucharistiæ corpori Chriſti, imo panem ſi ibi ad eſſet. Similiter quod Angeli vnirentur corporibus veris, ſicut anima vnitur corpori. Alia argumenta pro hac opinione vide in Metina 3 p. q. 3. art. 1. in principio.

Ad fundamentum Thomiſtarum Dico, quod nulla inde ſequeretur infinitas, quia vt probat ſecundū principale Authoris vtrumque extremum maneret finitum, nam infinitas diuinæ eſſentiæ non ſolum cōſiſtit in hoc quod fundat plures diuinas perſonas, ſed in hoc quod fundat cum identitate ſine diuerſitate, cum ſimplicitate, ſine compoſitione, cum ſumma actualitate, ſine potentialitate. Hic eſſet diuerſitas, compoſitio & potentialitas. In ſuper intellectus poteſt intelligere plura non infinita quæ eſſe non poſſunt.

Alia argumenta ſoluat qui oppoſitum tenere voluerit. Ego expoſui Auctorem,

## QVAESTIO V.

*Vtrum formalis ratio terminandi iſtam vnionem ſit proprietas relatiua.*

Circa quintum quod præſupponit poſsibilitatem incarnationis & quærit de facto de termino formali incarnationis vtrum ſcilicet formalis ratio terminandi vnionem naturæ humanæ ad verbum ſit proprietas eius relatiua arguitur quod non dupliciter.

Primo quod nulla proprietas perſonalis ſed eſſentia terminet vnionem, quia per illam relationem cōuenit Verbo terminare vnionem per quam conuenit ſibi continere perfectionē ſuppoſiti creati, & per quam natura creata eſt in potentia obedientiali ad Verbum: iſte enim aſsignantur eſſe rationes poſsibilitatis incarnationis ex parte aſſumentis & naturæ aſſumptæ, ſed iſta conueniunt verbo per eſſentiam non per aliquam rationem perſonalem, quæ non eſt formaliter infinita ideo non continet formaliter perfectionem omnis ſuppoſiti. Similiter potentia obedientialis in creatura reſpicit omnipotentiam facientis quæ non eſt proprietas perſonalis ſed eſſentialis.

2. Præterea aſſumens cōmunicat eſſe naturę aſſumptæ ſed eſſe in diuinis eſt eſſentiale, igitur aliquid eſſentiale quod præciſe eſt ratio eſſendi eſt Verbo ratio terminandi.

3. Præterea quod non proprietas verbi relatiua, quia eo verbum terminat formaliter vnionem, ſi perſona eſt primus terminus vnionis, quo Verbum formaliter eſt hæc perſona, ſed non proprietate relatiua eſt hęc perſona. Probo per illas rationes quę adductę ſunt d. 26. primi li. pro illa oppinione quere ibi.

Sed contra. Perſona vna aſſumit & non alia igitur per illud quo eſt hæc perſona diſtincta & terminata. Sed hoc tantum eſt proprietas relatiua ſecundū Anſelmum de proceſsione Spiritus ſancti vbi volens oſtendere Spiritum ſanctum eſſe de filio arguit per diuiſionem. Aut enim Spiritus ſanctus eſt de Patre quia de deo, vel e conuerſo. Id eſt vniuerſaliter eſt de patre ratione eſſentiæ, qua eſt Deus vel ratione relationis qua eſt Pater. Si iſta diuiſio eſt in mediata habetur propoſitum quia nihil habetur in perſona diuina niſi proprietas ſuppoſiti & cōmunis eſſentia. Si diuiſio eſt mediata tūc ad deſtructionem vnius membri inferendo aliud facit fallaciam conſequentis. Si dicatur quod ſi per vnum membrum ſcilicet per hoc quod eſſe de vno Deo intelligit aliquid commune tribus perſonis: Puta vim ſpiratiuā quę fuit proprietas ignota in toto tempore ſuo, ſic communiter exponunt eū Doctores, ita per aliud ſcilicet per relationem intelligit ipſe id quod eſt proprium perſonæ patris ſiue ſit relatiuum ſiue abſolutum & ita ſi ponatur proprietas abſoluta non intelligitur per illud membrū de eſſentia patris

*Sed contra.*

*Anſel. c. 13.*

Aug. tris, Spiritum Sanctum ſpirari de abſoluto proprio Patris, ſi quod ſit, ſicut nec de proprietate Patris. Cõtra Aug. 7. tri. c. 9. ſub eſſentia ponit quidquid eſt ad ſe ſiue ſit eſſentiale commune tribus, ſiue perſonale patet enim ibi quod eodẽ modo dicitur aliquid perſona & Deus licet perſona accipiatur ꝑ prima ſubſtãtia non autem eo eſt Deus quo Pater ſecundum eum. ſed alio eſt Deus & pater igitur non intelligitur perſonale ſi ſit abſolutum ſub relatione perſonæ ſed magis ſub ipſo communi quod eſt ad ſe.

Præterea ſi aliquo abſoluto conſtituatur perſona verbi ergo ratio Arrij eſt demonſtratio cum enim arguit quod ingenitum eſt eſſe vnum & genitum eſſe eſt aliud. Si vtrumque dicitur ſecundum ſubſtantiam igitur perſona eſt alia ſecundũ ſubſtantiam à ſecunda. Concluſio ſequitur tũc neceſſario ſi perſona ponatur eſſe abſoluta illa enim conſtituit ſubſtantiã & non relationem vel relatiuum & ita illud quod eſt aliud ſecundum iſtam proprietatem eſt aliud ſecundum ſubſtantiã ingenitum autem eſt aliud ſecundũ proprietatem igitur & ſecundum ſubſtantiã. Si dicatur quod ratio Arrij eſt ſophiſtica duplicit tunc quia commutatur ad aliquid in quid arguendo ingenitum eſſe eſt aliquid agenito vel hoc eſt aliud in quantum ingenitum ergo eſt aliud ſecũdum ſubſtantiam, commutatur enim ad aliquid inquid. Quod oſtẽdit Aug. quia ingenitũ dicit formaliter ad aliquid vel negatiue. Tũc quia ſi nõ accipiatur ingenitum pro ipſa proprietate quod ſignificat ſed pro illa proprietate abſoluta quæ ſubſternitur. Si ponatur, dicatur. a. & arguitur, ingenitũ vt ingenitũ eſt aliud agenito perſonaliter igitur eſt aliud ab eo ſecundum ſubſtantiam eſt iterum figura dictionis commutãdo hoc aliquid inquid. In præmiſſa enim intelligitur ſubſtantia pro ſubſtantia prima in cõſequẽti infertur pro ſubſtantia ſecũda ſiue pro quiditate. Quia ita intellexit Arrius dixit enim ipſe quod filius Dei eſt creatura pura & habet aliam ſubſtantiam, & aliã naturã à patre, & ibi obuiat ſibi Aug. 5. tri. c. 6. quod ſi eſt aliud ſecundum ſubſtantiam non intelligitur niſi de ſubſtantia ſecunda quæ eſt quiditas & hoc modo tam Aug. quam alij heretici, contra quos loquitur accipiant ſubſtantiam & ideo ex alietate ſuppoſiti ꝙ eſt ſubſtantia prima inferre quod eſt aliud ſecundũ ſubſtantiam, ſicut ipſi loquuntur eſt cõmutare hoc aliquid inquid. Si altero inquam iſtorum modorum reſpondeatur ad rationem Arrij quod ſit ſophiſtica.

Contra ſubſtantia prima eſt maxime ſubſtantia igitur ſi perſona conſtituatur per abſolutum per illud erit maxime ſubſtãtia & ita ſi ſecundũ hoc ſit aliud erit maxime aliud ſecundum ſubſtantiam.

2. Præterea ad iſtam concluſionẽ ſunt aliquæ rationes tactæ diſtinctionis 26. primi libri pro parte iſta quod relationes cõſtituunt perſonas.

Reſp. in iſta quæſtione ſunt duo articuli. Primus quæ ſit proprietas conſtituens perſonam. Secundus an iſta ſit ratio terminandi iſtam vnionem. De primo tactum eſt in primo lib. di. prædicta.

Quantum ad alium articulũ quod ſcilicet de ratione formali terminandi iſtam vnionem qui diceret iſtam eſſe propter continentiam perfectionis realitatis ſuppoſiti creati in ipſo aſſumente propter potentiam obedientialẽ in natura aſſumpta haberet dicere quod eſſentia eſſet propria ratio terminandi iſtam vnionem ſicut argutũ fuit d. iſta q. 1. ſed iſtud ſuppoſitum videtur eſſe falſum quia iſta dependentia eſt alterius rationis ab omni dependentia cauſati ad cauſam. Continẽtia autem virtualis quæ eſt in termino & potentia obedientiali indepẽdentiæ vel contento pertinet ad dependentiam cauſati ad cauſam. Vnde propter iſtas rationes non poſui in prima q. verbum poſſe terminare illam dependentiam ſed propter ſubſiſtentiam independentem. Art. 2.

Dico ergo quod eſſentia non eſt formalis ratio terminandi iſtam vnionem ſed proprietas perſonalis quod probo ſic. In quocumq; ſuppoſito eſt ratio formalis terminandi iſtam vnionem ipſum terminat eam Pater in quo eſt eſſentia diuina non terminat eam igitur, &c. Probatio maioris ſuppoſitum non terminat niſi quia habet rationem formalem terminandi. Sicut non creat niſi quia conuenit ei formaliter ratio creandi & propter hoc in quocumq; eſt ratio formalis proxima creat vnde neceſſe eſt tres perſonas ſimul creare. Diceretur forte quod proprie

ſum agnoſcit medium, quia omne ens aut eſt ad ſe aut ad aliud, primo modo eſt abſolutũ ſecundo modo relatiuum ergo legitima eſt probatio Authoris quod non detur medium. Probat ex Anſelmo. Videatur in litera quia iſta non ſunt huius loci. Quod perſona conſtituatur per relatiuum. Probatur nam tunc argumentum Arrij eſſet demonſtratio, conſequens eſt falſum, ergo illud ex quo ſequitur. Sequelam probo. Arrius apud Aug. 5 de Trinitate c. 3. & 6. arguit ſic. Ingenitum eſſe, eſt vnum, genitum eſſe, eſt aliud ergo ſi verum quæ dicitur ſecundum ſubſtantiã, vna perſona erit diſtincta ab alia ſecundum ſubſtantiam & conſequenter ſecundum naturam, quod eſt hereticum contra illud Ioann. 10. Ego & pater vnũ ſumus Si dixeris quod non ſequitur hereſis. Quia non ſequitur. Eſt aliud ſecundum naturam & ſubſtantiam communem, quia arguitur, ab vno modo ſubſtantiæ ad alium modum, & ſic eſt fallacia figuræ dictionis & commutatur ad aliquid in quid, id eſt relatiuum in ſubſtantiuum, & tale argumentum ſophiſticum eſt, propter varium modum accipiendi ſubſtantiam. Contra iſtam fugam & euaſionem arguit Author Prima ſubſtantia eſt maxime ſubſtantia, ergo ſi perſona diuina conſtituitur per aliquid abſolutũ, illud erit maxime ſubſtantia, ergo erit maxime aliud ſecundum ſubſtãtiam, quod eſt inconueniens. Poſtea remittit ſe ad alias rationes in 1. d. 26. Pro expoſitione literæ arg. ſed contra, hæc ſufficiant. Sunt autem maxime notanda quia hinc maxime pendet quæſtio.

*Num ratio terminandi iſtam vnionem ſit proprietas relatiua.*

QVæſtio iſta eſt quæſtio præcipua, & huius loci propria. Pro parte negatiua arguitur. Verbũ ſubſiſtit per eſſentiam, non per proprietatem relatiuam, ergo per eſſentiam terminat, tenet cõſequentia quia per illud terminat, per quod ſubſiſtit. Antecedens probatur. Subſiſtere dicit modum perfectiſſimum eſſendi in ſe & ad ſe, quicquid eſt perfectionis cõuenit perſonæ ratione eſſentiæ, ergo perſona terminat ratione eſſentiæ.

2. Omne quod relatiue dicitur ſupponit aliquid abſolutum in quo fundatur, perſona diuina conſtituitur per relationem ergo ſupponit aliquod abſolutum in quo fundatur conſequenter ratione illius terminat hanc vnionem.

3. Si perſona terminaret ratione relationis ſequitur, quod alia perſona non habens iſtam relationem non poſſet terminare conſequens eſt falſum ergo

4. Eſſentia prout eſt in Patre eſt ratio generandi, quamuis ipſa non generet, ergo eſſentia prout eſt in Filio erit ratio terminandi, quamuis ipſa non ſit primus terminus. Conſequentia tenet paritate rationis. Antecedens ſupponitur verum ex materia de Trinitate.

Pro hac opinione faciunt argumẽta quæ habentur hac d. q. 2. art 2. dub. 1. & 2. vbi egimus de vnica ſubſiſtentia: ex illa enim hæc quæſtio trahit originẽ.

In hac quæſtione tres verſantur opiniones. 1. Durand. hac d q 2 dicentis duo. Primum quod in aſſumptione humanæ naturæ duplex fuit vnio, vna ad eſſentiam, altera ad perſonam, & hæc poſterior vnio ad perſonam eſt completiua primæ hac ratione ſolus Filius fuit incarnatus, quia ad ſolum filium facta eſt illa poſterior vnio: ſic fugit Durand. argumentũ inſolubile. Si vnio facta eſt ad eſſentiam ergo quælibet perſona eſſet homo. Reſpondet Durand. negatiue, quia filius non dicitur homo, a prima, ſed a ſecunda vnione. Ocham Durando antiquior in 3. q. 1. refert hanc ſententiam, ſequitur illam Dyoniſ. Ciſtercienſis in 3. p. q. 1. art. 13. ſecunda parte illius art. Vnde nec primus nec vltimus eſt Durand. in hac opinione

*Duran.*

Secũdo docet Durand quod verbum etiam in illa ſecunda vnione terminat ratione eſſentiæ, quia terminat vt ſubſiſtens, ſed in diuinis eſt tantum vnica ſubſiſtentia de quo ſupra q. 2. art. 2. ergo.

2. Sententia eſt Marſilij in 3. q. 2. art. 2. dicentis duo Primo quod humana natura immediate fuit vnita Verbo, in quo differt a Durand. habet hac Marſil in fine primi art. Secundo dicit quod ratio terminandi eſt eſſentia, prout eſt in filio quod probat argumentum 4. habet hoc ſoluendo 8. principale.

*Marſil.*

3. Sententia docet rationem terminandi eſſe totã perſonam verbi, quæ includit rationem abſolutam & relatiuam ita Ocham. in 3. q. 1. art. 2. arridet Gabriel hac d. not. 5. ſequitur ex opinione Gregorij Ariminenſis dicentis. Perſonas ſeipſis & non aliquibus proprietatibus cõſtitui, de quo latius in 1. forſam hæc opinio iure non differt a præcedentibus nam omnes tendunt ad hoc quod ſola perſona non habeat perfectam rationem ſubſiſtentiæ ad terminandum.

*Ocham.*

Oppoſita ſententia eſt Scoti dicentis quod natura immediate vnita fuit verbo in quo conuenit cum Marſilio contra Durandum. Dicit ſecundo quod diuina eſſentia non fuit ratio terminandi humanã naturam ſed ipſa proprietas perſonalis filii Dei quod eſt contra 2. dictum Durandi. 3. Dicit Scotus quod relatio non fuit ratio terminandi vt conditio ſine qua non, in quo nulli contradicit ſed reijcit hunc modũ quẽ quis ſequi poteſt 4. & vltimo dicit Scotus quod nec eſſentia prout eſt in filio eſt ratio terminandi, in hoc contradicit Marſilio, qui poſt Scotum, ſecutus eſt hunc modum dicendi.

Hæc noſtra ſententia, ſicut aliis ſententiis oppoſita eſt, ſic ex oppoſito pendet fundamento, nempe quod in diuinis eſt triplex perſonalis ſubſiſtentia, de quo ſupra q. 2. art. 2. Hanc habet Alexander Alens 3. p. q. 4. m 1. S. Tho. 3. p. q 3. art. 2. Seraphicus Bonauentura in 3 d. 1. art. 1. q 1 & d. 5. art. 1 q. 1. Gabriel hac d. q. vnica art. 1. habetur in concilio Toletano 6. & 11 In principio vbi dicitur Solus filius aſſumpſit humanitatem in eo quod proprium eſt filii non quod commune eſt Trinitati. Vbi vtrumque docet concilium, & quod terminet ratione proprietatis perſonalis & quod non terminet ratione cõmunis eſſentiæ.

*S[illegible] tertia Scoti communis.*

Hanc negatiuam Scotus probat ſic. In corpore quæſtionis. Pater habet eſſentiam, & tamen non terminat ergo eſſentia non eſt ratio terminandi, tenet conſequentia per maiorem, quia omne ſuppoſitum habens rationem terminandi terminat, ſicut omne ſuppoſitum habens rationem agendi agit, ſic omnis ignis comburit, & calidum calefacit, quia habet formam ignis, & calorem, ſic omnes tres perſonæ creãt, quia in illis eſt eſſentia diuina, quæ eſt ratio creandi, ergo ſimiliter ſi eſſentia eſſet ratio terminãdi & cui primo facta eſt vnio humanæ naturæ, quælibet perſona eſſet homo, ſed non quælibet natura eſt homo, ergo eſſentia non fuit ratio terminandi. Nec fuit illud cui primo facta eſt vnio. Reſpondet Durand. per ſuum primum dictum quod aliis perſonis nõ fuit facta ſecunda vnio quæ facta eſt Filio ideo Filius dici poteſt homo, non Pater.

ſic ſubſiſtens poſſet idem facere, nam hoc non eſt præcilum ſilii de poſsibili, ſed ſolum de facto.

Ad 4. dico quod generare eſt actus notionalis, qui ſi requirit eſſentiam vt principium quo etiam requirit perſonam vt principium quod. Seu totale, ideo nõ concurrit perſona cum eſſentia vt conditio, ſed vere vt principium quod, & eſſentia non concurrit vt ratio agendi completa & totalis, noſtro modo intelligendi, ſed vt principium formale, quia eſſentia nec generat nec generatur. Ideo non conſiſtit ſimilitudo ad propoſitum, quia ſi eſſentia eſt ratio terminandi cum terminare nõ ſit actus notionalis, eſſentia eſt perfecta ratio, ideo illa conditio appoſita non impedit, quia quod conuenit ratione eſſentiæ conueniat omnibus & hoc concedit Scotus cũ in corpore quæſt. contra impugnando primam obiectionem inquit. Et eſt prima ratio præciſa.

*Primũ Autoris.* Solutione ad primum Autoris not. quod ſecundũ illum relatio indiuinis non dicit perfectionem ideo non poteſt probari quod poſsit terminare dependentiam naturæ humanæ quia ex perfectione ſui continet omne ens creatum, ſed ex hoc quod eſt omnino independens & cum Caiet. 1. p. q. 28. teneat cum Scoto relationem non dicere perfectionem, non poteſt vitare quin relatio terminet non vt continens creaturas ex perfectione ſui, ſed vt independens. vt docet Autor. Aut debet dicere quod terminat ratione eſſentiæ vt docet Durand. ideo male impugnat illum 3. p. q. 3. art. 2.

ET QVIA IN HOMINE TOTA, &c.

## DISTINCTIO SECVNDA.

Circa diſtinctionem ſecundam in qua Magiſter agit de modo aſſumẽdi naturam queruntur tria.

Primo. Vtrum natura humana vniri Deo hypoſtatice & tamen non frui includat contradictionem.

Secundo vtrum fuerit ibi aliquod medium congruitatis & vt includam vtrumque medium ſcilicet intrinſecum vt animam, & extrinſecum vt gratiam quero vtrum Verbum primo & immediate aſſumpſerit totam naturam humanam.

3 Vtrum incarnationẽ præceſſerit corporis organizatio.

Circa primũ querũtur duo. Primo vtrũ natura nata frui poſsit vniri & non frui.

2 An natura nõ nata frui poſsit aſſumi.

### ARTICVLVS I.

*Vtrum naturam humanam vniri Deo & non frui includat contrad. ctionem.*

Circa primũ arguitur quod ſic. Quia aut illa natura nata eſt frui aut non. Primo modo non poteſt non frui. Probatio tum quia illa vnio maior eſt iſta vnione quæ eſt per habitum gloriæ quia ſecundum Aug. 13. de Trinitate c. 19. in rebus per tẽpus ortis illa eſt ſumma gratia. Sed contradictio eſt naturam vnam per habitum gloriæ non frui ergo multo magis de iſta. Cõfirmatur per Aug. 13. de Trinit. c. 9. vbi arguit per locum a minori ſi filius Dei naturalis factus eſt filius hominis igitur magis credibile eſt quod filius hominis naturaliter ſit gratia filius Dei. ſi autẽ cõſequẽtia tenet vniuerſaliter à minori igitur in Chriſto poſito antecedenti neceſſario ponitur conſequẽs & per conſequens quod neceſſario fruatur tum quia ſi talis natura non neceſſario frueretur poſſet peccare & ita Deus diceretur peccare & damnari per conſequens.

*Anſel.* Confirmatur iſta probatio ſecundum Anſelmum 2. cur Deus homo c. 10. ſi primus homo erat peccabilis quia nõ erat Deus igitur exiſta vnione ſecundus homo ex quo erat Deus erat in peccabilis ſed non erat in peccabilis niſi quia beatus igitur, &c.

Secundum membrum diuiſionis includit contradictionẽ ſcilicet quod aliqua natura non nata frui poſsit ei vniri hypoſtatice.

*Argumenta pro ſecundo Articulo.*

Reſpondeo dicendo quod aliqui dixerunt nõ eſſe poſsibile naturã humanam aſſumi & non frui quia talis fruitio cõpletur in hoc quod obiectũ fruibile preſens immutat intellectũ ad actum videndi, & per hoc erit preſens voluntati alliciens illã vt neceſſario fruatur fine preſente, ſed per iſtã vnionẽ eſt neceſſario conſequens iſtam inmutationẽ. Probatio minoris. Si oculus poſſet videre lucẽ in exiſtentem ſibi ad preſentiam lucis in ſe, neceſſario ſequeretur quod ipſa eſſet preſens vt in mutans oculum ad videndum, Intellectus autem poteſt videre aliquid preſens in ſe, igitur cum per vnionem iſtam lux in creata ſit preſens intellectui in ſe, erit neceſſario preſens vt inmutans intellectum ad intelligendum. Cõfirmatur per Aug. vbi ſupra vbi arguit per locum a minori de duplici vnione.

Secundo præterea. Potentiæ fundantur In eſſentia animæ non e conuerſo igitur eſſentialior eſt ordo vt illud quod eſt in eſſentia redundet in potẽtias quam e conuerſo. Sed beatitudo non poteſt eſſe

inpotentiis niſi neceſſario redundet in eſſentiam igitur non poteſt eſſe in eſſentia niſi redundet in potentias. Sed per iſtū illapſum ſpecialem eſſentia anime beatificatur quantum eſt beatifieabilis quia ſit vnum aliquid cum Deo igitur.

Confirmatur quia beatitudo prius eſt in eſſentia quam in potentiis, eſt enim prius in ſupremo naturæ beatificabilis. eſſentia antem magis habet rationem ſupremi reſpectu potentiarum quam e cōuerſo. Sed in eſſentia nō poteſt poni beatitudo niſi quidam illapſus ſpecialis obiecti fruibilis. Iſte autē illapſus qui eſt in vnione eſt ſupremus & ideo per hunc natura ſumme eleuatur.

*Declaratur opinio* B Modus declarandi primam rationem eſt talis quia habitus intellectualis aliquando eſt neceſſarius vt repreſentet obiectum ſicut in angelis aliquando autem eſt facilitans ipſam potentiam vt facilius poſsit in ipſum ſicut in nobis. Habitus autem gloriæ non ponitur in iſta vnione propter primū quia per nihil formaliter informans naturam eſt Deus ſibi preſens vt obiectum fruibile. Sed tamen ſe repreſentat voluntarię potentiæ potēti frui inmediate vt obiectū fruibile. Neque habitus ille requiritur propter facilitatem vel propter aliquam eleuationem potentiæ vt ipſa poſsit faciliter inmutari a tali obiecto quia ſine tali habitu abſolute poteſt a tali obiecto immutari quia potentia naturæ aſſumpte eſt ſumme inclinata & eleuata & proportionata obiecto fruibili: nam huiuſmodi potentia naturæ aſſumptę per vnionem eleuata eſt ad eſſe ſupernaturale. Ideo ipſa potentia eſt ſuficienter eleuata ad operationem ſupernaturalē. Supplet igitur iſta vnio ad verbum quantum ad fruitionem. quidquid habitus glorię poſſet facere in aliis.

1. Con. 10

*Impugnatur opinio* C Contra iſtam opinionē. Et primo contra conclusionē in ſe. Arguo ſic Prius ex ratione prioris poteſt eſſe ſine poſteriori abſque cōtradictione: & hoc quoniam nulla eſt neceſſaria cōnexio eorum aliter non ſaluaretur prioritas vnius ad aliud primū ex diſſinitione eius quinto Meth. ſed natura perſonaliter prius naturaliter perſonatur quā operetur & hoc quia perſonatur in ſe quia operatio eſt ſuppoſiti perſe exiſtētis & in natura intellectuali eſt perſonæ. Igitur quando perſonatur in alio prius naturaliter perſonatur in eo quam operetur. Iſta conſequentia vltima probatur quia natura in eodē inſtanti naturæ in quo perſonaretur in ſe ſi ſibi demitteretur in eodem perſonatur in perſona aſſumente, ergo non eſt contradictio naturam iſtam perſonari in perſona diuina & tamen non operari in fruendo.

Præterea rationē poſitionis duco ad oppoſitum. primo quia natura nullā neceſſario fruitur iſto obiecto niſi quę neceſſario inmutatur ab eo vt preſente ſed iſta anima non neceſſario inmutatur ab eo. Tum quia nec ad actum intelligendi quia obiectum iſtud non neceſſario inmutat aliquem intellectum niſi diuinū. nihil enim extra cauſat, niſi volūtarie & cōtingēter. Tū quia nec ad actum fruēdi quia volūtas ex puris naturalibus nō neceſſario fruitur fine ſicut oſtenſum eſt. di. 1. primi igitur ipſa nō neceſſario fruetur fine niſi aliquid addatur ſuæ naturæ per quod ſit neceſsitas ad fruendum ſed nihil hic ponitur ſuperadditum formaliter in voluntate per iſtam vnionem. Sed tamen ponitur quedam dependentia ad verbum igitur, &c.

D Præterea quod hic negatur neceſſitas habitus improbatur quia ſicut tactū eſt d. 17. primi potiſsima ratio ponendi charitatem creatam eſt vt actus diligendi Deū ſit in poteſtate voluntatis nullū agens habet in poteſtate ſua actum niſi in poteſtate eius ſit totū illud quod neceſſario requiritur ex parte eius ad talem actū. Voluntas autē creata ex puris naturalibus non habet in poteſtate ſua actū diligendi bonū increatū meritorie, vt actus eius ſit acceptus Deo & ideo neceſſe eſt ipſam habere illud aliud quod requiritur ad agendum vt poſsit Deum per illud meritorie dilligere: fruitio autē in multo magis excedit naturam voluntatis humane quā actus meritorius, quia fruitio eſt actus vel forma ſupernaturalis magis quam actus meritorius igitur fruitio non erit in poteſtate voluntatis humanæ niſi ipſa habeat aliquam formam ſupernaturalem qua poſsit vti ad iſtum actum eliciendum voluntas autem humana aſſumpta à Verbo eſt voluntas naturæ humanæ vniuoce. cum noſtra igi- 2. Con. 10

tut ipſa

igitur ipſa non poteſt frui ſine charitate.

Et ſi obiiciatur quod quidquid Deus poteſt per cauſam efficientem mediā poteſt perſe. habitus autem iſte qui ponitur reſpectu fruitionis tātū eſt cauſa efficiēs patet diſcurrēdo per cauſas igitur Deus poteſt per ſe ſine quacūq. alia cauſa media cauſare fruitionem in anima.

Concedo concluſionem ſicut dicetur d.13. huius ſcilicet quod fruitio poteſt immediate cauſari adeo in anima, ſed tunc reſpectu fruitionis voluntas non habet rationem cauſæ actiuæ, quia non habet ex ſe quo agat & ita non dicetur illa anima frui formaliter elicitiue. Sicut aliæ animæ dicuntur frui quod videtur inconueniens. Similiter iſtud dictum non arguit neceſsitatem fruitionis quia ſecundum hoc voluntas ſe haberet tantū paſſiue reſpectu fruitionis, & hoc ex potentia cognitionis ad ipſam. Neceſsitas autem nō accipitur ex parte illius quod eſt in potentia contradictionis ad aliquid, ergo oporteret neceſsitatem huius fruitionis a tribuere Deo ſed ipſe non neceſſario cauſat eam ſicut nec aliquid extra ſe igitur.

E Et ſi dicas quod imo quia preſuppoſita inmutatione. Intellectus neceſſario cauſat iſtud vt concomitās hoc improbatū eſt di.1. primi quia cum intellectio vel viſio & fruitio ſint duo abſoluta non eſt cōtradictio prius cauſari ſine poſteriori. 3. conclu.

F 2 Præterea ſi concederetur animam Chriſti poſſe ſic ſe habere ad fruitionem ſine habitu ſicut aliam animam cum habitu videtur omnino ſuperfluū in Chriſto ponere habitus infuſos, qui tamen ab omnibus ponuntur di.13. & 14. quod eſt in conueniens. 4. conclu.

3 Præterea ex vi vnionis ſolum Verbum eſt preſens animæ aſſumptæ & hoc ſecundum eſſe perſonale igitur ſi ex tali vnione ſit idem preſens in ratione obiecti inmutantis non plus habetur niſi quod ex vi vnionis ſolum Verbum inmutet intellectum creatum & non tota Trinitas quod eſt falſū quia opera Trinitatis ſūt indiuiſa in cōparatione ad extra.

Si dicas quod eadem eſt ratio videndi tres perſonas & vnam quia qui videt vnam neceſſario videt omnes oſtēſum eſt d. 1. quod hoc non eſt neceſſarium.

Ad ſecundum articulum principalem dicitur quod non quia, &c.

*Pro ipſo ſecundo art.*

AD quæſtionem igitur quantū ad prīmum articulum concedo quod non includit contradictionem naturam, natā frui vniri Verbo hipoſtatico & nō frui eo, & hoc ſi ponatur poſſe aſſumi ſine habitu create ſicut ponit opinio improbata. Si autem poneretur quod neceſſario ad hoc quod aſſumeretur oporteret quod haberet actu habitū gloriæ huiuſmodi neceſsitatem nō video propter rationem poſitam contra opinionem prædictam.

Quantum etiam ad ſecundum art.

*Pro corpore ſecundi art.*

Ad argumenta principalia. Ad primū cum arguitur quantum ad primum membrum diuiſionis de comparatione duarū vnionum in ſe.

Reſpondeo & dico quod iſta eſt maior quantum ad actum primum quia per hanc communicatur eſſe perſonę aſſumētis naturæ aſſumpte. Et eriā modo de facto iſta concludit aliam vnionē quæ eſt ad actum ſecundum & operari, ſed depoſibili ſi ſepararetur illa eſſet maior quæ eſſet naturæ aduerbum vt ad terminum quantum ad actum primū licet non quātum ad actum ſecundum & eſſe beatificum, quia beatitudo magis eſt in operatione. Et ideo illa eſſet maior quantum ad operationē. Vel magis proprie loquēdo poteſt dici quod neutra eſt maior alia quia ſunt alterius rationis & cum neutra neceſſario includat aliam poteſt vna eſſe ſine altera.

Ad Augu. conceditur quod eſt ſumma gratia in iſta vnione, quia ſumma gratuita cōdeſcenſio volūtatis diuinæ quę fuit principiū aſſumptionis, nō eſt autē ſumma gratia habitualis ex vi vnionis in iſta vnione licet de facto iſta concomitetur iſtā vnionē vnde autheritas Aug. poteſt exponi de facto quia loquitur de rebus poſt tēpus ortis quia inter illas ſumma gratia eſt in vnione naturę noſtrę ad Verbum diuinum. Per idē poteſt dici ad illā authoritatē Aug. 13. de Trinit. ibidē c. 9. vbi arguit per locum a minori. Verum eſt quidem quod minus videtur eſſe poſibile filium Dei eſſe realiter filium hominis per gratiam poſſe eſſe filium Dei, & ideo ſi hoc eſt poſsibile, mul- Aug.

poſsibile, multo magis & iſtud. non tamen neceſſe eſt, quod ſi filius Dei eſt filius hominis & quod idem filius hominis, ſit filius Dei per gratiam: forte enim negaretur de eodē determinate, imo nec conceditur quod Chriſtus ſit filius Dei adoptiuus, ſed ſequitur quod aliquis alius poteſt eſſe filius Dei per gratiā, quia ad aliquem indeterminate fiebat illa cōparatio, non ad iſtum vel illum determinate.

Ad rationem probantem Chriſtum inpecabilem vel naturam aſſumptam quācunque, aliter Deus diceretur peccabilis & damnabilis & diabolus, &c. quæ videntur horrenda. Dico quod ſicut habens lumen gloriæ & charitatem conſumatam non poteſt peccare. non quia iſta formaliter repugnent peccato, ſicut nec actus primus repugnat oppoſito actus ſecundi contingenter cauſabilis: ſed quia de potentia ordinaria Deus non poteſt non coagere ad actus ſecundos perpetuę viſionis & fruitionis qui actus repugnāt peccato ſic Deus naturæ vnitæ ſibi perſonaliter non poteſt de potentia ordinata non dare ſummam charitatem & vlterius ſummam fruitionem quę excludit. Peccatum. & ſic ex hac vnione eſt in peccabilis non formaliter ſed virtualiter diſpoſitiue diſpoſitione remota licet neceſſario reſpectu Dei agentis ſic, neceſſariū eſt aliquem beatum non peccare.

Ad ſecundam probationem ad Anſelmū dico quod ſecūdus homo quia Deus de cōgruo replebatur ſumma gratia per quam eſſet impeccabilis & hoc non decebat primū hominē quia nō erat Deus ſcilicet repleri tāta gratia. nō igitur ex ui iſtius vnionis ponit Anſelmus iſtam inpeccabilitatem niſi de congruo quia illā concomitatur plenitudo gratiæ.

Cum arguitur contra aliud membrum

*Soluebat argumenta principalia art. ſecundi.*

Ad argumenta pro opinione. Ad primum patet quod multipliciter deffitit: quia iſtud obiectum non neceſſario inmutat Intellectum creatum. & per conſequens voluntas nō neceſſario fruitur maxime ſi voluntas nō neceſſario habet habitum ſupernaturalem quo fruatur.

Ad ſecundum de eſſentia & potentiis dico. quod creatura non poteſt beatificari inſe, quia non eſt bonum infinitum. in bono autem infinito beatificatur vt in obiecto quod attingitur per operationes potentiarum. non vt tale bonum eſt perficiens eſſentiam eius quantum ad actū primum. Ideo ergo beatitudo potentiæ redundat in eſſentiam, quia quando eſt in potentia eſt in eſſentiā ſicut nata eſt eſſe ibi quia mediante potentia nec formaliter eſt ibi redundantia quaſi realiter ſit ibi alia beatitudo ab illa queeſt in potentiis. Concedo igitur quod eſſentia nō poteſt beatificari vt diſtinguitur a potentiis, & cum confirmatur ratio quod beatitudo eſt in eſſentia primo, oppoſitū huius eſt probatum di. 26. 2. lib. & cum probas quod ipſa eſt ſupremū in anima dico quod ſi ſit omnino idem potentiis ipſis tunc non eſt ordo excedentiæ in re. Si autem eſt aliquo modo fundamentum potentiarum tunc licet ſit ſupremum ratione actus primi tamen nō eſt nata habere actum ſecundum ſupremum. Nec per cōſequens attingere bonum ſupremum extrinſecum niſi mediante potentia, quia illud nullo modo attingitur niſi per operationem potentiæ. Eſt igitur beatitudo in ſupremo verum eſt ſicut nata eſt eſſe in eo non eſt autē nata eſſe in eſſentia niſi mediante potentia. Et ſi arguas quod illabitur eſſentiæ igitur potētiis & per cōſequens eſt in potentiis mediante eſſentia.

Reſpondeo quod verum eſt quantum ad actum primum ad dandum eis eſſe, quidquid enim eſt in natura humana aliquo modo dependet ab eſſe verbi. Sed non oportet quod illabatur ad dandum operationem ſupernaturalem illi potentiæ mediante eſſentia. Per hoc patet ad argumentum adductum pro opinione quantum ad 2. art.

*Super Diſtin. 1. quæſt. 1. art. 1.*

AVtor inuerſo & turbato ordine procedit: deberet enim prius diſputare de veritate ſequentis art. Vnde pendet veritas iſtius.

In litera ergo recitat opinionem Henrici. Poſt impugnationem ponit propriam ſententiam.

Duo ſunt quæ dicit Henricus 1. quod natura rationalis non poteſt aſſumi quin fruatur. Sicut enim preſente viſibili, impoſsibile eſt, quin videatur, ita per iſtam vnionem. Verbum quod eſt obiectum viſionis beatæ, eſt preſens intellectui naturæ aſſumptæ ideo impoſsibile eſt quod natura intellectualis aſſumatur & quod non fruatur.

Secundo

Secundo. Beatitudo non poteſt eſſe in potentiis quia redundet in eſſentiam, ergo non poteſt eſſe in eſſentia quin redundet in potentias. conſequentia tenet, quia potentiæ fundantur in eſſentia, ideo eſſentialiter ſit ordo, vt quod eſt in eſſentia redundet in potentias, quam econuerſo. ſed per iſtum illapſum idest per iſtam vnionem quæ eſt intima præſentia eſſentia anima beatificatur quia ſit vnam cum Deo, ergo non poteſt aſſumi quin fruatur.

3. Deus eſt maxime præſens huic naturæ & naturæ ratione vnionis eſt maxime eleuare & proportionata ad videndum, ideo non requiritur habitualis ſpecies repræſentans obiectum, aut habitus eleuans potentiã ergo cum nihil deſit, non poteſt aſſumi quin fruatur habetur litera B. ibi. Modus declarandi iſtam rationẽ Auctor impugnat iſtam opinionem litera C. de quo poſtea erit ſermo.

Vltimo ex propria ſententia loquit quod poteſt aſſumi & non frui ergo prius poteſt eſſe ſine ſuo poſteriori, natura eſt prior operationis ergo poteſt eſſe vnita & non frui.

Secundo potentia non poteſt agere niſi immutetur ab obiecto, ergo non agit neceſſario, niſi neceſſario immutetur, ſed intellectus non neceſſario immutatur ab obiecto beatifico, quia diuina eſſentia ſolũ diuinum intellectum mouet neceſſario & naturaliter, omnem vero alium libere, quia omnis actio ad extra libera eſt pendens a diuina voluntate ergo nõ neceſſario fruitur ergo poſſet aſſumi & non frui.

3 Iſta natura ex vi vnionis ſolum eſt præſens verbo ſecundum eſſe perſonale, ergo ex vi vnionis ſolum habetur quod verbum immutet intellectum & non tota Trinitas, conſequens eſt falſum, quia omnia opera ad extra ſunt indiuiſa, & ſic illa immutatio erit a tota Trinitate & non a ſolo verbo. Sed quod eſt a tota Trinitate eſt operatio libera ergo poteſt Deus concurrere ad vnum non ad aliud.

4 Si Verbum ſolum immutaret intellectum, non poſſet beare quia perſonalitas non eſt ratio agendi, nec prima ratio beatificandi ſequela tenet ex præcedẽti quæſtione. Vbi dictum eſt, quod relatio ſolum eſt ratio terminandi.

1 Cõcluſio. Ad fruitionem requiritur habitus ſeu lumen gloriæ. habetur litera D. Eſt contra 3. rationẽ Henrici litera B. dicento habitum non eſſe neceſſarium, quia Deus eſt maxime præſens, & potentia per vnionem eſt eleuata. Probatur. Habitus requiritur ad actus meritorios dum ſumus in via, ergo ad actum fruitionis in patria, conſequentia tenet quia ſi requiritur ad minus ergo ad maius. Antecedens probatur in 1. d. 17. Nec obſtat quod Deus poſſit immediate producere ſine habitu, quicquid poteſt cum habitu, quia ſi Deus immediate produceret, voluntas non ſe haberet actiuę ſed mere paſsiua & ſic nõ diceretur illa anima formaliter fruens elicitiue, ſicut aliæ animæ quæ actiue concurrunt quod eſt inconueniens in nobiliſsima anima. Secundo non valet iſta euaſio, quia tunc voluntas ſe haberet mere paſsiue ſecundũ potentiam contradictionis, quatenus poteſt habere & non habere, ſed ex hac contingentia & potentia ad habendum & non habendum, non poteſt ſumi neceſsitas fruitionis, ergo ſi neceſſario frueretur, iſta neceſsitas ſumeretur ex parte Dei, ſed ex parte Dei ſumi non poteſt, quia omnia cauſat libere & cõtingenter, nullo ergo modo dici poteſt quod fruatur neceſſario

3 Concluſio quamuis Deus oſtenderet ſe creaturæ neceſſario, & creatura videret Deum, adhuc non neceſſario frueretur: habetur litera E. Probatur: fruitio eſt actus amoris exiſtens in voluntate, qui actus, eſt entitas abſoluta diſtincta a viſione, ſed omne prius poteſt cauſari nõ cauſato poſtea ſuo poſteriori, ergo quamuis ſtaret viſio, non inde ſequitur quod neceſſario ſequeretur fruitio.

4 Concluſio. Non ſolum in nobis ſed etiam in Chriſto ponendi ſunt habitus ac ſi dixiſſet. Non obſtante vnione ad Verbum, poni debent habitus in anima Chriſti. Habetur litera F. Probatur, nam alias ſuperflue ponerentur ponuntur autem ab omnibus vt patet d. 13. Ergo non habet ex vnione, quod habet ex habitibus, ergo ſunt ponendi.

5 Concluſio. Vnio beatifica quodãmodo eſt maior hypoſtatica habetur ſolutione ad primum.

*Num natura aſſumpta neceſſario fruatur.*

HEnricus quem ſequitur Ioannes de Ripa vt refert Capreolus in 3. d. 14. q. 1. tenent quod natura non poteſt aſſumi quin fruatur. Eandem ſententiam ſequitur Ioannes de Neapoli. Pro hac opinione ſunt argumenta principalia & argumenta Henrici, quæ habentur in ſumma text.

Oppoſitam ſententiam docet Scotus hic Durandus, Palud. & Ioannes maior q. 1. Thomas de Argentina. Vaſſol q. 2. art. 2. & communiter omnes Theologi. Ricard. hac d. art. 1 q. 4 vtramque exiſtimat probabilem. Eum ſequitur Marſilius in 3. q. 3. magis tamen inclinat in noſtram ſententiam.

Ad explicationem huius notandum quod beatitudo non conſiſtit in habitu ſed in operatione. Oppoſitum docet Henricus apud Scotum in 4. d. 49 q. 1. & 2. Probatur ex Ariſt. 1. Ethicorum c. 8 dicente beatitudo eſt operatio optima ideo 12. Metaphiſ. c. 6. loquendo de diuina intellectione inquit, quod ſi nihil intelligeret nihil ſibi eſſet inſigne & venerabile ſed haberet ſe ſicut dormiens. Colligitur ex apoſtolo 1. Cor. 13. Cognoſcam ſicut cognitus ſum & iterum videbimus eum ſicuti eſt quod autoritate recipitur ratione probatur Beatitudo eſt poſſeſsio omnium bonorum, ideo non eſt tendentia ad aliud bonum, hoc non habetur niſi media operatione qua attingimus ipſum ſummum bonum alias inquieti ſumus deſiderantes videre, ergo reuera beatitudo conſiſtit in operatione nõ in habitu, vt ſupponit Henricus. Ex quo falſo fundamento falſam docuit ſententiam. Videndus eſt Auctor loco allegato q. 1. cui reſpondet Soto q 1. art. 1.

2 Supponendum quoque eſt quod operatio rei non eſt de eſſentia eius vt dicebamus arguendo contra Henricum. Sed ſolum eſt ſicut finis & complementum virtutis actiuæ ad quem illa virtus ordinatur quodammodo minus vltimate, nã vltimate ipſa operatio ordinatur in ſubiectum quod illam producit.

Ex dictis conſtat quomodo poſſet aſſumi & non frui quod optime probant rationes Auctoris in ſumma text. Probat Vaſſol non infirma ratione. Natura de ſe ſine aliquo alio eſt in potentia obedientiali vt aſſumatur ergo poteſt aſſumi ſine ordine ad fruitionem, ergo quamuis auferatur viſio poteſt manere natura, alias vnio neceſſario penderet a tertio, & conſe- Vaſſol.

quenter tota ratio facti, non eſſet potentia facientis, quod eſt contra Aug. ad Voluſianum. Si dicas quod beatitudo non eſt diſpoſitio antecedens, ſed veluti paſſio conſequens, obſtet ratio Auctoris, quod prius poteſt eſſe ſine poſteriori, maxime quando non eſt prima paſſio identificata cum eſſentia, ſed ſolum operatio quæ eſt actus ſecundus. Secundo ſi ſolũ eſt conſequens, ſequitur quod corrupta viſione maneret vnio, nam ſi ſimul deſineret vnio ſequitur quod viſio eſſet ratio præciſa vnionis & aſſumptionis. Ad hunc tendit argum. Marſilii qui arguit ſic: Deus poſſet aſſumere naturam Petri Petro neſciente alias poſſibilitas vnionis penderet ex ſcientia Petri, cum operatio ſit exiſtentis, ſequitur vt deducit Autor prima ratione impugnationis Henrici, quod prius præexiſteret perſona. Si dicas quod non operatur antequã aſſumatur ſed ſtatim & ſic non ſequuntur inconuenientia de præexiſtentia naturæ. Dico eſſe verum, inde tamen non defenditur opinio Henrici, quia ſi prius aſſumeretur independenter a viſione & fruitione, bene infert Auctor in prima ratione quod cũ prius poteſt eſſe ſine poſteriori quod poterit Deus concurrere ad vnum non concurrendo ad aliud. Hoc argumentum Marſilii confirmatur ex illo hierem. 31. Nouum creauit dominus ſuper terram mulier circundabit virum, &c. id eſt non erat vir ætate ſed ſapientia & ſcientia ergo quod ab inſtanti conceptionis habuiſſet vſum rationis & ſcientiam miraculum fuit. Citra miraculum poſſet aſſumere ſine vſu rationis, & ſic ſine viſione & fruitione. Tunc enim ipſa aſſumptio ſolum eſſet mirabilis. Nunc nõ ſolum aſſumptio ſed ipſe vſus rationis cũ infãtia, fuit mirabilis. Quod ergo Propheta vt mirabile narrat, Henricus vt neceſſarium docet, ideo ſua opinio ſuſtineri nequaquã poteſt niſi gloſando quod non potuit aliter decenter aſſumi. Alia quæ dicit Scotus impugnando Henricum in ſummæ textus habentur variis concluſionibus, vel in ipſo textu ſunt manifeſta.

Circa 4. concluſionem notandũ eſt ad d. 13. quomodo ſecundum Scotum ſint ponendi habitus ſupernaturales in nobis. Ad d. 13. Nat. quomodo in Chriſto & in nobis ſit ponẽdus habitus luminis gloriæ. Ad d. 19 Quomodo meritum Chriſti non fuerit infinitum ex vi vnionis, quia requirebatur gratia & pendebat ex habitibus finitis qui aliás fruſtra ponerentur.

Ad argumenta principalia Autoris. Ad primũ patebit dubio ſequenti.

Ad confirmationem ex Aug. vbi arguit per locũ a minori. Si filius Dei naturalis factus eſt filius hominis quod minus videbatur factibile & credibile quia videbatur repugnare quod Deus deſcẽderet quãto magis factibile & credibile eſt quod filius hominis naturalis ſit factus filius Dei. Factus eſt filius hominis ergo ſtatim filius hominis factus eſt filius Dei per gratiam conſumatam. Huic argumento quod nullam habet difficultatem reſpondet Autor quod quãuis ex hoc argumento inferatur poſſibile eſſe quod filius hominis ſit filius Dei, non tamen ſufficienter infertur quod ſtatim quod filius Dei eſt filius hominis neceſſario filius hominis ſit filius Dei per gratiam, maxime conſumatam, ſed tantum ſequitur de poſſibili.

Ad 3. Quando dicis. Si neceſſario non erat filius Dei per gratiam ergo poſſet peccare. Reſpondet Autor quod de potentia abſoluta poſſet peccare, id eſt non repugnaret ei peccatum. De potentia tamen ordinata non poteſt non dare ſummam gratiam naturæ vnitæ quæ redditur impeccabilis. Ipſa vero vnio eſt ratio impeccabilitatis vt diſpoſitio remota, quia ipſa vnione poſita ſtatim conſequitur & concomitatur gratia, quam Deus dare inſtituit de quo d. 12.

Ad Auctoritatem Anſelmi ſimiliter dicitur, quod vnio eſt ratio cõgruitatis vt Deus naturæ vnitæ det gratum præſeruantem a peccato, ideo vnio non confert impeccabilitatem ex natura rei ſed eſt ratio congruitatis tantum.

Ad 4. quod eſt primum Henrici & habetur in ſummæ text. Dico quod obiectum non neceſſario immutet potentiam. Diſcipuli enim euntes in Emaus non cognoſcebant Chriſtum, ſed oculi eorum tenebantur, a fortiori poteſt impediri viſio intellectualis ſtante vnione reali, quæ potẽtia dupliciter poteſt vniri verbo diuino vt res rei vel vt potentia obiecto, & iſta ſecunda ratio diſtinguitur a prima, ideo poteſt vniri primo modo abſque eo quod vniatur ſecundo modo.

Ad 2. Henrici quod eſt 5. in ordine dicit Auctor quod beatitudo non eſt in actu primo, ſed in actu ſecundo, ideo eſſentia beatificari non poteſt niſi mediante potentia, conſequenter beatitudo non d[illegible] tur ab eſſentia in potẽtias, ſed e conuerſo. Si dicas cũ Henrico in confirmatione illius argumẽti, quod beatitudo debet collocari in ſupremo naturæ, quod eſt eſſentia, quia ipſa beatitudo eſt quid ſupremum. Reſpondet Auctor negando quod inter animam & potentias ſit diſtinctio realis. De quo in 2. d. 16. Si verũ non eſt diſtinctio, non eſt cur, hæc dicatur ſupremũ, illud vero infimum, quia ad exceſſum & inæqualitatem, requiritur diſtinctio: Secundo admittendo diſtinctionem inter animam & potentiã dicitur, quod animæ quantum ad eſſe primum, eſt fundamentum potentiarum: eſſe enim potentiarum manat ab eſſe eſſentiæ, ſed quantum ad actum ſecundum a contra res ſe habet, quia actus ſecundus nõ eſt natus in eſſe immediate eſſentiæ ſed potentiis. Beatitudo actus ſecundus eſt, ideo anima non poteſt immediate beatificari, niſi mediantibus potentiis. Si dicas. Verbũ diuinum prius illabitur eſſentiæ quam potentiis ergo eſt in potentiis mediante eſſentia. Dico eſſe verum quantum ad eſſe & exiſtere, non quantũ ad id quod conſiſtit in operatione, quale eſt beatitudo, quia anima non eſt capax immediate alicuius operationis.

Ad vltimum Henrici quod habetur in ſumma text. patet ex 4. concluſione latius diſt. 13.

*Num vnio beatifica ſit melior et excellentior vnione hypoſtatica.*

Quæſtio ſedem habet apud Autorẽ ſolutione ad primum vbi comparat iſtas vniones ſub titulo ſequentis dubii ſed reuera ibi quæriturque ſit maior vnio, hic quæ ſit melior perfectior & appetibilior. De qua re videndus eſt S. Tho. 3. p. q. 4. art. 10. ad 2. & expoſitores ibidem qui cum ſancto doctore tenent quod vnio hypoſtatica eſt melior. Probatur ex illo ad Heb. 1. vbi Paulus probans excellentiam Chriſti inquit. Cui enim aliquando Angelorum dixit filius meus es tu. Et rurſus cum introducit primogenitum in orbem terrarum dicit. Adorent eum omnes Angeli eius. Ex quo arguitur. Vnio hypoſtatica tribuit excellentiſ.

cellentiſſimas denominationes quas nõ tribuit beatifica: homo enim dicitur Deus & hic homo filius Dei &c. Ergo hypoſtatica melior longa eſt vniona beatifica.

2 Arguitur ex Aug. ſuper Ioannem vbi explicans illa Verba Verbum caro factũ eſt inquit. Quia Euangeliſta dixerat dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, ne homo miraretur & diſcederet, ſubiungit quod maius eſt dicens. Verbum caro factum eſt idem docet 13. de Trinitate c. 9. vbi inquit in rebus per tempus ortis illa ſumma gratia fuit vt Deus eſſet homo, & homo Deus.

3 Terminus vnionis hypoſtaticæ eſt ipſamet diuina perſona. Terminus vnionis beatificæ eſt Dei viſio & amor, ergo præſtantior eſt hypoſtatica quam beatifica.

4 Melius eſt eſſe filium Dei naturalem quam adoptiuum, ſed per vnionem hypoſtaticam homo eſt filius Dei naturalis, per beatificam eſt filius Dei adoptiuus, ergo hypoſtatica eſt melior. Ad hanc rationẽ reducitur ratio D. Tho. dicentis, vnio per gratiam inchoatam huius vitæ vel conſumatam in gloria, eſt vnio per ſimilitudinem, hypoſtatica eſt per veritatem ipſius eſſe diuini ergo eſt præſtantior.

5. Ipſi Deo melius eſt eſſe Deũ quã videre ſe Deũ ergo melius eſt homini eſſe Deũ quã videre Deũ.

6 Maior adoratio & honor debetur Chriſto ratione vnionis hypoſtaticæ quam beatificæ, ergo hypoſtatica eſt melior & excellentior alias Chriſtus Dominus potius eligeret minimum gradum gloriæ quam vniri Deo hypoſtatice quod videtur abſurdum, antecedens probatur ex Paul. ad Heb. 1. vbi ex vnione probat adorãdum ab Angelis inducẽs illud Pſal. 96. Adorent eum omnes Angeli Dei.

Propter præmiſſa argumenta. tenent Thomiſt. vnionẽ hypoſtaticam eſſe meliorẽ & excellentiorẽ, & quod natura eorum Deo vnita haberet maius eſſe quam anima beata: anima enim beata habet vberius bonum quam vnita non beata, non tamen melius. Declaratur exemplo Ariſt. 3. Thopicorum. Homini pauperi melius eſt diteſcere quam philoſophari, quia diuitiis liberatur a miſeria. Nihilominus ſecundum ſe philoſophari eſt melius. Quia non eſt iudicandũ de aliqua re ſecundum illum commodum ſed ſecundũ eſſentialia & intrinſeca, ideo ſi dicas. Summum malũ hominis eſt miſeria, ergo ſummum bonum eſt beatitudo, argumentum eſt nullum quia ad hoc quod liberemur a miſeria non requiritur ſummum bonum, ſed ſufficit quodcunque contrarium, ideo aliquid aliud poteſt eſſe ſummum bonum. Similiter ſummum malum huius vitæ eſt mors, ſed ſummum bonum nõ eſt vita, ſed eſſe principem.

Secunda ſententia eſt Seraphici Bonauẽturæ d. 4. artic. 2. quæſt. 1. ad 2. vbi inquit. Melius eſt Petro eſſe beatum quam eſſe Deo vnitum quamuis meliora bona euenerint nobis per incarnationem. Probabilem exiſtimat Ricard. hac d. art. 1. q. 4. Marſilius in 3. q. 3 art. 1 in vltimis propoſitionibus. Idem habet ad finem quæſtionis ſoluendo argumenta. Hanc ſequitur Durand. hac d. q. 6. & d. 7. q. 3. Vbi docet Chriſtum dominum principaliter eſſe prædeſtinatũ ad gloriam quam ad vnionem quod non eſſet verũ in ſua opinione, niſi vnio per gloriam eſſet melior Amplectitur Gabriel in hac 3. d. 1. q. 2. qui verſamq. reputat probabilem. Noſtram aut. ad finem opinionẽ Thomiſtarũ ar. 3. dub. 1. ad 1. prope finẽ. Bernardinus Senẽſis de ordine Minorũ ſermone quidã ſuper admirabili gloria & gratia virginis excellentia 6. poſt quam premittit plures modos vnionis videtur dicere quod hypoſtatica ſit melior ſtatim explicans ſe inquit. Intelligitur includendo gratiam & amicitiam. Scotus noſter ſubter ſugere videtur difficultatẽ docens tria, 1. quod hypoſtatica eſt melior conſiderando eam cum omnibus ſuis priuilegiis, quæ tunc includit gratiã Chriſtus ſtatim fuit beatus. Secũdo docet quod conſiderando vnã ſeparatam ab alia, hypoſtatica eſſet maior quantum ad actum primũ, beatifica quantum ad actum ſecundum. Vltimo dicit quod neutra eſt maior id eſt melior quia ſunt alterius & alterius rationis & quæ comparantur debent eſſe eiuſdem rationis vt patet 7. Phyſicorum. Album. enim non eſt magis album quam nigrum ſed quam aliud album. *Scot.*

Ex dictis colligunt Thomiſtæ quod Scotus in hac quæſtione nihil dicit ad rem, nam hæc quæſtio procedit in caſu quo vna eſſet ſine alia. Dato enim quod natura vnita eſſet ſine gratia non habens gloriam & alia natura eſſet in gloria, eſt quæſtio quæ vnio eſſet tunc melior & excellentior. Hoc enim datò primum dictum Scoti non eſt ad propoſitum. Secundo dicto non abſoluit quæſtionem. Nec tertio, quod videtur falſum. nam vtraque vnio habet aliquid bonitatis & excellentiæ ergo poſſunt adinuicẽ comparari. Vnde quæſtionem iſtam controuerſam faciunt. Controuerſia colligitur ex diſt. 7. q. 3. art. 3. Vbi Scotus, quem Durand. etiam ibi ſequitur, docet Chriſtum Dominum principaliter eſſe prædeſtinatũ ad viſionem beatificam, ergo ſecundum Scotum beatifica eſt melior hypoſtatica tenet conſequẽtia, quia prædeſtinatio eſt preordinatio alicuius in aliquod bonum, ergo ſecundum rationem boni bene poſſunt comparari. *Thomiſtæ in Scotũ.*

Dico quod Scotus ſecũdo dicto abſoluit quæſtionem nam argumentum probabat non poſſe aſſumi ſine fruitione: quia illa vnio perſonalis eſt maior beatifica igitur ſi beatus non poteſt non frui nec natura aſſumpta. Tunc diſſoluens argumentum bene reſpõdet quod ſolum eſt maior quãtum ad actum primũ, & quia actus primus poteſt eſſe ſine actu ſecundo, vt pote quod calor non calefaciat, bene poterit eſſe vnita quin frueretur, non ſic vnio beatifica quia eſſe ſuũ conſiſtit in actu, ideo beatus, aut beatus non eſt, aut neceſſario fruitur. Si ex hoc quod hypoſtatica eſt maior gratia inferas quod neceſſario fruatur, quia dans maius dat minus, & minus in maiori includitur. Tũc (quod maxime aduertendum eſt) non negãdo quin ſecundum bonitatem poſſint comparari, quod facit d. 7. loco allegato inquirendo ad quam vnionem fuit principaliter prædeſtinatus, optime reſpondet, quod quia ſecundum proprias rationes non ſunt eiuſdem rationis vna non infert aliam, nec vna includit aliã, ideo bene poteſt eſſe ſine alia, ideo bene potuit natura aſſumi abſque eo quod frueretur. Vnde hæc ſecunda ſolutio, ſi attente res cõſideretur, in prima fundatur Si inſtes quod non ſolum hoc dicit, ſed quod neutra eſt maior alia. Dico quod ſe ipſum ſtatim explicat dicens Quia ſunt alterius rationis intellige particularis. Ideo cum propria ratione particulari, quod vna poſſit eſſe ſine alia bene ſtat quod ſecundum rationem communem boni poſſint comparari vt dicunt Thomiſtæ. Vnde ſequendo hanc comparationem. clare d. 7. q. 3. art. 3. docet, quod Chriſtus Dominus *Defenditur Scotus.*

principaliter fuerit prædeſtinatus ad vnionem beatificam tanquam ad meliorem.

Ad explicationem huius ſciendum quod hic eſt ſermo de vnione hypoſtatica ſeparata a beatifica nõ includendo illam res eſt certa quod hypoſtatica eſt melior. Certum quoque eſt quod hypoſtatica eſt in bonum totius naturæ beatifica in bonum vnius ſingularis perſonę. Denique certum eſt fuiſſe opus maximi amoris redimere hominem mediante incarnatione verbi, cum potuiſſet multis alijs modis. Quod docet Ioannes c.3. dicens. Sic Deus dilexit mũdum, vt Filium ſuum vnigenitum daret.

2. Notandũ, eſſe maiorem dignitatem, eſſe regem quam habere charitatem aut Martyrem eſſe, melius tamen eſt, eſſe martyrem & habere charitatem. Ex maiori dignitate magis eſt honorandus ſummus Pontifex quam ſanctus in via, melius tamen eſt eſſe ſanctum. Etenim ad eſſe perſonale Dei dignitas eſt: frui Deo non eſt virtus viæ tendentis in finem, ſed conſummatio omnium virtutum, quia tunc charitas vndique perfecta eſt.

Prima Conclusio ſine dubio vnio beatifica eſt melior & eligibilior quam vnio hypoſtatica ſine beatifica. Conclusio colligitur ex Auguſt. libro de ſancta virginitate vbi inquit. Melius eſſe concipere Deum mente quam ventre. Idem vult explicans illa verba Math. 12. Quæ eſt mater mea. Chriſoſtom. hom. 4. ſuper math. Quicunque fecerit voluntatem Patris mei inquit. Aliud nos docuit videlicet in nulla cognatione confidentes, virtutem negligere. Si enim matri nihil prodeſt matrem eſſe niſi virtus adeſſet quis vtique alius per cognationem ſaluabitur. vna enim nobilitas ſola eſt, Dei facere voluntatem Probatur ratione. Gloria eſt aggregatio omniũ bonorum ideo appetitum ſatiat, ergo in beatitudine habetur omnis perfectio, & omne bonũ creaturæ nam anima non beata deſiderat beatitudinem & deſideraret ſi eſſet vnita non videns Deũ. Anima vero beata non vnita non deſiderat vnionem, cum ergo deſiderium ſit appetitus boni, & deſiderium nõ quieſcat niſi in ſũmo bono, cõſequẽs eſt quod vnio beatifica quæ magis deſideratur & magis quietat appetitum ſit magis bona. Huic argumento reſpondet Metina quod ipſe vnione hypoſtatica eſt beatus beatitudine increata homo ille ſicut ex vnione eſt Deus. Et viſio beata facit hominem beatum beatitudine creata: conſtat autẽ quod beatitudo increata, eſt melior beatitudine creata. Sed hæc ſolutio eſt prorſus inintelligibilis, nam vt premiſimus in primo fundamento primæ quæſtionis, nec nos nec Deus ipſe eſt beatus ſine operatione, ergo ſi vt dicebat Marſilius, natura ſit vnita, & non videat Deum, imo ignoret eſſe vnitam quomodo eſſe poterit beata niſi deveniatur in opinionem Henrrici quem omnes impugnant. Et dato quod cognoſceret ſe eſſe vnitam in illa abſtractiua cognitione non eſſet anima beata; imo nec in cognitione vnius perſonalitatis diuinæ, ſi non cognoſceretur eſſentia diuina quæ ex ſuppoſitione nõ cognoſcitur quia iam vnã vnionem ab alia ſeparamus.

2. Natura irrationalis eſt aſſumptibilis a perſona, non eſt autem beatificabilis niſi natura rationalis, ergo vnio beatifica eſt melior, tenet conſequentia, quia requirit perfectiorem naturam. Huic argumento reſpondet Caietanus. quod quamuis beatifica requirat meliorẽ naturã ad huc hypoſtatica eſt melior.

Contra. Inde colligimus intelligere eſſe melius quã ſentire, quia intelligere requirit meliorem naturam ergo valet argumentum. Inſtant ſecundo dicentes peccatum requirere perfectiorem naturam quam videre, & tamen ſine dubio melius eſt videre quam peccare. Sed nec iſta ſolutio, quæ in Metina habetur, eſt alicuius momenti, nam peccatum ſecundũ Scot. in 2. d. 7. ſolutione ad 4. principale, & S. Thom. 1. 2. q. 71. art. 2. eſt contra naturam, & ego non arguo ex actione quæ eſt contra naturam, ſed ex actione perfectiſſima perfectiſſime naturæ & tunc recte infero. Eſt actio perfectiſſimæ naturæ, ergo eſt ſupremum bonum. Alia ſolutio quam ſolutione ad ſecundum illic aſſignet, facile reijcitur dicendo, quod homo videt Deum vt cauſa principalis non ſic inſtrumenta cauſant gratiam. Omitto quæſtionem d. 12. per tractandam an natura cum peccato ſit aſſumptibilis. nam ſi hoc datur quis tunc dicet meliorẽ eſſe vnionem hypoſtaticam cum carentia gratiæ Dei, quã beatifica. Dicimus enim cum ſaluatore. Melius enim illi fuiſſet, ſi natus non fuiſſet.

3. Per vnionem beatificam magis aſſimilatur homo Deo & magis appropinquat ad eſſe Dei. ſi enim eſſe Dei imaginaretur finitum ſecundum ſcientiam & alia, citius perveniret ad eſſe Dei per vnionẽ beatam quam hypoſtaticam, nam per vnionem hypoſtaticam, nihil intrinſecum acquirit humana natura. per vnionem beatificam redditur ex non ſcienti ſciens. ex non glorioſa glorioſa, ergo vnio beatifica eſt melior, tenet conſequentia quia quanto aliqua res magis accedit ad primum perfectiſſimum, tãto eſt perfectior.

4. Vnio hypoſtatica ſolum præſtat nouum modũ exiſtendi, vnio beata perficit ipſum eſſe qui ditati vũ rei, ergo vnio beata eſt præſtantior maius: illatur veritas exemplo ex philoſophia petito, nam melius eſſet quod accidens acquireret eſſe ſubſtantiale quamuis infimum, quam vnam nobiliſſimæ ſubſtantię ergo melius eſt hominem acquirere ſcientiam, immortalitatem, cognoſcere, ſicut cognitus eſt quã vnum Deo nihil vltra intrinſecum acquirendo.

2. Concluſio Non dubito quin hypoſtatica ſit maioris dignitatis ac excellentię. Hoc probant argumenta aliorum. Notãdũ eſſe diſcrimẽ inter bonitatem & excellentiã vt ſecundo notabili dictum eſt, hoc inſinuat Scotus in ſecundo dicto cũ inquit. Eſt maior quantum ad actum primum. Id eſt quantum ad eſſe, in ſe nam eſt maxima dignitas & excellentia.

Vltima concluſio. Siue vnio beatifica ſit melior in ſe ſiue ſolum melior huic naturæ, hoc ſufficit ad verificandum, vt docet Autor. diſt. 7. q. 3. art. 3. quod prædeſtinatio Chriſti principaliter fuerit ad beatitudinem quam ad vnionem hypoſtaticam. quia prædeſtinatio eſt ordinatio, & præparatio alicuius boni. Si ergo hoc eſt magis bonum huic creaturæ manifeſte ſequitur quod ad hoc bonum ſit creatura principaliter deſtinata & preparata & hæc concluſio eſt maxime notanda ad d. 7. loco allegato. Nota.

Ad primum argumentum ex Paulo Dico Apoſtolum velle ſignificare eſſe hominem Deum non hominem purum ideo dicitur. Filius. &c. & conſiderando illum hominem Chriſtum meliores recipit denominationes quę nihil intrinſecũ ponũt in natura, ſi ſeparatur vna vnio ab alia melior eſt beatifica quę ab intrinſeco hominem perficit.

Ad 2. Dico quod Aug. loquitur de facto vt nũc eſt vnio

Auguſt.

Chriſoſt.

Metina.

Caietan.

vnio hypoſtatica includens beatã. Sic Scotus ad primũ. Secundo dico quod eſt maius, de eſt mirabilius & magis manifeſtatiuum diuinæ potentiæ, & amoris. Primũ oſtenditur quia magis videbatur repugnarẽ Deo eſſe hominem quã hominẽ eſſe beatũ & vniri Deo. Manifeſtatur ſecundũ quia beatitudo datur amico, filio & heredi, hoc ſecundum donatum eſt nobis, cum adhuc inimici eſſemus.

Ad 3. Dico terminum extrinſecũ vnionis perſonalis, eſſe meliorẽ quã terminũ intrinſecũ vnionis beatæ, quia primæ vnionis terminus, eſt diuina perſona, ſecundæ vnionis, eſt viſio creata, inde tamen nõ probatur excellentia vtriuſque vnionis, ſed ex intrinſeco quod acquirit humanitas aſſumpta. Per vnionem perſonalẽ acquirit nouũ modum exiſtẽdi ſic vel ſic, qui nõ ponit perfectionẽ intrinſecam in natura ſicut vnio beatifica. Certe melius eſt commune alimẽtum manducare, quã precioſum ori vnitũ habere. In ſuper ſi terminos extrinſecos vtriuſque vnionis cõparemus terminus viſionis beatæ eſt diuina eſſentia cõmunicabilis, dicẽs & cõtinens omnẽ perfectionẽ, non ſic diuina perſonalitas ſecundũ ſe, ergo ex termino extrinſeco non excedit iſta vnio illam.

Ad 4. Dico quod ſecũdũ prædicationem & communicationẽ idiomatũ meliora prædicata reſultant, tamẽ ſecundum rẽ humanitas non eſt filius Dei etiã ſi in ipſa admittatur filiatio, quia filiatio diuina ſecũdũ rem nõ eſt niſi in diuina perſona. Vnio beata eſt in ipſa natura, ideo melior eſt iſta vnio, ſecundũ rem perficiens naturam quã hypoſtatica quæ ſolum tribuit denominationem ratione vnionis. Arguitur, ergo a filiatione naturali quæ melior eſt adoptiua ſine dubio, ad filiationẽ ſecundũ cõmunicationem idiomatum & iſta non eſt melior vnione beatifica in caſu quod vna eſſet ſine alia.

Ad 5. Dico antecedens eſſe verũ quia Deus eſt talis per eſſentiam non per participationem & communicationem idiomatum ſicut homo vel natura aſſumpta ideo neganda eſt conſequentia.

Ad 6. Dico deberi excellentiorem adorationẽm quia non diuiditur adoratio, ſed adoratur totũ ſuppoſitũ ſicuti eſt ſubſiſtens in humana natura. Ipſa vero natura, ſi conſideretur ſecundũ propria, nõ eſt adoranda latria. Si dicas quod quomodo cũque cõſideretur propter vnionem ad verbũ, eſſet adoranda & veneranda maiori veneratione quam natura ſeparata ſumme beata Dico quod vnio hypoſtatica, vt dicemus dubio ſequẽti, eſt maior quam beatifica, & ſpecialior, quia vni ſolum naturæ eſt conceſſa, ideo ex intimiori & maiori vnione ad Deum magis eſſet adoranda. Quia honor debetur non ſolũ virtuti, ſed ſtatui. Non ſolum bonitati, ſed dignitati. Nam dyſcolis debemus ſubiectionem. Non autem quicũque ſtatus ſine virtute eſt eligibilior ſtatu ſummæ virtutis & perfectionis, in quo maxime coniuncti ſumus Deo, a quo ſeparari ſummũ malũ eſt Imo magis eligibilior eſt ſtatus maioris perfectionis, nõ ſolũ quia vtilius bonum, vt dicebat prima opinio, ſed quia bonum honeſtum, ideo abſolute eſt maius bonũ. Maior dignitas eſt, eſſe regem quam habere virtutem: eligibilius vero eſt habere conſomationẽ virtutis, quam eſſe regem. Et magis honor debetur ſacerdoti, quam ſancto, ſed melius & eligibilius eſt eſſe ſanctum, quã ſacerdotem ſine virtute. Cardinalis maior eſt in officio, ſed Epiſcopus maior eſt ordine. C. Quanquam 2. q. 7. ibi gloſſa Bart. in lege. 1. §. ſi quis cum principiũ ff. de appellationibus. Felinus in rubrica de maioritate & obedientia. numero nono.

*Num humana natura diuina perſonalitate ſatiata, propriam non appetat.*

De dubio hoc videndus eſt Caietanus. 3 p. q. 4 art. 2. dubio ſecundo, vbi premiſſa diſtinctione reſpondet ad quæſtionem. Diſtinctio eſt humana natura poteſt conſiderari dupliciter vno modo ſecundum ſe. Alio modo prout eſt diuina perſonalitate terminata. Iuxta duo membra diſtinctionis duas conſtituit concluſiones. Prima concluſio conſiderando humanam naturam primo modo appetit ſuam perſonalitatem: hanc tanquam manifeſtam reliquit. Secunda concluſio. Conſiderando humanam naturam prout terminata perſonalitate verbi nullomodo, nec actu, nec aptitudine inclinatur in propriam perſonalitatem habet hoc expreſſe, ſoluendo tertium argumentũ illius dubii. Probatur hæc ſententia, quia illa diuina perſonalitas ſatiat appetitum humanæ naturæ propter excellentiam & dignitatem. Si dicas quod caro Chriſti dormiens ſicut & anima, manſit diuinæ perſonalitati vnita: & tamẽ, quia interim hæ partes fuerunt ſeparatæ, caro deſiderabat vnionem cũ anima iuxta illud Pſal. 15. Caro mea requieſcat in ſpe, quoniam non derelinques animam meam in inferno. Quem locum adducit Pet. Act. 2. ad probandam Chriſti Reſurrectionem propter quod magni ponderis eſt, Reſpõdetur, quod in corpore mortuo manſit illa ſpes Reſurrectionis, & vnionis ad animã quia ille vnio eſt compoſſibilis cum vnione ad diuinam perſonalitatem. Ceterum vniri diuinæ perſonalitati, & eſſe in propria perſonalitate ſunt modi oppoſiti & repugnantes, qui non poſſunt eſſe ſimul, ideo ſi vnus eſt perfecte ſatians non remanet appetitus alterius. Simili ratione non valet argumentũ. Si dicas quod in anima beata manet appetitus ad ſcientiam naturalem, quia ſcientia beata & naturalis non ſe excludunt, nec habent vllam oppoſitionem, ſed poſſunt eſſe ſimul. Secundo probatur hæc ſententia, nam humanitas Chriſti non appetit ſeparationem a Verbo, ſed ſi appeteret propriam perſonalitatem appeteret ſeparationem a verbo igitur nullomodo dici poteſt quod appetit propriam perſonalitatem.

Caietã.

Oppoſita ſententia videtur eſſe Scoti. Quot. 19. art. 3. vbi aperte docet quod humana natura pro vt vnita habet aptitudinem ad exiſtẽdũ per ſe, quia huiuſmodi aptitudo non poteſt ſeparari a tali natura.

Scot.

Ad explicationem huius ſciendum eſt Scotum loco citato & in hoc 3. d. 1. q. 1. art. 3 ad finem antequam reſpondeat ad argumenta, non diſputare hãc quæſtionem ſub hoc titulo ſed inquirere an perſona conſtituatur per negationẽ, & inquit ſic. Negatio cõmunicationis & dependentiæ eſt triplex. Prima eſt negatio actus dependendi, quo pacto anima Patris in cælo, actu non communicatur corpori, poteſt tamẽ cõmunicari. Eſt ſimile ſi ſuperficies nullum haberet colorem, haberet negationem coloris, poſſet tamẽ habere colorem. Secunda eſt negatio poſſibilitatis, ita vt ſibi repugnet vniri & communicari, quo pacto Angelo repugnat habere albedinem. Hoc modo non repugnat humanæ naturæ aut perſonæ cõmunicari, quia licet non actu vniatur poteſt vniri, quia quæcunque entitas poſitiua eſt in potentia obedientiali reſpectu Dei. Tertia negatio eſt aptitudinis ad dependendum, ita quod res de ſe & ex natura ſua non ſit apta ad dependendum, quia ex ſe & ex

natura ſua nata eſt eſſe per ſe, cũ quo ſtat quod poſſit eſſe in alio. Eſt exemplum lapis natus eſt eſſe deorſum, poteſt tamen eſſe ſurſum eiectum cum eſt ſurſum non amittit aptitudinem ad eſſe deorſum, quia hoc eſt ſibi naturale. Ad hunc modum quamuis natura humana ſit in perſona diuina non emittit aptitudinem ad exiſtendum per ſe quia huiuſmodi aptitudo eſt ipſa rei natura vel oritur & naſcitur ex ipſa natura rei.

Secundo notandum eſt quod innate eſſe rei eſt appetitus rei. Appetitus enim eſt deſiderium procedens ex imaginatione animalis, qui in animalem & rationalem diuiditur. Non viuentia proprie non habent appetitum ſed dicuntur habere inclinationem in ſuũ finem. Sumpta autẽ metaphora ex appetitu rationali recte inſtituto, qui ſemper deſiderat bonum perfectiuum illius, dicimus non animata appetere, cũ inclinãtur in ſuã perfectionẽ. Hoc pacto dicimus quod caro Chriſti ſpe reſurrectionis quieſcebat in ſepulchro. Humana natura rationalis quidẽ eſt, ſed hic nõ loquimur de ea pro vt rationalis eſt ſed pro vt natura eſt, quapropter, ſi Chriſtus Dominus aſſumeret lapidẽ eadẽ proiſus eſſet quæſtio an appeteret propriã ſuppoſitationẽ. Aptitudo autẽ recte ſecũdũ Scotũ diſtinguitur a potentia quia potentia, ſolum dicit ordinem ad actum abſtrahendo ab hoc & illo agente. Aptitudo eſt capacitas reſpectu ſuę perfectionis connaturalis. Vnde aptitudo proprie non eſt actus, ſed habitus quod apparet in actu elicito naturæ rationalis, ſiue enim quis habeat deſiderium boni, ſiue habeat deſiderium mali & acquirat habitus vitioſos ſemper retinet eandem aptitudinem, prout aptitudo eſt capacitas naturæ rationalis, nã illa quę eſt facilitas ad actus ſe bonum certe augetur aut diminuitur ex habitibus, ideo vnus facile proſequitur bonum, alius vero difficile & minus aptus eſt ad actualem proſecutionem boni. Aptitudo autem naturalis, puta quod nature de ſe eſt recta, & ad rectum ſemper manet quantumcunque habeat actus oppoſitos.

Concluſio aptitudo naturæ humanæ ad exiſtendũ per ſe nunquã emittitur quantumcunq. ſit vnita Probatur quia hæc aptitudo eſt per modum habitus, & nihil eſt aliud niſi ipſa rei natura capax talis modi, ſed gratia nõ deſtruit naturam quantumque eleuet illam, igitur natura ſemper retinet ordinem capacitatis ſuę naturalis perfectionis, igitur licet humana natura per aſſumptionem eleuetur & diuina perſonalitate terminetur non deſtruitur aptitudo per ſe ſubſiſtendi, quia hoc eſſet deſtruere naturã ſuã. e. Si natura ſeparata a verbo inciperet habere nouam ſubſiſtentiam tunc non daretur de nouo aptitudo, quamuis daretur ipſe modus. Igitur vt terminata perſonalitate verbi, erat apta ad exiſtendum per ſe, abſ diceretur quod nõ ſolum recepit de nouo illum nouum modum exiſtendi per ſe & ſolitarie, ſed etiam illam aptitudinem, quod omnino eſt falſum, & contra S. Tho. 3. p. q 16. art. 12. in corpore, & ſolutione ad primũ vbi docet propriã & creatã perſonalitatem humanæ naturæ cauſari ex proprijs & intrinſecis principijs eiuſdẽ naturę quod eſt probabile in opinione dicentium perſonalitatem eſſe aliquid poſitiuum. Vnde male Xuares 3 p. d. 8. ſect. 3 fol. 269. tenet quod humana natura a Verbo dimiſſa propter efficientem cauſaret ſuam perſonalitatẽ. Poſtea vero ſequitur opinionem Caietani, nam ſi manet virtus effectrix propriæ perſonalitatis manet aptitudo ad illã, alias a ſola prima cauſa cauſaretur effectiue illa creata perſonalitas, in caſu quod humana natura eſſet a Verbo dimiſſa, quod ille negat. *S. Thom.* *Xuarez.*

2. Concluſio Natura humana terminata perſonalitate Verbi non appetit ſeparationem, nec eſt violenter in Verbo, nec inquieta Hanc concluſionem probant rationes Caietani quãuis enim natura priuetur ſuo modo naturali, qui eſſet perfectio naturalis, afficitur tamen alio modo altiori & eſt in potentia obedientiali reſpectu Dei, cui libẽter omnis creatura preſtat obſequiũ, & ſicut naturale eſt ſibi reſpicere propriũ finem, ita cõmunem primam cauſam, & cõmunẽ finem qui eſt Deus ipſe. Declaratur iſta concluſio & precedens ex metaphora & ſimilitudine appetitus eliciti qui diſtinguitur ab aptitudine & actu elicito conditionato. Chriſtus dominus naturaliter volebat vitã ſuã & conuenientia ſuę conſeruationi, nihilominus ex obedientia voluit efficaciter mori, cũ quo ſtat quod habuit actum conditionatũ non moriendi, & iſte proficiſcebatur ex volũtate vt natura de quo latius d. 15. Igitur quẽadmodũ actus elicitus efficax & cum gaudio vnius rei puta mortis, eſt compoſſibilis cum actu conditionato de oppoſito puta de vita, quia illa aptitudo ac deſideriũ vitæ licet poſſit impediri ſecundum actum elicitũ efficacem, non tamen ſecundum aptitudinem radicalem. Ideo ſi beatitudo Chriſti conſiſteret in viſione Dei, & paſſione corporis vtrunque daretur ſimul & quod propoſito gaudio vellet pati ſicut volebant Apoſtoli qui ibant gaudentes a conſpectu concilij, & quod haberet aptitudinẽ ad delectationẽ corporis & animæ reſultantis ex delectatione corporis ratione cõnexionis. Ad hunc modũ philoſophandum eſt de quacunq. natura ſubſtantiali aſſumpta: licet enim ex cõiunctione ad perfectiorem perſonalitatem poſſit dici ſatiatus appetitus eius nihilominus apte manet ad per ſe ſubſiſtendũ, & quãtum eſt de ſe illum modum appeteret niſi ex Dei potentie & obedientia habuiſſet modum oppoſitum

*Obiectio.* Si dicas. Aptitudo dat pondus & inclinationem, igitur ſi manet cum aptitudine manet cũ pondere, inclinatione & appetitu. Dico quod aptitudo eſt ſicut eſſe radicale rei, appetitus, inclinatio & pondus eſt ſicut effectus vel habens ſe admodum effectus qui ex obedientia Dei non ſolum poteſt impediri, ſed forma aliqua alia dante equiualentem perfectionem quietari, imo ſi non dediſſet ex ſola Dei Obedientia quietaretur: ſicut quieuit Sol tempore Ioſue & ignis in Babylone non tamen amiſſerunt ſuam aptitudinẽ ad motum & ad cõburendum quia quod res ſit talis & nõ ſit apta ad recipiendam perfectionem connaturalem ſibi, eſt oppoſitio contradictoria. Quod res ſit talis & quod manẽte tali, & cũ aptitudine ad perfectionem ſibi connaturalẽ, non ſatietur per illã, ſed per aliã non eſt oppoſitio cõtradictoria. Vnde licet cõtrariũ inferat contradictorium noſtro modo intelligendi, vt Vult. Phil. 4 Metaph. tex. com. 9. vt pote calidum, eſt non frigidum, & frigidum eſt non calidum, ad hoc non eſt oppoſitio cõtradictoria, ideo omnipotẽtię Dei negare nõ audebo, quin poſſit facere aliquod ſubiectum calidum & frigidũ ſimul, quo pacto Chriſtus Dominus ſimul fuit beatus habens ſummum gaudium & ſummam triſtitiam in anima: habere autem gaudium & non habere gaudium implicat. Ad hunc modum habere naturam & quod illa non ſit capax ſuæ perfectionis implicat, quod ſit res talis ſatiata forma & perfectione alia ab illa quæ ſibi eſt connaturalis non eſt oppoſitio contradictoria, etiamſi *4. Metaphyſ.*

alia

illa'ia forma, modus, ſeu perfectio excludat propriũ modum ſuum, quia ille modus non eſt ſibi tam intrinſecus ſicut ipſa aptitudo. Per hunc modum implicat quod ſit quantitas & quod non habeat partes diſtantes in quas ſit diuiſibilis, non tamen implicat non occupare locum, quia hoc eſt impedibile Sic nõ implicat quod natura exiſtendo in alio ſit quieta: implicat vero quod non ſit apta ad exiſtendum per ſe quia hoc eſt oppoſitũ ſuæ naturæ. & gratia nõ deſtruit naturam & immediatiſſimas eius proprietates. Scotus igitur qui directæ non per tractat hanc quæſtionem ſolũ docet quod natura nunquã amittit ſuã aptitudinem ad exiſtendum per ſe, ideo ſemper illi in eſt negatio aptitudinis exiſtendi in alio vt docet q. 1. art. 3. ſolutione ad 2. pro opinione. Datur igitur vtrumq. ſimul, & quod maneat ſatiata non appetens ſeparationem a Verbo & quod non amittat ſuam aptitudinem. Ex quo patet ad argumenta.

Quidam Scotiſta. Ex explicatione huius loci Scoti quot 29. art. 3. apparet quomodo male quidam Scotiſta negauit in nobis ſecundum Scotum non eſſe potentiam naturalẽ ad habitus ſuper naturales, quia Scotus ibidẽ inquit. in nobis non eſt proprie aptitudo ad habitus & formas ſuper naturales. Sed magis vrgent verba Scoti in 3. d. 1. q. 1. art. 3. ad 2. vbi inquit. Actũ ſuper naturalem non concomitatur aptitudo in natura; cum ſit tantum in potẽtia obedientiali ad ipſum. Dico quod Scotus negat proprie aptitudinẽ quia aptitudo proprie non ſolum eſt ad actum perfectiuum naturæ ſed ad actum connaturalem & eiuſdem ordinis cum natura ideo licet in nobis ſit potentia naturalis ad doctrinam reuelatam, nimirum quod non dicatur proprie aptitudo, quia illa ſcientia ſeu notitia non eſt nobis connaturalis. Autor autem non abſoluta negauit aptitudinem ſed modificauit & tantum dicendo. Propriæ. Secundo dico quod eſt diſcrimen inter ſuper naturalia in eſſendo qualis eſt diuina perſonalitas & actus ſuper naturales quo ad infuſionem, qui poſt infuſionem naturaliter perficiunt potentiã qualer ſunt habitus infuſi qui eleuant potentiam ad aſſequendum obiectum ſuum licet excedens. Reſpectu habituũ ſuper naturalium, ſolũ quoad infuſionem, concedit Scotus q. 1. prologi, eſſe in nobis potentiã naturalem quia accepta fide naturaliter facio ſillogiſmos Theologicos. Et illi habitus perficiunt naturam eleuando illam, ideo in nobis eſt potentia naturalis ad illos. Perſonalitas diuina eſt ſuper naturalis in eſſendo & terminat impediendo ſubſiſtentiã propriã & connaturalem reſpectu cuius ſemper habet aptitudinem. Ideo loquendo de diuina perſonalitate impediente propriam, bene inquit quod in ipſa natura non eſt aptitudo ad recipiendam perſonalitatem impedientem propriam, ſed ſolum eſt potentia obediẽtialis, quia ſi eſſet aptitudo ad diuinam perſonalitatem eſſet aptitudo naturę contra ipſam naturam, & diuina perſonalitas eſſet humanę naturæ connaturalis quod omnino eſt falſum. Si dicas quod habitus infuſi etiam poſt quam ſunt infuſi nõ poſſunt dici connaturales igitur nec ad illos eſt aptitudo naturalis. Dico quod habitus infuſi non poſſunt dici connaturales. Quia vero omne ens ſit obiectũ intellectus & omne bonũ obiectum voluntatis & habitus perficiunt potentiam non impediendo illam ſed perficiendo & eleuando proprium ſuum eſſe quod eſt intelligere & velle, longe aliter eſt in potentia ad iſtos & illos alios ideo aliter loquitur in primo aliter in hoc 3. quod Scotiſta non conſiderauit, aliter Scotus eſſet ſibi contrarius Dico vltimo quod ad ſignificã dum ſupradictum diſcrimen poſſemus dicere quod ad actus connaturales eſt aptitudo, Ad habitus ſuper naturales modo expoſito quæſt. 1. prologi eſt potentia naturalis quia perficiunt naturam eleuando non impediendo. Ad diuinam perſonalitatem eſt potentia obedientialis ſolum. Diſtinctio obiectiua rerum cogit nos nouas ad inuenire voces.

*Num vnio hypoſtatica ſit maxima vnio.*

Dub. 4. De propoſita quæſtione quæ ſedem habet apud Autorem diſtinct. 6. q. 1. ſolutione ad 2. agit D. Tho. Thom. 3. p. q. 2. ar. 9. Seraphicus Bonauentura d. 6. ar. vltimo quæſt. vltima. Durand. d. 5. quæſt. 3. vbi docet hanc vnionem non eſſe maximam ſed dicitur aſſumptio maxima ratione dignitatis, quia extrema ſunt maxime perfecta. Angelus enim non eſt vnitus alteri ergo natura humana eſt extremum perfectiſſimum vnitũ Scot. alteri. Hæc ſententia videtur eſſe Scoti loco allegato vbi explicans, verba Bernardi ad Eugenium. libro Bernar. 5. de conſideratione dicentis. Arcem tenet vnitas Trinitatis in qua tres perſonæ ſunt vna ſubſtentia, ſecundo loco illa precedit, in qua e diuerſo tres ſubſtantiæ ſunt vna in Chriſto perſona, inquit. Vnitas poteſt dici maxima. vel ex priuatione diſtinctionis, vel ex perfectione illorum vnitorum in ipſa vnitate. Primo modo non eſt hic maxima vnitas quia maxima eſt hic diſtinctio naturarum. Secundo modo poteſt concedi maxima vnitas poſt vnitatem Trinitatis, quia ipſa vnita ſunt perfectiſſima: quia vnum eſt infinitum alterum eſt ſubſtantia perfecta. hęc Scotus. Quibus verbis inſinuare videtur quod ſit maior vnio ex maiori perfectione vnitorum ſicut docet Durandus. Pro hac ſententia arguitur. Hæc vnio dicitur maxima, quia vnitas diuinæ perſonæ in qua vnitur natura diuina, & humana eſt maxime vna, ſed maior vnitas non eſt ſumenda ex parte perſonæ in qua fit vnio, ſed ex parte coniunctionis, & minoris diſtinctionis, nam vnum, idem eſt quod indiuiſibile, ergo quod eſt magis indiuiſibile, eſt magis vnũ, ſed plura alia ſunt magis indiuiſibilia & minus diſtincta ergo ſunt magis vnũ. Minor probatur: nam omnia compoſita ex materie, & forma ſunt magis vnũ quia non eſt diuerſitas naturarum, ergo.

Secundo ſi vnitas diuinæ perſonæ eſſet cauſa maioris vnitatis ſequeretur quod vnio omnium accidẽtium quæ ſunt in Chriſto eſſet maxima quia vniuntur illi perſonæ quæ eſt maxime vna, conſequens eſt falſum: quia vnitas accidentalis non eſt tanta ſicut vnitas ſubſtantialis quæ fit ex per ſe in potentia & ex per ſe in actu in creaturis vnitas vero accidentalis fit ex per ſe in actu completo cui aduenit aliud quod non eſt de eſſentia eius ſeu quod poteſt ab eſſe ideo non eſt tanta vnitas.

3. Materia in via Thomiſtarum eſſe non poteſt ſine forma, ergo in via Thomiſtarum maior videtur vnio materiæ & formæ quam vnio hypoſtatica vbi vtrũq. extremum poteſt per ſe ſubſiſt. &c.

Oppoſita ſententia eſt Thomiſtarum 3. p. vbi ſupra ſequitur Palud in 3. d. 5 q. 2. ar. 3. Capreol. q. 1. concluſione 3. Marſil in 3 q. 1. art 2. p. 4 Ante omnes docuit Alexand 3. p. q. 7. in 2 art. ſed in quo conſiſtat hæc maior vnio vie declarant. Seraphicus Bonauentura Bonau. inquit quod ratio maioris vnitatis conſiſtit in multis. Primo in hoc quod perſona Verbi ſit ſimpliciſſima vere ſubſiſtens in vtraque natura. Secundo propter inſeparabilitatem vnitorum quia fortiſſimo vinculo fortificata eſt ſtatũ naturarũ vnio ſita vt nũ

quam poſſit ſeparatio, quia nullam habet cauſam ſeparationis ſicut alia vnita quæ corrumpuntur & ſeparantur. Tertio dicitur maxima propter modũ ſingularem vnionis, quia nunquam fuit aliqua vnio huic ſimilis 4. Propter vnibilium dignitatem: hanc rationem bene admittit Scotus, & Durand. dicunt tamen non ſufficere. S. Thom 3.p q.2.ar 9.inquit hæc

S. Thom.

vnio poteſt conſiderari dupliciter, vno modo ex parte eorum quæ coniunguntur & vniuntur, & hoc modo non eſt maxima vnio (Ecce quod dixit Scotus antea) alio modo poteſt conſiderari vnio ex parte eius in quo extrema coniunguntur; & ſic eſt maxima vnio quia vnitas perſonæ in qua coniunguntur natura diuina & humana, eſt maxima. Quo pacto ſit maxima declarat ſolutione ad primum dicens. Perſona diuina eſt vna per ſe ſubſiſtens, non habẽs vnitatem & indiuiſionem participatam ab alio: vnitas enim naturalis eſt pars numeri quæ participetur in rebus numeratis vnitas verbo diuinæ perſonæ eſt vnitas completa, quæ non eſt pars alicuius numeri. Caietanus explicãs S. Tho. inquit quod eſt maxima

Caiet.

in quantum vna diuina perſonalitas ſimpliciſſima abſque ſui imperfectione eſt perſona vtriuſque naturæ Hoc non eſt aliud quam ſub vnica propoſitione, dicere omnia quæ ſparſim dixit S. Thom.

In hac quæſtione Dico quod vnio hypoſtatica eſt maior vnione beatifica. Ita Scotus in 4. d. 49. q. 12. cui reſpondet ante primam, vbi concedit quod illapſus ad naturam vnitam eſt perfectior id eſt magis intimus & magis ſpecialis. Idem docet in hoc 3. d. 1. q. 1. art. 2. ad 2. Suadet ratio, nam vnio beatifica eſt per gratiam, viſionem, & amorem: iſta per realem vnionem perſonæ diuinæ igitur eſt maior vnio.

Secundo Dico quod vnio eſt indiuiſio a ſe & diuiſio a quolibet alio, vnde illud eſt magis vnum quod eſt magis indiuiſum a ſe & magis diuiſum a quolibet alio, & quando vnio conſtat ex pluribus poteſt conſiderari maior vnio ex maiori vel minori communicatione & conuenientia. Conſiderando naturam diuinam & humanam ſecundum conuenientiam non eſt hic maxima vnio: quia maxima eſt hic diſtinctio naturarum quæ non habent aliquid commune vtrique ſicut habent creata inter ſe quæ conueniunt genere vel ſpecie hoc modo debet intelligi Scotus, & S. Tho. locis ſupra citatis.

3. Dico quod cõſiderando omnia quæ inueniuntur in hac vnione eſt maxima poſt vnitatem Trinitatis, in qua tribus perſonis realiter diſtinctis, commune eſt vnum eſſentiale abſolutum inſeparabile & indiuiſibile ab ipſis diuinis perſonis. Sed conſiderando maximam diſtinctionem inter naturam humanã & diuinam vt diximus, inſtar illius vnitatis datur hic diuina perſonalitas maxime indiuiſibilis a qualibet natura, quam quæcunque alia vnitas: igitur eſt maxima vnitas. Minor probatur deſcenſu: quando plura miſcentur & cõfuſa faciũt vnum ceſſat eorũ eſſe ideo non manent vt de eis dici poſsit quod ſunt vnum, ſed ſolum dici poteſt quod ex eis factum eſt vnum. De vnitate accidẽtali conſtat quomodo non ſit tanta vnitas quia accidens exiſtens in ſubiecto nõ exiſtit exiſtentia ſubiecti & de facili vnum poteſt ab alio ſeparari. De vnitate materię & formæ (de quo poteſt eſſe dubium) probatur quia hic non eſt tanta diſtinctio extremorum, & tamen eſt maior ſeparabilitas eorum. in hac vero diuina vnione, econtra, eſt maior diſtinctio extremorum, vt diximus, & tamen minor diuiſio & ſeparabilitas eorum, quia partialia extrema non habent contrarium corrumpens quæ pte requiruntur ad eorum vnionem ſicut habẽt materia & forma, iuxta quod inquit Damaſcenus, quod

Dam.

ſemel aſſumpſit nunquam dimiſit.

Secundo quia materia & forma non habent aliquid commune omnino idem cum aliquo extremo, nam ſecundum Scotum in hoc 3. d. 1. q. 1. art. 3. perſonalitas vltra naturam ſingularem ſolum dicit vltimã ſolitudinem, & ſic non eſt aliquid poſitiuum commune duobus rebus diſtinctis. Hic diuina perſonalitas communis vtrique naturæ eſt omnino idem cum diuina natura, ideo humana natura & diuina maxime vniuntur in diuina perſona, quæ eſt omnino idẽ

Leo.

cum diuina eſſentia iuxta quod inquit Leo Papa ſerm. 17. de paſsione Domini. In tantam vnitatem Dei & hominis natura conuenit, vt nec ſupplicio potuerit dirimi, nec morte diſiungi. Tertio vnitas reſultans ex vnione materiæ & formæ cum ſit maxime forma, non eſt maxime vnum cum materia, quę eſt maxime potentia, forma partialis maxime eſt ſeparabilis a materia, ad cuius ſeparationem corrumpitur totum, igitur conſiderando vnionem prout dicit indiuiſionem maxima fuit vnitas cum inter extrema maxima eſſet diſtinctio vnio enim duorũ extremorum eſt velut vnio ſolis cũ corpore diaphano quod totum penetrat. Vnio aliorum rerum eſt ſicut cum ſua virtus corpori opaco nõ penetrans ſingulas eius partes ſed ſolum ſuperficiem. Vltimo perſonalitas in opinione Scoti non diſtinguitur a natura ſingulari, ſed ſic eſt quod diuina perſonalitas ita intime vnitur naturæ quod ſupplet propriam igitur eſt maxima vnio. Nec hoc eſt contra Scotum, qui diſt. actiona premiſſa, ſolum aſsignauit quomodo non ſit maxima vnio, (quod etiam fecit S. Thom.) Poſtea vero manifeſte docet Scotus quod eſt maxima propter perfectionem vnitorum. Secundo inquit quod eſt maxima ea perfectiſsima communicatione idiomatum. Ergo poſt aſsignatam rationem propter quam non eſt maxima vnio relinquit locum vt poſsimus adducere rationes ob quas ſit maxime vnio, quod maxime verum eſt dicendo totum realiter diſtingui a ſuis partibus.

Ex dictis conſtat quod in hac parte non ſit controuerſia inter S. Tho. & Scotũ oſtẽdit ſiſcotiũ Caietani qui non citat Scotum vt tenentem oppoſitum.

Ad argumenta patet ex dictis, dicendum quidẽ quod primum probat extrema quæ vniuntur minus conuenire, vt docet Scotus in primo membro diuiſionis. Similiter & S. Thom. intimius vero vnitur perſona diuina naturę humanæ vt dictum eſt, & de hac vnitate eſt hic precipue ſermo non de vnitate cum natura diuina.

Ad 2. nego ſequelam quia accidentia non vniuntur perſonæ immediate.

Ad 3 nego materiam non poſſe eſſe perſe.

## Articulus II.

*Vtrum natura non nata frui poſsit aſſumi.*

AD ſecundum ſic proceditur videtur enim quod includat contradictionem quod natura nõ nata frui poſsit vniri verbo hypoſtatice. quia tunc natura nõ perſonabilis perſonaretur; natura enim

*Arg. errant in princ. quæſt.*

quæ

quæ vnitur perſonæ in vnitate ſuppoſiti perſonatur, natura non nata frui non eſt perſonabilis.

Secundo quia tunc eſſet communicatio idiomatum, & ſic Deus diceretur eſſe lapis vel ignis, imo videretur eſſe parfectior communicatio idiomatum, tunc quam modo cumquelibet pars lapidis ſit lapis & quidquid eſt Dei eſt Deus non ita eſt de homine igitur, &c.

Sed cōtra intriduo immediate vnitatur caro Verbo & nō fruebatur. quidquid autem verbum potuit cōſeruare ſibi vnitū immediate potuit immediate aſſumere.

*Henric. quotlib. 13. q. 5.* Reſpondeo dicendo Quod aliqui dixerunt quod non, quia ſicut Deus ſe habet ad omnem creaturam in illapſu ſpeciali quantum ad eſſe & operari, ita vide tur ſe habere ad hanc naturam illapſu ſpeciali quantum ad hanc operationē & hoc eſſe, ſed primo modo nulli poteſt illabi ad eſſe niſi cui illabitur ad operationem, ſecundum Philoſophum 4. Me*4. Meta phyſ. cap. vlt. Phi. & 2. de anima.* thaphiſicæ in fine. Quia vnum quodque eſt tale cum poteſt agere. cum autem nō poteſt agere non eſt tale. igitur non poteſt illabi iſti naturæ illapſu ſpeciali quātum ad eſſe niſi poſſit ei illabi quātum ad operationem ſpecialem. Operatio ſpiritualis reſpiciens obiectum ſuper naturale aſt operatio videndi & fruendi. quę nullo modo competunt naturæ non natæ frui vt naturæ irrationali igitur, &c.

*Impugna tur opin.* Contra iſtud. Natura intellectualis aſt aſſumptibilis, quia non habet in ſe entitatem poſitiuam repugnantem dependētiæ iſti ſpeciali ad verbum ſiue communicationi eius verbo vt natura communicatur ſuppoſito: quidquid autem eſt communicabile ſic eſt aſſumptibile & quod non habet vnde repugnet ſibi talis cōmunicatio non habet vnde repugnet ſibi dependere & aſſumi à verbo, ſed natura non intellectualis, non habet perfectiorem rationem ſuppoſiti, quam natura intellectualis, igitur & natura non intellectualis non habet aliquā entitatē poſitiuā per quam repugnet ſibi dependere dependentia illa prædicta, igitur & ipſa ex parte ſui eſt aſſumptibilis. Et verbum videtur ex parte ſui poſſe iſtam dependentiam terminare, cum ſit independans in ratione ſuppoſiti & ita poteſt terminare dependentiam hypoſtaticam.

Hic diceretur quod licet natura lapidis poſsit dependere hypoſtatice non *Euaſioi* tamē ad perſonam vt ad terminum, quia perſona non terminat dependentiam naturæ niſi perſonabilis. Hoc excludendo dico. Quod licet naturæ dependentes ſiut alterius rationis & ita dependentiæ earum in quantum a fundamēto ſunt poſſunt habere diſtinctionem aliquo modo alterius rationis, tamen idem terminus & ſecundum eādem rationem ex parte eius poteſt eſſe omnium iſtarum dependentiarum. Similiter ſi natura Angelica aſſumeretur ipſa eſſet alterius rationis a natura humana. & ſic eſſet alia dependentia huius naturæ & illius, & tamen vtraque poſſet dependere adeundē terminum vt ad perſonam verbi. *Excluditur.*

Sed diceretur quod vtraq. eſt perſonabilis licet habeant entitatē vel dependētiā alterius rationis, & ideo vtraque poteſt vniri perſonæ, non ſic natura nō perſonabilis. Contra iſtud. Si verbum eſſet hypoſtaſis independens, & non perſona poſſet terminare dependentiam naturæ non perſonabilis, igitur cum nihil tollatur ab ipſo quod perſe faciat ad rationē terminandi dependentiam alterius per hoc quod eſt perſona ad huc poterit terminare. Nec tamen ſequitur quod natura aſſumpta lapidis perſonaretur, quia perſonari non tantum dicit vniri, ſed ſic vniri, ita quod ille modus reſpicit fundamentum vnitum, ſiue aſſumptum. Siuē iſte modus ſit intrinſecus illi vnioni, ſiue materialiter ſa habeat ad illam: poſſet enim bene poni quod relatio haberet aliquem modum intrinſecum, cauſatum tamen a fundamento. Quod ſi iſte modus ſupradictus per hoc quod eſt eſſe perſonabile, non ſit intrinſecus relation, tavt vnio ſignificatur per hoc nomē perſonatio. Neceſſario cōnotatur ille modus. *Obiectioi* *Excludia tur.*

Eſt autam modus iſte quod fundamentum naturum eſſet in ſe perſonari, ſi non aſſumeret ab alio. Et ſi ergo natura humana & lapidis conueniant in ratione depēdentiæ ad hypoſtaſim. Tamen quia non conueniunt in ratione talis modi dependētiæ, ideo nō poſſunt ambæ perſonari.

Aliqui ramen dicunt quod hoc eſt propter diſtinctionam hypoſtaſis, & per *Varr. li. 3. q. 9. ar 3.* ſonæ in verbo quod ſibi poteſt aliquid vniri in ratione hypoſtaſis vt lapis & ta-

*Impugnatur Varro.*

mem non in ratione perſonę. Contra ſicut dictum eſt diſt. 8. 1. lib. in Deo non eſt ordo aliquarum realitatum quarum vna contrahat aliam, quia tunc non eſſet perfecte ſimplex, & iſta eſt ratio quare Deus nō eſt in genere igitur nō eſt in eo aliqua realitas a quaſi hypoſtaſis determinabilis a realitate, a qua eſt perſona imo nulla omnino alia & alia eſt realitas ſecundum diſtinctionē ex parte rei a qua ſit hypoſtaſis & perſona. Omnis autem vnio realis eſt ad terminum realem ſecū dum quod realis, non igitur poteſt eſſe vnio realis ad hypoſtaſim & non ad perſonam cum nulla ſit ibi diſtinctio realis & ideo non dico naturam illam irrationalem non perſonari, & naturam noſtrā perſonari propter aliquam diſtinctionē realem hypoſtaſis & perſonę in termino dependentię, ſed propter diſtinctionem realem relationum per modos quos habent a fundamentis vel ſaltem quos cauſant fundamenta.

*Contra Autoris.*

Quantum igitur ad iſtum ſecundum articulum, concedo rationē factam contra opinionem quia natura creata poteſt dependere non tantum depēdentia cauſati ad cauſam ſed dependētia hypoſtaſibilis ad hypoſtaſim, quia non habet aliquid in ſe per quod repugnet ſibi ſic dependere & verbum poteſt terminare iſtā dependentiam, quia & ſi non ſit in eo diſtincta ratio hypoſtaſis & perſonæ, tamē ita perfecte habet quidquid requiritur ad perſonam & hypoſtaſim vt terminet ſicut ſi non eſſet perſona.

*Ad arg. princip.*

Ad argumenta, ad primum patet reſponſio, qualiter diceretur hypoſtaſiari vel ſuſtentificari non tamen perſonari propter differentiam illius dependentiæ quæ dicitur hypoſtaſiatio vel ſuſtentificatio ad illam dependentiam. quæ dicitur perſonatio.

Ad ſecundum quod eſt de communicatione hydiomatum, aliqui negāt conſequentiam ſed cum ratio huius communicationis ſit quod ſuppoſitum recipit prædicationem in concreto illius naturę in qua ſubſiſtit & ſi ſubſiſteret in natura lapidis non videtur ratio quare lapis nō prædicaretur de eo dicēdo. Deus eſt lapis ſicut modo dicitur quod eſt homo, & equalit vtraque eſt vera. Sed cum vlterius infertur illa eſſet perfectior cōmunicatio quia quelibet pars lapidis, eſt lapis. &c. Dico quod pars lapidis & ſi recipiat prædicationem lapidis in communi ſicut pars homo genea vel ſubiectiua in ſuo toto non tamen recipit prædicationem illius cuius eſt pars integralis ſicut nec totū integrale prædicatur de parte integrali. Vt non dicimus quod paries ſit domus tunc enim verbum eſſet lapis non in vniuerſali, ſed hic lapis aliquis totus & quod nulla pars lapidis eſſet hic lapis ideo nulla pars lapidis prædicaretur de eo.

*Ad arg. propinquius.*

Per hoc patet ad argumentum ad ductum per opinione quantum ad ſecundum articulum ſicut enim vere illapſus ſpecialis eſt ad eſſe quo ſcilicet naturæ creatæ communicatur eſſe Verbi, ita neceſſario eſt illapſus ſpecialis ad operari quod ſcilicet Verbū poſſit operari operationes illius naturæ vt ſicut Verbum diceretur eſſe ignis ſi aſſumpſiſſet naturā ignis ita diceretur calefacere calefactione ignis ſed non oportet illapſum eſſe ad operationes repugnantes tali naturæ, ſicut ſunt operationes beatificę vt intelligere, & velle ſicut in illapſu generali Deus illabitur cuilibet creaturæ ad eſſe & operationē ſibi conuenientem non tamen ad aliquam operationem ſibi diſcō uenientem, vel excedentem naturam.

Ex iſta quæſtione apparet quod nō eſt aliquod medium neceſſitatis in aſſumptione naturæ humanæ ad Verbum puta neque anima nata frui mediat inter carnem & Verbum quare ex ſecundo articulo natura non intellectualis poſſet immediate aſſumi. Nec gratia eſt immediate medians inter iſta, Verbum ſcilicet & naturam natam frui quia poſſet natura aſſumi ſine hoc quod haberet habitum gratiæ.

*Super diſt. 2. q. 1. art. 2.*

Autor in litera tria facit. Primo recitat opinionē Henrici. Secundo impugnat illam. Tertio reſpondet ad quæſtionem ex propria ſententia. Quātum ad primum eſt opinio Henrici aſſerentis quod natura irrationalis eſt in aſſumptibilis Probatur. Quemadmodum ſe habet Deus ad omnem creaturam in illapſu generali quantum ad eſſe & operari ita videtur ſe habere ad hanc naturam illapſu ſpeciali, ſed illa, ſu generali nulli poteſt illabi ad eſſe, niſi cui illabitur ad operari quia vnum quodque eſt tale cum poteſt agere & producere, igitur non poteſt illabi ſpeciali naturæ illapſu ſpeciali quantum ad eſſe, niſi illabatur quantum ad operari, ſed operatio ſpecialis reſpiciens obiectum

ſuper

ſuper naturale eſt operatio videndi & fruendi quæ non poſſunt competere naturæ irrationali igitur nõ poteſt illa ei tali naturę iſta illapſu ſpeciali.

Quantum ad ſecundum Autor impugnat hanc ſententiam. Principua ratio eſt, Natura rationalis ideo eſt aſſumptibilis, quia eſt imperfecta potentia obediẽtiali reſpectu Dei, ſed natura irrationalis, eſt in huiuſmodi potentia, non habẽs aliquid quod reſiſtat Deo; ergo eſt etiam aſſumptibilis. Nec obſtat quod natura irrationalis vt lapis non ſit perſonabilis quia quãuis non ſit perſona poteſt vniri perſonæ, & dependẽre a perſona. Perſona enim includit rationem ſuppoſiti & addit quod ſit in intellectuali natura; ideo ſi quod ei vnitur eſt perſonabile illud perſonat. Si tantum eſt ſuppoſitabile ſuppoſitat illud, vnde ſuppoſitare & perſonare non differunt ex parte perſonę aſſumentis, ſed ex parte naturæ aſſumptæ, ideo ſi natura Angelica quæ differt ſpecie ab humana aſſumeretur talis aſſumptio & dependentia naturę eſſet alterius rationis ab iſta aſſumptione ex parte fundamenti, non

Obiectio. ex parte termini & perſonæ cui vnitur, quia ſemper eſt eadem. Si dicas hoc exemplum non eſſe ad propoſitum, quia tam natura Angelica quam humana poſſunt perſonari. non ſic natura humana & natura irrationalis nihil obſtat, quia in quacunque perſona inuenitur ratio hypoſtalis, ideo poteſt hypoſtaliare quancunque naturam irrationalem hypoſtaſiabilem quod dico propter accidentia.

Sententia & ratio Autoris. Quantum ad 3. Autor docet quod natura irrationalis eſt aſſumptibilis hoc probat ratio qua impugnauit opinio Henrici. Quia quecunque natura eſt imperfecta obedientia reſpectu Dei nec habet aliquid repugnans aſſumptioni.

*Num natura irrationalis ſit aſſumptibilis.*

Henr. Alexan. De propoſita quæſtione eſt opinio Henrici dicẽtis non poſſe aſſumi. Tribui ſolet hæc opinio Alexãdro 3.p.q. 11.M.1. ſolutione ad primum & q.12.M.11 art.1. vbi maiorẽ vim facit in hoc quod gratia fuit medium aſſumptionis, ita vt anima fuerit aſſumptibilis mediante gratia & corpus mediante anima. Sequutus eſt hanc ſententiam Picus Mirandulanus.q 4 ſue apollogie propter quam opinionem Romæ male audiuit & poſtea vt refert Echius centuria 9. d.2. ſententiã retractauit. Albertus hac.d.ar.1.docet quod non eſſet decens & conueniens aſſumere irrationalẽ. Hunc ſenſum tangit D. Tho. 3.p.q.4.art.1.ad primũ vbi inquit. Aliqua creatura dicitur non eſſe aſſumptibilis, non ad ſub trahendum aliquid potentiæ diuinæ, ſed ad oſtendendum conditionem creaturæ quæ ad hoc aptitudinem non habet. Pro hac ſententia arguitur. Aſſumere naturã irrationalem repugnat diuinæ ſapientiæ quia nullum videtur habere finem, ergo eſt impoſsibilis talis aſſumptio.

Scot. Secunda ſententia quam ipſe Henricus communem appellat docet cum Scoto hic quod ſit aſſumptibilis, ita Dur. hic q.1. Marſilius in 3 q.3.ar.1. habet Gabriel hac d. Almainus.q.2. Maior Palud & communiter omnes doctores.

S.Tho. S. Tho.3 p.q.4.ar.1. Solutione ad 2. expoſitores ibidem. Vtranque exiſtimat probabilẽ Ricard. hac d.ar.1.q.4. Noſtra ſententia probatur ratione Autoris quæ habetur in ſumma text. & eſt efficaciſsima cui fauet Aug. ad Voluſianum dicens quod in hoc myſterio tota ratio facti eſt potentia faciẽtis, ac ſi dixiſſet. Nullum fuit medium, nulla ratio & cauſa facultatis quia nulla vnquam fuit difficultas. Manifeſtatur hoc iam interduo corpus in animatum manſit aſſumptum, ergo quæcunque alia irrationalis natura erit aſſumptibilis. Nec obſtat dicere iſtud corpus aliquando fuit animatum, & pro aliquando erat iterum animandum, quia reſpectus ad præteritũ, vel futurum non poteſt reddere aſſumptibile quod de ſe non poteſt aſſumi: ſi enim preciſa ratio aſſumptionis eſſet animatio, ſeparata anima non poſſet corpus manere vnitum; ſicut ſi ratio videndi ſubſtantiã eſt lux vel color videri non poteſt in tenebris & ſine colore. Similiter ſi ratio recipiendi accidẽtia corporalia eſt quantitas, non poſſunt recipi ſine quantitate.

2. Concluſio. In tali caſu Lapis.v.g. nõ eſſet perſonatus ſed ſuppoſitatus tantum, quia relatio habet eſſe a ſuo fundamento, ſed lapis non eſt perſonabilis ſed ſuppoſitabilis, ergo non perſonaretur ſed ſuppoſitaretur.

3. Concluſio Ratio quare ſuppoſitaretur & non perſonaretur, non eſt quia ratio hypoſtaſis & perſonæ diſtinguantur in perſona Verbi, vt dixit Vairo. in.3.q.9.ar.3. nam in perſona Verbi vt dictum eſt in 1.d.8 q 3. non eſt aliqua compoſitio realitatum, quarum vna contrahat aliam, ergo non eſt aliqua realitas, qua ſit hypoſtaſis, & alia qua ſit perſona, ſed eſſentia eſt de ſe hæc & ſingularis perſe ſubſiſtens, quæ ſine compoſitione aliqua ſimul cũ proprietate perſonali conſtituit perſonam, in qua perſona non eſt conſiderandum quod mediante vna realitate conſtituatur ratio hypoſtaſis & mediante alia conſtituatur in eſſe perſonæ, ſed quemadmodũ eadem anima cõſtituit hominem in eſſe hominis, animalis, & c. ita eadem perſonalitas in eſſe perſonę, hypoſtaſis, & c. non obſtante quod lapis ſit hypoſtaſis non perſona quãadmodũ ouis eſt animal non homo. Concluſio probatur. Omnis vnio realis eſt ad terminũ realem ſicut realiter ſubſiſtit, ſed in termino cui natura vnitur nõ eſt aliqua diſtinctio ſuppoſiti & perſonę, ergo ratio quare lapis in tali caſu ſuppoſitaretur non eſt quia ratio ſuppoſiti & perſonæ diſtinguantur in Verbo ſed ſolum quia iſta natura eſſet ſuppoſitabilis non perſonabilis. Concluſio cum ratione habetur ad finem impugnationis.

4. Concluſio. In caſu noſtre quęſtionis Deus non eſſet lapis, vt lapis eſt nomen ſuppoſiti, ſed vt eſt nomen nature exiſtentis in ſuppoſito, eo prorſus modo quo nunc dicitur homo. Ita Marſilius in.3.q.3.art.2. Ratio eſt manifeſta quia tunc talis natura non eſſet perſe & ſolitaria. Durand. in 3.d.4.q.4. ratione vltima docet quod ſi Deus aſſumeret carnem ſine anima magis proprie diceretur in carnatus quam caro. Fallitur tamẽ iudicio meo quia ſicut nunc dicitur homo, quia vnitur humanæ naturæ ſic tunc diceretur lapis vel caro. Hanc concluſionem declarat Autor ſolutione, ad 2. dicens quod non quælibet pars lapidis eſſet Deus quamuis quęlibet pars lapidis ſit lapis, quia lapis eſt ſubſtãtia homo genea, reſpectu tamen extrinſeci extremi cui vnitur non verificatur illa homo genea denominatio, quia vnio fit lapidi vt eiuſdam toto ideo totus Lapis diceretur Deus non quælibet pars.

Ad argumenta principalia Autoris Dico quod primum patet ex ſecunda concluſione, & ex obiectionibus quas ſoluimus in ſumma text.

Ad 2

Ad 2. patet ex vltima concluſione.

Ad 3. quod habetur in principio corporis & eſt Henrici, quod propoſui in ſummatext, reſpondet Autor quod ſicut Deus illabitur illapſu ſpeciali vniēdo ſibi naturam illabitur quantum ad operari, non tamē oportet quod ſi illabitur ad eſſe illabatur quātum ad operari in actu, quia poſſet vnire ſibi ignem qui non combureret ſi hoc quantum ad operationes ſibi conuenientes a fortiori non oportet quod illabatur quantum ad operationes excedentes ſuam naturam vt eſt videre & intelligere Deum.

Ad argumentum quod poſui in hoc dubio, dico quod id quod non repugnat quia impoſſibile, vel quod intrinſeca malum nullo modo eſt impoſſibile Deo. Aſſumere naturam irrationalem nec eſt impoſſibile ex repugnantia extremorum, nec ex intrinſeca malitia, ideo non eſt impoſſibile ſed indecens. Ideo non eſt factum. Dici etiam poſſet, quod ſi Deus ſumeret lapidem, oſtenderet quantum valeret communicare ſe creaturæ, ideo non eſſet omnino ſine aliquo fructu.

*Num materia prima ſit aſſumptibilis.*

Dub. 2. Quæſtio de ſe eſt facilis ex dictis. Pendet ex hoc an materia prima poſſit habere aliquam exiſtentiā. ſi poteſt per ſe exiſtere, ſine dubio aſſumi poteſt de quo Scot in 2. d. 12. q. 2. S. Tho. 1. p. q. 66. art. 1. Ratio ad concluſionem affirmatiuam eſt quia omnis creatura eſt in potentia obedientiali reſpectu Dei. Oppoſitū docet Metina 3. p. q. 4. art. 1. dub. 1. Marſilius in 3. q. 3. art. 1. dubio quodam videtur docere quod in triduo de facto aſſumpſerit materiam primam: quia negat formam cadaueris & formam corporeitatis & cum conſtet non ibi fuiſſe animam rationalem, non apparet quæ alia forma poſſet tunc in corpore manere. Reſpondet quod manſit quædam forma organica: quid autem ſit iſta forma organica ipſe doceat.

*Num accidentia poſſunt aſſumi.*

Dub. 3. An accidentia aſſumi poſſunt res eſt dubia nam accidens vnitur per inhæſionem informādo ſubiectum cui vnitur: Deo nihil huiuſmodi vniri poteſt ergo nullomodo poteſt aſſumere accidens. Declaratur vis rationis, accidens corporale non poteſt vniri Spiritui, ſed ſpiritus eſt Deus, ergo non poteſt ei vniri.

In hac quæſtione certum eſt quod accidentia relatiua non poſſunt aſſumi immediate, quia neceſſario habent eſſe in alio idem videtur de aliis accidentibus abſolutis, quæ natura ſua alligantur ſubiecto vt eſt dulcedo, quia nō videtur habere eſſe niſi in ſubiecto. De quantitate quæ per ſe eſt in Sacramento altaris non videtur ratio quare non poſſit vniri quia Deo nihil eſt denegandum, ſi non habeat manifeſtā repugnantiam. Ita Marſilius, Gabriel Almainus ſupra

Metina. citati Metina 3. p. q. 4. art. 1.

Ad argumentum dico quod ſubiecto naturali cui ſunt quaſi paſſiones vniuntur per inhæſionem: in caſu quæſtionis ſolum vnirentur ad exiſtendum in diuina ſubſiſtentia perſonali, quæ quia non commēſuratur accidenti, nec afficitur illo poteſt illud ſibi vnire & fieri ei intima præſens ſine inhæſione non ſic corpus accidenti ſpirituali, nec accidens ſpirituale corpori quia requiritur commenſuratio.

*Num natura Angelica ſit aſſumptibilis.*

Albertus hac d. art. 2. ſequi videtur partem negatiuam quia perſonalitas Angeli eſt inſeparabilis ab Angelo. Angelica enim natura non dicit ordinem ad actum ſed fuit creata ſemper in actu, non ſubiacens generationi & corruptioni, ideo nulla eſt diſtinctio inter naturam & ſuppoſitum: non poteſt aſſumi ergo hæc natura. Alias rationes adducit iſte Autor quæ potius probant indecentiam quam impoſſibilitatē. S. Tho. 3. p. q. 4. art. 1. ad 3. docet quod poſſet Deus aſſumere naturam Angeli quam poſſet de nouo creare, vbi videtur iudicare eſſe impoſſibile quod corrūperet perſonalitatem Angeli exiſtentis. Saltim non oſtendit an perſonalitas Angeli diſtinguatur ab Angelo. Dub. 4.

Dicendum quod ſi perſonalitas Angeli diſtinguitur ab Angelo facile conſtat quomodo poſſit aſſumi natura ſine ſuppoſito. Si ſolum eſt modus naturæ exiſtentis ſolitarie, ſatis conſtat quomodo natura nunc per ſe exiſtens ſi aſſumeretur deſineret eſſe per ſe & exiſteret in alio.

*Num natura humana ſit magis aſſumptibilis.*

De propoſito dubio videndus eſt Alexander 3. p. q. 2. in 6. Seraphicus Bonauentura hac d. art. 1. q. 1. S. Tho. 3. p. q. 4. art. 1. Dub. 5.

Vbi omnes tenent partem affirmatiuam contra arguitur. Quælibet natura eſt æque in potentia obedientiali vt aſſumatur, ergo quælibet eſt æque aſſumptibilis, tenet conſequentia, quia ratio aſſumptionis vt colligitur ex aug. ad Voluſianum eſt potentia aſſumentis & obedientia naturæ aſſumptæ. Si dicas quod natura humana eſt magis aſſumptibilis quia magis congruum eſt vt aſſumatur nō videtur verum, quia natura irrationalis quamuis poſſit aſſumi ideo non eſt congruum, vt aſſumatur quia non poteſt videre Deum: quæ congruitas reperitur in natura humana, ſed iſta excellētius reperitur in natura Angelica, quæ non ſolum eſt rationalis ſed intellectualis. Si dicas quod congruitas deſumitur ex dignitate naturæ quæ poſſit videre Deum & ex neceſſitate quia indigebat ſubleuari. Contra quia Iob. 4. In Angelis ſuis reperit prauitatem. Si dicas quod fuit conueniens vt repararetur per ſuppoſitum eiuſdem naturæ cum eo qui fuit principium caſus, etiam diabolus fuit principium ruinæ, ergo per Angelum debuit eſſe reparator. Si dicas quod in vno homine omnes amiſerunt gratiam, & non erat conueniens quod tota vna natura periret. Contra quia ſecundum S. Thom. 1. p. q. 50. art. 4. quilibet Angelus ſuam conſtituit ſpeciem, ergo in qualibet cecidit quædam integra natura. Ex dictis conſtat quomodo quælibet natura ex ſe ſit æque aſſumptibilis quia Deo nihil reſiſtit ideo non datur poſſibilitas cum difficultate ſicut in nobis, in quibus quia virtus eſt finita datur poſſe aliquid cum facilitate & aliquid cum difficultate aliquid vero minime poſſe. Dicitur ergo aliqua natura magis aſſumptibilis ſecundum quod magis apta ad finem aſſumptionis. Finis incarnationis, & aſſumptionis, fuit eleuare naturam ad omnia genera gratiarum ideo natura irrationalis fuit minus aſſumptibi-

Arguitur.

In

lis quia non erat capax harum gratiarũ. Quare fuerit magis aſſumptibilis, quã natura Angelica dicẽdũ eſt.

*Alex.* Alexander inquit quod fuit magis aſſumptibilis quia magis ſimilis Ad probãdũ quod ſit magis ſimilis notat, quod diuina natura poteſt conſiderari abſtracta a perſonis. Secundo vt exiſtit in perſonis. 1. modo Angelus magis aſsimilatur Deo quia ſimplicior eſt. ſecundo modo homo eſt magis ſimilis Deo quia ſicut Deus eſt in ſuo mũdo ita anima hominis in corpore, & ſicut vna perſona procedit ab alia ſic vnus homo ab alio & ſicut Deus continet ideam rei corporalis & ſpiritualis ſic homo exprimit totã ratione diuini exemplaris. Supponit etiam quod natura humana nõ eſt aſſumptibilis ab eſſentia immediate. Habet hoc M. 3. tunc infert quod natura humana eſt magis aſſumptibilis quia magis ſimilis perſonę a qua poteſt aſſumi. Nos qui dicimus quod poſſet immediate aſſumi ab eſſentia dicimus cum ſeraphico Bonauent. quod quia magis ſimilis ei quod habet eſſe per originem. Secũdo quia exemplar eorum quæ in mente Diuina habentur. 3 Quia humanam naturam aſſumendo cle.auit totum mundum 4. Quia peccatũ magis remediabile quia non ex tanta malitia. Dicũt Theologi quod qui ex viribus naturæ operatur bene, eſt magis diſpoſitus vt Deus illum conuertat, & quod qui peccat ex infirmitate minus ineptũ eſt ad pœnitentiam & magis conſentaneũ Diuinæ bonitati vt illi ignoſcat. Paul. miſericordiam conſecutus quia ignorans feci. Ipſe cognouit figmentum *Pſal.* noſtrum recordatus eſt quoniam puluis ſumus.

## QVAESTIO II. DE MODO

*Aſſumptionis quantum ad ordinem.*

POſtea conſiderandum eſt de ordine Aſſumptionis & quantum ad hoc queruntur tria.

¶ Primo, vtrum fuerit aliquod medium inter Verbum & partes, & ipſum totum.

¶ Secundo, vtrum hoc totum ſit diſtinctum a ſuis partibus.

¶ Tertio, vtrũ natura humana, fuerit aſſumpta mediante gratia.

### ARTICVLVS. I.

*Vtrum inter Verbum & partes, & ipſum totum, fuerit aliquid medium.*

Ad primũ ſic procedetur viditur ꝙ Verbũ primo & immediate nõ aſſumpſerit totam naturã humanã, quia Verbum aſſumpſit carnem mediãte anima ſecundũ Damaſ. lib. 3. cap. 6. & Aug. de Agone Chriſtiano. c. 6. & eſt in litera. e. 11. *Damaſ.*

*Aug.* 2. Pars eſt prior toto via generationis ſicut in completum cõpleto, ſecundum Cõmẽtatorem 1. phyſ. ergo ſimiliter in aſſuptione, quia eo ordine aſſumabantur, quo nate erant aſſumi. *Com. 28. 5. Metaphy.*

3. Prius eſt a quo nõ cõuertitur ſubſiſtẽdi cõſequentia. Sed ſequitur aſſũpſit totũ, ergo aſsũſit partẽ nõ e conuerſo ergo. *Tex. comment. 16.*

4. Si aſsũpſiſſet primo totũ, ergo aliquãdo dimiſsiſet ꝙ ſemel aſſũpſit, vt in morte, cõſequẽs videtur falſũ, & cõtra Dam. *Dam. lib. 3. c. 26. Vltimum art. 3.*

Sed cõtra ſi hęc vnio primo fieret per partem vel per partes, non eſſet vnica aſſumptio.

2. Itẽ tũc prius fuiſſet animal quã homo

Reſpõdeo dicẽdo, quod aliqui dixerũt quod aſſumpſit corpus mediante anima, & hoc ſic ex ponitur quod in primo inſtanti anima eſt aſſumpta a Verbo & in ſecundo inſtanti naturæ vnitur corpori, & per hoc in eodẽ ſecundo inſtãti Verbũ vniuit ſibi corpus perſonaliter mediante anima quã primo ſibi vniuit. *Varron. lib. 3. d. 2. d. 2. 1.* Similiter de partibus cõparatis ad totũ, dicitur ꝙ prius ſunt aſsũptę ordine executionis. Sed totũ primo aſſũpſit ordine intẽtionis, ſicut totũ eſt prius partibꝰ ſuis & aſſũptio eius ſicut & creatio prius intendebatur. Contra primum iſtorũ, ſcilicet de anima reſpectu corporis, arguo. *Impugnatio.* Quia videtur ſequi quod Chriſtus nõ ſit primo homo ſic enim ille arguit cõtra opinionẽ Mag. ſentent. quod Crhiſtus nõ fuerit homo intriduo, quia aſſumans nõ eſt homo, niſi quia aſsũptũ eſt homo, quod exponi poteſt ſi bene intelligatur, quia aſſumptum eſt natura humana, igitur ſi primo aſſumptũ non eſt natura humana ſed pars naturę humanæ, aſſumens nõ erit primo homo, & ſicut in inſtanti aſsũptionis, ſe habuit ad totũ & partes ita & modo igitur & modo non eſt primo homo, ſicut ſortes eſt primo homo, quod videtur inconuenienſ, cũ non ſit aliqua ratio a parte predicati alia hic & ibi licet ſit alius modus predicãdi, ſicut tãgetur. d. 7

Imo ſecundo videtur ſequi quod Chriſtus nõ ſit homo. Probo, ſi accidẽs eſſet cõpoſitũ ex partibus eſſentialibus potẽtiali. a. & actuali. b. ſubiectũ non de nominatur ab acidente quia denominaretur a ſolo. b. nam ſi ſic a. eſſet ſubiectũ reſpectu accidẽtis compoſiti ex a. &. b. quia. a. actualiter denominaretur a. b. igitur a ſimili natura humana compoſita ex anima & corpore nõ dicitur de Verbo de nominatiue propter ſolam vnionem animæ ad ipſum Verbum. Quia vnio deberet eſſe ratio talis denominationis, quia tũc corpus poſſet dici homo propter vnionẽ animæ ad corpus.

Item de ratione perſonæ eſt incommunicabilitas & hoc in ratione, quo, ſicut frequenter ex poſitum eſt. Hoc autem magis conuenit materiæ quam formæ quia in toto forma communicatur materię vt dãs eſſe igitur ſicut in natura inſe perſonata magis apropriatur incommunicabilitas iſta corporĩ quã animę ita

quãdo perſonatur in altero per proprius videtur ſi ſit ibi aliquis ordo terminari ipſa dependẽtia corporis vt ſit ſubſiſtens, quam ipſa dependentia animæ.

4. Præterea corpus natũ eſt inſe ſubſiſtere & nõ preciſe ex hoc quod anima inferinãs ipſum ſubſiſtit inſe, ergo nõ ſuppletur iſtud in corpore niſi ipſum immediate aſſumatur, eſt enim corpus capax talis aſsũptionis ſicut & ſubſiſtẽtiæ inſe ſtãte igitur iſta vnione animę ad verbũ cũ per eam corpus nõ ſit inmediate aſſumptũ ſtat potẽtia in corpore vt aſſumatur a Patre, & ita idẽ homo aſſumetur a duabus perſonis quod videtur eſſe in cõueniens quia ſic nulla perſona eſſet homo, & tamẽ ex illis partibus eſt homo quando vniũtur, ergo eſſet homo, & nõ perſona, niſi ſit perſona inſe quod eſt in cõueniẽs quia tũc partes dupliciter hypoſtaſarẽtur, ſcilicet intrinſece & extrinſece.

5. Preretea tũc in morte fuiſſet noua aſſumptio quia tunc corpus fuit inmediate vnitum verbo & non per animam.

6. Præterea propter illas duas vniones non fuit homo ſicut oſtenſum eſt in ſecũda ratione, ergo requiritur tertia quę ſit totius primo propter quã tertiã verbũ ſit homo. Sed illa ſuſſicit ſola ſine aliis duabus igitur illæ duę ſuperſluunt.

*Sẽt. Autoris.* Reſpõdeo dicẽdo, quod quãtũ ad iſtũ articulum poteſt diſtingui de medio. Sicut enim inter agens & actũ vel effectũ aliquid poteſt poni mediũ, vel vt quod. *Diuiſio.* ſicut agens proximum inter agens remotum & effectũ. Vel vt. quo. ſicut forma agentis. Ita inter recipiens & receptũ poteſt poni doplex mediũ. ſ. quod. & quo. Sicut enim aliquid poteſt eſſe alicui ratio agendi, ita aliquid poteſt eſſe alicui ratio recipiendi. Et illud reſpectu receptionis accidentis poteſt eſſe quecumque propria forma recipientis ſicut ſubiectũ per propriã formã vt per rationẽ propriã recipiendi recipit primo propriã paſsionẽ. *Conio.* Ad propoſitũ poteſt dici quod in iſta paſiua aſſumptione naturæ humanæ ad verbũ nullũ fuit mediũ. quod. inter verbũ & ipſã naturã ſed tota natura fuit ſic inmediate aſsũpta. Quod probatur ſic. quia ꝙ inſe primo eſt perſonabile ſi ſibi dimitteretur, hoc in alio primo perſonatur quando aſſumitur quia perſonalitas diuina ſupplet perſonalitatẽ propriã. tota natura eſt primo & immediate hoc modo perſonabilis inſe ſi ſibi dimitatur *Maior.* & non pars vel partes igitur. Probatio maioris quia in eodẽ inſtanti naturæ inquo inſe perſonaretur ſi ſibi dimiteretur perſonatur in alio vel ab alio quia nec ante illud inſtãs eſt natum aſſumi, quia tũc eſſet perſona inſe, minor probatur, quia *Minor.* in eodem inſtanti naturæ inquo materia precedit totum vel formã, neutrum natũ eſt eſſe perſona ſed tunc primo quando exiſtis vnitis eſt tota natura. Tũc ipſa tota eſt perſona inſe ſi non impediatur ab aſſumẽte. Secũdo modo loquendo de medio. Quo, poreſt concedi quod anima eſt mediũ in iſta aſſumptione, & hoc *2. Conio.* reſpectu totius quia eſt formalis ratio huius naturę qua hęc natura eſt vnibilis ſicut ipſa eſt qua formaliter homo eſt riſibilis non tamẽ vt principiũ effectiuũ ſed vt ſubiectũ proximum & ſicut eſt forma ipſius ſubiecti ita poteſt eſſe forma cõſtituẽs hanc naturã. Et tamẽ eſt toti naturæ ratio propria conſtituẽs ipſum totũ receptiuũ huius vnionis, nec propter hoc oportet animã primo aſſumi vt quod, ſicut nec ipſa eſt riſibilis vt quod licet ipſa ſit quo homo eſt riſibilis. Et propter *3. Conio.* iſtã rationẽ mediandi vere poteſt dici aſſumi tota natura per animam ita quod licet ỹ pers, reſpectu predicati dicat circunſtantiam cauſæ quaſi materialis tamẽ reſpectu eius quod determinatur per ipſum dicit cauſam formalem ſicut homo per animã rationalem eſt riſibilis notatur forma ſubiecti eſſe quaſi materiale reſpectu predicati. Hoc etiã modo *4. Conio.* poteſt cõcedi ꝙ anima mediat inter carnẽ & verbũ quia anima eſt forma naturæ totalis primo aſſumptæ cuius naturæ caro eſt pars & ideo illud quo tota natura eſt aſſumptibilis & aſſumpta eſt quo caro ſuo modo eſt aſſũptibilis & aſſũpta.

*Sed hic eſt vnum dubium, pro. 2. art.*

Ad argumenta ad primum patet reſponſio quod intelligendæ ſunt authoritates de medio quo & non quod.

Ad ſecundum dico, quod aliquid poteſt eſſe inſe prius alio non comparando illa ad tertium ſicut partes naturę meæ ſunt priores natura mea tota quo ad ordinẽ generationis vel exequutionis non tamem in comparatione ad perſonationem quia partes meæ non prius perſonantur quam tota natura mea & ita etiã eſt de perſonatione in perſona extranea, & ratio eſt quia in illo inſtanti naturæ inquo totum eſt totũ. ipſum eſt perſonabile inſe vel in alio & ideo quidquid præcedit ipſum naturaliter nõ precedit

ipſum

ſum in perſonalitate quia vt prius nõ eſt perſonabile.

Ad 3. Dico, quod non ſequitur eſt prius ſecũdũ conſequentiã, ergo eſt prius naturaliter hoc eſt prius cauſaliter vel ſic aliquid dicitur prius exequutione prioritate cauſe materialis, vel prius intẽtione prioritate cauſe formalis. Similiter ſecũdũ philoſophũ in predicamẽtis prius cauſalitate poteſt eſſe ſimul ſecũdũ cõſequẽtiã, eſſe nãque hominẽ ſecũdũ cõſequentiam conuertitur ad veram rei orationem, & econuerſo & tamen eſſe rei eſt prius cauſaliter in eo enim quod res eſt vel nõ eſt oratio eſt vera vel falſa: ita hæc prioritas in conſequendo poteſt ſtare cum non prioritate in cauſando ſicut vniuerſaliter eſt in accidente conſequente multa neceſſario, ſicut calidum conſequitur ignem & aerem ideo ſequitur ad vtrumque illorum ſecundum conſequẽtiam, & tamẽ vtroque illorum eſt poſterius ſecũdũ cauſalitatẽ, ita in propoſito partes aſſumi & ſi ſequatur ad totum aſſumi & non econuerſo, non tamen erit prius in cauſalitate. Poſſet tamen dici quod eo modo quo partes aſſumũtur conuerſibilia ſunt partes aſſumi, & totum aſſumi.

Ad quartum. Dico quod Chriſtus vere quando fuit mortuus aliquã entitatem non habuit quã habuit viuus nec tamẽ depoſuit naturam quam aſſumpſit quantum ad partes eſſentiales illius naturæ & ita intelligit Damaſc. p. 3. ibi. c. 73. vbi vult quod anima & corpus in morte non erãt in propria hypoſtaſi ſed in hypoſtaſi Verbi. Sed reſtat vnum dubium quia videtur quod in morte fuerit noua aſſumptio partis inſe quæ prius non fuit vnita. *Dub.*

Ad quintum & vltimum.

*Pro vltimo articulo.*

S*uper d. 2. q. 2. art. 1.*

*Summa text.* Habito quod omnis natura eſt aſſumptibilis quæritur de modo aſſumptionis. Ad quod ſupponendum poſſe comparare animam cum corpore, cum tota natura, aut denique partes ſimul ſumptas cum tota natura hoc ſuppoſito.

Autor in litera tria facit. 1. recitat opinionẽ Varronis. Secũdo impugnat illã, vltimo abſoluit quæſtionẽ ex propria ſententia Circa primũ loquẽdo de prima comparatione recitat opinionẽ Varronis dicentis quod aſſumpſit corpus mediante anima, ita quod in primo inſtanti fuit anima aſſumpta, in ſecondo inſtanti fuit aſſumptum corpus mediãte anima, quam primo ſibi vniuit.

Comparando partes & totũ interſe inquit hæc opinio, quod ordine intentionis r. aſſumpſit totum qua partes, ordine vero executionis primo aſſumpſit partes quã totũ. Probatur hæc ſententia. In eſſe do prius ſunt partes quam totum. Quantũ ad intentionem prius artifex intendit totum quam partes, ergo idem ordo erit in aſſumendo, tenet conſequentia quia aſſumptio, eſt ad ſe ſumptio alicuius rei, ergo eo ordine quo habet eſſe habet aſſumi.

Quantum ad 1. Autor impugnat hanc opinionẽ quoad vtrumque dictum vtriuſque comparationis. Contra primum. argui, nam ſi primo aſſumpſit animam non corpus, non eſſet primo homo, quia corpus eſt pars naturæ humanæ de quo d. 22. imo ſequeretur quod nec modo eſſet primo homo. quia ſicut in inſtante aſſuptionis ſe habuit ad totum & partes, ita & modo, ſed in inſtanti aſſumptionis non fuit primo homo, quia non primo aſſupſit naturam ſed partem naturæ, ergo nec modo eſt primo homo ſicut Sortes cuius anima nunquam primo exiſtit niſi cum primo vnitur corpori.

Secundo arguit Autor deducendo quod non ſolum non eſſet primo homo imo quod nullo modo eſſet homo. Quia ho no eſt nomen integre naturæ reſultantis ex vnione harum partium, ergo propter vnionem ad vnam, non poteſt dici homo, alias corpus poſſet dici homo quia vnitur animæ.

3. Falſum videtur quod dependẽtia animæ prius terminetur quam dependentia corporis. quia quando natura in ſe perſonatur incomunicabilitas magis apropriatur corpori quam animæ, ergo quando perſonatur in alio. ſi ibi ſit aliquis ordo, per prius videtur terminari dependentia corporis vt ſit ſubſiſtens quam dependentia animæ quia eadem videtur ratio. Antecedens probatur, quia de ratione perſonæ eſt incommunicabilitas, quæ magis conuenit corpori, nam anima eſt quæ communicatur corpori. 4 corpus natum eſt ſubſiſtere per ſe ſine anima, ergo non ſubſiſtit precise ſubſiſtentia animæ, ergo aſſumpta anima non aſſumitur corpus, quia ſicut habet propriam ſubſiſtentiam poteſt habere propriam aſſumptionem, ergo ſtante vnione ad animam ſine ſpeciali vnione ad verbum, poſſet corpus vniri alteri diuinæ perſonæ conſequenter idem homo aſſumeretur a duobus, & tunc nulla perſona eſſet homo, quia nulla aſſumpſiſſet ambas partes, & tamen ex illis partibus componitur aliquis homo, quia a nulla perſona immediate aſſumitur & perſonatur. Conſequenter debet dici quod perſonatur in ſe, & tunc partes dupliciter hypoſtaſiarentur, intrinſece in propria perſona, extrinſece in diuina, cui quelibet pars vnitur. 5. Corpus in triduo fuit ab anima ſeparatum, & tamen manſit vnitum, ergo non eſt aſſumptum mediante anima. *S. Thom. 3. p. q. 6. art. 1.*

Quantum ad ſecundam comparationẽ impugnat ſecundum dictum prediclæ opinionis, nam ad hoc quod verbũ dicatur homo, nõ ſufficit vnio verbi ad animã, nec vnio verbi ad corpus, ſed requiritur vnio ad totam naturam, hæc ſine aliis ſufficit, aliæ vniones non ſufficiunt ſine iſta, ergo iſta eſt primo ponenda & aliæ fruſtra precaderent. Hæc ratio eſt vltimum argumentum impugnationis. *2. comp.*

Quantũ ad 3 eſt ſententia Autoris quæ conſtat vnica diuiſione bimembri & duplici concluſione. *Sententia Autoris*

Diuiſio ſic habet. Sicut inter agens & effectum aliquando eſt medium Quod. nempe aliud agens medians inter vtrumque extremum. Aliquando vero medium. Quod nempe forma *Diuiſio.*

 agentis.

agentis. Ad hunc modum inter recipiens & receptum, eſt duplex mediũ. Quod, & quo. Medium quo eſt propria forma. quia mediante illa recipit ſubiectum propriam paſſionem. Medium, quod, non expreſſe aſsignatur in litera. Eſt autem illud quod realiter diſtinguitur a recipiente. Sic quantitas eſt mediũ quod, mediante quo albedo recipitur in ſubſtantia. ideo ſi quantitas ſeparetur a ſubſtantia albedo non manet in ſubſtantia ſed in quantitate ſicut lana in pelle ouis.

Iuxta membra diuiſionis ſunt duę cõcluſiones.

1 Loquendo de medio, quod. nil mediauit inter Verbum & humanam naturam, ſed immediate fuit aſſumpta quia quod eſt primo perſonabile in ſe, eſt primo perſonabile in alio, ſed natura eſt primo perſonabilis in ſe, ergo ipſa eſt quę primo perſonatur in alio.

2. Concluſio. Loquendo de medio. Quo, concedi poteſt quod anima ſit medium & hoc tam reſpectu corporis quã reſpectu naturæ quia ipſa eſt formalis ratio qua iſta natura eſt vnibilis ſicut eſt formalis ratio qua homo eſt formaliter riſibilis. Idem dicendum, comparando eam ad corpus.

*Num corpus fuerit aſſumptum mediante anima.*

Quæſtio iſta ſecundi art. pręcedentis quæſtionis
Dub. 1. vbi dixit Henricus quod corpus poterat aſſumi quia erat pars rationalis naturæ, ſiegmentum eſt. Habet autem ſedem apud Autorẽ in calce articuli. Pro parte negatiua arguitur ex Damaſceno libro. 3. & 6. vbi
Damaſc. inquit. Dicimus omnem & perfectam diuinitatis naturam, in vna ſui ipſius hypoſtaſi, vnitam omni humanæ naturæ, & non partem parti.

2. Ablata vnione ad animam, manſit corpus vnitum vt deducit Autor argumento quinto, ergo animæ nullomodo fuit medium aſſumendi corpus.

In hoc dubio ſupponenda eſt veritas art. 2 præcedentis quæſtionis. vbi diximus quod quælibet natura rationalis, ſit aſſumptibilis. Supponẽdum etiam quod concludit quintum argumentum impugnationis, nempe quod corpus intriduo manſit vnitum. ſupponenda quoque eſt veritas quarti art. q. 2. vbi diximus quod humana natura fuit immediatum fundamentum relationis vnionis ad verbum. Vltimo ſupponenda eſt veritas art. 3. huius quæſtionis vbi diximus quod gratia non fuit medium vnionis.

Et hinc ſciemus corpus nõ fuiſſe aſſumptum mediante anima, ita vt ipſa ſit velut ligatura & vinculũ inter verbum & carnem, ita quod alio modo corpus non eſſet aſſumptibile, quemmadmodum accidentia corporalia non poſſent vniri ſubſtantiæ niſi mediante quãtitate quia hoc expectat ad mediũ. Quod. Nec poteſt eſſe ſenſus quod ſola anima ſit vnita Verbo, corpus vero dicatur vnitum Verbo non quia immediate fuit vnitum, ſed quia vnitur animæ, & quia anima vnitur Verbo, de primo ad vltimum dicitur vnitum verbo. Quia ſi ſic reuera corpus non eſſet vnitum verbo, ſed animæ & tunc vt deducit Autor argumento 2. corpus poſſet aſſumi ab alia diuina perſona etiam in opinione Autoris, & ſequerentur inconuenientia commemorata quod Deus non diceretur primo & per ſe homo, quia dicitur homo propter vnionem, ſed non vnitur toti naturæ quæ cõſtat ex corpore, ergo non eſt primo homo. Vterque ſenſus apparet falſus ex quinto argumento impugnationis, nam ſi predictis modis anima eſſet medium reuera intriduo, cum anima fuit ſeparata a corpore, iam corpus non eſſet vnitum verbo. Et cũ erat vnitum verbo ſequeretur aperte quod ſicut in nobis habet ſuam partialem ſubſiſtentiam ſeu exiſtentiam, ita etiam vnitum animæ quæ vnita eſt verbo, quod videtur abſurdum & periculoſum in fide. Ideo falſus eſt Gabriel in 3. d. 1. q. 2. art. 2. concluſione prima &
ſecunda, exiſtimans probabile, nullam naturam nõ gratificabilem eſſe immediate aſſumptibilem. Vnde Gab.
eodem art. ad 8. coactus eſt dicere quod caro Chriſti in ſepulchro eſt vnita perſonaliter verbo non per vnionem ſibi inherentem, ſed per gratiam vnionis inherentem animæ Chriſti. Falſa ſolutio innitens falſis fundamentis. Falſa quoque eſt opinio citata in litera, quæ in margine tribuitur Varroni. Si enim
intelligit quod anima in primo inſtanti naturæ ſit Varron.
vnita Verbo poſtea corpori videtur ponere quod anima fuerit medium. Quod & quod in rei veritate corpus non eſt vnitum Verbo ſed animæ vnitæ Verbo. Si loquatur de inſtanti temporis abſurdius longe erratur, nã tunc anima Chriſti eſſet creata ante corpus quod fuit error Ioannis Hieroſolimitani vt Autor eſt Hieronymus epiſtola ad Pamachium. De qua
re videndus eſt Caſtro 2. aduerſus hæreſes Verbo anima Hierony.
hæreſi. 3. Eſt inſignis locus Zachar. 3. vbi di- Caſtro.
citur. Hęc dicit Dominus extendens cælos & fingẽs ſpiritum hominis in eo, ergo anima non creatur extra corpus ſed in corpore. Quomodo anima & caro Chriſti in eodem inſtanti fuerit formata & a Verbo aſſumpta q. 3. huius diſt. dicetur.

Dicendum igitur quod nullum fuit mediũ Quod in hac aſſumptione: ita quod vnius vnio fuerit immediata. Vnio alterius mediata, mediante vnione alterius, vnde pendet eius vnio. Quia ſi ſic eſſet, totũ eſſet illud quod immediate fuit vnitum vnde pendet vnio partium. Sequeretur etiam quod in morte corrupto toto, humanitatis partes nõ manerent vnite quod eſt error. Si anima eſſet illud medium. Quod, immediate vnitũ, ſequeretur quod in morte ſola anima maneret vnita, corpus vero minime quia iam ab anima ſeparatum, quod ſimiliter eſt error in fide. Nullo modo igitur fuit medium Quod, ſed omnes partes fuerunt immediate vnitæ. Ideſt ad quamlibet peruenit illa aſſumptio & vnio.

Dico ſecundo quod corpus fuit aſſumptũ mediãte anima tanquã medio. Quo, quia anima eſt forma corporis, per quã tota natura habet eſſe & eſt capax omnium ſuarum paſſionum & proprietatum quas in ſe recipit & ipſe habet, ergo etiam eſt ratio recipiendi hanc vnionem quia eſt propria ratio cõſtituens ipſum totum receptiuum huius vnionis. Tunc ſic Totum eſt quod primo aſſumitur, corpus ſeu caro eſt pars totius naturæ, ergo anima quæ eſt mediũ. Quo reſpectu totius eſt medium etiam huius partis, quia eſt pars illius totius. Breuiter poteſt ratio formari ſic. Aſſumptio eſt alicuius habentis eſſe (ne dicas pre exiſtentis) ſed anima eſt medium. Quo. totum & corpus habet eſſe vitale quod aſſumptũ eſt, ergo reuera anima fuit medium. Quo. Lege Autorem in calce art. Declaratur amplius Plures Theologi dicunt accidẽtia non poſſe aſſumi, quia non poſſunt per ſe exiſtere ſine alio, ergo excluſa omni alia cauſa & ratione aſſumi non poſſunt immediate, quod eſt verum de multis accidentibus maxime de relationibus, ergo id eſt aſſumptibile quod natum eſt habere eſſe per ſe, quod eſſe acquirit cũ aſſumitur, ergo ſi corpus per animam habet eſſe, per animam aſſumitur

miturad exiſtendum.

Dices ſecundum Scotum datur forma corpore itatis, ergo in hoc ſenſu nō per animam rationalem, ſed per corporeitatis formam eſt corpus aſſumptibile. Dico quod per formā corporeitatis, corpus nō eſt viuificatum vt ſit pars rationalis naturę ſed intra latitudinem naturæ irrationalis manet (quo pacto natura omnis irrationalis aſſumptibilis ſit dixit & docuit Autor poſt impugnationem Henrici q. præcedenti art. 1.) aliquid ergo denouo nunc non docet. Vnde conſequens eſt quod agit hic de corpore vt pars rationalis naturæ ab anima viuificatū, ideo probatio facta procedit.

Apparet ex hoc quod ſenſus Autoris non differat a ſenſu Thomiſtarum 3. p. q. 6. art. 1. dicentium animam fuiſſe medium congruitatis aſſumendi corpus. Ideſt quamuis corpus ſine anima eſſet aſſumptibile, vt contra Henricum diſputatum eſt, non tamen debuit aſſumi ſine anima. Nam quæ vtilitas, qui fructus qui ordo diuinæ ſapientiæ & diſpenſationis, ad quem finem. Docte quidem vti ſolet vtrūque ſenſum ſimul complexus eſt S. Doctor. 3. p. q. 6. art. 1. vbi excludens prioritatem temporis & loquendo de ordine & prioritate naturæ inquit. Quod poteſt dupliciter attendi vno modo ſecundum gradū dignitatis alio modo ſecundum rationem cauſalitatis & ſubiungit. Si attendamus gradum dignitatis, anima eſt medium inter Deum & carnem. Secundum ordinem cauſalitatis ipſa anima eſt aliqualiter cauſa carnis vniendæ filio Dei. Non enim eſſet aſſumptibilis, niſi per ordinem quem habet ad animam ſecundum quam habet quod ſit caro humana. Hunc vltimum ſenſum ſequutus eſt Scotus in litera vt dictum eſt.

Greg. Auguſt. Hanc veritatem docet Gregor. Nazian. oratione 35. circa finem & oratione 42. poſt medium. Auguſt. de agone Christiano c. 18 vbi inquit. In commutabilis veritas per ſpiritum animam, per animam corpus, & ſic totum hominem aſſumpſit. ergo per animam, corpus & totū aſſumpſit, vt docet Autor in litera. Ad idem eſt Damaſc. libro. 3. cap. 6. vbi inquit. Vnitum igitur eſt carni, mentis medio Verbū Dei. Sequitur de toto. Totum enim totus aſſumpſit me & totus toti vnitus eſt vt toti ſalutem largiretur, nā quod in aſſumptum eſt, incurabile. Ita loquuntur 6. ſynod. actione 18, in confeſsione fidei Conſtantini Miſſa ad Leonem 2. approbata ab ipſo per epiſtolam decretalem.

Sed dubium eſt, in quo ſenſu intelligēdi ſint ſancti Doctores cum dicunt quod Verbū aſſumpſit animam mediante ſpiritu ſiue mente. Dico quod eadem res & eadē anima, dicitur anima, mens & ſpiritus, dicitur enim anima pro vt viuificat corpus quod animat & informat. Mens quatenus intelligit. Spiritus, quatenus eſt ſubſtantia non corporalis expers materiæ. Videndus eſt Aug. libro de ſpiritu & anima. c. 9. & 10. Quatenus anima eſt (quia vnica eſt & in homine non ſunt plures animę vt iam tenent omnes & docet S. Thom. 1. p.) dat eſſe vegetatiuum ſenſitiuum & rationalem. Inſuper ſciendum quod Apollinarius hæreticus dixit in Christo Domino non fuiſſe animam intellectiuam & mentem, ſed diuinitatem eſſe loco animæ intellectiuæ, eſſe tamen, animam ſenſitiuam quia non auſus eſt negare quod comedebat, & habebat oculos ad vidēdū. Ceteri vero hæretici, vt Neſtorius, qui negabant veram vnionem, dicebant quod ibi erat Deus in illo homine ſecundum ſpiritum ideſt ſecundum gratiam ſicut eſt in homine iuſto. Contra Apollinarem dicunt ſancti quod aſſumpſit animam mediante ſpiritu ſeu mente, ideſt quod vere in illo erat anima ſenſitiua, & intellectiua, & quod non ſumeret eſſe ſenſitiuum per animam ſenſitiuam a rationali diſtinctam, niſi ſumeret animam intellectiuam, id eſt aliter non eſſet congruum eſſe ſenſitiuum aſſumere. Sic S. Tho. 3. p. q. 6. art. 2. in corpore ideo D. Aug. lib. 83. q. 80. contra Apollinarem irridendo eius errorem & probando aſſumpſiſſe animam intellectiuam inquit. Niſi belluam quandam cum figura humani corporis ſuſcepiſſe credatur. Ac ſi diceret. Quomodo tale corpus poteſt eſſe ſine tali anima. Aut quid figura corporis humani ſi non habet eſſe hominis, ſed eſſe bellum ſumpſit. Idem habet de Agone Christiano, c. 19.

Ad Damaſcenum Dico quod ibi agit contra errorem eorum hæreticorum qui negabant veram vnionem & ponebant ſolum vnionem ſpiritualem per gratiam ideo induxit illud ad Coloſ. 2. In ipſo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Ideſt non ſolum ſpiritualiter per gratiam ibi erat diuinitas ſicut in aliis iuſtis, ſed corporaliter ideſt vere & realiter. per realem vnionem, non ſolum ad animam ſed ad corpus, inde ſubſumit quod totā humanam naturam aſſumpſit etiam quo ſtat quod ſumpſerit corpus mediante anima vt dictum eſt. Coloſ.

Ad 2. Dico quod anima non fuit medium. Quod ideo ſeparatū ab anima pertinuit manere vnitū Verbo.

*Num ordine executionis totum fuerit prius aſſumptum quam partes.*

In præcedenti dubio comparatum eſt animam cum corpore, & cum toto quodammodo. Nunc ambas ſimul partes cum toto comparamus, ſupponentes ex art. ſequenti aliquam eſſe diſtinctionem inter totum & partes quod in noſtra opinione eſt veriſsimum, a nonnullis Thomiſtis receptum. Quod nullus ſit ordo probatur Aſſumptio fuit vnita partes non diſtinguuntur a toto, ergo nullus eſt ordo, tenet cōſequentia quia ad hoc, quod aliquid ſit medium requiritur diſtinctio inter illud & id cuius eſt mediū:

2. admittendo ordinem probatur quod prius fuerunt partes aſſumptæ. Nam pars eſt prior toto via generationis, ſicut incompletum eſt prius completo, ergo ſimiliter in aſſumptione, tenet conſequentia quia eo ordine aſſumebantur quo rata erant aſſumi, ſed iſtæ partes natæ ſunt aſſumi vt ſunt aliquid, ergo ſi prius ſunt, prius aſſumuntur. Declaratur vis argumenti. Anima prius fuit creata quam aſſumpta. nam ipſa eſt quę primo intelligitur exiſtere & ſubſiſtere quam corpus ab ea viuificatum, & quam tota humanitas reſultans ex vnione ipſius ad corpus, ergo prius aſſumuntur partes quam totum.

3. Illud eſt prius a quo non valet econuerſo conſequentia, bona ſiquitur. Aſſumpſit totum, ergo aſſumpſit partes. Econuerſo non ſequitur. Aſſumpſit partes, ergo totum. ergo prius aſſumpſit partes quam totum conſequentia tenet per maiorem. Sic colligimus animal eſſe prius homine, quia valet. Eſt homo, ergo animal. Econuerſo vero non valet. Animal, ergo homo, ergo prius aſſumpſit partes quam totū, quia valet aſſumpſit totum, ergo partes Econuerſo vero non valet aſſumpſit partes, ergo totum.

4. Si prius aſſumpſit totū quā partes, ergo aſſumpſiſſet partes mediante toto, ergo in triduo quando non manſit totum, quia corruptum & mortuum

ſeie. ſequitur quod nõ manſiſſent partes vnite quod eſt falſum & hæreticum, nam ratione vnionis corporis ad verbum, dicitur quod Chriſtus fuit in ſepulchro & ratione vnionis animæ ad verbum dicitur quod Chriſtus deſcendit ad inferos, quia deſcendit anima Verbo vnita. Sequelam probo, quia ablato medio ceſſat quicquid pendet ab illo medio tanquã cauſa & ratione.

5. Pro hac opinione facit Auguſt. lib. de Agone Chriſtiano, c. 8. vbi inquit. Incommutabilis veritas per Spiritum animam, per animam corpus, & ſic totum hominé aſſumpſit. Facit Damaſc. lib. 3 orthodoxe fides cap. 6. vbi inquit vnitum igitur eſt carni mentis medio verbũ Dei, totum enim, totus aſſumpſit me & totus toti vnitus eſt hoc inſinuat autor in litera.

*Dur.*

Durand. hac d. q. 3. docet nullum fuiſſe medium inter totum & partes, ideo nec partes prius toto, nec totum prius partibus fuit aſſumptum. Fundamentũ huius ſententiæ eſt primum argumentum quia totum non diſtinguitur a partibus, &c. Hanc ſententiam amplectitur Ioannes Maior hac d. q. 3. Almainus ad finem huius d. Pendet quęſtio ex illa quam diſputat art ſequenti vnde Metina qui 3. p. q. 6. art. 5.

*Metina*

tenet totum non diſtingui a partibus vix oſtendere poteſt quo nam pacto aſſumpſerit prius vnũ quam aliud. Vt ab hac anguſtia ſe liberet, ad formalem diſtinctionem recurrit quã exiſtimat ſufficere ad hoc quod vnum dicatur aſſumi mediante alio.

Ab huius modi anguſtia liber eſt Caietanus, qui 3. parte loco allegato docet totum a partibus diſtingui.

Secundo docet Durãd. quod totum quodã modo dici poteſt prius aſſumptum, quatenus humana natura eſt perfectior partibus, incarnationis fructum perfectius participans. Eodem modo loquitur comparando animam cum corpore. Secunda ſententia eſt Thomiſtarum qui cum S. Thom. 3 p. q. 6 ar. 5. ad

*S. Thom.*

primum docet quod ordine intentionis prius aſſumpſit totum quam partes, quia primum intentum & diuinum decretũ in hoc myſterio, fuit aſſumere humanam naturam, ad quam componendam partes ſunt inſtitute & ordinate. Secundo dicit hæc opinio quod ordine executionis prius aſſumpſit partes quam totum. Hũc ordinem executionis S Tho. loco allegato apellat ordinem operationis. Hæc opinio declaratur exemplo artificis, qui prius intendit facere totum, tamen in executione & operatione incipit a partibus, ideo quamuis Deus vnico actu faceret totam domum ad huc ſic inciperet quia iſte ordo eſt intrinſecus & eſſentialis inter totum & partes nã eſſe totius reſultat ex partibus. Apparet hoc eſſe verũ (inquit Caietanus) quia in morte ipſa natura, quæ eſt totum reſultans ex partibus, deſiuit eſſe, & eſſe vnita, & tamen partes manſerunt ſemper vnite, ergo quantũ ad executionem prius ordine nature verbum communicauit ſuam perſonalem exiſtantiam partibus deinde toti natur. Colligitur veritas ex illo principio. Ordo reſolutionis contrarutur ordini acquiſitionis & operationis, ſed ordine reſolutionis prius ceſſauit vnio ad totum, ergo ordine acquiſitionis & executionis vltimo facta eſt ad totum hãc ſen

*Ricad.*
*Gab.*

tentiam ſequitur Ricard hac d. art. 2. q. 1. Thomas de Argentina hac d. q. vnica art. 3 Gab. q. 1. art. 2. Altiſiodorenſ. in ſua ſumma tract. 1. cap 19. 1.

3. Sententia eſſe poteſt dicendo quod in primo inſtanti anima eſt aſſumpta a Verbo, in ſecundo inſtanti nature verbum vnitum anima eſt mediãte illa vnione ad animam dicatur vnitum corpori quãuis ipſum reuera non fuerit vnitum. Et tenendo totum nõ diſtingui a partibus, fruſtra quæreretur alia vnio. Eſt exemplum quantitas non vnitur animæ ſed corpori quod animæ vnitur. Similiter Albedo non vnitur corpori ſed quantitati vnita corpori. Hæc videtur eſſe ſententia citata & impugnata in litera Autoris, quæ ſi loqueretur de prioritate temporis eſſet erronea in fide. Similiter ſi loquendo de prioritate nature neget propriam & ſpecialem vnionem corporis ad verbum. Nam ſi corpus non eſſet vnitum Verbo niſi quia vnitum animæ quæ vnita eſt verbo ſequeretur quod in ſepulchro manſiſſet corpus ſeparatum a diuinitate quod eſt contra articulum fidei. Mortuus & ſepultus. Carens enim vnione, careret huiuſmodi denominatione. Falſa quoque eſſent verba Angeli dicentis ad Marias. Ieſum quem quæritis crucifixum non eſt hic ſurrexit, ergo cum corpus Chriſti erat in ſepulchro, ibi erat Chriſtus quia corpus erat vere verbo vnitum.

4. Sententia eſt Autoris hic ſolutione ad 2. (non in corpore quæſtionis) quod tam ordine intentionis quam ordine executionis prius aſſumpſit totum *Sentent. Scoti.*
quam partes, nam ordo aſſumptionis eſt contrarius ordini generationis, ſed ordine generationis prius ſunt partes quam totum, quia totum componitur ex partibus, ergo ordine perſonationis, prius perſona- *Marſil.*
tur totum quam partes. Hanc ſententiam ſequitur *Vaſſol.*
Marſil. in 3. q. 3 Vaſſol. hac d. q. 3 art. 1. & 2 Ea diſcipulus S. Thom. Palud. hac d. q. 2. *Palud.*

Ad explicationem huius ſciendum quod hic non eſt quęſtio de prioritate temporis vt clarius videbitur quęſt ſequẽti ſed eſt quæſtio de prioritate nature & rationis, ideo eſt quærere Quod eſt narũ prius aſſumi. Cui primo competit aſſumptio Quid intelligitur magis coniunctam & vnitam Verbo. Vnde inciperet verbum aſſumere, ſi paulatim & cum mora aſſumeret & vnum precederet aliud Hoc notabile nobis & Thomiſtis commune eſſe debet, quia ad quęſtionis deciſionem & determinationem expectat.

Secundo conſiderandum eſt quod partes poſſunt comparari ad totum in quantũ ſunt cauſe eius, & poſſunt comparari ad perſonam per quam perſonantur. Doctrina eſt Autoris hic ſolutione ad 2. vbi inquit. Aliquid poteſt eſſe in ſe prius alio non comparando illa ad tertium non tamen in comparatione ad perſonationem Vbi manifeſte concedit quod partes quo ad ordinem generationis ſunt priores toto, non tamen quo ad ordinem perſonationis. Hoc autem eſt quod requirit explicationem ad quod iterum ſciendum. Aliqua accidentia conuenire toti ratione partium, alia vero conuenire partibus ratione totius. V. g. ſcientia conuenit homini ratione animæ inde totus homo denominatur ſciens a criſpitudine tamen quæ eſt in capite, totus homo dicitur Criſpus. Riſibilitas vero toti homini immediate conuenit. Ad hunc modum eſt quædam ſubſiſtentia totius vltra ſubſiſtentiam ſiue exiſtentiã partiũ. Iſta ſubſiſtentia totius, aut eſt ipſa perſonalitas creata ſi perſonalitas non eſt aliquid diſtinctum a natura ſingulari ſolitarie exiſtens, vel eſt modus & quaſi effectus perſonalitatis create. ſi dicamus eſſe realitatem quandam a natura ſingulari diſtinctam. Deniq; dimiſſa omni opinione nomine perſone aliquid vltimo ſuper veniens nature ſingulari intelligimus. Ideo inter illud vltimum, modum, rem, ſiue realitatem,

tem, quomodo cunque vocetur, & partes naturæ, mediat ipſa tota natura. Patet hoc nam natura humana in Chriſto, eret integra natura, & non erat perſona, ergo perſonalitas eſt quid vltimum poſt naturam: ergo ſi natura integra diſtinguitur a partibus ſimul ſumptis bene & euidenter dictum eſt quod inter perſonalitatem & partes, mediat ipſa natura, quæ eſt velut totum reſultans ex eis. Debes ergo admitere diſtinctionem inter naturam & partes ſimul ſumptas. Aut debes deſcendendu in opinionem Durandi dicere quod nullus eſt ordo & ſic non admittere quæſtionem. Nec immorandum eſt an diſtinguatur realiter vt docet Autor & conſentit Caietanus, an vero diſtinguatur formaliter vt vult Metina, nam iſta diſtinctio ſufficit ad conſtituendum hunc ordinem, ideo devenitur ad oppoſitionem immediatã, nẽpe quod eſt diſtinctio & prioritas, aut quod nulla eſt diſtinctio nec prioritas. Eluceſcit ex hoc quod erat in tenebris, apparet mens Scoti quæ antea latebat. Si enim partes cauſant totũ, bene ſequitur quod ordine generationis & executionis ſunt priores toto. Si vero perſonalitas eſt vltimum poſt naturam, ſequitur quod magis immediata eſt natura perſonalitati quam partes, ergo perſonalitas propria, non ſolum intentione ſed executione prius perſonat totũ quam partes. Patet. Inter perſonalitatem & partes, mediat natura, ergo perſonalitas magis cõiuncte eſt ipſi naturæ totali quam partibus eius. Quod etiam hoc ipſum ſit in ordine ad perſonam extrinſecam & alienã, probo ex Autore eadem ſolutione ad ſecũdũ. In illo inſtanti naturæ in quo totum eſt, totũ ipſum eſt perſonabile in ſe vel in alio, ita quod partes ipſum precedentes non poſſunt immediate recipere perſonam, ergo ſiue in ſe vel in alio perſonetur ipſum totum eſt quod primo perſonatur. Manifeſto hoc ſupponendo caſum quod modo Deus aſſumeret naturam perſonatam, tunc ſecundum Thomiſtas dicentes perſonalitatem eſſe aliquid diſtinctum a natura, deberet corrumpere illam perſonalitatem, & ſecundum nos qui dicimus quod eſt modus exiſtendi ſolitarie, deberet primo impedire illum modum. Quia eſt inintelligibile quod vniret ſibi partes naturæ iam exiſtentis, niſi intelligamus incipere ab ipſa tota natura, impediendo primo perſonalitatem creatam, ergo re vera in executione quamuis vnica actione hoc fiat, etiam incipit perſonatio a tota natura perſonabili, & mediante illa vnione, id eſt illa vnione precedente, vnit ſibi partes propria vnione (ideo in morte potuerunt manere vnite). Ratio quæ mihi pene demonſtratio videtur in hac parte eſt, quia licet totem factũ fuerit vnico inſtãti vt dicemus quæſt. ſequenti, tamen ſecundum rationem debemus imaginare quod Maria quæ actiue egit, & Spiritus Sãctus qui egit quod cauſa naturalis agere debuit, egerunt ſine impedimento vſque ad inſtans perſonalitatis propriæ. Tunc enim occurrit ob viam perſonalitas Verbi, cui Spiritus ſanctus vniuit naturam aſſumptã, ergo re uera incepit a tota natura ſibi immediatior quã partes, quæ ſunt ante naturam. Intrat ergo perſonando, vbi cauſa naturalis actiua vel miraculoſa ſupplens naturalem deſinit, deſinit in propria perſonalitate, quæ futura erat poſt totum & magis immediata toti quam partibus, ergo executiue incipit a toto. Declaratur ex ẽplo. Si aliquis ex aduerſo & oppoſito mihi occurrit & me amplexatur, prius tanget quod eſt poſterius in me. Secus eſt in his quæ dimanant ab intrinſeco, V.g. ſuſpirium quia oritur ab intrinſeco prius procedit ab interiori parte, quã imaginemus peruenire ad poſteriorem ſed quod aduenit quaſi ab extrinſeco prius incipit ab eo quod eſt vltimum in re & poſterius.

Huic tertium reſpondet Caietanus loco allegato ad finem commentarii quod reſpectu propriæ perſonæ prius perſonatur natura quam partes quando vero aſſumitur & perſonatur a verbo executiue, prius incipit a partibus quæ prius ſiunt aliquid alienæ perſonæ, ratio eſt quia perſonalitas aliena vnitur rei extrinſece aſſumptæ & quicquid poteſt per ſe exiſtere poteſt aſſumi, licet non perſonetur vt dictum eſt de natura irrationali ſed partes naturæ poſſunt per ſe immediate aſſumi ſine tota natura, ergo prius re uera ſunt aſſumpte quo ad executionem. Dum vero perſonalitate create, cum perſonalitas ſit vltimus actus naturæ ſingularis incipit a toto non a partibus vt dictum eſt. Quare diſtinguendum eſt (inquit Caietanus) inter ordinem perſonationis propriæ & ordinem aſſumptionis ad extrinſecam perſonam. *Caiet.*

Solutio ingenioſa neceſſario iudicio meo a Thomiſtis amplectenda. Nam iuxta Metinam dicentem quod ſecundum S. Tho. partes dicuntur prius aſſumi, non quia prius perſonetur a verbo quam humanitas, ſed quia prius componunt & cauſant humanitatẽ quã aſſumetur, nulla exiſtit cõtrouerſia quia hoc libenter concedit Scot. ſolutione ad 2. vt manifeſtum eſt. Secundum Caietani explicationem controuerſia eſt & hæc ſolutio eſt tenenda a Thomiſtis, alias nec vera nec apparens poteſt eſſe alia ſolutio argumenti Autoris efficaciſsimi.

Sed nec iſta ſolutio alicuius eſt ponderis ad propoſitum & mentem Autoris. Nam Autor non intẽdit negare nec in dubium reuocare, quin quælibet pars ſit per ſe aſſumptibilis ſicut & quæcunque irrationalis naturæ, quia habent ſuam partialem exiſtentiam. Ideo poſſunt ab inuicem ſeparari & ſeparate cum vnione manere, ſicut in triduo factum eſt. Sed cõſideret Scotus partes vnitas inter ſe quatenus cauſant aliquid diſtinctum ab eis, ideo art. ſequenti agit de vnione ad hanc naturam totalem reſultantem ex vnione partium ſiue totalem exiſtentiam, quã concedit Caietanus loco allegato & 3 p. q 17. art. 2. ſoluendo primum Scoti reſpondendo ad replicam Durandi. Tunc eſt quæſtio an prius eam ſibi vniuerit quam partes quatenus partes ſunt cauſantes hanc naturam. Nam vnio partium non ſufficit ſine vnione ad naturam iſtam totalem quæ a partibus diſtinguitur. Quare etiam ſi prius haberet vnitam aliquam partem naturæ, neceſſario deberet ſibi vnire totam naturam ſpeciali vnione cũ produceretur alia pars. Et non obſtante illa vnione ad partem ad huc producta alia parte inciperet ſecundum rationem a toto quia huic debebatur ſubſiſtentia totalis, quã Verbum primo impedit, cum primo naturam cauſatam ex vnione partium, ſibi vnit. Et hoc propter rationem aſsignatam & exempla adducta: a poſteriori enim debet incipere illa aſſumptio impediens propriã perſonalitatem. Pro maiori explicatione not. quod negando totum a ſuis partibus diſtingui, poſſumus imaginare quod partes vniuntur verbo ſine aliqua ſpeciali vnione ad totũ, quia nõ diſtinguitur a partibus, vel ſi diſtinguitur, ſicut ipſum reſultat ex partibus, ſic poſſumus imaginare quod ex vnione partiũ reſultat vnitum ſine ſpeciali vnione. Per quem modum poſſumus imaginare quod in Reſurrectione anima fuit re vnita corpori. Et cum ambe iam eſſent *Explicatur Scot.*

vnite

vnite tota natura manſit vnita ex illa vnione antiqua ad Verbum & ex noua interſe ſine noua ipſius totius ad verbum. Quem modum dicendi inſinuare videtur Altiſiodorenſis vbi ſupra. Sed abſit hoc a Theologo, maxime ab Scotiſta. Vnde imaginandū eſt, quod ex vnione partium interſe, reſultat quædā totalis nature & totalis ſubſiſtentia & præter partiales vniones ad ipſas partes tota natura ſpeciali quadam vnione vnitur, & hæc vnio prius eſt quam illa, quæ eſt ad partes, etiam ſi vna vnite precedat vt dictum eſt (ſi tamen ambæ vnite precedant forſam vnio ad totum poſterius eſt vt in die Reſurrectionis domini factum eſt). Ratio huius eſt, nā alias iſta ſubſiſtentia totalis, non maneret vnita proxime & ſecundum ſe, quod reputat Author inconueniens vltima ratione contra opinionem, & poſſet aſſumi a duabus perſonis, quarum vna eſſet homo, quia vniret ſibi totam naturam altera perſona non eſſet homo, quia non haberet vnitas partes, aut ſi haberet vnitas partes, non eſſet homo, quia non haberet vnitam ſubſiſtentiam totalem. — *Nota.*

Vltimo ad Caietanum arguo. Materia prima quę nullam poteſt habere exiſtentiam, nullomodo poteſt aſſumi, ergo quod primo exiſtit, primo aſſumitur, primo & perſe exiſtit totum, ergo illud perſe primo aſſumitur. Rurſus Deus poteſt aſſumere quamcunque rem irrationalem, ergo ſi aſſumeret naturā ſimplicem immediate compoſitam ex materia prima & forma inde immediate educta, qualia ſunt elementa & celi, quod dico ad differentiam corporis organici quod informat anima ſenſitiua, ſequeretur quod tunc immediate aſſumeret totum prius quam partes eo quod tales partes non ſunt apte nate exiſtere perſe ſed ſolum in toto (quia materia prima ſecundum illos non poteſt eſſe perſe) ergo tunc neceſſario etiam executiue inciperet a toto, ergo & modo quia non eſt diſpar ratio, Certe argumentum habet vim contra Thomiſtas.

Ad fundamentum Durand. dico quod totum diſtinguitur a partibus, ideo bene poteſt intelligi ordo prioris & poſterioris vt dictum eſt.

Ad 2. ſufficienter dictum eſt quomodo partes ordine generationis ſint priores toto, non vero ordine perſonationis.

*3. Soti.* Ad 3. Supponendo ſolutionem precedentis. Reſpondeo cum Authore quod non ſequitur. Eſt prius ſecundum conſequentiam, ergo prius naturaliter & cauſaliter ideo non ſequitur vt probat argumentū, quod ſi aſſumptio partium eſt prius ſecundum conſequentiam quod ſit prius cauſaliter. Quod non ſequatur eſt prius ſecundum conſequentiam, ergo ſecundum cauſalitatem. Probat Autor quia prioritas in cauſalitate poteſt eſſe cum ſimultate ſecundum conſequentiam, & prioritas in conſequendo poteſt eſſe ſine prioritate in cauſando. Primum apparet ſic Eſſe albedinis in ſubiecto, eſt ratio & cauſa quare iſta eſt vera. Subiectum eſt album. Et tamen in cōſequendo habent ſe conuertibiliter ſicut homo & riſibilis non ſequitur. Albedo eſt in ſubiecto, ergo iſta eſt vera. Hoc ſubiectū eſt albū. Et vice verſa. Hoc ſubiectum eſt album, ergo Albedo eſt in ſubiecto. Nam ab eo quod res eſt vel non eſt propoſitio dicitur vera, vel falſa. Secūda inſtantia magis ad rem habet ſic. Aliquid eſt prius in conſequendo quod non in cauſando. Nam caliditas, vel ſiccitas conſequitur ignem & aerē. (Accidens conſequi ſubiectū eſt cauſare illud) ideo bene ſequitur. Ignis eſt, ergo ſiccus eſt. E conuerſo non ſequitur. Siccum eſt, ergo aer eſt quia poteſt eſſe ignis, vel terre, ergo datur prioritas conſequentie ſine prioritate cauſandi, quia vt ſupponimus ſiccitas eſt quid commune duobus ſubiectis quarum quodlibet cauſat illud, ergo quamuis aſſumptio partium in conſequendo ſit prior quam aſſumptio totius. Quia no valet. Aſſumpſit partes, ergo totum. Tamen inde non infertur prioritas cauſalitatis. Ideſt non infertur, quod aſſumptio partium ſit cauſa aſſumptionis totius ita vt executiue prius inceperit a partibus. Imo e diuerſo res ſe habet nā aſſumptio totius eſt cauſa aſſumēdi partes. Sed vt nunc de facto aſſumuntur dici poſſet. Quod conuertibiliter ſequitur. Aſſumpſit totum, ergo partes. Et econtra. Aſſumſit partes, ergo totum. Ratio eſt quia non aſſumit vnum niſi vt aliquid alterius.

Ad 4. Autoris patet in littera. Ad noſtram vltimā rationem in hoc dubio, quæ eſt argumentum Caietani. Dico quod totum non eſt medium. Quod reſpectu aſſumptionis partium ſicut quantitas eſt medium inter colorem & ſubſtantiam. Aut ſicut pellis ouis medium inter lanam & carnem ouis. ideo ablato illo medio lana non manet in oue. Nec Albedo maneret in ſubſtantia ablata quantitate. Si enim ſic eſſet in hoc myſterio ſequitur aperte quod partes non eſſent immediate vnite. Similiter ſi partes ſic eſſent medium reſpectu totius, totum non eſſet immediate vnitum quod eſt falſum. Nam imaginare debemus quod totum eſt perſe vnitū & partes ſunt perſe vnite vt diximus abſoluendo dubium. Sed dicitur mediū quia ibi incipit verbum perſonare vbi natura deſinit operari vt dictum eſt Materiali exemplo rem manifeſtemus. Clauus poteſt infigi duabus vel tribus tabolis incipiendo ab vna penetrando ceteras. Poteſt poſtea prima illa tabula vnde incepit clauus frangi & inde extrahi, aliis tabolis, clauo in ſeq manēte, Sic aſſumptio & vnio a toto incepit, ſed tenuere omnes partes ſibi vniuit. Fractum eſt totum in morte, non amiſerunt partes ſuam vnionem vt dictum eſt. Conſequenter ad predicta dicendum eſt, quod in Reſurrectione fuit noua aſſumptio totius, quia totum diſtinguitur a ſuis partibus & propter hoc dici non poteſt quod ſicut ex partibus reunitis dimanauit, ita ex vnione antiqua partium manſit vnitum, quia hoc tenera non eſſet eſſe immediate vnitum. Adicentibus vero quod totum non diſtinguitur realiter a partibus, forſam ſuſtineri id poteſt. Imo neceſſario videtur dicendum quod non fuerit noua vnio. Hoc debet oſtendere Xuarez 3. p. d. 17. ſect. 5. pag 313. qui docet fuiſſe nouam vnionem in Reſurrectione & tamen numquam expreſſe fatetur totum diſtingui a partibus realiter ſed aliquo modo. Cum a parte dicendum ſit quod realiter diſtinguitur quia noua vnio nouum requirit extremum. Si tātum eſt diſiunctum aliquo modo etiā dicemus quod non fuit noua vnio ſed antiqua vnio partium nouo modo ſe habet, quia eadem partes nouo modo nūc ſe habent quæ nouiter vnite ſunt. Si ergo totum realiter non diſtinguitur a partibus, nō requiritur noua vnio ſed ex vnione partium erit totum vnitum Imo ſi ponatur diſtinctum quia nō eſt aut omnino diuerſa a partibus imaginare quis poteſt quod extēſione quadam ex vnione partium fuit revnitum. In Caietanum quoque argumentum poſſumus retorquere. Nā ipſe fatetur totum diſtingui a ſuis partibus & quod in corpore mortuo nō eſt forma corporeitatis ſed cadaueris, ergo in ea vnione anime ad — *Nota.* *Xuarez.*

corpo

corpus, corruptum fuit compoſitum ex materia & forma cadaueris. Et ſi aliquid dimiſit quod aſſumpſit. Et cum fuit mortuus, de nouo aſſumpſit illud compoſitum ex forma cadaueris & materia quam primo aſſumpſit. Ponendo formam corporeitatis omnia ceſſant.

Ad autoritates ſanctorum reſpondet Scotus ſolutione ad primũ quod intelliguntur de medio quo & non quod. Sed quia diximus quod nec totum eſt medium quod reſpectu partium ſed medium quo & tunc videtur petitio principii, vel circulus dicendo quod anima eſt medium quo reſpectu totius & totum medium quo reſpectu partium addes huic ſolutioni ſenſum præcedentis dubii. Anima eſt medium quo, quia formæ, ſecundo quia aliter non congrue aſſumeretur aliquod totum non animatum anima intellectiua. vt frueretur Verbo ſibi vnito. Totum fuit medium, quia reſpectu partium quo ad perſonationem & ordinem executionis. Quo modo cumque dicatur oſtenditur, quod vnio vnius non pendet ex vnione alterius. ideo potuerunt partes intrinſeco manere vnite. Ex intelligentia ſenſus vtriuſque dubii vitatur circulus.

*Sed hic eſt vnum dubium.*

## FVNDATVR ARTIC. II.

*Vtrum iſta natura quæ aſſumitur ſit aliud ens diſtinctum a ſuis partibus.*

AD 2. ſic proceditur videtur ꝙ nõ ſit diſtinctũ ens a ſuis partibus quia Commentator primo Phyſic. c. 7. videtur dicere quod totũ licet ſit aliud a partibus ſiue a qualibet parte ſeorſum, non tamẽ omnibus partibus ſimul. Et ſi ita eſſet cũ iſta aſſumptio realis nõ ſit niſi rei, nihil aliud eſſet totum aſſumi, quam omnes partes aſſumi. Si etiam ſit aliud ens ab eis dubium eſt an ſit aliud alia entitate poſitiua abſoluta, vel relatiua, & tertio an ſit aliqua forma alia a forma quæ eſt pars totius.

Dub.

1. Concl. Reſpondeo dicendo quantum ad primum quod totum eſt aliud ens ab omnibus partibus coniunctim & diuiſim. Probo, quia alias non eſſet differentia totius quod eſt perſe vnum ad totum quod eſt vnum agregatione, vt cumulus vel aceruus, quia iſtud totum ſecundum eſt ſue partes 8. Meth. conſequens videtur inconueniens, tum ex eodem 8. Tum quia vnum per accidens eſt magis vnum quam illud agregatione, & minus vnum quam totum vnum perſe, & tamen vnũ totum peraccidens, non eſt ſue partes, quia ſecundũ Philoſophum. 7. Metaph. c. de vnitate diffinitionis, in hoc homo albus, eſt vnũ aliquid, quia albedo in eſt homini: nõ autem eſſet tale totũm ſi nõ informaret. Preterea perſe terminus ad quem generationis eſt aliquid habẽs entitatem propriam, quia generatio eſt ad eſſe proprii termini, ſed totum eſt primus terminus ad quem generationis, nõ altera pars, imo ſi vtraque pars preexiſtat & de nouo vnirentur nil minus eſſet generatio vel productio ipſius compoſiti, ſicut in reſurrectione, dato quod tam anima quam corpus preexiſteret ſecundũ ſuas entitates, adhuc fieret reſuſcitatio ad eſſe totius compoſiti, non autem ad eſſe corporis vel animæ, nec ad ambo iſta, ergo ad aliquid tertiũ ab iſtis.

Tertio poteſt argui a ſimili de corruptione ſecundum argumentum Phyloſ. 7. Metaphyſ. in fine quia manet. a. & b. & non manet. ab. & idem realiter non poteſt manere, ergo. ab. eſt, aliud realiter ab. a. & b. igitur cum ſic in omnibus compoſitis perſe rationi partium non repugnet vt ille maneant & totum non maneat, aliqua erit entitas propria ipſius totius, alia ab entitatibus partium.

Item quarto ſequeretur quod nihil eſſet perſe cauſatum a cauſis intrinſecis materia ſcilicet & forma, quia iſte cauſæ cauſant hoc compoſitum, quia ſunt partes cauſati ſed iſte non ſunt partes, neque alterius earum, neque ambarum, quia neutra eſt cauſata nec ambę, quia ſunt propriæ cauſæ & prima principia rei, igitur &c.

Item ſequeretur 5. quod nullum ens eſſet cui perſe in eſſet propria paſsio vel propria operatio vel quodcumque accidens proprium illius ſpeciei quia hæc non ſunt materiæ nec formæ.

2. Concl. 2. Dico quod totum eſt aliud ens & alia entitate abſoluta, quia ſolus reſpectus non ſufficeret ad hoc quod totum diceretur perſe vnum, quia in toto vno peraccidẽs eſt perſe reſpectus, & eſſentialis partis ad partem. vt patet de dependentia accidentis ad ſubiectum. Similiter quiditates omnium abſolutorum & includentes materiam & formam & vt diffinibiles, quia vt ſic ſunt ſpecies generis abſoluti non ſunt tamen formaliter entia reſpectiua, quod tamen oporteret, ſi entitas propria totius eſſet reſpectus. Non etiam concludunt rationes factæ ad primum articulum, quia neque generatio aliqua eſt perſe ad reſpectum vt ad terminũ ad quẽ, neque etiã corruptio eſt a ſolo reſpectu vt termino

a quo. Neque cauſę abſolutę ſunt ſolius reſpectiui cauſæ. Neque propria paſſio conſequitur totum preciſe in quantum reſpectiuũ. Neque propria operatio vel aliud accidens abſolutum. Nec tandem videtur poſsibile aſsignare differentiam ſpecificam omnium quiditatũ quia non videtur poſsibile tãtam ponere differentiam reſpectiuũ inter partes vnitas. Quãtum etiam ad propoſitum non videtur quod reſpectus ſit propria ratio fundandi relationem vnionis ad Verbum quod tamem oporteret ponendo totum primo aſſumi ſecundum predicta ſi entitas totius vt diſtincta a partibus non poneretur eſſe abſoluta. 3. Dico quod ſi intelligatur in toto preter formam partis cuius modi eſt in homine anima intellectiua eſſe aliam formam quaſi ſuperuenientem illi quę ſit etiam aliquid ipſius totius & tamẽ dicitur forma totius diſtinguendo eam contra formam partis quia completius conſtituat totum quam illa alia forma, iſte intellectus eſt falſus quia tunc eſſet in homine aliqua forma conſtituens hominem perfectior anima intellectiua quod eſt inconueniens. Similiter ſi innitatur rationi acceptę ex vnitate totius puta quia ex materia & forma quæ eſt pars non fieret vnum niſi per aliquam aliam formam vnientem illas partes que ſit forma totius iſta ratio concluderet proceſſum in infinitũ, quia etiam de ipſa quero quando facit vnum cum materia. Si per aliud erit proceſſus in infinitum. *Concl.* Ideo dico quod vltra formam quæ perficit materiam vltimate quæ dicitur forma partis non eſt neceſſe ponere aliquam formam quaſi perficientem tam materiam quam formam quia materia & forma in toto non ſunt partes eiuſdẽ rationis ſiue elementa perfectibilia ab aliquo actu tertio ſed vnum eſt proprium perfectibile, & alius proprius actus & hæc eſt preciſa ratio quare faciunt vnum perſe ex octauo metaphyſ. Si tamen intelligatur forma totius non aliquid conſtituens totũ ſed ipſa natura tota vt quiditas. Hoc modo concedi bene poteſt quod forma totius ſit alia a forma partis, & quod natura vel quiditas poſſet dici forma, patet ex Philoſoph. 5. Metaph. c. de cauſa quod *Dub.* autẽ ſit alia a forma partis patet ex parte hic tacto. ſed reſpectu cuius eſt forma.

*Concl.* Reſpondeo & dico quod reſpectu totius compoſiti, nõ quidem forma informans; ſed forma qua compoſitum eſt eius qui ditatiue, & hoc modo totum eſt ens & formaliter forma totius, ſicut album, dicitur album albedine, non quidẽ quod forma totius ſit quaſi cauſa ipſius totius cum materia & forma partiali cauſans quaſi totum, ſed eſt ipſum totũ preciſe conſideratum ſecundum illum modum quo loquitur Auic. 5. Metaphyſ. *Auic.* equinitas eſt tantũ equinitas. *Dub.* Etſi queras cauſas iſtius entitatis. Dico quod ipſa eſt tertia a ſuis cauſis & cauſaliter eſt ab eis, & nõ ab aliis & quare tales cauſe cauſant & conſtituant entitatem tertiam a ſe, quæ ſit perſe vna, & alię nõ conſtituunt non eſt ratio niſi quia iſtæ entitates cauſarum ſunt tales, & aliæ ſunt alterius rationis, quod philoſo. innuit. 8. Metaph. vbi reſpondens ad quæſtionem de vnitate compoſiti, quando fiat vnum perſe ex materia & forma. Aſsignatur pro cauſa quia hoc perſe eſt actus, illud perſe potentia, & ſicut hoc eſt actus perſe, illud potentia perſe, ita hoc totum eſt vnum perſe. Et ſicut hoc eſt actus per accidens, & illud potentia per acciden, ita hoc totum conſtitutum eſt vnum per accidens. Quare iſta entitas eſt perſe actus reſpectu alterius, non eſt ratio niſi quia hęc entitas eſt hæc entitas. Quia ſicut inter calidum & calefacere non eſt mediũ in genere cauſę efficientis, ita nec inter iſtam formam. Et ſic informare eſt aliquod medium in genere cauſę formalis. Sicut enim calidum, quia calidum calefacit & non propter aliquid aliud, ita anima in quantum anima ſic perficit, & ſic cõſtituit. Sic ergo patet quantum ad *Epilog.* iſtum articulum quid ſit medium congruitatis vnionis naturæ humanæ ad Verbum, quia natura tota ex partibus quod eſt quodam ens abſolutum tertium aliud a partibus vtriſque & ambabus coniunctim & diuiſim.

Ad argumentum Commentatoris de primo phyſicorum, negandum eſt, fallit enim in materia ſicut in aliis quia nõ diſtinguit inter illud quod eſt perſe & illud quod neceſſario concurrit, ad eſſe quidẽ totius neceſſario pre exigitur vnio partiũ nec tamẽ illa vnio eſt illud eſſe quia vnio eſt reſpectus & eſſe illud eſt abſolutum, ſicut ad cauſationem alicuius ef-
fectus

ſectus neceſſario preexigitur ordo cauſarum efficientium quia ſunt multæ ordinate & aproximatio earum & tamē ille ordo velilla approximatio nō eſt eſſe ipſius effectus, quia iſta ſunt reſpectus tantum hoc autem eſt abſolutum. Nec eſt inconueniens aliquid abſolutum dependere vel preexigere vel ſaltem coexigere aliquo modo aliquem reſpectū. Vniuerſaliter enim abſolutum cauſatum a pluribus cauſis neceſſario preexigit vnionem & aproximationem illarum cauſarum in cauſando, & ita poteſt hic eſſe quod tota entitas totius ſit abſoluta licet neceſſario preexigat vel coexigat vnionem partium abſolutarum.

*Nota.*

*Super d.2.q.2.art.2.*

In corpore vna eſt concluſio principalis affirmatiua: nam alias non eſſet differentia inter vnum per accidens reſultans ex eggregatione plurium, nempe aceruum lapidum; & vnum perſe, quod reſultat ex vnione materiæ & formæ. Ideſt nō eſſet maior vnitas totius perſe quam totius peraccidens.

2. Generatio eſt ad eſſe proprii termini, proprius terminus generationis non eſt altera pars, vel amba ſimul ſumpta, ergo eſt tertia entitas. conſequentia eſt legitima, maior vera, minor probatur. Si ambe partes preexiſterent & poſtea vnirentur. reſultaret tertia entitas vt dictum eſt de Chriſto reſurgente cuius ambe partes preexiſtebant, & in reſurrectione redut entitas totius naturæ igitur.

3. Efficaciue probatur, iſta partes ſimul ſumpta ſunt cauſæ ſed non cauſant ſe, ergo diſtinctum a ſe.

4. Quia alias nullum eſſet ens cui propria perſe primo competeret, ſed vtrique parti exequo conuenitet.

2. Concluſio. Iſta entitas eſt quid abſolutum non reſpectiuum, nam reſpectiue non ſufficit ad hoc quod totum dicatur perſe vnum. Secundo quia reſpectus non poteſt eſſe primus perſe terminus generationis, ſed aliquid abſolutum precedens. Idem etiam de corruptione dicendum eſt: relatio enim nō corrumpitur niſi corrumpatur ſubiectum.

3. Concluſio. Iſta natura quæ reſultat ex vnione partium non eſt ſicut forma informans materiā, aut anime corpus, quia nō oportet ponere duas formas partiales ſed eſt quædam forma totalis, quæ dicitur forma, quia eſt quiditas & quædā natura perfecta, non ſe habens vt materie in formis, ſed vt totum eſſe rei. Probatur ex Ariſtot. 5. Metaphyſ. text. com. 2. cap. de cauſa.

De propoſitio dubio, vt Autor refert in litera, commentator 1. Phyſicorum c. 17. videtur docere quod totum non diſtinguitur a ſuis partibus, ſed quod ſit vnio partium vel partes vnite. Hanc opinionem tenet. Soto 1. Phyſicorum q. 3. Merion 3. p. q. 6. art. 5. Ioannes maior hac d. q. 3. quem etiam defendit Palud.

Oppoſita ſententia eſt Autoris hic & 8. Metaphyſ. q. 4 quam ſequitur & defendit Caietanus. 3. p. q. 2. art. 5. Capreol. hac d. hanc ſententiam efficaciſſime probant duo vltima argumenta Autoris quæ nullus ſufficienter ſoluit.

Ad Commentatorem, contēpta Autoritate eius: reſpondet Scotus, quod vnio requiritur ad eſſe totius, tamen vnio non eſt eſſe totius, quia vnio eſt quidam reſpectus, totum vero vt in ſumma text. dictum eſt, eſt quiddam effectus cauſatus ex vnione partium. Nec eſt inconueniens (inquit Autor) quod ante productionem alicuius abſoluti requiratur aliquis reſpectus, puta ipſa vnio partium quæ eſt reſpectus, imo hoc cōtingit vbicūque requirūtur plures cauſe.

Circa hunc art. ommiſſa metaphyſica, notandū quod quamuis per incarnationem & aſſumptionē humanæ naturæ Deus factus ſit homo, ad hoc formalis perſe terminus primus & immediatus fuit humana natura vt vnita & dependens a ſuppoſito diuino. Et quia non poteſt iſte terminus explicari ſine relatione & ordine ad aliud, ideo hunc terminum relationem extrinſecus aduenientem dicimus. De quo latius iam ſupra q. 1. prime diſt. Ratio deſumitur ex hoc art. quia ante productionem abſoluti, requiritur relatio, puta vnio extremorum.

¶ Quantum ad 2. articulum principalem de medio extrinſeco. Ponitur quod gratia.

## FVNDATVR ARTIC. III.

*Vtrum natura humana fuerit aſſumta mediante gratia.*

Ad tertium, ſic proceditur videtur quod natura fuerit aſſumpta mediante gratia. Natura humana non poteſt vniri Verbo vnione beatifica ſine habitu gratiæ & hoc quia tam ipſa vnio quam terminus vnionis excedit facultatem naturæ creatæ, ergo cum iſta magis excedat quia iſta eſt ſumma gratia ſecūdum Auguſt. 13. de Trin. c. 19. ſequitur quod iſta non poterit fieri ſine gratia.

*Argum. erat vlt.*

Sed contra illapſus generalis eſt cuicunque naturę ſecundum eſſe eius primum non per aliquem habitum mediū in illa natura, ergo ſimiliter illapſus iſte ſpecialis eſt prim ohuic naturæ & ſic ſine aliquo habitu gratię.

Reſpondeo dicendo, quod quantum ad iſtum artic. principalem de medio extrinſeco, ponitur quod gratia in iſta vnione fuerit medium congruitatis.

*S. Bonauent. hac d. art. 3. q. 2.*

Sed contra hoc arguo. Primo quia in illo inſtanti naturę in quo natura perſonatur inſe ſi non aſſumeretur in eodem inſtanti perſonatur in alio quando aſſumitur ſed prius naturaliter perſonaretur inſe quam haberet habitum gratiæ quia habitus eſt principium operandi, & per conſequens perfectio eius cui competit operari. Operari autem eſt ſuppoſiti, igitur prius naturaliter inſe

 haberet

haberet rarionem ſuppoſiti quam gratiã vel habitum aliquẽ qui tantum eſt principium operandi igitur & quando aſſumitur prius naturaliter quam gratia iſtadetur,igitur non eſt media & confirmatur etiam quia illud quod eſt alicuius inſe prius eſt eius quam quod eſt eius peraccidens ſed ſi natura ſibi fuiſſet dimiſſa fuiſſet perſonata inſe ex ſe ipſa igitur perſonari prius naturaliter compe teret ſibi quam habitus ille accidentalis;

Item Ioan. 1. Vidimus gloriam eius quaſi vnigeniti a Patre,vbi videtur dice re quod Chriſtum eſſe vnigenitum Patris ſit proxima ratio congruentiæ quare ipſe habeat plenitudinem gratiæ,igitur prius erat natura ſubſiſtens in Verbo quam tanta gratia ſibi conferebatur, alias videretur quod in aliquo inſtãti in quo natura non erat vnita Verbo conferretur plenitudo gratiæ. Preterea illa gratia non vniret formaliter igitur tantum ſe haberet in ratione diſpoſitionis in altero extremo ſed hoc eſt falſum quia realis & actualis exiſtentia accidentis ordine naturæ præſuponit exiſtentiã ſubiecti.Sed gratia eſt in anima Chriſti ſicut accidens in ſubiecto,ergo realis & actualis eius exiſtẽtia preſuponit exiſtentiam realẽ animę ſed Chriſti anima nunquam habuit exiſtẽtiam realem, niſi in Verbo,ergo prius ordine naturę aſſumebatur a Verbo quamſit ſubiectum gratiæ quia ipſa natura inqua eſt gratia perſonatur & per hoc omne accidens eius accidẽtaliter & mediare vnitur per ſone, igitur in iſta vnione nullum accidens potuit eſſe medium ſicut nec albedo eſt medium in vnione ſupeficiei ad corpus.

Ad argumentum dico quod ſi accipiatur gratia pro gratuita Dei voluntate Deus dicitur ex gratia operari omne illud quod non includitur in natura rei ſed magis excedit facultatẽ eius & hoc modo quia facultatem naturæ humanæ excedit ſubſiſtere in Verbo ideo gratuite Deus hoc operatur & ex gratia ſumma quia ſumma gratuita condeſcenſione confert naturæ illud ad quod minime poteſt ex ſe attingere , & quod maxime illam excedit. Sed ſi intelligatur gratia pro habitu creato informante , licet illa comitetur naturam vnitam non eſt tamen neceſſaria ad vnionem , & tunc cum arguitur quaſi a minori quod ipſa eſt neceſſaria ad vnionem beatificam, ergo ad iſtam, dico quod non ſequitur, quia vnio beatifica eſt per operationem & actum ſecundum inquem non poteſt anima niſi habeat formam, iſta vnio eſt ad eſſe primum ad quod non preſuponitur aliquod accidẽs in natura vnita, ſicut etiam ad eſſe primum ſuper naturale quod habetur per habitum gratię non requiritur aliquod elleuans naturam:ſic enim eſſet procedere in infinitũ vt ſemper vnum ſupra naturale diſponeret ad aliud & ſicut illud quod ibi dat actum primum poſſet immediate perficere naturam ita hic eſſe a Verbo communicatum poteſt eſſe immediatum principium vnionis.

*Super d.2.q.2.art.3.*

Autor in litera tria facit primo recitat opinionem D.Bonauent. hac. d. art.3.q. 2. Secundo impugnat illam. Vltimo ex impugnatione deducit ſuam ſententiam oppoſitam.

Quantum ad primum Seraphicus Bonauent. inquit quod gratia fuit medium, non neceſsitatis, ſed congruitatis.Autor impugnat iſtam opinionem probando quod non ſit medium precedens vnionem. Quia iſta natura perſonatur in Verbo in eodem inſtanti quo perſonaretur inſe.ſi ſibi dimitteretur,ſed ſi natura eſſet perſe ſolitarie, gratia & quod cunque accidens , eſſet poſterius humana natura quæ prius pre exiſteret quam accidens illi vniretur,ergo modo prius natura pre exiſtit in alio quam vniatur ei accidens. Maior eſt vera conſequentia legitima, minor probatur.Gratia eſt habitus:habitus eſt principium operandi,operatio eſt ſubiecti exiſtentis , ergo iam preſuponitur natura recipiens illud accidẽs.Et ſicut Albedo exiſtens in quantitate. non poteſt eſſe medium vt quantitas vniatur ſubiecto , ſic gratia non poteſt eſſe medium antecedens vnionem humane naturę ad Verbum.

*Num huius vnionis , fuerit aliqua cauſa diſpoſitiua.*

Poſt quam de medio intrinſeco & ſubſtantiali quod eſt anima dictum eſt conſequenter dicendum eſt de medio accidentali quod eſt gratia. Nam nullum aliud accidens poterat eſſe medium,ideo vniuerſalis quæſtio ſpecialis efficitur quia de omnibus aliis habitibus & accidentibus nulla eſt ratio dubii.Omne autem medium,aut ponitur de neceſsitate,aut de congruitate.Iuxta duos modos predictos eſt duplex opinio,accedens tertia negans vtramque.

1. opinio eſt Alexandri.3.p.q. 7. M. 2.art.1.& q. *Alex.*
12.M. 1. art. 1. vbi docet fuiſſe medium neceſsitatis, ideo videtur maxime conuenire cum Henrico, qui vt vidimus hac. d. q. 1. dixit naturam irrationalem non eſſe aſſumptibilem.Ex mẽte aliorum,Gabriel.d. 1.q.1. inquit quod quemadmodum due tabule glutino quodam copulantur & materia non niſi mediã te diſpoſitione recipit formam, ſic humana natura mediante gratia vnitur Verbo. Et quemmadmodũ

intelle-

intellectus non poteſt vniri obiecto beatifico ſine lumine gloriæ, ita non poſsit humana natura vniri verbo ſine gratia Ex exemplis adductis poteſt argui ſic. Intellectus creatus non vnitur obiecto beatifico ſine lumine gloriæ & materia non vnitur formæ niſi prius fuerit diſpoſita & preparata. ergo nec natura eſt vnibilis verbo ſine habitu gratiæ. tenet conſequentia, quia iſta vnio, eſt excellentior vnione hypoſtatica. Ad hoc argumentum reducitur argumentum Autoris, quod erat vltimum in originalibus antiquis. Reducuntur etiam omnia argumenta Meinr. 3. p. q. 7. art. 13

Bonau. Iuxtà ſecundum modum eſt ſecunda opinio Seraphici Bonauent. dicentis quod gratia non fuit medium neceſsitatis, quia ſine iſto habitu eſſet aſſumptibilis humana natura. Fuit tamẽ mediũ congruitatis, quia incõgruum erat vt aſſumeret naturam ſine gratia. Hanc ſequitur Marſilius in 3. q. 10. art. 1. ad primum dubium. Gabriel hac d. q. vnica, art. 2. Palud. q. 2. art. 3. Sequutus eſt D. Tho. in 3. hac d. q. 2. art. 3. Ratio pro hac opinione eſt quia in eo inſtanti quo aſſumitur, poteſt aſſumi cum gratia, quæ eſt congruus ornatus naturæ, ergo ſic eſt dicendum.

Oppoſita ſententia eſt Autoris, qui negat fuiſſe me-
Opi. Scot dium antecedens. Conſequenter negat fuiſſe mediũ neceſsitatis ſiue congruitatis. Secundo docet hæc opinio quod gratia concomitanter ſe habuit ad vnionem. Habet hoc ſolutione ad argumentum. Hanc habet S. Tho. 3. p. q. 7. art. 13 & q. 2. art. 6. Hanc docet Durand. hac d. q. 3. Richard. hac d. art. 2, q. 3. Vt probabilem admittit. Palud. hac. d. Hanc cum ſuo doctore ſequuntur omnes Thomiſtæ. In quo ſenſu explicari poteſt Seraphicus Bonauent. ſicut & S. Tho. cum 3 p. q. 7. art. 13. inquit. Quod gratia ordinatur ad vnionem hypoſtaticam tanquam ad finem. Non enim debet intelligi quod ordinetur ad hoc quod natura ſit vnibilis, ſed ad hoc quod natura aſſumpta maneat ſufficienter ornata. Hęc opinio probatur ratione. Gratia aduenit humanitati vnitæ, ergo non mediat inter Verbum & humanitatem, quia mediũ debet precedere terminũ, reſpectu cuius eſt mediũ. Antecedens probatur. Gratia eſt in anima ſicut accidens in ſubiecto, ergo exiſtentia accidentis ſupponit exiſtentiam ſubſtantiæ ſed anima Chriſti nunquam habuit exiſtentiam niſi in Verbo, ergo prius ordine naturæ aſſumebatur a Verbo quam ſit ſubiectum gratiæ, ergo nec gratia nec aliquod aliud accidens potuit eſſe medium & ratio aſſumptionis. Hæc ratio eſt efficaciſsima, euidenterque demonſtrans. Nulla eſt ratio alia, quæ in hac, quæ Autoris eſt in corpore articuli, non fundetur. Secundo ſi gratia eſſet medium, ſequeretur quod iſta vnio eſſet accidentalis, quia non fieret ſine medio accidenti conſequẽs eſt falſum, ergo illud ex quo ſequitur. Hæc rationes ſufficienter impugnant opinionem Seraphici Bonauent. opinio Alexand. impugnatur eiſdem rationibus quibus impugnata fuit opinio Henrici. Nam quęlibet natura irrationalis eſt aſſumptibilis. Probauit Scotus, quia corpus in triduo manſit Verbo vnitum, ergo gratia non eſt medium neceſsitatis, aliter nõ maneret vnitum in triduo.

1. Concluſio. Gratia habitualis inſtantanee ſequuta eſt ad vnionem hypoſtaticam tanquam ornatus debitus & cõgruo. Imo ſequutæ ſunt omnes virtutes quæ in Chriſto fuerunt in ſummo de quo d. 13. Hęc habetur ſolutione ad argumentum in corpore articuli. Probatur ex illo Ioann. 1. Vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti à Patre. Vbi inquit Autor, quod Chriſtum eſſe vnigenitum Patris. Sit proxima ratio congruentiæ, quare ipſe habeat plenitudinem gratiæ. Ex quo vtrunque colligitur ſimul, & quod prius fuerit iſte homo vnigenitus Filius Dei per vnionem quam habuerit gratiam, quod pertinet ad primam concluſionem; & quod ſtatim poſt vnionem, illam plenitudinem gratiæ habuerit, quod pertinet ad ſecundam concluſionem. Hoc, non aliã phyſicam emanationem ſeu cõſequentiam vult S. Thom. S. Thom.
3. p. q. 7. art 13. vbi in corpore inquit. Gratia cauſatur in anima Chriſti ex preſentia diuinitatis ſicut ſplendor ex preſentia ſolis. Argumento ſed contra probat hoc ex illo Iſaie 42. Ecce ſeruus meus ſuſcipiam eum. Intellige ad vnionem hypoſtaticam. Sequitur in text. Dedi ſpiritum meum. Id eſt plenitudinem gratiæ. Hanc expoſitionem ſequitur Lyranus ſuper illum locum. Alii autem explicant hunc locum de tempore Paſsionis. Ad noſtrum propoſitũ, explicatio tantorum virorum ſufficiens eſt. (margin: Iſai. — Lyra.)

Ad argumenta pro opinione Alexandri. & S. Bonauenturæ, ſi pie non interpretatur, patet ſolutio ex noſtra ratione principali: ante quam enim humana natura exiſtat in Verbo, nec ipſa, nec aliquod accidens eius. poteſt habere eſſe in rerum natura, vt ſit medium antecedens.

Ad argumentum principale in principio art. reſpondet Autor explicando Aug. dicens, quod vnio incarnationis fieri non potuit ſine gratia. quæ fuit gratuita Dei voluntas volentis vnire ſibi naturam humanam. Hæc tamen gratia non debet dici medium, quia eſt cauſa efficiens, ideo potius eſt extremum, quam medium. In quo errauit vt videtur Durand. hac d. q. 4. quem ſequitur. Palud, hac. d. q. 2. qui Durand.
dicunt quod hæc gratuita volũtas fuit medium. Loquendo de gratia quæ eſt habitus illa non eſt medium vt dictum eſt. Nec eſt eadem ratio de viſione & fruitione: quia viſio & fruitio eſt actus ideo requiritur habitus tanquam principium talis operationis: Iſta vero vnio eſt ad eſſe primum. id eſt ad exiſtendum in verbo, ad quod nullum accidens eſt neceſſarium: quia vt conſtat ex dictis, quælibet natura eſt aſſumptibilis.

## QVAESTIO III.

*De ordine organizationis in comparatione ad aſſumptionem.*

¶ Circa iſtam quæſtionem queruntur tria. Primo Vtrum corpus prius tempore fuerit animatum quam aſſumptum.

¶ 2. Vtrum prius fuerit organizatum quam animatum.

¶ 3. Vtrum ſaltem prius natura corpus fuerit animatum quam aſſumptum.

## ARTICVLV I.

*Vtrum animatio preceſſerit incarnationem.*

Ad primum ſic proceditur videtur quod prius corpus fuerit animatum quã aſſumptum. Quia corpus Chriſti erat ge-

neratum ex puriſsimis ſanguinibus beatæ Virginis ſecundum Damaſcenũ lib. 3.cap.2.corpus generatũ eſt denſius ſanguinibus ex quibus generatur ſecundũ Damaſcenum, ergo minorem locum occupat & per conſequens formationem, vel conceptionem, vel generationẽ, neceſſario concomitatur motus localis, ille non eſt in inſtanti igitur, nec cum incarnatione quæ fuit in inſtanti, non poſt igitur ante.

Sed contra Mag. In litera.d.2.in fine & d.3.c.1.& Damaſc. 48.in fine.

Reſpondeo dicẽdo, quod animatio nõ preceſsit tempore incarnationem quia tunc natura iſta fuiſſet aliquando inſe perſonata & non in Verbo quia ſcilicet fuiſſet caro animata. Probatio conſequẽtiæ. Corpus enim animatum, ſi in aliquo tempore eſt inſe ſubſiſtens, eſt perſona, conſequens eſt falſum quia tunc Beata Virgo non fuiſſet vera mater Dei: non enim genuiſet Deum, ſed iſtum hominem purum, cuius natura, fuiſſet poſt, vnita Deo. Conſequens iſtud eſt contra Damaſcenum lib.3.c.12.vbi contra Neſtorium determinat quod Beata Virgo fuit vera mater Dei, & nõ alicuius puri hominis tantum cõſequentia patet quia terminata fuiſſet tota ratio maternitatis Mariæ in productione illius naturæ.

*Quantum ad 2.d co. Pro 2.artic.*

Ad argumentum dico, quod ſi concederetur alterationem precedere tempore incarnationem, poſſet dici quod cum illa alteratione fuit occupatio minor loci, ſicut vniuerſaliter eſt circa quamcunque condẽſationem, & ita poneretur ibi vnus motus localis perſe, quo deportaretur materia ad locũ convenientem generationi, & alius peraccidens concomitans generationem corporis denſioris quo occuparetur minor locus, & in vltimo inſtanti condenſationis inducerentur omnes formæ partiales, & forma totalis corporis organizati, & in illo inſtanti totum aſſumeretur. Si autem ponatur, alterationem non preceſiſſe tempore, tunc poteſt dici, quod occupatio minoris loci erat ſubita & hoc per potentiam diuinam, ſi tamen ad hoc non poſſet cooperari virtus creata dequo Diſt.4.

*Super d.2.q.3. art.1.*

In corpore vna eſt conclusio. Animatio non preceſsit tempore incarnationem, nam ſi preceſiſſet aliquod inſtans, tunc natura eſſet prius inſe perſonata quam aſſumeretur, quod eſt falſum. Sequelam probo. Corpus animatum anima rationali, ſi eſt perſe ſubſiſtes, eſt perſona, quia ex anima rationali & corpore, reſultat ſtatum integra natura, ergo ſi perſe eſt, perſona eſt. Tunc rurſus ſequitur, quod beatiſsima virgo non eſſet vera mater Dei, quod eſt contra Damaſcenum libro 3. vbi determinat contra Neſtoriũ quod beatiſsima virgo fuit vera mater Dei. Sequelã probo, quia ſi per aliquod tempus, corpus eſſet animatum prius quam aſſumptum, Beatiſsima virgo non genuiſſet hominem Deum, ſed purum hominẽ cuius natura poſtea eſſet vnita. Probatur quia iam tota ratio maternitatis Mariæ eſſet terminata in productione carnis animatæ, quæ per aliquod inſtans fuit inſe ante quam aſſumeretur.

*Num humana natura Chriſti habuerit eſſe per aliquod inſtans ante aſſumptionem.*

De propoſito dubio videndum eſt S. Tho.3. p.q 33. vbi vt ſolet diſtincte ſatis art.1. & 2. inquirit, an corpus Chriſti fuerit inſtantanee formatum, & animatum anima rationali. Et art.3 querit an in eodem inſtanti fuerit Verbo vnitum. Auter vero ante quã agat de formatione corporis, quod inquirit art. 2. egit in hoc art. de animatione in ordine ad aſſumptionem, de quo, dubio ſequentia gerimus. Fuit igitur de hac re error Neſtorii aſſerentis Chriſtum eſſe purum hominem Sic dicendo omnino negatur vnio Cherinthus vt refert Ireneus lib.1. c. 25. dixit Chriſtum prius fuiſſe purum hominem, poſtea vero ſuis meritis aſſecutum fuiſſe vnionem hypoſtaticam.

Veritas fidei eſt quod per nullum inſtans fuit humanitas Chriſti perſe & ſolitarie, ſed ſtatim quod habuit eſſe, fuit vnita, imo in rei veritate vt antea dicebamus nunquam habuit eſſe ante vnionem, quia myſterium incarnationis cõſiſtit in hoc quod in illo inſtanti inquo hęc natura erat futura inſe, fuit vnita Verbo. Colligitur a parte hæc veritas ex illo Lucę 1. Quod enim ex te naſcetur Sanctum, vocabitur filius Dei. Ideſt non erit inſtans inquo concipias hominem quin ſimul concipias Deum. Iſaię 7. Ecce virgo concipiet & pariet filium & vocabitur nomen eius Emanuel, hoc eſt nobis cum Deus. Ideſt filius quem virgo concepit, erat Deus & homo. Adducitur illud Apoſtol ad Heb. 1. Cum iterum introducit primogenitum in orbem terræ dicit. Et adorent eum omnes Angeli eius. Vbi incarnationem, appellat introductionẽ primogeniti in orbem terrarum. Sed illud ad Verbum. Iterum, difficultatẽ facit, nam debet aſsignari primus ingreſſus qui nullus poteſt aſsignari niſi ingreſſus per fidem, per hiſtoriam, figuras & reuelationes. Quare hunc locum non incongrue explicant multi de ſecundo aduentu quando ignis ante illum precedet & omnes Angeli venient cum eo. Diffinita eſt veritas in Cõcilio Epheſino t: can.13. vbi dicitur. Ideo Deum natum eſſe ex virgine & conceptum quia in vtero virginis & in ipſa conceptione hominis, Deus carni vnitus eſt, & in 6: Synodo generali actione 11. vbi dicitur. Incarnatur Verbum Deus non prefactæ carni copulatus vel animæ pre exiſtenti coniunctus ſed tunc his ad ſubſiſtendum venientibus quando eis ipſum Verbum & Concil.

Deus

Deus naturaliter copulatus eſt.

Poſt firmitatem veritatis ſolum reſtat oſtendere poſsibilitatem hoc enim ad Theologum maxime expectat oſtenditur autem eã Aug. ad Voluſianum vbi inquit quod in hoc myſterio inquo multa mirabilia ſunt quæ noſtrum excedunt intellectum tota ratio facti eſt potentia facientis ideſt cũ videamus factum & neſciamus modum ad potentiam facientis debemus recurrere. Deus ergo qui ſua eſt omnipotentia potuit humanam naturam priuari propria perſonalitate ideo ſicut poteſt producerẽ naturam per ſe ſolitarie exiſtentem ita potuit creare, vel producere illam vnitam diuine perſone & ſic nullũ fuit inſtans inquo haberet eſſe ſine vnione, & habuit totum eſſe ſimul vt art. ſequenti clarius patebit, ergo per nullum inſtans habuit eſſe ante vnionem, hoc eſt quod aperte ipſemet Aug. libro contra ſermonẽ Arrianorum. c. 8. docet dicens. Vnus Chriſtus eſt & Dei filius ſemper natura & hominis filius qui ex tempore aſſumptus non vt prius creatus, poſt aſſumeretur, ſed vt ipſa aſſumptione crearetur. Ac ſi dixiſſet in Inſtanti quo creatus, aſſumptus. Quã veritatem agnoſcit in Verbis Pſal. 21. De ventre matris mee Deus meus es tu. Quæ verba ſic explicat de ventre quippe matris eius inquo hominem ſumpſit Deus eius eſt, ideſt in illo inſtã quo ille homo fuit conceptus in ventre matris fuit ſtatim Deus & Deus fuit eius non ſolum per dominationem creationis ſicut aliorum hominum ſed per vnionem. Nam vt inquit ipſemet Auguſt tomo 3 libro 13. de Trinitatẽ cap. 18. Deus non quomodo alios ſanctos regebat illum hominem, ſed gerebat ideo. Pſal. 72. humanitas Chriſti comparatur iumẽto, vt iumentum factus ſum apud te & c. Zachar. 1. Filius Dei cõparatur viro florentiſsimo & fortiſsimo humanitas equo ru ſo propter ſanguinem paſsionis ideo dicitur. Vidi per noctem & ecce vir aſcendens ſuper equum ruſum ecce quomodo Deus non ſolum regebat ſed gerebat hominem Chriſtum. ergo ſpecialiter ille homo erat Dei, ſed fuit Dei de vẽtre matris, ergo ab inſtanti cõceptionis fuit homo ille aſſumptus ideo nunquam fuit per ſe. Habet iſtam explicationem Auguſt. contra ſermonem Arrianorum c 18. quod ratio huius fuerit Dei omnipotentia oſtendit ſermone 18. de Verbis domini vbi faciens mentionem formationis Ade inquit. Adueniens diuinitas in vterum virginis Marie autoritate illa qua in paradiſo Adam de limo formauit carnem ſibi ex ſubſtantia ipſius Marie fabricauit, ſi ſibi fabricauit, ergo in inſtanti quo illam fabricauit ſibi fabricabit conſequenter ſibi vniuit hoc enim eſt, ſibi fabricaſſe. Modum huius poſsibilitatis intelligere nõ valuit Euthiches monachus Cõſtantinopolitanus qui exiſtimens quod id quod vniatur alteri debeat prius preexiſtere ſicut cum vniuntur duo fili, vel duo panni, ideo dixit quod Chriſtus ſubſiſtebat ex duabus naturis non vero in duabus, ideſt ſi vere in Chriſto eſſent due nature ſine confuſione, vtra quelibet ante vnionem, pre exiſteret ſed ex dictis conſtat quomodo quamuis humana natura non pre extiterit ante vnionem poſſit integra abſque confuſione vnita Verbo manere. Hunc errorem confutat Leo papa Epiſtola 10 11. & 97. ratio pro hac veritate optima habetur in ſumma tex. nam tunc Beatiſsima Virgo non concepiſſet Deum hominem, ſed hominem purum. Ratio eſt Cyrill. & Athanaſii ſermone de ſanctiſsima Deipara. Vbi not. quod ſiquis diceret per aliquod breue ſpacium fuiſſe humanitatem per ſe poſt illud vero fuiſſe aſſumptam & vere vnitam ſicut modo fatemur bene fugeret errorem Neſtorii negantis veritatẽ vnionis ſed non fugeret errorem negantium veritatem maternitatis ideo bene intulit Scotus quod ſi per aliquod inſtans per ſe eſſet illa natura omnino deſtrueretur maternitas Marie.

Sed eſt dubium. an anima fuerit prius vnita Verbo quam caro eius fuerit a virgine concepta. Origenes 2 libro Periarchon c. 6. docet animã Chriſti a principio mũdi fuiſſe creatam ſequitur error ille ex alio eius errore nempe omnem animam a principio mũdi eſſe creatam habet hoc libro 1, cap. 7. Secundo dicebat Origenes quod anima Chriſti de qua Chriſtus dixit nemo auferet animam, ab initio creationis inſeparabiliter atque indiſſolubiliter inherentem ſapientie et Verbo fuiſſe Hunc errorẽ refert pater Caſtro 2. aduerſus hereſes Verbo anima hereſi 3. & 9. Hieronymus epiſtola ad Pamachium tribuit Ioanni Epiſcopo Hieroſolimitano. Huius erroris meminit Damaſcenus libro. 3. orthodoxe fidei cap. 6. quem allegat S. Tho. 3. p. q. 6. art. 3. arg. ſed contra vbi inquit. Non vt quidã mentiuntur ante eã, quæ ex virgine eſt incarnationẽ, intellectus eſt vnitus Deo Verbo. Vbi nomine intellectus ſine dubio animam Intellectiuam intelligit. Leo. epiſtola 11. ſic ait contra Eutichem. Arbitror talia proloquentem hoc habere perſuaſum quod anima quam ſaluator aſſumpſit prius in celo ſit commorata quam de Maria Virgine naſceretur. Diffinita eſt veritas 5 Synodo generali & 6. actione 11. & 1. Concilio Brach. hereſi. Aperta eſt huius veritatis ratio nam anima Chriſti eſt eiuſdem rationis cum animabus aliorum hominum ſed alie anime non creantur ante corpus vt diffinitur Conciliis citatis ergo Colligitur veritas ex illo Geneſ Inſpirauit dominus in faciem eius ſpiraculum vite. ideſt anima in corpore fuit creata & a Deo inſpirata. Habetur veritas aperte Zachar. 12. vbi dicitur. Hæc dicit dominus extendens celos & fundans terram, & fingens ſpiritum hominis in eo, ergo in ipſo non extra creatur. Ratio ex phyſica eſſe poteſt nam anima eſt actus & forma corporis. ergo in ipſo non extra debuit creari ideo varie diſponitur corpus ante infuſionem anime.

¶ Quantum ad 2 dico quod organizatio

## ARTICVLVS II.

*Vtrum corpus fuerit prius organizatum quam animatum.*

Ad 2. Sic procediaur videtur quod prius fuerit corpus organizatum, quia erat alterius figuræ quam ſanguis ex quo generabatur igitur occupauit alium locũ, igitur illa formatio requirebat motũ localem igitur in tempore.

2. Preterea omnis ſubſtantia generabilis & corruptibilis que nõ creatur producitur per mutationem, tota natura aſſumpta a Verbo eſt generabilis & corruptibilis, & non immediate creabatur; quia fuit ex ſanguinibus, igitur producebatur per mutationem, & per conſequẽs

par-

*Aug.* *Zachar.* *Euthic.* *Dub.* *Orig.* *Concil.* *Duo vltima.*

pars potentialis illius totius mutabatur ad formam eiuſdem totius, igitur prius fuit ſub priuatione oppoſita illi formæ, & hoc prius tempore: quia oppoſita priuatiue non poſſunt ſimul tempore eſſe in eodem, prius igitur tempore erat corpus non animatum quam animatum.

*Mag.* *Dam.* Sed contra Magiſter in litera, diſtin. 2. in fine. Et diſt. 3. cap. 1. Et Damaſc. libro 3. c. 2.

*Diuiſiones.* Reſpondeo dicendo quod organizatio poteſt intelligi dupliciter, vel vltima inductio formæ diſponentis immediate ad animã intellectiuam ſecundum vnam opinionem. Siue inductio animæ intellectiuæ, ſecundum aliam opinionem quæ ponit quod anima eſt qua formaliter corpus eſt organicum. Vel poteſt intelligi tranſmutatio precedens iſtam vltimã inductionẽ formæ organicæ diſponẽtis ad formã intellectiuã: precedũt autẽ duę tranſmutationes, videlicet motus localis quo materia defertur ad locum conuenientẽ generationi, & alteratio, qua materia in loco debito alteratur & diſponitur ad formã corporis organizi inducendam. Et in iſto ſecundo modo, ſecũdum vnam opinionem quæ ponit partes etherogeneas corporis organici differre ſpecie, poſſunt poni multe generationes et multæ trãſmutationes: ſicut enim partes ille habent formas ſubſtantiales quidditatiuas alias & alias, ita cuiuſlibet, eſt generatio altera & altera, & ad quamlibet generationem eſt preuia alteratio. Et etiam vlterius poteſt poni quod non omnes iſte generationes ſunt ſimul ſed alia precedit aliã tempore & ita vna alteratio diſponens ad aliam generationem, *1. Concl.* eſt prior altera naturaliter. Sed qualitercumque ſit de iſtis, poteſt dici, quod organizatio primo modo dicta ſcilicet a qua corpus dicitur organizatum, quæ immediate diſponit ad animam intellectiuam non precedit tempore animationem etiam in nobis, quia tunc pater nullomodo generaret hominem: completa enim eſſet tota eius actio prius duratione quam eſſet anima: ille autem non generat hominem cuius actio tota complecta eſt prius tempore quã ſit homo. *2. Concl.* Si autem fiat ſermo de organizatione ſecundo modo tenendum eſt quod omnes inductiones formarũ ſubſtantialiũ, partialiũ, etiam ſi multæ eſſent in eodẽ inſtanti erant, quia nulla pars prior tempore alia, quia pars quæ aſſumebatur a Verbo nunquam prefuit in ſuppoſito quod contigiſſet ſi fuiſſet prior tempore. Sed de trãſmutatione materiæ ad locum conuenientem generationi, & de alteratione precedẽti generationem totius vel generationes partium. Dubium eſt ſi iſtæ preceſſerunt tempore vel ſi fuerunt in eodem inſtanti cum incarnatione. *Dubia.* Quia ſi ponantur fuiſſe in tempore, magis videtur poſſe ſaluari Mariam cooperatã fuiſſe ad illos motus. De hoc, in 4. diſt. Si autem totum ponatur fuiſſe in inſtanti ita vt nullus ibi fuerit motus localis, neque mutatio cum ſucceſſione magis ſaluatur quod in vltimo inſtãti cõſenſus, virginis expreſſi, fuit in vtero virginis, Verbum homo, & ante illud inſtans non videtur fuiſſe aliqua operatio ſpecialis ad incarnationem, & in iſto videtur tota fuiſſe completa.

Ad argumenta. Ad primum de figuratione dicendum ſicut ad argumentum precedentis art.

Ad 2. dico, quod mutatio proprie dicta eſt inter priuationem & formam, ſicut patet 5. Phyſicorum tex. com. 7. & inde, non autẽ inter negationem & formam. Priuatio autẽ eſt negatio in apto nato, & ideo quando forma producitur ſimul cum ſuſceptiuo non eſt proprie mutatio ad illam formam, quia ſuſceptiuum non prius fuit ſub priuatione quã forma. Nec prius fuit aptum natum habere formam quam habeat eam, ſed tantum eſt mutatio ad ſuſceptiuum eius. Cum igitur anima intellectiua inducatur cum eſſe corporis etiam in nobis, ad animam non eſt proprie mutatio, ſed tãtum ad eſſe corporis organici. Et illius mutationis ſubiectum, eſt materia quæ fuit ſub forma ſanguinis. Et cum additur in maiori quod omnis forma generabilis & corruptibilis ſi non immediate creatur accipit eſſe per mutationem ſui ſubiecti neganda eſt iſta propoſitio, ſi intelligatur, per mutationem cuius ipſa ſit primo terminus, & de mutatione proprie dicta. Poteſt tamẽ concedi de mutatione cuius aliquid eius ſit terminus, & de mutatione communiter dicta. Ita hic. Et huius mutationis proprie dicte terminus eſt corpus organicum, quod eſt aliquid corporis animati.

*Super d.2.q.2.art.2.*

In litera Autor premitit diuiſionem organizationis. Diuiſio ſupponit doctrinam authoris de pluralitate formarum, loquit ergo quod organizatio poteſt poni eſſe inductio formæ præcedētis animā rationalē vel inductio ipſius animæ intellectiuæ quia ſecūdū aliquos corpus eſt organicū anima intellectiua.

Secundo nomine organizationis intelligere poſſumus alterationem, qua materia tranſmutatur antequam formentur membra organica, vt manus & caput. Tertio nomine organizationis intelligere poſſumus motum localem qui præcedit omnem formā & trāſmutationem, nam antequam fiat generatio & trāſmutatio materiæ generationis, mouetur materia illa e loco in quo erat ad locū matricis vbi fiunt trāſmutationes, & perficitur generatio, qui motus localis remotiſsime ſe habet ad generationem, quia ſæpe contingit eſſe talem motum, quando non ſequitur generatio.

Prima concluſio. Loquendo de organizatione ſecūdo modo, ſi ponitur partes organicas differre ſpecie, poni poſſunt in alia generationes & tranſmutationes omnium partium, ita quod primo generetur cor, poſtea caput. Si admittitur primum, patet concluſio quo ad ſecundum.

2. concluſio. Loquendo de organizatione primo modo, non ſolum in Chriſto, ſed nec in nobis præcedit animationem, ſed in eodem inſtanti quo corpus eſt vltimo organizatum per formam diſponentem ad introductionem animæ intellectiuæ, infunditur ipſa anima intellectiua. Probatur, quia de ratione vltimæ diſpoſitionis eſt, vt ſtatim ſequatur vltima forma, ſed ſecūdum præmiſſam ſuppoſitionem, forma organica eſt vltima diſpoſitio ad introductionem animæ rationalis, ergo in eodem inſtanti quo corpus eſt vltimo organicum, introducitur anima rationalis, alias ante introductionem animæ rationalis eſſet terminata tota actiuitas hominis generantis, & ſic non eſſet pater hominis geniti, ſequela tenet quia homo dicitur generare hominem, quia attingit vſque ad vltimam diſpoſitionē generationis.

3. Concluſio. Loquendo de organizatione ſecundo modo, ideſt de tranſmutationibus, omnes inductiones formarū ſubſtantialium, ſi fuiſſent multæ ſuæ in homine, in eodem inſtanti fuerunt in hac admirabili conceptione. Probatur, quia nihil humanitatis Chriſti per aliquod inſtans præfuit in ſuppoſito, ſed ſi non omnes ſimul fuiſſent, aliqua pars Chriſti præfuiſſet in ſe ſuppoſitata non vnita, ergo omnes ſimul fuerunt.

Iuxta vltimum membrū loquendo de motu locali quo materia trahitur ad locū conuenientē generationi, dubiū eſt an fuerit in inſtanti, vel tēpore præcedēti conſenſum Virginis: ſi enim ponatur fuiſſe in tēpore, magis apparet quo modo Beatiſsima Virgo habuerit ſe actiue in generatione Chriſti, & melius ſaluatur maternitas. Si totum ponatur fuiſſe in inſtāti tunc non ponetur motus localis nec mutatio cū ſucceſſione in qua cōſumitur tēpus & tunc magis ſaluatur quomodo totū quod expectat ad incarnationē factū fuerit vnico inſtanti, ita quod ante illud inſtās nihil ſpecialiter expectās ad incarnationē factū fuerit & facilius intelligitur quo modo Verbū factum fuerit caro in vltimo inſtanti conſenſus Virginis.

*Num Chriſti corpus vnico inſtanti fuerit organizatū animatum & aſſumptum.*

Viſt quærit Autor an corpus Chriſti prius fuerit organizatū quā animatum nā dicēdo fuiſſe prius organizatū quā animatū & aſſumptū nō ſequitur aliquod inconueniens contra veritatē maternitatis quia corpus dum eſt in fieri ante animationem non eſt perſona & ſemper mater eſt in cōtinua actione circa illud ideo bene poteſt ſaluari quod Beatiſsima Virgo eſſet mater Dei dicendo, quod in inſtāti quo fuit animatum fuit totum aſſumptū quāuis corpus paulatim fuerit organizatū ſicut corpora aliorū hominū organizātur, ideo ex dictis non cōſtat ratio ob quam doctores renuant concedere paulatim fuiſſe organizatū propter quod neceſſe fuit hoc dubium ſpecialiter mouere: eſſet autem late agendū de organizatione ſi nē phyſicam nō Theologicā ageremus.

Arguitur ergo probando quod organizatio non fuerit in inſtanti nam motus localis non eſt in inſtāti, formatio corporis non eſt ſine motu locali, ergo de primo ad vltimum corpus non poteſt organizari & animari in inſtanti, maior eſt vera, minor probatur per maiorem quam habet autor argumento primo nā corpus quod generatur eſt denſius quam corpus ex quo generatur, ergo minorem occupat locum ergo generationem cōcomitatur motus localis quia occupare minorem locum eſt moueri localiter, ergo neceſſario requiritur tempus & non ſufficit inſtans hoc eſt primum Autoris, art. 1. *Arg. 1. art.*

2. Chriſtus dominus vt patet Lucæ 2. proficiebat ętate paulatim creſcēdo ſicut cæteri homines, ergo videtur quod corpus eius paulatim fuerit formatum & organizatum quia non videtur maior ratio extra vterum quam in vtero.

3. Arguit Autor. Omnis ſubſtantia quæ non producitur per creationem ſed per generationem producitur per mutationem, natura aſſumpta a Verbo non fuit creata ſed producta per generationem ex præſuppoſito ſubiecto nempe ex puriſsimis ſanguinibus Beatiſsimæ Virginis, ergo præſupponebatur ſubiectū habēs aliam formam poſtea illā, ergo prius tēpore fuit ſub alia forma quā ſub illa quia oppoſita priuatiue non poſſunt eſſe ſimul in eodem tempore conſequenter non vnico inſtanti totum fuit factū.

4. Probatur. Quod non in eodem inſtanti fuerit animatum anima rationali, nā introductio animæ rationalis requirit debitam quantitatem ſi hanc habuit corpus Chriſti a primo inſtanti & poſtea fuit in vētre matris per nouem menſes ſequitur, quod exierit ex ventre matris in magna & exceſsiua quantitate quod eſt contra Leonem Papam, ſermo. 4. Epiphaniæ circa medium vbi inquit. Magi viderūt & adorauerūt puerum Ieſum in nullo ab humana infantia generalitate diſsimilem. Aut ſecundo ſequitur quod non fuerit per nouē menſes in ventre matris quod eſt contra Auguſt. 4. de Trinitate cap. 9. vbi docet ſpatio nouem menſium fuiſſe in vtero. *Leo*

In hac quæſtione, ſupponendo contra Neſtoriū in Chriſto vnicam non duas fuiſſe perſonas manifeſtanda eſt veritas & oſtendenda ratio quare Theologi recuſent concedere corpus Chriſti prius fuiſſe organizatum quam aſſumptum cum in ſola organizatione non conſtet ratio perſonæ, & poſsit vere ſaluari quod Beatiſsima Virgo ſit mater Dei vt diximus, dico quod motus localis quo ſanguis beatiſsimæ Virginis fuit poſitus in matrice non fuit in inſtanti ſed in tempore quia motus eſſe non poteſt in inſtanti. Ita S. Tho. 3. p. vbi docet quod iſte motus localis non cōprehenditur ſub conceptione, ſed eſt cōceptioni præābulus. 2. Sciēdū quod poſſumus cōparare ma- *S. Thom. 3. p. q. 33. art. 1. ad 2.*

materiam ex qua corpus fuit formatum cū ipſo corpore inquirendo an in eodem inſtanti quo puriſſimus ſanguis Virginis poſitus fuit in matrice fuerit ſubito & inſtatanee corpus formatum an vero fuerit paulatim formatum ante quā animę & Verbo vniretur. Secundo comparare poſſumus partes interſe in ordine ad Verbum inquirendo an corpus fuerit prius aſſumptum quam anima quod eſt quærere vtrum in primo inſtanti conceptionis fuerit animatum & ſimul aſſumptum quæ omnia clare & diſtincte quærit S. Thom 3.p.q.33. tribus prioribus art. in 1. enim quærit an in primo inſtanti conceptionis fuerit formatum quod eſt quærere an ſubito ſine ſucceſsione totū corpus fuerit formatum. In ſecundo quærit an in primo inſtanti cōceptionis fuerit animatum quod eſt quærere, an non ſolum alterationes & tranſmutationes quæ præcedunt cōnerſionem materie in carnem & corpus animandum ſed ipſa totalis generatio omnium partium in debita quantitate & diſpoſitione ad vnionem cum anima fuerit ſubito & in inſtāti de quo Autor concluſione 3. textuali. Articulo 3. quærit S. Thom. an in 1. inſtanti conceptionis fuerit a Verbo aſſumptum quod eſt quęrere an aliquando prefuerit in ſe, poſſet enim ſubito formare & perſe eſſe per breue tempus ante quam aſſumeretur.

*S.Thom.*

Prima concluſio, Poſt quam materia ex qua corpus Chriſti fuit formatum repoſita fuit in matrice Beatiſsime Virginis ſubito fuit corpus formatum ita quod non fuit materia per calorem matricis aliqua mora tēporis diſpoſita & tranſmutata in carnem. Ita Scotus ſolutione ad 1. 1. art. S. Thom. vbi ſupra art. 1. Rationem huius aſsignat Scotus ſolutione ad primum quia virtus & potentia Dei eſt infinita. ergo ſubito facere poteſt quod agens naturale facit in tempore. Si dicas, ergo ſimiliter potuit Deus inſtantanee mouere ſanguinem ad matricis locum, dico quod per motum eſt impoſsibile an vero per mutationem id fieri poſſet non eſt facile explicare quia eſt deſitio vnius loci & acquiſitio alterius ſine corruptione & generatione aliqua ſed Deo non eſt temere aliquid denegandum, an ita factum ſit Deus ſcit: condenſatio autem & figuratio conuenienter ſubito facte ſunt quia pertinent ad cōceptionem, & poſſunt ex modo ſue productionis habere modū generationis. Nā ex raro fit denſum virtute naturali & indignum erat vt hæc miraculoſa conceptio virtute Spiritus ſancti ſuper venientis in Virginem paulatim fieret cum progreſſu ab imperfecto ad perfectum Secundo indignum erat vt aliquid non Deus poſtea per vnionem eſſet Deus Ideo maxime decens fuit vt ſemper eſſet vnitū Deo a tempore conceptionis. Tertia ratio colligitur ex S. Thom 3. p. q. 4. art. 1. ſolutione ad 3. & q. 6. art. 3. in corpore vbi approbare videtur rationem dicentium non fuiſſe conueniens diuinę bonitati deſtruere aliquid perfectionis in creatura, ſed exiſtere perſe eſt perfectionis in creatura, ergo non fuit conueniens vt natura aſſumenda antea perſe exiſteret ne corrumperetur propria eius exiſtētia. Certe hac ratione Leo Papa probat ſer. 2. Natiuitatis quod debuit Chriſtus naſci ex Virgine nam ipſe venit reiecta erigere, confracta ſolidare, ergo non debuit naſcendo clauſtrum Virginis rumpere. ergo ſimiliter non debuit exiſtentiam. ſubſiſtentiam carnis deſtruere. Diffinita eſt veritas in Concilio Epheſino can. 13. vbi dicitur. Ideo Deum natum eſſe ex Virgine, & conceptum quia in vtero Virginis, & in ipſa conceptione hominis, Deus carni vnitus eſt, & 6. Synodo, actione 11. Sicait Sophronius. Incarnatur Verbum Deus non prefacte carni copulatus, vel anime præexiſtenti coniunctus ſed tane his ad ſubſiſtendum venientibus quādo eis ipſum Verbum & Deus naturaliter copulatus eſt. Ecce quomodo diffinitur quod nec corpus, nec anima præexiſtebat ante vnionem, Sed primo in ipſo Verbo habuerunt præexiſtentiam. Auguſt. de fide ad Petrum c. 18. inquit firmiſsime tene nullatenus dubites carnem non prius fuiſſe conceptā quam a Verbo aſſumptam. Damaſcenus libro 3. ortohodoxe fidei cap. 2. inquit. Simul caro ſimul Dei Verbi caro, ideſt nullum fuit inſtans inquo eſſet caro, inquo non eſſet Dei caro, ideſt Deo vnita.

*Leo.*

*Concil.*

Circa ſecundum an corpus prius tempore fuerit vnitum Verbo quam anima. Caniſius lib. 3. de Beata Maria. c. 21. inquit fuiſſe errorem Caluini dicentis corpus Chriſti prius fuiſſe Verbo vnitum quam anima. Iſte error ſequitur ex oppoſito præcedentis veritatis dicendo enim quod corpus fuit paulatim formatum & organizatū ſicut in nobis inquibus prius eſt quod animale eſt conſequenter ſequitur quod prius fuerit a Verbo aſſumptum, ſed hoc fundamentum falſum eſt quia non paulatim formata eſt caro illa ſed inſtātanee perfecte diſpoſita cōſequenter in eodem inſtanti animata, nam in nobis poſita vltima diſpoſitione ſtatim ſequitur anime infuſio, ergo ſi caro Chriſti inſtantanee diſpoſita, etiam inſtātanee eſt animata, ſi animata etiam aſſumpta nam ſi daretur inſtans inquo animaretur, & non aſſumeretur, etiam daretur inſtans inquo eſſet perſona natura aſſumpta quia vnita anima corpori ſtatim reſultat propria perſonalitas niſi aſſumatur. Aperte docet hoc Damaſcenus libro 3. c. 2. dicens Verbū carē ē anima rationali atque intellectuali animatam condidit, & eius hypoſtaſis factum eſt. Fulgentius libro de incarnatione, cap. 3. inquit. Non eſt igitur aliquod interuallum temporis æſtimandum inter concepte carnis initium & concipiende maieſtatis aduentum. Habetur veritas in Concilijs ſupra citatis, Ratio ſumi poteſt ex fine incarnationis nam Deus aſſumebat carnem in bonum illius naturæ, in redemptionem noſtram. ergo non debuit aſſumere carnem ante quā aſſumeret totam naturam quæ reſultat ex vnione anime & corporis. In hoc ſenſu diximus ſupra quod aſſumpſit corpus mediante anima quia non erat cōueniens aſſumere corpus, niſi quia pars naturæ quæ conſtat anima intellectiua, quæ ratio etiam probat quod quamuis corpus organizaretur ſucceſsione temporis ad huc non eſſet conueniens vt aſſumeretur ant quam animaretur anima rationali.

*Canis.*

*Damaſ.*

*Fulg.*

Sed quæris quando fuit conceptus. Dico quod in illo inſtanti quo Beatiſsima Virgo præbendo conſenſum dixit, Ecce ancilla Domini, hoc aperte docet Gregor. in regiſtro capit. 61. in dictione quarta, dicens. Non prius in vtero Virginis caro cōcepta eſt poſt modum diuinitas venit in carnē ſed vt Verbum venit in vterum mox Verbum ſeruata proprie virtute nature factum eſt caro & perfectus homo. Hoc ipſum docet 18. Moral. capit. 5. Nuntiante Angelo & ad veniente Spiritu mox Verbum in vtero mox intra vterum Verbum caro. Hoc ipſum docet Athanaſius inquadam Epiſtola dicens ſimul ac Beata Virgo pronuntiauit illa verba. Ecce ancilla domini, & conceptio carnis & infuſio anime & aſſumptio fuerūt abſoluta. Ecce quomodo docet

*Greg.*

*Athan.*

preſactam

præfactam veritatem & docent inſtans inquo hoc myſterium factũ eſt. Quod ante illa verba non fuerit patet nam inquit Angelus Spiritusſanctus ſuperveniet in te, ergo nec antea aduenerat nec myſteriũ fuerat conſumatum. Iterum infra c. 2. Vocatum eſt nomen eius Ieſus, quod vocatum eſt ab Angelo priuſquam in vtero conciperetur, ergo cum Angelus dixit vocabis nomen eius Ieſum non dum fuerat myſterium incarnationis.

Ad primum argumentum, patet ex prima concluſione poſſunt enim omnia illa fieri ſubito per mutationem & modum generationis, ſic ſoluitur ſecundum in autore.

Ad 2. Patet ex dictis eſt autem conſiderandum quod conſumato myſterio paulatim debuit creſcere corpus illud vt confirmaretur veritas conceptionis. Ad honorem filii pertinuit cõcipi ſubito Spiritus ſancti virtute. Ad honorem matris poſtea pertinuit vt paulatim creſceret vt tot diebus Beatiſſima Virgo illius corporis eſſet ſacrarium.

Ad 3. Autoris ſolutio ſtat in hoc quod creatio non eſt mutatio quia non ſupponitur ſubiectum quod aliter ſe habeat nunc quam antea ideo ad animam non eſt mutatio nec ad naturam quę habet eſſe per hanc animam quamuis ad corpus organicum ſit mutatio nihilhominus in inſtanti terminatiuo temporis inquo materia fuit ſub antiqua forma potuit induci forma organica & anima rationalis & ſimul aſſumi.

Ad 4. In quo quæritur an per nouem menſes fuerit Chriſtus in vtero Virginis ſicut alii ratio dubii eſt nam anima non infunditur corpori vſque ad 35. vel 40. diem, ergo ſi inſtantanee facta eſt conceptio Chriſti totidẽ diebus exire debuit antea de vtero vel in magna quãtitate exire S. Tho. 3. p. q. 33. art. 2. ad. 2. inquit quod quantitas requiſita ad introductionem animæ non eſt ſemper eadẽ ſed iuxta magnitudinem corporis futuri ideo cum Chriſtus non fuerit magnæ & erectæ ſtaturæ potuit poſt ea paulatim creſcere, & totidem diebus ſicut alii ſine magno exceſſu ex vtero exire, licet habuerit aliquantum maiorem quam alias haberet, ſi in inſtanti non cõciperetur. Hæc eſt probabiliſſima ſententia Vt non multiplicemus ſuper naturalia, & ſoluemus naturalia ſequenda eſt. Notãdum tamen quod anima Chriſti plus temporis fuit in vtero Virginis quam animæ aliorum nam animæ non infunduntur niſi poſt 40. diem a die conceptionis ſed anima Chriſti ab inſtanti conceptionis fuit infuſa corpori & nihilominus fuit in vtero Virginis per nouem menſes, ergo conferendo animam Chriſti cum animabus aliorũ plus animus Chriſti fuit in ventre matris quã animæ aliorum hominum hoc veritas manifeſtat & Ioannes maior docet hac d. q. 1.

Nota.

Maior.

*De proprietate naturæ videtur eſſe dicendum.*

## FVNDATVR ARTIC. III.

*Vtrum corpus prius natura fuerit organizatum quam animatum.*

RESpondeo dicendo, quod fundamẽtum relationis naturaliter præcedit relationem quia ſecundum Phyloſophũ, & Aug. 7. c. 2. de Trinitate quod nihil eſt in ſe, nihil eſt ad aliud & totalis natura eſt fundamentum illius vnionis ex quæſtione præcedenti, ergo entitas totalis naturę naturaliter præcedit incarnationem, & ita animationem præcedit naturaliter totius organizatio ſecundum vnam opinionem de formis, vel ſaltim eſt ſimul ſecundum aliam opinionem.

5. Meta. c. 1. & in prædicamentis.

*Super diſtinctionis ſecundæ, quæſtio. 3. articulo tertio.*

Autor prius egit de prioritate temporis, comparando animationem, cum incarnatione. Secundo de prioritate corporis organici quod anima informat. Priuſſe affirmatiua concluſione. Omnia fuerunt ſimul tempore; quæ æquiualet negatiue. Nihil fuit prius alio, conſtituit concluſionem affirmatiuã. Prioritate naturæ, id eſt præſuppoſitionis, corporis organizatio præcedit animationem, & eſſe totius naturæ, præcedit incarnationem Patet ex Auguſt. & Ariſtot.

## QVAERITVR ETIAM de carne Verbi, &c.

## DISTINCTIO III.

*Vtrum Beata Virgo per ſolum inſtans potuerit eſſe in originali.*

AD primum ſic proceditur. Videtur quod ſolum per inſtans non potuerit eſſe in originali. Quicquid Deus immediate agit circa creaturam, agit in inſtanti nam ſecundum Philoſ. 8. Phiſyc. virtus infinitã, & finita, nõ poſſunt agere in equali menſura, igitur non poteſt iuſtificare animam, in tempore habito inſtanti culpæ.

Argumẽ erant in corpore quæſt. Tex. com. 78. & 79.

2. Præterea. Aut illa iuſtificatio eſſet motus, aut mutatio, non mutatio, quia non eſſet in inſtanti. Non motus, quia non eſſet ſucceſſio ſecundum partes mobilis ſcilicet animæ, quia ipſa eſt indiuiſibilis. Nec ſecundum media inter extrema: nõ enim eſt medium inter priuatiue oppoſita; circa aptum natum, ſicut neque eſt abſolute medium inter contradictoria. Neque alterum illorum ſecundum partes acquirebatur, vel amittebatur. Neque ſubiectum eſt diuiſibile igitur.

Reſpondeo dicendo. Quod Deus potuit facere quod ipſa nunquam fuiſſet in peccato originali.

Corpus quæſt 9. ad quæſt.

*2. Concl.* Potuit etiam feciſſe vt tantum in vno inſtanti eſſet in peccato. Potuit *3. Concl.* etiam facere vt per tempus aliquod in peccato, & in vltimo inſtanti illius temporis purgaretur. Primum declaro, quia gratia æquiualet iuſtitiæ originali quantum ad acceptationem diuinam, vt propter hanc, animæ habenti gratiam non inſit peccatum originale. Potuit enim Deus in primo inſtanti illius animæ, infundere ſibi gratiam tantam quantam alii animæ in circuncilsione vel baptiſmo, igitur in illo inſtanti anima non habuiſſet peccatum originale, ſicut nec habuiſſet ſi poſtea fuiſſet baptizata. Et ſi etiam infectio carnis fuit ibi in primo inſtanti, non fuit tamem neceſſaria cauſa infectionis animæ. Sicut nec poſt baptiſmum quando manet ſecũdum multos, & infectio animæ non manet. Aut potuit caro mundari ante infuſſionem animæ vt in illo inſtanti non eſſet in fecta. Secundum patet. Quia ſi agẽs naturale poteſt incipere agere in inſtanti ita quod in illo inſtanti fuerit in eſſe quieto ſub vno contrario, & in tempore habito eſt ſub forma contraria in fieri, & quandocũque agens naturale poteſt agere, Deus poteſt agere. Igitur poteſt & in tempore habito alicui inſtãti, cauſare gratiam. Hoc etiam confirmatur quia quando anima eſt in peccato, poteſt per potentiã diuinam eſſe in gratia. Sed in tempore illo quo fuit concepta, potuit eſſe in peccato, & perte fuit, igitur ſimiliter potuit eſſe in gratia. Nec neceſſe fuit tunc, quod fuiſſet in gratia, in primo inſtanti illius temporis, ſicut nec de mutatione & motu. Præterea in primo inſtanti potuit creaſſe gratiam in illa anima, ergo, &c. Tertium eſt manifeſtum. Quod autem horum trium, quę oſtenſa ſunt eſſe poſsibilia, factum ſit, Deus nouit. Si authoritati Eccleſiæ vel authoritati ſcripturæ non repugnet videtur probabile, quod excellentius eſt attribuere Mariæ.

*2. difficile.* (margin, beside "ſet in fecta. Secundum patet")

*Cong.* (margin, beside "tur quia quando anima eſt in peccato")

*Reſolut.* (margin, beside "oſtenſa ſunt eſſe poſsibilia")

Ad primum argumentum dico, quod ſi Deus voluntarie non agit in aliquo inſtanti, non neceſſario propter hoc oportet eum expectare tempus, vt in inſtanti determinato illius temporis agat. Sed poteſt agere in tẽpore, in cuius primo inſtanti non egit. Verum eſt igitur quod Deus poteſt agere in inſtãti quid immediate agit, ſed non eſt neceſſe ipſum agere in inſtanti.

Ad 2. dico, quod ſtricte loquendo ſicut Phyloſoph. loquitur de motu & mutatione, iſta iuſtificatio vel paſsio, nec eſt motus nec mutatio, ſed aliquid habens de vtroque; hoc quidem habens de mutatione, quod vt forma ſimplex, & indiuiſibilis ineſt ſubiecto: hoc autẽ de motu, quia in nulla menſura indiuiſibili ineſt, ſed in tempore. Et in hoc deſficiet a mutatione. Deſficit autem a motu quia non eſt fluxus ſecundum partes formæ vel mobilis vel ſecundum media inter extrema quia hic nulla ſunt media ſicut probatum eſt. Exemplũ eſt. *Exem.* Mobile tranſit a forma ſubqua in vltimo inſtanti quietis, ita quod poſt illud inſtans eſt cõtinua deperditio illius formę ſecundum partes eius, & continua acquiſitio formę oppoſitę. Sed ſi in toto tẽpote ineſſet forma oppoſita, & tamen non ſucceſiue acquirerentur partes eius, eſſet ſimile in propoſito. Quia tũc illius formæ actio, non eſſet motus nec mutatio. Sicut nec modo tranſitus a mutatione ad motum, vel e conuerſo, eſt mutatio vel motus. *Dub.* Sed quare paſsio cauſata ab agente naturali eſt mutatio vel motus & non iſta. Reſpondeo, quia agens naturale ſi poteſt ſubito inducere formam inducit per mutationem, & ſi nõ poteſt, neceſſe eſt vt agat in tempore, & ita per motum. Deus autem & ſi poſſet inducere formam in inſtanti tamen ſi non induceret in inſtanti, poteſt inducere totã in tẽpore, ita quod non partes ante partes. Poſſe enim agere in tempore nõ eſt imperfectionis in agente, licet neceſsitas agendi in tempore, ſit imperfectio.

*Super diſt. 3. q. 1. art. 1.*

In litera vera eſt concluſio affirmatiua Tribus modis potuit Deus Virginẽ ſanctificare. Primus & tertius patent. Secundus probetur Deus poteſt agere quandocumque agens naturale, ſed naturale agẽs poteſt toto tempore quieſcere ab actione & tempore ſequenti immediate agere, ergo Beatiſsima Virgo potuit per inſtans eſſe in peccato & tempore ſequenti mundari e peccato. Maior probatur. quia Deus eſt maioris virtutis. Minor manifeſtatur ſic. Iſtud ſubiectum poteſt eſſe ſub vna forme toto tempore precedenti vſque ad inſtans, & tempore ſequenti poteſt eſſe ſub alia forma, ergo per inſtans potuit eſſe in peccato.

Secundo, quando anima eſt in peccato, poteſt per potentiã diuinam eſſe in gratia, ſed tempore cõceptionis potuit eſſe in peccato, ſicut de facto fuit ſe

cundum

cundum eños, ergo potuit tunc eſſe in gratia. Conſequentia tenet per maiorem. Rurſus, illo tempora poteſt eſſe in gratia, ergo cum nõ ſit neceſſariũ quod in primo inſtanti temporis ſit in gratia, quia nihil ad extra eſt neceſſarium, ſequitur quod in illo inſtanti potuit eſſe in peccato & tempora ſequenti in gratia. Tertia ratio truncata eſt in litera, integra habetur in commentariis.

*Num per inſtans tantum, potuerit eſſe in originali.*

Dubium hoc, alii de facto, alii de poſſibili diſputant. Autor vtrunque inſinuat dicens. Quid horũ factum ſit non eſt noſtrum iudicare. In præſentiarum primo eſt diſputanda de poſſibili. Pro parte negatiua arguitur. Virtus infinita agit in inſtanti, ergo in tempore quod poſt inſtans ſequitur non poteſt animam iuſtificare, conſequentia tenet, quia agere in inſtanti & in tempora de ſe repugnat. Antecedens probatur. Virtus finita agit in tempore, ergo infinita agit in inſtãti, tenet conſequentia, quia non poſſunt agere in eadem menſura.

2. Gratia eſt quid indiuiſibile, ergo in inſtanti infunditur, ergo impoſſibile eſt quod iuſtificatio fiat in tempore. Probo conſequentiam, quia anima iuſtificatur quolibet gradu gratiæ. & quilibet gradus eſt indiuiſibilis, ergo in menſura indiuiſibili infunditur. Declaratur vis rationis. Signemus tempus in quo gratia infunditur, diuidatur in duas partes, tunc gratia infuſa in prima parte non infunditur in alia, & cum illa prima pars temporis ſit diuiſibilis in infinitum queram in infinitum de gratia infuſa in prima parte, cum illa iuſtificet abſque gratia infuſa tempore ſequenti ſequitur deueniendum eſſe ad aliquod indiuiſibile, illud non eſt tempus, ſed inſtans, duo inſtantia non dantur ſimul, ergo neceſſe fuit quod per aliquod tempus fuiſſet in originali & quod poſtea in inſtanti ſequenti infunderetur gratia.

3. Gratia creatur ſecundum Scotum in 4. diſt. 1 ſed ſi creatur in tempore non poteſt de ipſa dici. Nunc eſt & ante hoc nõ fuit, quia cũ producatur in tempore & ante omne tempus ſit tempus ſequitur quod antea fuerit, & ſic ſequitur contradictio nempe quod creetur. & quod antea fuerit. Nam de ratione creationis eſt dicere ordinem ad Deum creantem &

Ocham. ad non eſſe immediate præcedens. Propter hæc argu-

Greg. menta Ocham & Gregor. ſequuntur partem negatiuam.

Scot. Oppoſita ſententia eſt Scoti hic quam habet Du-

Durand. rand. hac d. q. 2. art. 2. Vaſſol q 2. Gabriel in 2. d. 30.

Soto. q. 2. art. 2. concluſione 1. Eandem ſequi videtur Soto 6. Phyſicorum q. 2. Solutione ad confir primi argumenti ante ſecundam concluſionem vbi ducet non repugnare quod Deus nunc non concurrat & immediate poſt hoc concurrat, aliàs debes dicere quod concurſus Dei pendeat a tempore & debeat expectare tranſitum temporis vt in inſtanti futuro producat Angelum, quod videtur abſurdum. Ante omnes hæc opinio fuit Henrici quot. 11. q. 13. Hanc

Cumel. tenet Pater Cumel 1. p. q 14 art. 13. ſua quæſtione. 3. concluſione vltima. Probatur duabus rationibus Autoris quæ optime habentur in ſumma trat. Ter-

Ex Dur. tio ſic. Deus in primo inſtanti potuit creaſſe gratiã & potuit facere quod per ſolum inſtans eſſet in gratia & toto tempore ſequenti abſque illa, ergo ſimiliter potuit facere quod per ſolũ inſtans eſſet in culpa & toto tempore ſequẽti in gratia. Secunda pars antecedentis probatur. Deus eſt agens per voluntatem & non agit actione ſucceſſiua, ergo poteſt per ſolum inſtans agere & toto tempore ſequenti ab actione ceſſare. Conſequentiam probó, quia ſicut receſſus a culpa per gratiam non eſt per mótum ſed per ſimplicem gratię infuſionem ſic receſſus a gratia in non gratiam non eſt per motum ſed per ſimplicem ceſſationem diuinæ influentię & ſic equa eſt vtriuſque ratio. Durand. exponit Scotum. 4 ſignetur inſtans quo Maria contraxit originale. Si tempora immediato non poteſt creari gratia, ſed neceſſario debet eſſe in peccato per aliquod tempus, quero de illo an potuerit citius creari gratia. Signato aliquo tẽpore, quæram an neceſſario toto illo tempore fuerit in peccato, Sic retrocedam in infinitum probando concluſionem meam ſicut alii probant ſuam.

5. Si Deus ante omnem motum creaſſet Mariam abſque dubio poſt inſtãs creationis poſſet infundere gratiam, ſed ſua operatio abſtrahit a tempore, ergo poſt inſtans creationis potuit infundere gratiam.

6. Si neceſſario per aliquod tempus eſſet in peccato ſequeretur quod idem eſſet in nobis, conſequens eſt falſum, ergo illud ex quo ſequitur. Sequelam probo a paritate rationis. Minor manifeſtatur. Quia daretur tempus in quo viator non poſſet iuſtificari ſed neceſſario eſſet extra ſalutis ſtatum per aliquod breue tempus dũ eſt in via quod pugnat cum illo Eze- Ezech.
chiel 8 In quacunque hora ingemuerit peccator. Probari poteſt quarto argumento. Hæc veritas, ſi non obſcuratur, declaratur exemplo fabæ aſcendentis ſurſum, cui occurrit apis molaris. Tũc faba quieſcit quia deſinit aſcendere. Tempore vero ſequenti mouetur deorſum. Adducit hoc et exemplum Vaſ- Vaſſol.
ſol & Durand. In firmaria quibuſdam ſolet, quia ibi faba non quieſcit ſed ſemper mouetur quamuis non cum eodem reſpectu ad eundem terminum. Aliud exemplum adducit idem Vaſſol ex mente aliorum doctorum quod ſi locus quem attingit vltima ſuperficies fabæ eſſet luminoſus & totus locus inferior tenebroſus in inſtanti contactus ſuperficiei fabæ fieret tenebroſa, & in tempore habito lumi ola.

Ad primum argumentum dico, quod Deus eſt agens liberum ideo non neceſſe eſt quod agat in inſtanti. Si enim eſſet infinitæ virtutis & naturaliter ageret, in inſtanti ageret vt probat argumentum.

Ad 2. dico, quod gratia eſt indiuiſibilis, & non poteſt menſurari menſura diuiſibili temporis. poteſt tamen menſurari æuo coexiſtente tempori, nã æuum eſt menſura permanentium natum coexiſtere tempori non tamen habens ſucceſſionem. ſicut tempus nec diuiſionem, ideo tempore ſequenti poſt inſtãs culpæ potuit Deus infundere gratiam abſque eo quod per aliquod tempus ſequens, eſſet in culpa. Si hæc ſolutio non valet argumentum conuincit.

Ad 3. dico, quod gratia non habetur per motum vt patet. Nec per mutationem quæ ſit terminus motus, ſicut eſt generatio. Sed producitur per mutationem æuiternam coexiſtẽtem tempori, ideo habet ſimilitudinem cum motu quia coexiſtit tempori. & cum mutatione quę determinat ſibi inſtans ſiquidem eſt tota ſimul. vnde de ipſa dici poteſt. Nunc eſt & ante hoc non fuit. Quod eſt dicere. Producitur tota ſimul inſtantanæe ſed quia illud inſtãs non eſt fluens ſicut inſtans temporis, poteſt immediate produci poſt inſtans temporis quod eſt tem-

tempus ſequens poſt inſtan temporis & hoc eſt fundamentum huius difficilis opinionis.

*Dubium.* Sed dubium eſt an defacto ſolam per inſtans fuerit in originali. Dubium hoc precedens ſupponit. Qui enim dicunt conceptam fuiſſe in originali, & poſsibile fuiſſe quod per inſtans fuerit in originali conſequenter dicunt ſolum per inſtans fuiſſe in originali. Quia credendum eſt Deum quam citius illam liberaſſe, Docet Hēricus quodlib. 15. q.13. Notendū quod dicendo defacto fuiſſe per inſtans in originali, non poteſt dici quod in eodem inſtanti fuerit ſanctificata, quia gratia expellit peccatum ideo ſimul vtrumque in eſſe impoſsibile eſt. Ita tenet Henricus loco allegato art. 1. illius quæſtionis. Vnde neſcio quomodo ſibi oppoſitum tribuatur. Alii Autores qui dicūt habuiſſe originale & impoſsibile eſſe quod fuerit per inſtans, dicunt per aliquod tempus fuiſſe in originali. Scotus noſter inquit Deus ſcit quid horum ſit verum. Probabilius tamen exiſtimat quod nec per inſtans fuerit in originali, vt art. ſequenti videbimus.

## ARTICVLVS II.

*Vtrum Beata Virgo per aliquod inſtans fuerit ſub originali.*

*Rom.3.* AD 2. Sic proceditur videtur quod fuerit ſub originali. Quia in Adam omnes peccauerunt & egent gloria Dei. Non niſi quia fuerunt in eo ſecundum rationem ſeminalem, ita fuit in eo Beata Virgo, igitur fuit ſub peccato.

*Lib.3.c.3.* 2. Item Damaſcenus. Spiritus ſanctus purganit eam. Purgatio non eſt niſi a peccato, igitur habuit peccatum, non actuale igitur originale.

*Auguſt. tom.3.c.26.* 3. Item Auguſt. de fide ad Petrum. Firmiſsime tene & nullatenus dubites omnem hominem qui per concubitum viri & mulieris concipitur cum peccato originali naſci.

*Tom.9. cap.1.* Item. Idem ſuper illud Ioann. Ecce agnus Dei inquit. Solus innocens, quia non ſic venit ſcilicet ſecundum communem propagationem.

*Leo.* Item Leo Papa in ſermone Natinitatis Domini. Sicut reatu nullum liberum reperit, ita liberandis omnibus venit, igitur fuit ſub originali.

*Hieron. authoritas nō erat.* Item Hiero ſuper illud. Pſal. 21. Et de manu canis vnicam meam, videtur idem dicere Inquit enim, vnica ideſt anima Chriſti. Vnica dicitur, quia non habet peccatū illa anima, & aliæ animæ ab ipſa mundantur. Non enim in iniquitate conceptus eſt, quia non de mortalitate conceptus eſt.

*Gloſſ.* Item de conſecratione diſt.3.c.1. ibi. Natiuitas. Inquit Gloſſa. De conceptionis feſto nihil dicitur quia celebrandum non eſt, ſicut in multis regionibus fit, & maxime in Anglia. Ratio eſt quia in peccatis concepta fuit ſicut et ceteri ſancti excepta perſona Chriſti. *Numerādo feſtiuitates Virginis.*

*Anſel.* Item Anſelmus. 2. cur Deus homo. c. 16. inquit. Virgo, vnde aſſumptus eſt, in iniquitatibus concepta & in peccatis cō cepit eam mater eius & cū originali peccato nata eſt, quia in Adam peccauit.

*Bernar.* Item hoc idem vult Bernardus in quadā epiſtola, et probat quia non fuit ſanctificata ante conceptum. Patet. Neque in conceptu, quia ibi fuit libido, igitur.

*Aug.* Sed contra Auguſt. de natura & gratia circa medium & ponitur in litera. c. 3. cum de peccatis agitur de Maria nullam prorſus vollo habere quæſtionem. Et Anſelm. de conceptu virginali. c. 18. Decuit vt ea puritate Virgo niteret qua maior ſub Deo nequit intelligi: poſſet autem intelligi pura innocentia ſub Deo, qualis fuit in Chriſto, igitur huiuſmodi puritatem habuit.

*S.Thom.* Reſpondeo dicendo, quod communiter dicitur quod habuit originale propter authoritates adductas, & propter rationes aſſumptas ex duobus mediis, quorum vnum eſt excellentia filii ſui: ipſe enim vt Redemptor vniuerſalis omnibus ianuam aperuit, ſed ſi Beata Virgo non contraxiſſet originale, nō indiguiſſet Redemptore, neque ipſe ſibi ianuam aperuiſſet, quia nō fuiſſet ſibi clauſa nō enim clauditur, niſi per peccatū & maxime originale. Secundum medium, *2. ratio S.Thom.* ex his quæ apparent in Beata Virginine. Ipſa enim fuit propagata communi lege, & per conſequens corpus eius propagatum & formatum de ſemine infecto, & ita eadem ratio infectionis in corpore eius, quæ erat in corpore alterius ſic propagati. Et cum ex corpore infecto inficiatur anima eadē ratio infectionis erat in anima eius, quę & in animabus aliorū communiter propagatorum. Similiter *3. ratio.* habuit penas communes naturæ humanæ vt ſitim & famem, & huiuſmodi quę infliguntur nobis propter peccatum originale. Et illæ non erant voluntariæ aſſumptæ, quia non erat Redemptrix, reparatrix noſtra, quia tunc filius eius non fuiſſet redemptor omnium generaliter. Igitur erant ſibi inflictæ a Deo, & non

iniuſte,

iniuſte, ergo propter peccatum, & ita ipſa nouerat innocens.

Contra primam rationem arguendo, probo ex excellētia filii ſui, in quantum Redemptor reconciliator & mediator, quod ipſa non contraxit originale peccatum. Perfectiſsimus enim mediator habet perfectiſsimum actum mediandi reſpectu alicuius perſonę pro qua mediat; ſed Chriſtus eſt perfectiſsimus mediator, igitur Chriſtus habuit perfectiſsimum gradum mediandi poſsibilem reſpectu alicuius creaturæ, ſiue perſonæ reſpectu cuius erat mediator: ſed reſpectu nullius perſonæ habuit excellentiorem gradum quam reſpectu Mariæ igitur, &c. Sed hoc non eſſet, niſi meruiſſet eam præſeruari a peccato originali. Quod probo tripliciter. Primo per comparationem ad Deum cui recōciliatur. 2. Per comparationem ad malū a quo liberat. 3. Per comparationem ad obligationem perſonę quam reconciliat.

*S. Thom. impug.*

*Vltima minor, ſeu antecedens. vltimi. Sillogiſmi, probatur tripliciter.*

Ad videndum primam probationem pono exemplum conſonum exēplo Anſelmi. Cur Deus homo lib. 2. cap. 16. aliquis offendens regem demeretur in tātum vt omni filio naturali eius rex offendatur & offendens exheredit & eum. Iſta offenſa ſtatuitur nō remittenda niſi offeratur regi ab aliquo innocente aliquod obſequium magis placans, quam peccatum fuerit offenſiuum, aliquis offert obſequium ita gratum quod reconciliet filios vt nō exhereditentur, tamē cuilibet nato rex offenditur, licet poſtea remmittat offenſam propter merita mediatoris. Sed ſi ille mediator poſſet ita perfecte placare regem vt preueniret reſpectu alicuius filii rei, ne offenderetur hoc magis eſſet quā ſi rex offenſam habitam contra talem remitteret. Sed hoc non eſt impoſsibile, cum hec offenſa nō eſt ex culpa propria ſed ex alia contracta. Ex illo arguitur ſic. Nullus ſumme, vel perfectiſsime placat aliquem pro offenſa alicuius contrahenda, niſi poſſet preuenire ne illi offendatur, nam ſi iam offenſum placat vt remittat non perfectiſsime placat, ſed in propoſito Deus nō offenditur animæ propter motū interiorem in ipſo, ſed tantum propter culpam in ipſa anima, igitur Chriſtus non perfectiſsime placat Trinitatem pro culpa contrahenda a filiis Adæ, ſi non præueniat vt alicui Trinitas nō offendatur, & per conſequens quod anima alicuius filii Adæ non habeat culpam talem.

*1. probatio.*

*Formatur arg.*

Ex ſecunda via arguitur dupliciter, primo. Quia perfectiſsimus mediator meretur a motionem omnis penæ ab eo quæm reconciliat. Sed culpa originalis eſt maior pena quam ipſa carentia viſſionis diuinæ ſicut declaratū fuit. di. 36. ſecundi libri, quia peccatum eſt maxima pæna naturæ intellectualis inter omnes penas eius. Igitur ſi Chriſtus perfectiſſime reconciliauit, iſtam penam grauiſsimam meruit ab aliquo auferri, non niſi a matre, igitur, &c. Cōfirmatur iſtud per exemplum. Quia ſi filio Adæ eſſet maxima pena regem contra eū offendi, nullus eum perfectiſsime reconciliaret, niſi aufferret ab eo non tantū exhereditationem, ſed etiam eſſe inimicum Regi, igitur, &c. Ex eadem via arguitur 2. ſic. Chriſtus immediatius videtur fuiſſe reparator & reconciliator noſter a peccato origioali quam ab actuali. Quia neceſsitas incarnationis, paſsionis, &c. Aſsignatur cōmuniter ex peccato originali, ſed ſupponitur communiter, quod ipſe fuit ita perfectus mediator reſpectu alicuius perſonæ puta Mariæ quod eam præſeruauit ab omni peccato actuali. Igitur ſimiliter a peccato originali. Ex tertia via arguo ſic. Perſona reconciliata non ſumme obligatur mediatori, niſi ab ipſo ſummum bonū habeat quod poteſt per mediatorem haberi. Sed innocentia illa S. preſeruatio a culpa contracta vel cōtrahenda poteſt haberi per mediatorē, ergo nulla perſona ſumme tenebitur Chriſto vt mediatori ſi nullam præſeruauit a peccato originali. Etſi dicas quod equaliter tenetur perſona cui remittitur peccatum quantum perſona quę preſeruatur a peccato propter illud. Lucæ. 7. cui magis dimititur magis diligit. Quere ibi reſponſionem Aug. quod omnia poſſibilia comiti non commiſſa ſunt dimiſſa ac ſi eſſent commiſſa. Imo excellentius beneficium eſt præſeruare a malo quam permittere incidere in malum & poſtea liberare ab eo. Videtur etiam quod cū Chriſtus multis animabus meruerit gratiam & gloriam, & pro his ſint Chriſto debitores vt mediatori. Quare nulla anima erit ei debitrix pro innocētia & quare etiam omnes Angeli beati ſint innocentes

*1. ex. 2. via.*

*2. ex. 2. via.*

*1. ex. 3. via.*

*Obiectio.*

*2. ex 3. via.*

illam primitatem, natura animæ ita na-naturaliter præceſsit priuationē iuſtitię, ſicut ipſam iuſtitiā. Sed tātū poteſt hoc inferri, quod in ratione naturæ quæ eſt fundamentum filiationis Adæ, nō includitur iuſtitia, nec eius carentia quod cōcedo. Sed ſi obiitias de alio modo prioritatis naturæ quod ipſa eſt naturaliter prius carens iuſtitia quā habens eam, cū hic inſit ſibi a cauſa intrinſeca. Dico, quod hoc prius natura nunquā ineſt ſibi ſed tantū in eſſet ſi cauſa extrinſeca non impeditet, & poneretur oppoſitum eius in eſſe, ſicut etiā ſi in primo inſtanti materia informaretur, priuatio quæ prius naturaliter ineſt materię, nūquā in eſſet.

Si dicas quomodo eſt prius natura illud qnod nō eſt prius in eſſendo. Dico quod quando ordo naturæ eſt interpoſitiuum, ſicut inter ſubiectū & accidens; materiam & formam; quod eſt prius natura poteſt eſſe prius in eſſēdo. Sed quādo eſt tātū inter oppoſita priuatiue prioritas per comparationem ad tertiū, non eſt niſi quia hoc in eſſet, ſi alind non impediret, vel eſt prioritas in intellectu quia S. iſtud prius intelligitur vt priuatū

Et ſi arguatur Maria non eſt iuſta in primo inſtanti naturæ, ergo in illo inſtanti, eſt iniuſta, vel non iuſta. Ex 2. perihermenias. Dico quod conſequentia non valet in predicatis compoſitis. Nō eſt album lignum, ergo eſt lignum non albū. Ita hic. Non eſt iuſta in primo inſtanti, vel ratione ſui, ergo eſt non iuſta, non ſequitut quia neutrum illorum eſſentialiter includit.

Et ſi arguas in primo inſtanti naturæ vere intelligitur nō iuſta. Dico quod nō ſed vere nō intelligitur iuſta quia abſtrahentiū non eſt mendatiū. 2. Phyſicorū non enim omnis intellectus non intelligens hoc, intelligit non hoc, vt nō intelligens hominem eſſe animal non intelligit ipſum nō animal quia tunc nō poſſet eſſe abſtractio ſine mendatio auferēdo ab aliquo quod ſibi eſſētialiter ineſt.

*Bern.*

Ad argum. Bernardi poteſt reſpōderi quod in inſtanti conceptionis naturæ fuiſſet ſanctificatio, non a culpa quæ tunc infuit, quia nulla fuit, ſed a culpa quæ tunc infuiſſet, niſi tunc gratia illi animę fuiſſet infuſa.

Et ſi arguatur, quod ibi fuit libido, falſum eſt de cōceptione naturarū licet poſſet concedi fuiſſe in conceptione & cōmixtione ſeminū. & dato quod in conceptione ſeminū fuiſſet creatio animæ, non fuiſſet aliquod inconueniēs gratiā tunc fuiſſe infuſſam animæ, propteq uā anima nō contraxiſſet aliquā infectionem a carne cum libidine ſeminata. Sic enim poſt primū inſtās baptiſmi potuit manere infectio corporis contracta per propagationē, cum gratia in anima mūdata. Ita poteſt eſſe in primo inſtanti, ſi Deus tūc creauit gratiā in anima Marię.

*Non eſt arg. principale, ſed primū D. Thom. in principio corporis.*

Ad argumentū. De apertione ianue paret quia ianua fuit ſibi aperta per meritum paſsionis Chriſti preuiſe & accepte ſpiritualiter in ordine ad hanc perſonam, vt propter illam paſsionē nunquā huic perſonæ in eſſet peccatum, & ita nec aliquid propter quod ianua clauderetur, cū tamē ſibi ex origine cōpeteret vnde ianua clanderetur ſicut aliis,

*De hoc dubio, nostrs q. 7. dub. vltimo.*

Si quæratur vtrū ſi fuiſſet mortua ante paſsionē filii fuiſſet beata. Dici poteſt quod ſancti Patres in Limbo purgati fuerūt a peccato originali, & tamen clauſa fuit ianua vſque ad ſolutionē penæ debite: Ita enim determinauerat Deus, quod licet acceptaret paſsionem Chriſti preuiſam ad remitendum culpā orig nalem omni credenti, & crediturq illā paſsionē: non tāmē remitebat penā illi peccato debitā ſcilicet carentiā viſionis diuine propter paſsionē præuiſam, ſed propter ipſam exibitā, & ideo ſicut illis patribus nō patuit ianua quouſque paſsio Chriſti fuit exibita ita probabile eſt quod neque Beate Virgini.

*Super diſt. 3. quæſt. 1. artic. 11.*

Titulus ſolemnis eſt. tēpus & inſtans ſanctificationis Virginis quærens.

Autor in litera duo facit. Primo refert opinionem negatiuam, Secundo impugnat illam, tenēdo oppoſitam ſententiam. Quantum ad primum eſt opinio S. Thom. 3. p. q. 27. art. 2. aſſerentis quod fuit concepta in peccato originali. Probatur, quia alias Chriſtus non fuiſſet eius Redemptor. Secundo, quia originale contrahitur quatenus aliquis eſt filius Adę ex communi lege propagatus, ſed beatiſſima Virgo fuit ex cōmuni lege propagata ergo contraxit originale. Tertio, ab effectu. nam Beatiſsima Virgo habuit penas quæ ſequuntur ex originali vt famem ſitim ergo contraxit originale Si dicas quod Chriſtus non habuit originale, & contraxit illas, nō obſtat, quia Chriſtus voluntarie aſſumpſit ad materiam menti, non ſic Beatiſsima Virgo ergo ex originali contraxit. Hæc ſunt rationes S. Thom. in litera.

*S. Thom.*

Autor impugnat ſic. Perfectiſsimus Redemptor debet habere perfectiſsimum modum redimendi, perfectiſsimus modus, eſt redimere præſeruando a lapſu, ante caſum, igitur ſic aliquem redemit. puta Virginem, aliter nō fuiſſet perfectiſsimus Redēptor.

Quod non fuiſſet perfectiſsimus redmeptor niſi redimeret præſeruando probat tripliciter.

Primo quia quando aliquis contrahit offenſam ex peccato alieno vt quando aliquis offendens regẽ demeretur ſibi & filiis ſuis, nemo placat regem perfecte niſi faciat quod rex alicui filio remittat offenſam ante quam contrahat inſamiam, (nam ſi vult quod prius contrahat infamiam non perfecte placat quia vt offenſus vult quod contrahat infamiam) ſed Deus optimus maximus non offenditur anime niſi propter peccatum Adæ, quod eſt culpe in ipſa anima, ergo nõ perfecte placauit Chriſtus dominus Trinitatem, ſi non preueniat vt alicui Trinitas non offendatur.

Secũdo, hoc ipſum probatur, nam perfectiſsimus mediator meretur amotionem omnis penæ, ab eo quem reconciliat, ſed originalis culpa eſt maior pęne quam carentia diuinæ viſionis, igitur ſi Chriſtus perfectiſsime reconciliauit, meruit iſtam penam ab aliquo auferri. Nõ niſi a matre, igitur mater fuit ſine originali, Maior patet ex prima ratione, minor probatur. Originale eſt peccatum, ſed peccatum eſt maxime pena rationalis creature, maior quam carentia viſionis diuine. Nam habere peccatum eſt carere iuſtitia, carere viſione eſt carere bono commodi perficienti naturam, melius ergo eſt non habere bonum ſuper additum quam carere bono iuſtitiæ cum offenſa Dei.

. Tertio (ommitto ſecundum ſecunde vie) arguo ſic. Perſona reconciliata non ſumme obligatur mediatori & reconciliatori niſi ab ipſo habeat ſummũ bonum quod potuit habere a mediatore, ſed innocentia præſeruationis potuit haberi, ergo vel nulla ſumme tenebitur Chriſto domino vel dicendũ eſt quod Beatiſsima Virgo fuit præſeruata. Primum, in conueniens videtur, ergo ſecundum videtur dicendum. Obiectio in litera patet.

4. Eſt congruentia. In cælo omnes Angeli beati ſunt innocentes qui nunquam peccarunt. Multis animabus meruit gratiã & gloriam quantum ad efficatiam, omnibus quo ad ſufficientiam. Conueniens ergo fuit quod inter homines alique anima eſſet *Introductio ad comment.* debitrix innocentiæ.

Virginis deuotio, vtilitas tractatus, cogit nos hãc materiam copioſe pertractare. Vtilis quidem eſt materia in que declarantur loca quæ de Virgine loquũtur, manifeſtetur verus ſenſus eorum, quę contraria eſſe videbantur Mariæ innocentię, exercentur ingenia, habituſque Theologicus incrementum recipit. In ſuper ad deuotionem excitat, ad amorem prouocat, ad laudeſque tante Virginis animum conuertit, quam Deus aperiente manum ſuam Cæleſti benedictione impleuit iuxta Gabrielis nuntiũ. Cedit in honoré filii qui matrẽ ſuam ſic honoreuit. Quia ergo originale ex ſemine inſecto concupiſcibiliter ſeminato contrahitur, inquirendum eſt nobis de genealogia Virginis.

## QVAESTIO I.

## De parentibus Virginis.

*Num Beatiſsima Virgo ſine patre & matre fuerit.*

SCripturarum ſilentium quæ matrẽ aut patrem Virginis non indicant. Pauli teſtimonium ad Hebræos 7, dicentis, Melchiſedec non habuiſſe patrem aut matrem. ſunt nobis ratio dubitandi in hac parte. Si enim Melchiſedec fuit ſine patre & ſine matre iuxta Apoſtolum loco citato, etiam videtur quod Beatiſsima Virgo, tenet conſequentia, quia non habentur in ſcriptura pater eius nec mater.

Reſpõdeo quod ſoli Protoparẽtes, in mũdi exordio vt libri Geneſis ſacra nobis narrat hiſtoria, fuerunt mirabiliter formati ſine patre & matre. Adam enim de terra formatus fuit. Terra autẽ cũ inſenſibile infimumque ſit elementum rationem paternitatis aut maternitatis reſpectu Adæ habere minime potuit. Eua formata eſt de coſta Adæ ipſo dicente Geneſ. 2. Hoc nũc os ex oſsibus meis & caro de carne mea hęc vocabitur virago quia de viro ſumpta eſt. Non poteſt autẽ Adã pater Eue dici quia nõ de ſemine, ſed de coſta eius, non naturaliter, ſed miraculoſe a Deo formata eſt. ipſo materiam ſine virtute actiua, vltime diſpoſitionis organice cauſatiua, adminiſtrante. Ad rationem vero paternitatis requiritur ſeminatio, vltime diſpoſitionis cauſatiua. Nullo ergo modo Maria Sacratiſsima Dei mater, ſine patre & matre immediate a Deo formata eſt ſicut Adã & Eua. Quorum vterque immediate a Deo formatus eſt. Non obſcure locus Geneſ. nunc cõmemoratus hoc indicat dum dicitur. Hoc nũc os ex oſsibus *Geneſ.* meis. Ideſt nunc ſic mulier iſta mirabiliter a Deo ex oſsibus meis formata eſt in futurum nunquã alia ſic mirabiliter fiet. Hoc indicat illud adverbiũ. Nũc. *Aloyſius* Ideſt pro hoc tempore tantum. Extra hoc tempus preſens nunquam iterum fiet. Vbi vt notat Aloyſius Lippomanus Hebraice eſt dictio. Hapaam, quę *Diodor.* ſignificat. Nũc, hac vice, ſemel. Diodorus ſuper hęc verba inquit. Ait vero. Hoc nũc os, declarare volens nullam amplius ex oſsibus viri naſcituram, aut vxoris viri qua concubitu naſcituros fore. Tanquam certum igitur ſupponendum eſt nullum poſt Adam & Euam ſine patre & matre fuiſſe. (De Chriſto dicemus poſtea.

Ad argumentum in oppoſitum dicendum; quod ex negatione pure non poteſt deduci negatio aliquid remouens a ſubiecto, vnde ex hoc quod ſcriptura non loquatur de patribus Virginis, non licet inferre. Ergo non habuit patrem aut matrem. Quia ad remouendam huiuſmodi relationem a ſubiecto, neceſſaria eſt aliqua affirmatio repugnans negationi. Lucæ 1. dicitur. Spiritus ſanctus ſuperueniet in te. Math. 1. Quod in ea natum eſt de Spiritu ſancto eſt. Ex hac affirmatiua bene infertur. Ergo non habuit patrem. Loco adducto dicitur. Formauit Deus hominem de limo. Euã de coſta viri. Cum hac affirmatiua ſtat vera negatio patris & matris. Cum iſta affirmatiua. Ioannes habuit patrem & matrem. Repugnat negatiua. Non habuit patrem & matrem. Quæ negatiua inferri non poteſt ex ſola negatione ſilentii ſcripturarum.

Ad locum Pauli dico. Melchiſedec fuiſſe filium Sem, primogenitum Noe, ita dicunt Hebrei. Teſtis eſt Hieronymus ad Euagrium. Epi- *Hierony.* phanius ſecundo, aduerſus hæreſes, hæreſ. Mel- *Epiphan.* chiſidianorum inquit quod pater eius vocabatur Eraclas mater eius, Aſthera vel Aſtaroth. Subticuit autem ſcriptura parentes eius, vt Chriſti, qui in Cælis patrem ſine matre, in terris matrem ſine patre habuit, poſſet eſſe figura. Nec in hoc in figura eſt aliquod mendacium, quia ad ratio-

ad rationem figuræ vt docet Chryſoſtom. & Ecumenius ſuper illum locum non requiritur omni muda ſimilitudo.

*Num ex commixtione maris & fæminæ fuerit concepta.*

*Maxim.*

PRæter communem modum naſcendi tres (inquit Maximus Epiſcopus ſerm. 3. natiuitatis) ſunt modi naſcendi mirabiles. Primus quo Adã ex limo. Secundus quo mulier de maſculo. Tertius quo Chriſtus ex Virgine. Quid horum non nouũ. Quid horum non mirabile. Quid horum inquiſitio poterit humana complecti. In eo qui nos confortat Deus omnia poſſumus, ideo poſt quam quæſiuimus de duobus modis prioribus vt omnes cõplectamur ſi nunc quærimus de tertio mirabili an Beatiſsima Virgo de Spiritu ſancto, ex muliere ſine viro ſicut Chriſtus mirabiliter concepta fuerit. Quod ſic videtur, nã mater Virginis puta Anna, erat ſterilis quæ naturaliter concipere, nec parere poterat, ergo requirebatur ſpecialis Dei virtus vt concipere poſſet. Nimirum igitur imo probabile videtur quod conceperit virtute Spiritus ſancti. Antecedens ſuadetur ex Verbis Angeli dicentis ad Virginem Lucæ. Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, &c. Ecce Eliſabeth cognata tua ipſa concepit filium in ſenectute ſua. Vbi Angelus ſignificare videtur quod eadem diuina virtus requiratur ad hoc quod concipiat ſterilis, & Virgo. Imo videtur quod plus requiratur nam Ioachim qui dicitur pater Virginis, etiam erat ſenex & ſterilis, ergo non ſolum neceſſe fuit Spiritum ſanctum ſupplere virtutem vnius, ſed ſupplere virtutem vtriuſque, & ſic neceſſe fuit ſupplere virtutem actiuam & cauſam materialem & actiuam, in conceptione Virginis ſolum ſupplet virtutem actiuam. Qua ergo ratione ponitur fuiſſe ex patre ſenio confecto, & matre ſterili poni poteſt fuiſſe ex matre, virtute Spiritus ſancti, igitur huiuſmodi prærogatiua Virgini concedi poteſt.

2. Ioachim, qui dicitur pater Virginis erat homo diues qui fructus ſuorum bonorum in tres partes diuidebat, quarum vnam templo, aliam pauperibus diuidebat, tertiam ſuæ familiæ reſeruabat. Creditu eſt difficile quod homo diues, Ioſeph fabro & pauperi filiam ſuam in matrimonium dediſſet, ergo credendo non eſt Ioachim Virginis Sacratiſsimæ fuiſſe patrem. Ergo ſi matrem habuit, ſaltem patrẽ non habuit, & ſic de Spiritu ſancto fuit.

*Antoninus.*

De hac re Antoninus de Florentia. 3. p. titulo 4. capit. 6. § 10. in fine ininominatum refert quoſdam dixiſſe Beatiſsimam Virginem de Spiritu ſancto fuiſſe conceptam. Veritas tenenda eſt quod Beatiſsima Virgo fuit naturaliter concepta ex commixtione maris & fæminæ. Ita Ambroſius ſuper Lucam capit 1. Nicephorus libro 1. capit. 7. Epiphanius hæreſi. 78. & 79. circa medium dicens. Tamen ſi hiſtoria Mariæ & traditio habent, dictum eſſe patri ipſius Ioachim in deſerto vxor tua concepit, non tamen quod ſine coniugio nec ſine ſemine viri hoc factũ ſit. Idẽ docet Bernard. ad Canonicos Lugduni vbi inquit Beatã Virginem de Spiritu Sancto concepiſſe non tamen conceptam fuiſſe. Ita refert Seraphicus Bona. lib. 3. d. art. 1. quæſt. 2. Idem docet Hieronymus tomo 2. libello de natiuitate Mariæ, quem ex Hebræo in Latinum tranſtulit. Eſt omnium doctorum, ideo ſuperfluum eſt plures addocere. Colligitur veritas aperte ex illo Lucæ. 1. vbi Gabriele Archãgelo annuntianti filii Dei incarnationem Sacratiſſima Virgo reſpondit, Quomodo fiet iſtud quoniam virũ non cognoſco Ac ſi dixiſſet, in auditũ eſt fæminam concipere ſine viro non habeo propoſitum cognoſcendi virum. Quomodo ergo concipere potero. Tunc nouiſsimum ac perfectiſsimũ modum concipiendi reuelans Angelus dixit. Spiritus ſanctus ſuperueniet in te. Ergo Beatiſsima Virgo non fuit concepta de Spiritu ſancto. Idem colligitur ex illo Iſaie 7. Ecce Virgo concipiet & pariet. Ideſt ecce nouum ſub ſole nouum, ſub ſole nunquam antea in terris viſum quod virgo conceperit ſine viro. Rationibus & congruentiis ſuadetur veritas. Beatiſsima Virgo indiguit Chriſto Redẽptore, quod nullus negare audet, ergo obnoxia fuit peccato. Sed ſi eſſet concepta de Spiritu ſancto non eſſet obnoxia peccato, Conſequenter non indiguiſſet Redemptore, quod eſt erroneum igitur non fuit concepta de Spiritu ſancto. Secundo ſuadetur, nã tam admirabilis modus conceptionis ſolum fuit debitus Chriſto ratione diuinæ perſonæ, ergo Chriſti eſt proprius nullomodo conueniens Virgini. Antecedens oſtenditur ex Ireneo 3. aduerſus hæreſes c. 21, vbi inquit. Quoniam præclaram, præter omnes habuit ipſe, eam quæ eſt ab altiſsimo primogenituram, præclara functus eſt ea quæ ex Virgine eſt generatione. Vbi manifeſte Ireneus docet quod qualis fuerat generatio ex patre ſine matre, talis eſſe debuit generatio ex matre ſine patre, vt ſicut duæ naturæ in vna perſona filii Dei conueniebant & quãdam in perſona filii Dei vnitatem habebant, ſic etiam vtraque generatio quandam ſimilitudinem haberet. Longum eſſet proſequi ſimilitudinem humanæ naturæ aſſumptæ cum Verbo. Sufficiet nũc dicere. Quod quemmadmodum Verbum dicitur lumen de lumine Sic homo Chriſtus dicitur lux vera quæ illuminet omnem hominem venientem in hunc mundum. Iſa. dicitur Donec egrediatur vt ſplendor iuſtus eius Paul. ad Hebr. 1. de diuinitate Chriſti. Qui cum ſit ſplendor gloriæ & figura ſubſtantiæ eius, ergo quadam ſimilitudine quæ dicuntur de diuinitate Chriſti dicuntur de humanitate ommiſſa communicatione idiomatum. Ergo optimus modus arguendi eſt a diuinis ad humana in Chriſto. In diuinis non fuit genitus ex patre & matre, ergo in humanis non debuit eſſe genitus ex patre & matre. Rurſus in diuinis fuit de patre ſine matre, ergo per oppoſitum, in humanis eſſe debuit ex matre ſine patre, vt nouiſsimus & magis mirabilis modus qui deerat in vno eodemque Chriſto ſimul inueniretur. Hoc argumento vt video vſus eſt Athanaſius ſecunda diſputatione contra Arriũ, vbi inquit. Si corruptibilis naturæ virgo ſine vllo pudoris damno filium generauit, multo magis in illa æterna generatione. Altiſsima ergo mente conſiderandum eſt quod diximus, nempe inter generationem diuinam & humanam eſſe ſimilitudinem & quemmadmodum Ireneus a diuinæ generatione ad humanam argumentatus eſt, ſic Athanaſius ab humana generatione arguit ad diuinam dicẽs, quod ſi humana generatio Chriſti fuit ſine corruptione aliqua, quia Beatiſsima Virgo in partu, & in conceptione ac ſemper incorrupta permanſit, a fortiori illa diuina generatio fuit ſpiritualiter & mentaliter abſque corruptione. Si igitur generatio

*Ambroſ.* *Niceph.* *Epiphan.* *Bernard.* *Bonau.* *Ireneus.* *Iſai.* *Nota argumẽtũ.* *Athan.*

ſine corruptione fuit quaſi connaturalis & debita Chriſto ratione diuinæ perſonæ, vt iſta temporalis generatio eſſet ſimilis illi æternæ generationi, & iſta erat quaſi Sacramentum & ſignum oſtendens illam inuiſibilem quæ fuit de patre, conſequens eſt quod nulli puræ creaturæ, huiuſmodi modus conceptionis debuit conuenire.

Vnde in conceptione Virginis nihil ſupra naturale naturæ curſum excedens quoad ſubſtantiã, in eius conceptione inuentum eſt. Parentes Virginis ſub proprijs nominibus ſcilicet Ioachim, & Annæ. Nicephorus lib. 1. cap. 7. & lib. 2. c. 3. ex Hypolito portuenſi refert. Idem habet Epiphanius hęres. 78. & 79. circa medium vbi damnat hæreſim collyridianã quæ dicebat Mariam humanæ naturæ fuiſſe expertã. Eſt veritas ab omnibus catholicis accepta. In ipſis parentum Virginis nominibus Sacramentum eſt. Anna gratiam ſeu miſericordiam, Ioachim Dominus firmauit ſeu ſuſcitabit ſignificat. Quod in re inuentum eſt nam per illos habuimus Virginem. Per Virginem quæ gratia plena, gratiam apud Deum inuenit, gratiam Dominus ſuſcitauit & in multis cõfirmauit.

*Epiph.*

Dico, quod tam in conceptione quam in eius educatione multa mirabiliter ſunt inuenta. Quia vtendo Deus cauſis naturalibus ſpecialiter & mirabiliter concurrebat & operabatur omnia quæ ad Virginem expectabant. Nam parentes Beatiſsimæ Virginis ſenes erant non apti ad generandum niſi ſpecialiter a Deo adiuti, ergo naturalia quæ inuẽta ſunt in conceptione, non ſine diuina virtute, quæ conceptionem mirabilem fecit, ſunt inuenta. Ita docet Gregorius Niſſenus oratione de ſancta Chriſti natiuitate. Epiphanius oratione de Laudibus Virginis. Nicephorus lib. 1 cap. 7. & lib. 2. c. 3. Damaſcenus libro 4 cap. 15. & orationibus de Beata Virgine. Hieronymus tomo. 1. libro de natiuitate Beatæ Mariæ a quodam Seleuco compoſito quem ex Hæbreo in Latinum tranſtulit vbi loquit quod cum veniſſet Hieruſalem ad feſtum æncentorum & accederet offerre munera ſua Domino. Iſachar ſummus Sacerdos & Pontifex deſpexit eum & munera ſua quia ſobole carebat Cui cum triſtitia inde recedenti quadam die Angelus Dominus apparuit dicens. Noli timere Ioachim, nec in viſione mea turberis. Ego ſum Angelus Domini miſſus ab ipſo ad te, vt annũtiem tibi præces tuas eſſe exauditas, &c. Et quemadmodum Gabriel poſtquam Virgini, Chriſti incarnationem annuntiauit, exemplum Eliſabet matris Ioannis appoſuit, ſic Angelus apparẽs Ioachim ſubiungit. Prima gentis veſtræ Sara mater nonne vſque ad octogeſimum annum infœcunda fuit, & tamen in vltima ſenectutis ætate genuit Iſaac. Rachel quoque tantum a Domino grata, diu ſterilis fuit, & tamen Ioſeph genuit, Egypti dominum, & plurimarum gentium fame pereuntium ſaluatorem. Inducibus quis fortior Samſone vel Sãctior Samuele, & tamen hi ambo ſteriles matres habuerunt. Crede ergo dilatos diu conceptus & ſteriles partus, mirabiliores eſſe ſolere. Proinde Anna pariet tibi filiam, &c. Quemmadmodum Gabriel poſt annuntiationem ſubiungit dicens. Vocabis nomem eius Ieſum: Sic Angelus ad Ioachim poſt verba citata dixit. Vocabis nomem eius Mariam, hęc erit vt vouiſtis ab infantia ſua domino conſecrata, & Spiritu ſancto replebitur ad huc ex vtero matris. Cõceptionis Virginis reuelatio, ratione ſuadetur, nam ſi conceptio

*Gregor.*
*Nicep.*
*Hieron.*

Iſaac, Samſonis, Samuel, & Ioannis Baptiſtæ reuelata eſt a fortiori conceptio Beatiſsimæ Virginis quæ longe mirabilior. Nominis impoſitio ſimili ratione. Si nomem Iſaac Geneſ. 17 reuelatũ fuit Abrahæ. Et nomem Ioannis Baptiſtæ, Lucæ 1. (vt ibidem notauit Ambroſius) Zachariæ fuit reuelatum, conſequẽs erat quod nomem Mariæ patribus eius fuiſſet reuelatum, quia ad maiorẽ dignitatem prędeſtinata & præordinata erat Beatiſsima Virgo. Poſt quam Anna concepit Sacratiſsimam Virginem poſt trium annorum circulum, & tempus ablactationis eam in templum parentes adduxerunt. Erant autem circa templum, quod in monte erat conſtitutũ, quindecim aſcenſionis gradus in quorum vno cum beatiſſimam Virginem, paruulam parentes eius conſtituiſſent, cunctos ſtatim, nulli innixa aut ab aliquo adiuta, ſumma celeritate aſcendit, hoc iudicio, quanta futura eſſet, iam ex tunc Domino demonſtrante. In memoriam huius mirabilis aſcenſus præſentationis feſtum celebratur. Licet igitur quoad ſubſtantiam conceptionis, naturaliter cõcepta fuerit ex mare & fœmina, non defuerũt multa mirabilia quoad circumſtantiam. In cuius figuram mirabiles conceptus Iſaac, Ioſeph, Samuel, Samſon. præceſſerũt. Cæteræ figuræ & Prophetarum oracula, quæ de Virgine ſunt, potios ad Chriſtũ, pertinent quam ad ipſam. Vt illud Iſaiæ 7. Ecce Virgo concipiet. & illud Iſaiæ 11. Egredietur Virga de radice Ieſſe. & illud Ezechiel 44. Porta hæc clauſa erit peccato. Hæc quidem de Virgine ſunt, ſed in ordine ad filium. Ad maternitatem eius pertinent. Maternitatis dignitas eſt in ordine ad filium, ideo principaliter ad filium pertinẽt, quia non ſunt de illa ſecundum eſſe abſolutũ in ipſa terminatum. Similiter quod rubus ardens non cõbureretur, & quod vellus Gedeonis cæleſti rore fuerit irrigatum integritatem quam in concipiendo & pariendo filium, retinuit deſignant.

*Iſai.*
*Ezech.*

Ad primum argumentum reſpondet ſeraphicus Bonauentura. d. art. 1. q. 2. ad vltimum, quod in conceptione aliarum mulierum quæ erant ſteriles operatus eſt Spiritus ſanctus vt ſpiritus mouens. vt cauſa coadiuuans, vt impedimentum tollens ſterilitatis. In Chriſti vero conceptione Sacratiſsima, operatus eſt vt ſanctus, ſupplens omnino cauſalitatem viri, tollens omnem concupiſcentiam, & cauſam immunditie peccati. Phyſice autem loquendo debemus imaginare non ſic ſenem ſenis eſſe ſine virtute vt nullam habeat actiuitatem omnino, ſed debemus imaginare habere virtutem in ſemine perſe ſolum non perfecte aptam ad generationem. Cum Deus ſenibus fecunditatem præbebat, infirmitatem adiuuabat, impedimentum tollebat, non vero omnino ſupplebat ſicut in conceptione Chriſti. Ideo longe perfectius eſt hoc quam illud. Quemmadmodũ longe maius eſſet dare alicui pedes ad ambulandũ, quam tollere humorem & podagram habentis pedes vt poſſet ambulare. Hoc eſſet mirabile ſed illud primum longe mirabilius. Plus eſt dare viſum cęco, quam accecutiente impedimentum tollere. Pueri ex abundantia humoris impediuntur ne poſsint ſubtiliter & faciliter diſcurrere & licet mirabile eſſet quod Deus alicui tolleret impedimentũ vt cito diſcurreret & ex viſis & auditis paruiſsimo tempore acquireret ſcientiam quam homo peritiſsimus paruo tẽpore acquiſiuit. Plus eſſet ipſas ſpecies & habitus ſcientiarum infundere, quia in vno totum eſt diuinum, in alio eſt diuinum & humanum.

*Bonau.*

Ad 2. dico, quod non conſtat an in bonis immobilibus diuites fuerint, ex abundantia autem charitatis & pietatis ex bonis mobilibus potuerunt eleemoſinam illam templo & pauperibus erogare. Adiuitus bonorum mobilium facile deuenitur in paupertatẽ quod noſtris quotidie videmus oculis. Amplius non omnino certum eſt an tempore deſponſationis parentes Virginis ad huc viuerent & ſuperſtites eſſent ſuper terram, & cum illa ab anno 3. vſque ad 14. in Templo fuiſſet, potuerunt bona pauperibus diſtribui. Apertis theſauris ſuis Reges Arabũ aurum Chriſto obtulerunt, & tamen non poſt multos dies, in die purificationis, ſicut pauperes duos turtures, vel pullos columbarum, non agnum obtulerant, quia pauperibus aurum a regibus oblatum iam diſtribuerant. Docet Abulenſ. ſuper c. 2. Math. q. 47. Seraphicus Bonauent. lib. meditationum vitæ Chriſti. c. 9.

*Abul.* *Bonau.*

Hæc quæ ſcire non penitebit præmiſimus primo meliora in finem reſeruantes. Ideo dicimus, quod filiæ ſuccedebant in bonis parentum cum non habebant filium. Patet Num. 27. vbi dicitur. Cũ mortuus fuerit homo ſine filio ad filias tranſibit hereditas. Cum filiæ ſuccedebant in bonis parentum nõ poterant nubi niſi cum viris eiuſdem tribus ne poſſeſſiones tranſirent ad alios tribus. Quod patet ex loco Num.

Cæteræ mulieres libere poterant matrimonium contrahere cum viris cuiuſcunque tribus, licet communiter oppoſitum dicatur. Patet 1. Reg. 18. vbi David accepit ſibi in vxorem Michol filiam Saul, qui erat de Tribu Beniamin. Ratio, quia ſi ad eas non pertinebat hereditas, nullum imminebat periculum alienationis, & 4. Reg. 11. & 2. Paralip. 22. Ioiadas Summus Sacerdos accepit in vxorem Ioſabam filiam Regis Ioram, qui erat de Tribu Iuda. Cũ ergo Beatiſſima Virgo eſſet filia vnica parentum ſuorum neceſſe erat vt matrimonio iungeretur viro de Tribu ſua. Potuit Ioſep eſſe maxime coniũctus Virginis, & cum eſſet vir iuſtus & timoratus ſatis cõſtat quare Beatiſſima Virgo ſit illi data in matrimonium. Vlterius ſciendum vt expreſſe habetur in prædicto libello Hieronymi quod mirabiliter fuit Ioſeph deſponſata. Cum enim antea vſque ad 14. annum eſſent Virgines in Templo, publice poſtea pontifex denuntiabat vt hoc tempore expleto in domũ reuerterentur & nuptiis operam darent. Cui mandato cum Beatiſſima Virgo non paruiſſet dicens ſe virginitatem vouiſſe Summus Sacerdos in anguſtia poſitus dominum conſuluit ſcire deſiderans quid in ea re agere deberet. Tunc cunctis audientibus de oraculo & propitiatorii loco, audita eſt vox dicens. Requirendum eſſe virum cui illa Virgo commendari & deſponſari deberet iuxta vaticinium Iſaie dicentis. Egredietur Virga de radice Ieſſe. Iuxta hoc cunctis de familia David non coniugati, virgas ſuas attulerunt cumque virgam ſuam non attuliſſet Ioſeph & virgæ eorum qui venerant non florerent, iterum Sacerdos conſuluit Dominum. Cui Dominus reſpondit ſolum illum cui Virgo erat deſponſanda, virgam ſuam non attuliſſe. Cum proditus eſſet Ioſeph non habuiſſe virgam, & virgam ſuam attuliſſet ſtatim floruit & in cacumine eius columba de cælo veniens conſedit. Quo miraculo atque diuino ſpectaculo omnibus innotuit tali viro deſponſandam fore. Nihil ergo probat argumentum in oppoſitum. Contemnenda non ſunt iſta quia illa adducit & refert Hironymus libello ſupra citato Antoninus de Florentia. 1. p. tit. 4. c. 6. §. 11.

*1. Reg.* *2. Paral.* *Nota.* *Antoninus de Florẽtia*

*Num Beatiſsima Virgo ex determinata materia fuerit formata.*

SVppoſito quod Beatiſſima Virgo non fuerit mirabiliter a Deo creata ſicut Adam vel Eua. Nec de Spiritu ſancto concepta ſicut Chriſtus. Quæritur an ſaltem de ſpeciali materia fuerit formata. De propoſito dubio fuit error aſſerentium quod in formatione Ade reſeruauit Deus quandam partem materiæ ad formationem Beatiſſimæ Virginis. Hanc materiam poſuit Deus in principali parte corporis Adę, quæ per Seth, & Enos ad ſanctum Ioachim patrem Beatiſſimæ Virginis dimanauit. Huius erroris meminit Hugo. quæſt. 69. ſuper Epiſtola ad Hæbreos. Ea quę inferunt ab omni originali fuiſſe immunem, quia non fuit concepta ea ſemine corrupto & immũdo. Error iſte, idem. aus valde ſimilis eſt, cum errore Sethianorum dicentium quod Seth natus eſt de ſuperna matre, quæ conuenerat cũ quodam ſuperno patre, & inde ortum habuit Semen quoddam diuinum vnde oriebantur filii Dei. De quare videndus eſt pater Caſtro 8. aduerſus hæreſes verbo idolatria. Sanctus Doctor. 3. p. queſt. 3. art. 6. Scotus hac d. q. 2. Sententia fuit Rabbinorum, quam defendere videtur Galatinus lib. 7. de Archanis. c. 4. vbi nititur ſoluere argumenta quæ adducit ſanctus Doctor contra iſtam ſententiam.

*Hugo.* *Caſtro.* *Galat.*

In hac re dico primo quod iſta ſententia manifeſte videtur erronea. Pro nobis & contra illam eſt Auguſt. 10. de Geneſi ad literam vbi inquit. Quocũque modo Chriſtus fuit in Adam &, Abraham, & aliis patribus, alii homines etiam ibi fuerunt. Ergo ſi pro Chriſto fuit reſeruata aliqua determinata materia; etiam pro nobis. Sed non fuit pro nobis, ergo nec pro Chriſto. Ne ex verbis tranpoſitis contingat error notandum quod eo modo quo Chriſtus fuit in Adam, etiam nos fuimus. Non tamen omni modo quo nos fuimus fuit ibi Chriſtus. Nam nos fuimus ſecundum rationem ſeminalem & ſecundũ corpulentam ſubſtantiam. Chriſtus ſolum fuit ſecundum corpulentam ſubſtantiam non ſecundum rationem ſeminalem, ideo non fuit decimatus in lũbis Abrahe. vt q. 2. huius d. expenendo Autorem diximus. Ratione probatur concluſio, quia ſi illa materia fuit creata in Adam & reſeruata pro Chriſto, & Beatiſſima Virgine ſequitur quod Abraham, David, & cæteri patres, ſolum fuerunt vaſa & media per quæ deueniebat illa materia. Vnde conſequitur quod non fuit propria eorum. In ſuper ſequitur quod non fuerint patres Beatiſſimæ Virginis & Chriſti, quia ad minus requiritur quod adminiſtrauerint materiam, & in hoc caſu tota materia eſſet ex Adam, nam ſi eſſet ex propriis & proximis parentibus cum ipſi ſint immundi ipſa eſſet immunda. Secundo Beatiſſima Virgo ſolum adminiſtrauit puriſſimum ſanguinem pro conceptione Chriſti. Sed ſanguis non eſt pars humanæ naturæ, vel ſi eſt pars, eſt immediatum alimentum conuertẽdum in carnem, ergo Chriſtus ex aliqua determinata & reſeruata materia deſcẽdente ex Adam, immediate formatus non fuit. Tertio illa particula carnis ſeu materiæ erat corporea, ergo iam eſſet traſmutata & conſumpta. Alii, allata incommoda vitare cupientes dixerunt quod materia eſt diuiſibilis in ſemper diuiſibilia ideo quãtitas

uis non fuerit aliqua pars reſeruata. Nihilominus illa eadem materia munda, quia in infinitum diuiſibilis, remanere potuit pro Chriſto et Beatiſsima Virgine. Sed hæc ratio nulla eſt, quia omne finitum per ablationem finiti tandem conſumitur & ſic iam illa pars materiæ toties diuiſa, eſſet conſumpta.

2. Concl. 2. Concluſio. Quamuis Beatiſsima Virgo non fuerit genita ex aliqua materia determinata, pro ſua conceptione reſeruata, fuit tamen genita ex materia perfectiſsima omni cauſa infirmitatis carente. Probatur, quia neceſsitas & conuenientia mediorū a fine ſumitur. corpus Chriſti quia vniendum Verbo debuit eſſe perfectiſsime & optime complexionatum, nullam in ſe continens cauſam deformitatis & infirmitatis ſed corpus Chriſti quoad materiā fuit naturaliter formatum, licet quoad principium actiuum ſuper naturaliter fuit conceptum, ergo debuit Beatiſsima Virgo eſſe optime complexionis vt medium aptum & congruum eſſet fini ſed hanc bonā complexionem non haberet, ſi eſſe ex materia infirma & corrupta, concepta, igitur materia ex qua genita fuit Beatiſsima Virgo perfectiſsima erat omni cauſa infirmitatis carens. Secundo Maria & Chriſtus perfectiſsime ſe amabāt ſicut ſponſus & ſponſa. Mariæ enim tanquam membro præcipuo, quæ in canticis canticorum habentur conueniunt. Non ſolum autem ſe amabant amore diuino ex charitate procedente, ſed amore naturali & acquiſito (ſicut Iacob diligebat Ioſeph, & Rachelem) vt omni ex parte eſſet ſummus ac perfectus amor & vnio dilectionis. Sed ad hūc amorem & vniuerſaliter ad omnem amorem conducit ſimilitudo quæ amoris eſt cauſa, quia includit vnitatem & vnuſquiſque maxime ſe amat, ergo quemadmodum Chriſtus ponitur perfectiſsimus inter viros, ſic Beatiſsima virgo inter mulieres v dubio ſequenti clarius apparebit, ergo etiā dicendum eſt, fuiſſe genitam ex perfectiſſima materia v a fundamentis eſſet perfectiſsima. Conſequens a dictis eſt. Nunquam in verum ac proprium morbum incidiſſe. Docet Sophronius Epiſtola Synodica, quæ habetur ſexta Synodo actione 1. Vbi corpus Virginis ab omni contagione liberum & carnem eius Immaculatam vocat. Galat. Videndus eſt Galatinus lib. 7. cap. 10. Caietanus opuſculo de ſpaſmo Virginis.

3. Concl. 3. Concluſio Quamuis Beatiſsima Virgo naturaliter ſit genita ex commixtione maris & fœminę, & contraheret originale, niſi diuina gratia diuinitus eſſet præuenta, (in quo ſenſu concedi poſſet fuiſſe concupiſcibiliter genitam). Nihilominus parentes eius ab omni concupiſcentia alieni conuenerunt in eius generatione, ita Albertus, & Catherinus in reſo- Albert. lutione. 5. rationis Buſtus in ſuo Mariali ſer. 7. de cō- Catherin. ceptione p. 1. vbi inquit de hoc factū fuiſſe reuelatio- Buſtos. nem Brigittæ cui Beatiſsima Virgo dixit. Sicut ſi alicui volenti ieiunare & a cibis abſtinere prelatus ſub præcepto preciperet comedere maioris meriti eſſet comedere quam a cibo abſtinere ſic parentes mei conuenerunt, quando ego concepta fui ſine peccato originali & ſicut filius meus & ego nunquam peccauimus, ita nullum coniugium fuit quod honeſtius eſſet quam illud de quo. Ego proceſsi. Et quādo pater meus & mater conuenerunt matrimonialiter plus fecit hoc obedientia quam carnalis voluptas. Hoc & rationi eſt conſonum & ex his quæ ex libello Hieronymi eſſumpſimus conſtant. Conſonant ergo reuelationes hiſtoriis. Et cum iſta pendeant ex facti contingentia nimirum quod omniſſis rationibus confugiamus ad hiſtorias, & reuelationes. Chriſoſt. hom. 1. in primum caput Math. myſticam aſſignans rationem inquit. Ideo Maria deſponſata erat fabro lignario quoniā & Chriſtus ſpōſus Eccleſiæ omnem ſalutem hominum, & omne opus ſuum per lignum Crucis fuerat operaturus. Chryſoſt.

### *Num corpore pulchra fuerit.*

POST cætera quę ad formationem corporis eius in fieri expectant. Conſequens eſt agere de pulchritudine eius quę eſt velut vltimus terminus & perfectio corporis. omnem corpoream perfectionem includens. De pulchritudine ergo vt eſt quidam effectus & naturalis decor pertractant Phyſici. Ariſt. 3. Topicoū c. 1. inquit. Videtur eſſe quædam membrorum commenſuratio ſeu proportio. Aristot. Quia plures & variæ partes requirūtur. In paruo corpore pulchritudo eſſe non poteſt ſed in magno conſiſtit, inquit Ariſt 4. Ethicorum c. 3. Cicero. 3. Tuſculanarum inquit eſt partium congruentia cū quadam coloris ſuauitate. Cicer. Hac diffinitione vtitur Aug. ad Nebridium. Et de ciuitate Dei c. 22. inquit, Eſt donū Dei. Sub hac ratione eſt nobis agendū de Virginis pulchritudine quā illi Deus contulit vt non ſolum mente ſed corpore eſſet perfectiſsima omnibus deſiderabilis & caſtiſsimo amore amabilis. Pulchritudo ergo, bonæ complexionis eſt ſignum. Bona cōplexio boni intellectus indicium eſt. Nam neceſſe eſt intelligentem phantaſmata ſpeculari. Deficiente autem bona cōplexione, ſenſus phantaſię, qui phātaſmatum ſedes eſt, tardus, intellectus, miniſter erit. Omnia ergo dona & cunctæ perfectiones quas bona oſtendit complexio in Maria ponenda ſunt.

Quantæ autem pulchritudinis Maria fuerit, doctores oſtendunt multi, præcipue Antoninus de Florentia. 4. p. titulo 15. c. 10. §. 2. Vbi nonnullas adducit rationes. Antoni. Nobis vnica ex multis ſufficiat. Natura aliquem terminum, vltra quem non poteſt habet, ergo aliquod eſt ſummū, quod Deus & natura producere poſſunt, ſed ſummum quód in corpore humano a Deo potuit produci, fuit corpus Chriſti, ergo ſimiliter ſummum quod naturaliter potuit producere natura in ſpecie humana (fuit corpus Beatiſsimæ Virginis. Minor probatur vel ſuadetur ex Pſal. 44. Speciosus forma præ filiis hominū. Quem Psal. 44 locum de corporali pulchritudine Chriſti intelligūt cuncti, vno dempto Clemente Alexandrino, quem refert & ſequitur noſter Medina de recta in deū fide Clemens. vbi hunc locum de ſpirituali pulchritudine interpretantur. Medina lib. 2. c. 7 Non obſtat, quia cum vna pulchritudo alterius ſit index, vna alteram non excludit. Conſequentiam probo, quia Beatiſsima virgo ordinabatur ad maternitatem ſpecioſiſsimi filii, ergo ipſa debuit eſſe ſpecioſa & formoſa ſicut filius cuius ipſa ſine patre extitit mater: ideo ab ipſo accepiſſe credendum eſt. Quia quantum ad materiam corporis, quā ipſa adminiſtrauit, Chriſti conceptio, naturalis fuit vt d. 4. art. 4. dicemus ſtatim. Quod mentionē de hoc, ſacra non faciat hiſtoria; ratio eſt, quia vt predictus ſanctus ex Alberto docet ibidem, hoc nō eſt morale, ideo imitandum non proponitur. Secūdo ne creſceret pulchritudinis appetitus qui mulieris ſcandali cauſa eſſe ſolet. Ex hac ratione colligitur, Adamum ſpecioſum fuiſſe quod libro de opificio mundi, Iudæorum diſertiſsimus Philon eleganter Philon. oſten-

oſtendit, tres ad hoc rationes adducẽs. Principatum tenet iſta, quod immediate ſunt códitæ à Deo ad ſui imaginem. Ergo a fortiori homo Chriſtus qui Deus eſt. Per quem Deus pater fecit & ſecula Hebr. 1. ergo illa quę ad maternitatem hominis Dei facta, & ante tempora ſecularia prædeſtinata eſt, ſpecioſiſſima fuit.

*Figuræ pulchritudinis Mariæ.* Huius pulchritudinis figura, fuit heſter coniugata ſimul cum Rabeca & Rachel, Iudith vidua. Colligitur hinc excellentia pulchritudinis Mariæ. Conſequentia tenet quia figuratum excedit figurã. Docet Antoninus de Florentia loco allegato. *Antoni.* Hieronymus hom. 2. ſuper cantica. *Hierony.* Manifeſtant verba Saluatoris. Ploſquam Salomon hic. De vtraque pulchritudine interiori & exteriori. *Richard.* Ricard. ſuper Cantica inquit. Non dubitandum amoris ignem & interiorem candorẽ externus etiam in ea lucere, vt quę pulchritudinem & puritatem Angelicã habuit, vultum etiam Angelicum habuerit.

Ex hoc ſequitur manifeſte, in Virgine non fuiſſe aliquod monſtruoſum ex ſuperabundantia vel ex defectu. Hæc Mariæ pulchritudo habetur in reuelationibus ſanćte Brigide. c. 50. & 51.

Quia vero, pulchritudo, bonis, quibus munda ſunt omnia, occaſio eſt diuinæ laudis. Malis vero incentiuũ turpis amoris, (iuxta quod Chryſoſt. hom. 5. ſuper primum Epiſtolæ ad Timoth. inquit. *Chryſoſt.* Quid lucri huiuſmodi decor parit. Nihil profecto vere in certamẽ magis incendit quæ formoſa eſt, niſi magno ſtudio & nimia vtatur continentia) ſciendum quod hæc Mariæ pulchritudo ad honeſtum & caſtum prouocabat amorem. *Alexan.* Ita Alexander, 3. p. q. 9. M. 3. art. 2. in corpore dicens. Quod ſuo aſpectu extinguebat motus concupiſcentiæ. Idem habet Seraphicus Bonauent. hac d. q. 3. *Bonau.* Summere potes etiam ex Ambroſio de inſtitutione Virginis. cap. 7. *Ambroſ.* vbi inquit. Cuius tanta erat gratia vt non ſolum in ſe virginitatis gratiam reſeruaret, ſed etiam eos quos viſerit integritatis inſigne conferret. Ad idem eſt citatus Ricard. vbi inſinuat in vultu eius fuiſſe quendam candorem & ſplendorem. Nec mirum quando in Moyſe fuiſſe, ſcriptura teſtatur Exod. 34. *Dyoniſ.* Immo Dyonyſius Areopagita, Pauli diſcipulus qui cũ comparet coram virgine, eius vultum videns dixit. Tã eum me immenſus diuinus ſplendor circumfulſit exterius & plenius irradiauit interius vt nec corpus, nec ſpiritus poſſet tantæ fœlicitatis inſignia ſuſtinere. Teſtor Deum qui aderat in virgine ſi tua diuina eloquia me non docuiſſent hanc verum Deum eſſe credidiſſem, quoniã nulla videri maior eſſe poſſet gloria meritorum. *Niceph.* Nicephorus libro 2. cap. 23. ad finem poſt quã deſcribit ſingulas eius partes inquit. In rebus eius omnibus multa diuinitus inerat gratia. Propter prædicta, conuenienter huic ſacratiſſimæ Virgini adaptatur illud Eccleſiaſt. 24. *Eccleſ.* Quaſi cedrus. Quia ſicut cedrus eſt arbor altiſſima omnium arborũ regina ac domina aſpectu pulchra ſuũ ſemper retinens viorem. Cuius odor fugat ſerpentes, & omnia venenoſa: ſic Beatiſſima Virgo, ſplendore ſuæ honeſtatis & puritatis, extinguebat motus carnales. Cõparatur quoque myrrhæ, quia ſicut myrrha omnem ſuperfluitatem conſumit & deſiccat, carnẽ ſuperfluam corrodit, bonam ac viuam generat & cõſeruat, ſic Maria carnalem cõcupiſcentiam. Hæc eadem docet Alexand.

*Abulen.* Non eſt audiendus Abulenſ. in Paradoxis, capit. 87. vbi referens opinionem S. Bonauent. dicentis, fuiſſe pulchram à nullo concupitam ob vultus ſui ſplendorem dubitans de Virginis pulchritudine quam poſtea c. 101. concedit. Vultus ſplendorem manifeſte negat cap. 88. non firma ratione maiorum ve autoritate munitus. Noſtra ſententia, quę piaß communior ac longe probabilior eſt, ſufficienter probatur argumento a minori. Fuit in Moyſe, ergo in Virgine. Huic veritati teſtimonium perhibet Ioſephus qui de pulchritudine Moyſi inquit. Quod omnes in eius pulchritudine ſuſpendebantur. *Ioſeph.*

Hæc munda & caſta pulchritudo ad honeſtatem prouocans, ex meritis fuit Chriſti, quia non ſolum quod honeſtum & ad honeſtatem prouocat meruit nobis Chriſtus, ſed temporalia in ordine ad æterna. Docet S. Doctor 1. 2. q. 114. *Interior pulchritudo Mariæ.* Ex hoc coniicere iam licet quãta fuerit interior Virginis pulchritudo quę magis neceſſaria erat maternitati. Si enim in eo quod minus eſt non defecit Deus, qui mira exteriori pulchritudine illam decorauit, a fortiori, vt credendum eſt, decorauit interius. Nã interiora non ſunt propter exteriora ſed econuerſo. Ideo cum Adam in interiori peccerat, exterius quoque in paradiſo erat. Cũ vero peccauit, interiorem iam amiſit decorem, exteriuſque extra paradiſum eiectus eſt. Ergo cum Sacratiſſima Virgo exterius pulcherrima fuerit, conſequens eſt quod maiori pulchritudine fuerit donata interius. Fautorem ac magiſtrum huius veritatis habemus Ambroſium libro 2. de Virginibus dicẽtem. *Ambroſ.* tenta operi, verecunda ſermone, arbitrum mẽtis ſolita non hominem, ſed Deum quærere. & poſt pauca. Vt ipſa corporis ſpecies ſimulachrum fuerit mẽtis, figura probitatis. Cedit ergo Mariæ pulchritudo in laudem virginis, in comendationem filii. Interiorem pulchritudinem iam ſupponentes, epithalamiũ ſponſi cantemus dicentes. Pulchra eſt amica mea, macula nec interior, nec exterior eſt in te.

## QVAESTIO II.

### De ſanctitate Virginis.

*Num Beatiſſima Virgo ante animationem fuerit ſanctificata.*

DE propoſita quæſtione videndus eſt Alexãder 3. p. q. 9. M. 2. art. 3. Seraphicus Bonauẽt. hac d. art. 1. q. 1. Albert. art. 4. S. Thom. 3. p. q. 27. art. 2. Xuarez 3. p. tom. 2. diſp. 3. ſectione 3. Pro parte affirmatiua arguitur ex illo Hieremi. 1. Prius quam te formarem in vtero noui te vbi eſt ſermo de notitia approbationis, quę non eſt ſine gratia & ſanctificatione. ergo potuit ante animationem ſanctificari. *Alexan. Bonau. Albert. S. Thom. Xuarez. Hierem.*

2. Arguitur, ex Damaſceno oratione 1. de natiuitate Mariæ vbi inquit. O beatos Ioachim lumbos equibus immaculatum ſemen effluxit o præclaram Annæ vuluam in qua tacitis incrementis formatus fuit ſanctiſsimus fætus. *Damaſc.* Laurẽtius Iuſtinianus ſerm. de annunciatione inquit. Ab ipſa conceptione in benedictionibus eſt præuenta dulcedinis. & a damnationis aliena chirographo, prius eſt ſanctificata quã nata. Si prius quam nata ergo loquitur de ſanctificatione ante animationem. *Laurent. Iuſtin.*

3. Arguitur ex eo quod canit Eccleſia in collecta. Omnipotens ſempiterne Deus qui glorioſæ Virginis matris Mariæ corpus & animam vt dignum filio tuo habitaculum effici mereretur Spiritu ſancto cooperante præparaſti, ergo ante animationem aliquid

ſanctifica-

ſactitatis corpori Beatiſſimæ Virginis collatũ videtur.

4. Arguitur ex gloſſa, Ambroſii ſuper illud *§. De turbati Zachariæ cõfirmatione.* Lucæ. Exultauit infans in gaudio in vtero meo. Vbi inquit. Non dum in erat illi ſpiritus vitę ſed ſpiritus gratiæ, ergo ante animationem & ante quam haberet vitam per animam fuit ſanctificata.

5. Beatiſſima Virgo ſignificatur per arcam. Anima per vrnam aureã. Gratia per manna, ſed arca fuit de aurata ante quam vrna poneretur in ea, ergo caro virginis ante animationem fuit ſanctificata.

Pro explicatione huius notandum ex Alexan- *Alex.* dro 3.p.q.9.M.1.art.1. quod ſanctificatio nihil aliud eſt quam motus ad ſanctitaté. Quemadmodum de albatio eſt motus ad albediné. Dicitur autem aliquid ſanctificari quadrupliciter. Primo cum aliquid cultui Dei dedicatur quod commune eſt rationali & irrationali creaturæ. Sic Nazaræi. Num. 6. ſanctificabantur quia deputabantur ad cultum Dei. Sic taber naculum altare, cum vaſis ſuis. Exod. 40. ſanctificabantur. Secundo accipitur pro emundatione a peccato 1 ad Theſalon. 4. Hæc eſt voluntas Dei ſanctificatio veſtra, vt abſtineatis a fornicatione, vt ſciat vnuſquiſque veſtrum vas ſuum poſsidere in ſanctificatione. Tertio. Pro abſtinentia a carnali actu. Exod. 19 præcepit Deus Moyſi vt ſanctificaret populum vbi gloſſa inquit Quod illa ſanctificatio erat abſtinentia a mulieribus. 4. Sumitur pro hoc quod eſt cõfirmari in bono, Sic cælorũ habitatores ſanctos dicimus quia iam in bono ſunt confirmati. Iuxta omnes expoſitiones ſimul explicabimus illud Lucæ 1. Quod enim ex te naſcetur ſanctũ *Luc. 1.* vocabitur filius Dei. Ideſt filius Dei ex te natus erit Deo dicatus, gratia plenus, in bono omni confirmatus, ab omni malo abſtinebit.

6. Conſiderandum quod dicendo originale eſſe aliquam morbidam qualitatem, & Beatiſſimam Virginem non contraxiſſe originale, conſequenter dicendum eſt ante animationem mundatam fuiſſe ab *Buſtos.* huiuſmodi qualitate. Hãc opinionem Buſtos in ſuo mariali ſerm. 1. p. 2. tribuit Paulo Veneto. Hanc ſequitur Marſilius in 3. q. 10. art. 2. & 3. concluſ 3. ad finem. Cuiuſcunque, ſit opinio hæc, ſuſtineri nequaquam poteſt, quia originale nec eſt morbida qualitas nec ex morbida qualitate contrahitur vt inſequentibus dicemus. Nulla ergo actio Phyſica qua ſemem mundetur intelligi poteſt. Præſeruatio mediãte aliqua materia reſeruata, hac diſt. noſtra quæſtione 1. dub. 3. oſtenditur nulla. Eſt ergo dicendũ ante animationem non habuiſſe ſanctificationem, quæ eſt per gratiam. Communis eſt omnium ſancto rum veritas. Videndus eſt Ambroſ. libro de Sacra- *Amb.* mento dominicæ incarnationis capitul. 7. Bernard. *Bern.* epiſtol. 174.

*Alb.* Albertus docet hanc veritatem eſſe de fide, & oppoſitum eſſe erroneum, quia gratia eſt ſupremum donum vię ergo debet eſſe in ſuprema parte animę. Secundo, quia gratia eſt acceptatio ad gloriam, ergo vbi eſt gloria ibi debet eſſe gratia. Ratio eſt Alexandri, quam ſequitur ſeraphicus Bonauent. luco allegato. Tertio originale non contrahitur ante infuſionem animæ ſed in inſtanti quo aliquis eſt filius Adæ, ergo ſanctificatio per quam deletur originale non eſt ante animationem, conſequentia tenet quia contraria quæ mutuo ſe expellunt habent ſe circa idem ſubiectum, alias vnum non poſſet expellere aliud. Antecedens breuiter probatur. Gratia non fuit collata Adæ pro corporibus, ſed pro filiis ſuis ergo originale non contrahitur ante infuſioné animæ, alias fœtus abortiui haberent originale, & penam damni, originali correſpondentem, quod in fide erroneum, & in ratione, fide ſuppoſita, ridiculoſum eſt. Ratio eſt ſancti Thomæ. Ante ipſum Alberti dicentis oppoſitam ſententiam eſſe damnatã per vniuerſitatem Pariſienſem. Id ipſum docet Catherinus libro 3. teſtimonio 6. *Cather.*

Dicendum ergo quod ante animationem ſolum potuit cauſari a Deo principium bene complexionis ne eſſet iracunda, triſtis, &c.

Sunt enim paſsiones corporis, quę licet non ſint peccatum, tamen inclinant & facilitant ad peccatũ vt iracundia. Similiter naturalis manſuetudo inclinat ad patientiam. Deus autem plene aliquem ſanctificans, non ſolum in anima ponit gratiã, ſed etiã in corpore ponit huiuſmodi diſpoſitiones vt facilius & ſuauius obediat rationi. Potuit fieri vt quando parentes Beatiſsimæ Virginis conuenerunt, non fuiſſet aliquis motus libidinis deordinatus vt dictũ eſt quæſt. 1. dubio penultimo ſuper hanc diſt.

Ad primũ. Dico, quod ante quã formaretur in vtero, habuit ſcientiam & voluntatem ſanctificandi illum, non tamen in re ſanctificauit. Nec illud decretum habuit executionem vſque dum formaretur in vtero. Comprobatur ex contextu literæ. Prius quã in vtero te formarem noui te, ſequitur. Ante quam exires de vtero ſanctificaui te, ergo ſanctificatio ſupponebat conceptionem in vtero.

Ad 2. Dico quod Damaſcenus, loquitur de ſemine propole, ſic ſepe ac frequenter ſumitur in ſacris literis. Hanc terram dabo tibi & ſemini tuo. Laurentius Iuſtinianus & alii loquuntur de benedictionibus poſt animationem aut iuxta id quod diximus in fine huius dubii & dubio penultimo præcedentis quæſtionis.

Ad 3. Reſpondetur quod ibi copulatiue dicitur Corpus & animã & anima vere fuit præparatã corpus quoque ſuis diſpoſitionibus vt dictum eſt.

Ad 4. Alexander 3. p. loco allegato, quem ſequitur Seraphicus Bonauent. Reſpondet quod in ſcriptura dicitur aliquid fieri cum innoteſcit, & quia non innoteſcebat Ioannem habere vitam, ideo dicitur quod non dum erat in eo ſpiritus vitę quãuis reuera eſſet. Hęc ſolutio declaratur notãdo quod illa gloſſa eſt Ambroſii, qui ſeipſum explicat dicens. Alius eſt Spiritus vitæ huius. Alius gratiæ, & de Spiritu gratiæ ſubdit. Iſte non temporibus non ſtatibus coarcetur, non alueo matris excluditur denique ſancta Maria plena ſpiritu prophetauit. Eliſeus mortuos, defunctum ſuſcitauit. Vbi ſolum vult quod Spiritus ſanctus, poteſt ſanctificare exiſtentã extra vterum & exiſtentem in vtero, & quod poteſt operari miracula per viuos & defunctos, quia eius virtus nõ limitatur, loquitur ergo de vita extra vterum & non negat illam quæ eſt in vtero.

Ad vltimum Dico quod non requiritur omnimoda ſimilitudo inter figuram & figuratum, vel dicendum, quod corpus Beatiſsimæ Virginis fuit ante animationem præparatum modo expoſito.

*Num Beatiſsima Virgo ante natiuitatem ſanctificata fuerit.*

DE propoſito Dubio videndus eſt Alexãder 3.p.q.9.M. 2. Seraphicus Bonauentura hac d. *Dub. 2.* art. 1. q. 3. Albert. hac d. art. 5. Marſil. in 3. q 4. Cordubæ libro 1. q. 44. Pro parte negatiua arguitur

ex illo

*Rom. 8.* ea illo Rom. 8. Vt ſit ipſe primogenitus, vbi gloſſa. Quia primus ſine peccato natus & primo impaſſibilis reſurgens, ergo cum Beatiſsima Virgo ante Chriſtũ nata fuerit, ſequitur quod non fuerit ſanctificata ante natiuitatem ex vtero. 2. *Auguſt.* Aug. ad Dardanũ inquit. Non video quomodo homines ædificentur in domũ Dei ad habendum in ſe in habitantem Deum, niſi cum fuerint renati, quod non poſſunt eſſe ante quam nati.

3. Proles dũ eſt in vtero, nõ habet rationẽ ſuppoſiti, ſed eſt velut pars matris, ergo eadem ſanctificatione, qua ſanctificatur mater, poteſt ſanctificari.

*Valet cõ ſeqñtia ex Hierony. dicente. nõ credas quod dixero, niſi traxero de nouo vel veteri ſtamẽto idem S. Tho. 3. p. q. 27. art. 6.*

4. ſi fuiſſet ſanctificata, maxime quia de Hieremia dicitur, quod fuerit ſanctificatus, ſed hoc non, quia illa verba iuxta citatum Auguſt. intelligi poſſunt de diuina prædeſtinatione.

5. Hæc ſãctificatio nõ eſt in ſcriptura, ergo eſt nulla.

Duo ſunt quæ in hac quæſtione examinãda ſunt, Primum & præcipuũ an ſanctificata fuerit. Secũdo quare hæc ſanctificatio non habeatur in ſacris literis. Quantũ ad primum ſit Concluſio Beatiſsima Virgo fuit in vtero ſanctificata. Ita Bernard. ad Canonicos Lugdun. Proculdubio mater Dei ante ſanctificata quam nata: quod enim paucis mortaliũ eſt collatum, non eſt credẽdũ Beatiſsimæ Virgini eſſe denegatũ. Sed Ioan. & alij fuerũt in vtero ſanctificati ergo. Cõmunis eſt omniũ Theologorũ ſententia ab omnibus recepta, & quaſi diuinitus inſpirata.

2. Concluſio. Negare hanc veritatem eſſet erroneum vel errori proximum. Quia non ſolum eſt veritas communiter recepta a doctoribus, ſed a doctis & indoctis, & ab vniuerſali Eccleſia ſupponitur tanquã certa. Et licet nõ ſit tanquã de fide diffinita, multo magis certa eſt, quam quod corpora & anima ſit in Cælo.

*Sanctificatio Virginis quare non habeatur in ſcriptura Bonau. Alexãd.*

3. Concluſio. Multiplex poteſt eſſe ratio & cauſa quare Virginis ſanctificatio non habeatur in ſcriptura. Primo, quia dicendo Ioannem fuiſſe ſanctificatum, tacite hoc docetur. Secundo quia dicendo maiora, puta quod ſit mater Dei, colligitur quod habuit huiuſmodi prærogatiuam. Tertio, quia ſecundum ſeraphicum Bonauent. Euangeliſtæ inciperunt texere ſermonem ſuæ hiſtoriæ a præcurſore, qui erat Vox clamãtis in deſerto. Addit Alexand. quod nec omnino hoc tacuit ſcriptura, quia in figura habetur *S. Thom.* Pſalm. 45 Sanctificauit tabernaculum ſuum altiſsimus. Conſentit ſanctus Doctor. 3. p. quæſt. 27. art. 2. argum. ſed contra.

Ad primum argumentum, Dico quod Chriſtus fuit primus qui ſurrexit emortuis, non iterum moriturus, (Lazarus ſurrexit, iterum moriturus) Similiter fuit primus & nouiſsimus qui natus eſt ſine peccato & debito habẽdi peccatum. Cũ quo ſtat quod Beatiſsima Virgo ex ſpeciali prærogatiua ab inſtãti cõceptionis fuerit præſeruata & ſine peccato nata.

Ad 2. ex Auguſt. Dico, quod loquitur de cõmuni modo quo homines ſanctificãtur per ſacramẽta, *Alexan.* nã ſine ſacramentis pauciſsimi ſunt ſanctificati. Ita *Bonau.* docet Alexãd. quem ſequitur Seraphicus Bonauẽt. *Albert.* & Albertus. Eſſe ad mẽtẽ Aug. probatur. Nã inquit. Illa ſanctificatio qua ſinguli efficimur templũ Dei.

Ad 3. Dico, quod quamuis ſecũdũ corpus recipiat a matre, nihilominus ab inſtanti animationis iam per ſe eſt capax gratiæ & peccati.

Ad vltimum, Dico, quod ſanctificatio Virginis quodammodo habetur in ſcriptura, vt ex Alexãdeo concluſione 3. dictum eſt. Vnde nõ eſt ea noua, ſed antiqua. Nã *Petrus Dam.* Petrus Damianus & alij ante mille annos de hoc ſermones habuerunt. Conſtat ex Concilio Lugdunenſi. in cap. 1. de conſecratione d. 3.

*Nũ ſic ſanctificari, Virginis fuerit propriũ.* *Dub. 3.*

*Bonau.* Seraphicus Bonauent. refert fuiſſe opinionẽ aliquorũ quod Iacob fuerit ſanctificatus. Gerſon exiſtimat quod Ioſeph fuerit ſanctificatus. Alfonſus de Villegas in ſuo Flos ſanctorum, in vita Iacobi refert Euſebium dicentem fuiſſe opinionem aliquorum dicentium Iacobum fratrẽ Domini fuiſſe ſanctificatum in vtero, ſed omnibus iſtis omiſsis, *De Hierẽ eſt dubiũ* Præcipuum dubium eſt de Hieremia, de quo dubitare videtur Aug. vbi ſupra. *Hierony.* Hierony. etiam ſuper primum caput Hierem. vbi inquit. Eſſe ſanctificatum in vtero, iuxta illud Apoſtoli ad Galatæ 1. debemus accipere. Poſt quam placuit ei qui me ſegregauit de vtero matris meæ. *Galat.* Vbi videtur Hieronym. inſinuare quod ſicut Paulus extra vterũ fuit ſanctificatus, ita Hieremias. Aut viceuerſa ſicut Paulus nõ fuit ſanctificatus in vtero, ſed ſolũ deputatus & ordinatus ad ſanctitatẽ, ita ſimiliter Hieremias. Huius ſententiæ videtur eſſe. *Ireneus.* Ireneus libro 5. cap. 15. Dubitat de ſanctificatione Hieremiæ Abulenſ. *Abul. Iud. 13. q. 17.* Contendit probare ex dictis nẽpe ex hoc quod ſanctificatio non ſemper accipitur pro ſanctificatione per gratiã. Secundo probatur nã de Hierem. ſolũ dicitur. Prius quã te formarẽ in vtero noui te, & antequam exires de vuluа ſanctificaui te, & prophetã in gẽtibus dedi te. Sed nõ dedit, niſi ſecũdũ prædeſtinationẽ, ergo ſimiliter ſolũ ſanctificauit ſecundum diuinam prędeſtinationem. In hac re ſit cõcluſio. Probabile videtur quod Hierem. fuerit ſanctificatus in vtero. Ita ſeraphicus Bonauent hac d. art. 1. q. 3. Sãctus Doct. 3. p. q. 27. art. 6. Alexand. 3. p. q. 11. Memb. 3. Richar. hac. d. art. 1. q. 6. Durand. q. 2. Veritas eſt antiquorũ patrum *Hierony.* Hieronym. ſuper Hierem. Ambroſ. ſuper Lucam. c. 1. *Ambroſ.* Origenes hom. in Hierem inquit. Eã ſanctificationẽ *Origenes.* datam eſſe Hieremiæ in vtero matris, quæ data eſt Abrahæ quãdo Deo credidit. *Athanaſ.* Athanaſ. oratione 4. cõtra Arrianos circa mediũ Nazianzenus oratione 1. *Nazianz.* poſt mediũ Lyranus ſuper Hieremiã, præ omnibus *Lyran.* late proloquitur hoc Bern. ſerm. de priuilegiis beati *Bernar.* Ioãnis, vbi duo docet. Primo quod Hierẽ. & Ioãnes fuerant ſanctificati. Secundo, quod maior & magis certa fuit ſanctificatio Ioãnis. Quod Hierem. fuit ſanctificatus dictũ eſt. *Amb.* De Ioanne docet Ambr. & Theo *Theoph.* philactus ſuper Lucã. *Chryſoſt.* Chryſoſt. ſer. 2. de Ioãne Baptiſta. *Origenes.* Origen. hom. 4 cõmuniter docent oẽs. Quod ſanctificatio Ioãn. fuerit maior & magis certa probatur. De Hierẽ ſolũ dicit ſcriptura. Ante quã exires de vẽtre ſanctificaui te, De Ioãne vero clariſsime dicitur. *Luca. 1.* Spiritu ſancto replebitur adhuc ex vtero matris ſuæ. Non ſic de Hieremia, ergo maior & magis certa eſt ſanctificatio Ioãnis. Verba Bernard. ſunt. Spiritus ille multiplex Hieremiã ſanctificat Ioãnẽ replet. Cõſtat quod replere plus ſignificat igitur.

Ex dictis Sic. Ioannes ſanctificatus eſt, quia futurus erat præcurſor Chriſti, ergo a fortiori Beatiſsima Virgo quæ futura erat mater Dei.

Vltimo ad præſens dubium colligitur concluſio. Non fuit proprium Virginis ſanctificari ante natiuitatem extra vterum.

Ad argumentum quartum præcedentis dubii, propter quod mouetur dubiũ præſens, Dico quod illa verba. Prius quam te formarem noui te ſunt referenda ad prædeſtinationẽ, quia tunc Hieremias nullum eſſe habebat. Sed quia poſt quam habuit eſſe, fuit capax gratiæ, cum poſtea dicitur. Ante quam exiras de ventre ſanctificaui te. Hæc verba accipienda ſunt de ſanctificatione per gratiam, Vt inter prædeſtinationem & prophetiam, mediet ſanctificatio per gratiam. *Accepi ex Alexan. vbi ſupra.* Dicendo, quod Hieremias habuit vſum rationis ſicut Ioannes, facile eſſet ſaluare quomodo

in vtero eſſet Propheta. De quo latius q. 2. prologi.

*Dub. 4.* *Num ſanctificari potuerit in inſtanti animationis.*

*Quæſtio habet ſedem in 1. modo 1. art. & ſolutione ad primũ 1.*

QVãuis diſputare & dubitere de potentia principis, ſacrilegii ſit crimem leg. 2. Codice de crimine ſacrilegii. Quia iuxte Aug. de regimine Principum poteſt princeps legem diſpenſare. Ad ſeruãdum tamem debitum proceſſum, oportet de hoc inueſtigare. Nam Virgini tribuimus quæ Deus potuit facere & fieri decuit. Quæſtio ſede habet apud Autórem in primo modo quo ſanctificari potuit. Proſequitur late ſolutione ad primum. Ex primo igitur modo quo ſanctificari potuit, & ex ſolutione prime rationis, integra reſultat quæſtio. Quam diſputat Thomas de Argentina hac d. art. 1 examinando primam concluſionem. Vbi refert aliquos de hoc dubitaſſe. Videtur eſſe S. Tho. 3. p. q. 27. Alexand. 3. p. q. 9. M. e. art. 1. Richard. art. 1. *Argent.*

Probatur ex primu Autoris. Si non contraxit meriture quia fuit gratia præuenta, ſed gratia præſupponit naturam, quam gratificat, ſicut omne accidẽs ſubſtantiam, ergo impoſſibile fuit Virginem præſeruari, tenet conſequentia quia originale contrahitur in inſtanti quo aliquis eſt filius Adę, ſed in inſtanti quo perſona præcedit gratiam, iã deſcendit ab Adã: ergo ſtatim contrahit originale ante quam poſſit infundi gratia. Declaratur ratio dubitandi. Non contrahimus originale ex Adam, quia ipſe fuit caput naturę & gratiæ accipiendo illam pro ſe & pro nobis nam primum ſine ſecundo non ſufficeret. Propterea enim cum Sep. to. fuit iuſtificatus & eductus a delicto non communicauit nobis illam gratiã, quia illã ſolum pro ſe accepit, ſi hoc modo primam acciperet iuſtitiam, quamuis eſſet pater noſter, & principium naturæ, ex peccato ipſius, non contraheremus originale, igitur ad contrahendum requiſitum fuit vt omnium eſſet parens, & quod pro omnibus acciperet. Hac ſuppoſitione facta videtur impoſſibile, quod non contraxerit quia ipſa fuit naturalis filia Adæ, comprehenſa ſub illo decreto & lege Adę impoſita, igitur videtur impoſſibile quod fuerit naturalis filia Adæ ſub illo decreto contenta, quin fuerit ſub debito & carentia illius iuſtitiæ, nam iam hoc accidens & reſpectus, velut accidens naturale naturẽ conſequitur. Ideo bene arguit Autor. Fuit filia Adæ exiſtens in illo ſecundum rationem ſeminalem, igitur neceſſario contraxit originale, quod ab Adam, cum natura deſcendit, conſequentia probatur multipliciter. Primo, quia habuit carentiam iuſtitiæ originalis quam debebat habere, & hoc debitum, conuenit homini, ex ſuppoſitione, quaſi e natura, quam ſine iſta iuſtitia accepit ab Adam, gratiam quam habuit conuenit ſibi ab alio, nempe a Deo infundẽte, ergo prius caret iuſtitia debita quam habeat gratiã, & ſic prius contraxit originale. Declaratur amplius vis huius rationis. Si Adam non peccaret impoſſibile eſſet iuſtitiam filiis ſuis non communicari ſtante Dei decreto de cõmunicanda iuſtitia, & ſi Deus vellet hanc iuſtitiam ſeu gratiam augere, ante iſtud augmentum ex ſpeciali dono, præcederet iuſtitia Adæ ex vniuerſali lege, & decreto, ergo pari ratione gratiam quã ex ſpeciali dono habuit Beatiſſima Virgo præceſſit carentia iuſtitiæ quam ex Adam debebat habere. Alias bene infertur quod nec peccato eſſet obnoxia nec per Chriſtum Dominũ redẽpta. Tertio declaratur ſic, Maria non eſt iuſta in primo inſtanti naturæ, ergo in primo inſtãti naturæ eſt iniuſta vel

*Declaratur primũ argumentum Autoris.*

non iuſta, quia non videtur eſſe medium, ergo contraxit originale.

Concluſio Deus potuit ſanctificare Beatiſſimam Virginem in primo inſtanti conceptionis. Hanc præter Doctores citandos dubio 6. tenet Bonau. hac. d. p. 1. art. 1. q. 1. Palud. hac d. q. 1. art. 3. Antoninus de Florentia 1. p. theologali titul. 8. c. 2. & Thom. de Argentina. Probatur. Nullus poteſt habere originale niſi habeat carentiã iuſtitiæ debitæ, ſed Deus ſimul cum perſona poteſt creare gratiã quę abſoluat a debito habendi iuſtitiã, quia gratia ęquiualet iuſtitiæ, ergo potuit nõ cõtrahere originale. Hęc ratio eſt Autoris in principio primæ rationis, quæ efficaciſſima eſt quia princeps poteſt legẽ ſuam diſpenſare. Deut. 21. præcepit Deus vt nemo dimitteret vxorẽ, & tamẽ hanc legẽ diſpenſauit. Deut. 24. permittendo legẽ repudii. Manifeſte docet hoc Iob dicens. Quis poteſt facere mundũ de immũdo cõceptũ ſemine non ne tu qui ſolus es. Ergo etiã poteſt facere vt nũquã fuerit ſub immũditie. Ex eadem maſſa poteſt facere vas in honorẽ & in cõtumeliã. Rom. 9. & 2. ad Timoth. 2. Secũdo arguit optime Thomas de Argent. Maior eſt cõnexio naturæ cũ propria perſonalitate quã cũ peccato, ſed potuit preuenire ne natura perſonaretur propria perſonalitate, ergo poteſt preuenire ne cõtrahatur originale quod eſt malum naturæ. *Iob.* *Rom. 9.* Declaratur amplius veritas conſiderando quod originale eſt actualis carentia iuſtitię & amicitiæ Dei. ita quod per aliquod inſtãs tẽporis ſim ſine gratia & Dei amicitia habẽs pro cauſa quod ſim filius Adę peccatoris. Si igitur originale, eſſet origo naturalis ex Adã nõ poſſet quis eſſe filius Adę quin cõtraheret originale & ad liberandũ aliquẽ ab originali deberet mirabiliter cõcipi ne eſſet filius Adę. Sed quia in peccato originali naturalis origo ex Adẽ conſideratur vt cauſa contrahendi, actualis vero exiſtentia ſine iuſtitia & Dei amicitia velut effectus & ratio peccati, inter cauſam & effectũ potuit Deus interponere gratiã infuſam. Et ſic ſtat vtrumque ſimul & quod fuerit obnoxia peccato habendo cauſam contrahẽdi & quod non cõtraxerit, quia infuſa gratia ęquiualens iuſtitię cauſans amicitiã quã cauſaret iuſtitia impediuit actualẽ carẽtiã iuſtitiæ ſine qua non intelligitur complete ratio originalis peccati.

Ex dictis facile eſt reſpõdere ad omnia argumẽta, Ad primũ reſpondet Catherinus & Corduba quod in propria perſona nõ fuit obnoxia peccato, ſed ſolũ in parentibus, & quia in inſtanti animationis fuit gratia preuenta facile eſt intelligere quomodo fuerit obnoxia peccato & nunquã in peccato. Melius cum Autore dicendum eſt, antecedens eſſe verum conſequentiã vero nullã, Ad probationem dico, quod in inſtanti quo eſt filia Adæ contrahit originale ſi non præueniatur gratia concreata ſimul cũ illa quę gratia equiualet iuſtitię quãtum ad primariũ effectũ iuſtitiæ. Cum dicit. Perſona præcedit gratiã, ergo ante quã infundatur gratia iã cõtrahitur originale. Dico quod præcedit ſolũ prioritate natura non prioritate tẽporis. Et quando oppoſita cõparantur ad idẽ ſecũdũ ordinẽ naturæ, puta gratia, & peccatũ, nõ intelligitur quod prius vnũ inſit, poſtea vero aliud. Quod ita eſſet, ſi eſſet prioritas tẽporis. Sed ſufficit quod quãtũ eſt ex parte ſubiecti, ineſſet peccatũ ſi aliud oppoſitum puta gratia non ſimul concrearetur. Natura ad hoc intelligendum adminiſtrat exemplum. Materia nunquam de facto eſt ſine forma, quia tamen poſſet produci ſine illa, ideo ſecundum rationem, prioritate naturæ prius eſt *Corduba.*

ſub

ſub priuatione formæ quam habeat illam. Cum quo ſtat, quod in nullo inſtanti eſt ſine forma.

Ad primam probationem conſequentie dico, quod debitũ habendi iuſtitiam ex ſuppoſitione cõuenit homini quaſi a natura, gratia vero a Deo ſed quia originale non conſiſtit in debito habendi iuſtitiam, ſed in carentia actuali iuſtitiæ debitæ. Ex natura accepte ab Adam contraho debitũ. Ex gratia accepta ſuper infuſa & ſimul concreata impeditur actualis carentia, & ſic impeditur originale quod eſt actualis carentia. Excellentia Chriſti Domini fuit concipi de Spiritu ſancto vt non ſolũ originali careret ſed longe abeſſet cauſa contrahendi, imo ex diuinitate vnita fontalis plenitudo gratie ad eſſet. Sancti habentes in ordinatos motus & tentationes non conſenſerunt Chriſtus autem Dominus nec iſtos in ordinatos motus paſſus eſt. Quod Adamo non peccante non poſſet non communicari iuſtitia proaenit ex diuino decreto cuius effectum nullus poteſt impedire. Ex ſpeciali amore ad Virginem voluit Deus impedire effectum oppoſitũ.

Ad vltimum Autor ſolutione ad primum in quadam obiectione inquit, quod non valet conſequẽtia in prædicatis compoſitis. Sicut non valet. Non eſt lignum album, ergo eſt lignum non album, ita non valet. Non eſt iuſta in primo inſtanti, ideſt ratione ſui ergo eſt non iuſta. Quia quamuis non ſit de ſe iuxta, bene poteſt eſſe ſine iuſtitia, quia nõ datur inſtans temporis in quo ſit ſine gratia & iuſtitia.

*Num decens fuerit Virginem ab originali præſeruari.*

Dub. 5.

DIcentes Beatiſsimam Virginem non fuiſſe præſeruatam, propterea hoc negant, quia exiſtimant non decuiſſe illam preſeruari, imo hoc eſſe contra excellentiam Redẽptoris. Ideo hæc quæſtio in ordine ad principalem eſt nobis diſputanda nam iſte eſt legitimus modus procedendi. Hũc modum ſeruat Anſelmus imo Hieronymus qui ſermona de Conceptione inquit. Nulli dubium quin ad gloriam filii pertineat quiquid digne genitrici ſuæ fuerit impenſum. Aug. de libero arbitrio cap. 5. inquit. Quicquid tibi melius vera ratione occurrerit ſcias feciſſe Deum. Sermone quoque de aſſumptione inquit. Vbi ſcriptura nihil commemorat de Virgine inquirendum eſt quid conueniat rationi, fiat que ipſa ratio autoritas, ſiue qua nec eſt nec valet autoritas (intellige humana). Conſtat igitur quod hæc quæſtio principalem debet præcedere, huic proceſſui non obſtat citatus Aug. in eodem ſermone vbi ex ſola potentia & non ex decentia arguit. Potuit aſſumi in Cælum in corpore & anima, ergo fuit aſſumpta. Quia iam ſupponit decentiam. De hac decentia maxime agendum eſt. Quia ſi contraxit originale aut hoc fuit quia Deus non potuit liberare, aut quia neſciuit liberare, aut quia non decuit. Duo priora non potuerunt eſſe in cauſa. De tertio ergo agendum eſt.

Anſelm.
Hieronym.
Aug.

Argum.

Pro parte negatiua arguitur. In decens eſt dicere quod Beatiſsima Virgo non indiguerit Redemptore. Si non contraxit originale non indiguit Redemptore, ergo non fuit conueniens vt præſeruaretur. Argumentum eſt S. Thom apud Autorem in principio huius 2. artic. In hac re eſt concluſio affirmatiua. Decens fuit Beatiſsimam Virginem præſeruari ab originali. Hęc eſt Anſelmi de conceptu virginali c. 8. vbi inquit. Decuit vt Virgo ea puritate niteret

Anſelm.

quã maior ſub Deo nequit intelligi. Facit illud Eccleſiaſt. 5. Gloria hominis ex honore parentum & dedecus filii pater ſine honore ergo decuit vt filius matrẽm ſuam hoc honoraret priuilegio. Richardus de ſancto Victore quodam ſermone Virginis qui incipit. Nec dum erant Abiſsi. Inquit. Non decuit vt caro Mariæ qualecunque foret obnoxia culpæ & iterum. Nec in gratus matri ſue qui patri præcepit honorem exiberi. Iancrationem magnificat Gabriel hac D. Thomas etiam de Argentina. Clitoueus libro 1. de puritate Virginis c. 5. & 8. Conſonat Auguſt. citatus 3. de libero arbitrio. Ex extraneis adducitur cõgruentia. Nam Vlpianus l. princeps §. de legibus inquit quod licet Auguſta non ſit a legibus libera ſicut & ipſe princeps, tamen eadem illi tribuit imperator priuilegia quæ ipſe habet. Sunt autem priuilegia ſecundum Yſidorum (& habetur d. 3. cap. priuilegia) priuata leges quibus a lege communi quidam eximuntur. Si ita faciebant Barbari multo magis cũ Beatiſsima Virgine factum fuiſſe credendum eſt. Ratione Autoris probatur ſic. Decẽs eſt tribuere Chriſto perfectiſsimum modum redimendi, iſte eſt perfectiſsimus ergo ad excellentiam Chriſti pertinet tribuere hoc priuilegium Virgini. Secundo Beatiſſima Virgo futura erat mater Dei, ergo indecẽs erat, vt filia Patris, mater Filii, Sponſa Spiritus ſancti, per aliquod inſtans, eſſet ſub poteſtate demonis, ſub ira Dei, ſub indignatione proprii Filii, ſine gratia Spiritus ſancti. Auguſt. ſerm. de Aſſumptione probat in corpore & anima aſſumptam fuiſſe. Quia non fuit decens vt corpus matris Domini corrumperetur, ergo minime fuit conueniens vt anima illa macularetur originali.

Eccleſ. 5.
Richard.
Gabr.
Thomas de Arg.
Clyton.
Auguſt.
Vlpianus
Ex fundamento D. Thom. oppoſita ratio Scoti.
Auguſt.

Ad argumentum, quod nunquam autor ſoluit in forma ſed impugnando S. Thom. Dico quod indiguit Redemptore præſeruante a lapſu et iſta eſt optimus modus redimendi.

*Num Beatiſsima Virgo in primo inſtanti animationis ſanctificata fuerit.*

Dub. 6.

QVæſtio iſta, inter Doctores celeberrima, huius arti. eſt præcipua pars negatiua probatur Rom. 3. Omnes enim peccauerunt & egent gloria Dei 2. Cor. 5. Si Chriſtus pro nobis mortuus eſt ergo omnes mortui ſunt. Eccleſiaſt. 25. A muliere factum eſt initium peccati & per illam omnes moriuntur. Rom. 5. Per vnum hominem peccatum in hunc mũdum intrauit, & per peccatũ mors, ita in omnes homines mors pertrãſiit in quo omnes peccauerũt. Sed nullus hic excipitur ergo nec Beatiſsima Virgo excipi debet ſine determinationa Eccleſiæ, nam vt dicitur Appocalyp. 22. Si quis appoſuerit ad hæc apponet Deus plagas ſcriptas in libro iſto vel ſi diminuerit de verbis libri Prophetie huius auferet Deus partem eius de libro vitæ.

Rom. 3.
Appoc.

2. Arguo ex Concilio Mileuitano c. 6. epiſtola Leonis primi ad Flauianũ lecta in Concilio Chalcedonenſi actione 2. approbata actione 4. & 5. vbi dicitur. Omnes homines excepto Chriſto contraxiſſe originale. Idem habetur in Concilio Florentino in vnione Armenorum.

3. Arguitur ex Aug. de fide ad Petrũ c. 26. firmiſſime tene nullatenus dubites omnẽ hominẽ qui per concubitum viri & mulieris concipitur, cum peccato originali naſci. Et ſuper illa verba Ioan. 1. Ecce Agnus Dei inquit. Solus innocens quia non dum venit ſecundum communem pro pa-

Auguſt.

gationem 2. hyponoſticon in illa verba Roman. 3. Omnes peccauerunt, inquit. Omnes. Neminem excipit Pſal. 34. concione 2. explicans illa verba. Cum mihi moleſti eſſent inquit. Adam mortuus eſt propter peccatum. Maria ex Adam mortua eſt propter peccatum Adæ. *Ambroſ.* Ambroſ. libro 2. ſuper Lucam de circumciſione loquens inquit. Solus per omnia ex natis de fœminæ ſanctus Dominus Ieſus. Quæ verba multum commendat Aug. libro 2. contra Iulianum in principio & libro de perfectione iuſtitiæ circa medium vbi inquit. Excipere alium præter Chriſtum eſſe contra Paulum. Idem habet Ambroſius ſuper Pſalm. 118. Chryſoſt. ſuper Math. inquit. Chriſtus non fuit peccator, naturā tamen humanam de peccatrice ſuſcepit. Euſeb Emiſſenus ſerm. 2. natiuitatis inquit. A peccati originalis nexu nullus immunis extitit etiam nec ipſa Genitrix Redemptoris. Ad idem eſt Hieronym. Damaſc. Bernard. quos Autor citat in litera. Anſelmus etiam 2. cur Deus homo c. 16. vbi loquens de Sacratiſſima Virgine inquit. In peccatis concepit eam mater ſua & cum originali peccato nata eſt.

Ex his autoritatibus colligitur argumentum. Maior eſt authoritas Doctorum antiquorum quā modernorum, ergo magis ſtandum eſt dictis eorum, maxime in rebus pertinentibus ad fidem ſed contrahere originale pertinet ad fidē vt docet D. Tho. 1. 2. quæſtione 81. ergo certum videtur contraxiſſe originale.

4. Beatiſſima Virgo fuit naturaliter propagata ex Adam ergo contraxit originale tenet conſequentia quia iſta eſt vnica & præciſa ratio contrahendi.

5. Arguo ab effectu ad cauſam ſicut modo arguebam a cauſa ad effectum. Habuit penalitates quæ ſequuntur ex peccato, ergo habuit peccatum, tenet conſequentia quia Deus iudex iuſtus non infligeret penam peccati ſi non haberet peccatum. Non enim voluntarie has penalitates aſſumpſit ad noſtram redemptionem ſicut Chriſtus.

6. Si non contraxit, non indiguiſſet Chriſto Redemptore hoc eſt in conueniens ergo.

7. Sequeretur quod ingrederetur Cælum ſi decederet ante filiū, conſequens videtur contra Paulum Coloſſ. 1. vbi inquit, quod Chriſtus eſt primitiæ dormientium. Sequelam probo, quia ianua Celi non clauditur niſi propter originale.

8. Beatiſſima Virgo fuit ſanctificata, ergo habuit originale tenet conſequentia quia ſanctificatio ſupponit peccatum.

9. Beatiſſima Virgo non habuit iuſtitiam originalem ergo contraxit peccatum, tenet conſequentia quia originale & iuſtitia originalis videntur immediate oppoſita.

10. Maria non habuit originale ergo nunquā fuit obnoxia peccato quia antequem eſſet, non potuit eſſe obnoxia. Statim quod fuit, per gratiam fuit libera, ergo non fuit obnoxia conſequens eſt falſum ergo illud ex quo ſequitur. *Alexan.*

*S.Thom.* De propoſita quæſtione duplex eſt opinio, prima docet fuiſſe conceptam in peccato originali ita *Albert.* docet Alexand. 3. p. q. 9. M. 2. hanc ſequitur S. Tho. *Bonau.* 3 p. q. 27. art. 2 idem in 3. d. 3. art. 1. q. 1. in 2. d. 31. q. 1. *Durand.* art. 2. in 4. d. 43. art. 4. q. 1. ad 3. 4. contra gentes c. *Gregor.* 50. Eandem habet Albertus Magnus in 3. d. 3. Sera- *Capreol.* phicus Bonauent. hac d. art. 1. q. 2. Durand. q. 1. Pa- *Caiet.* lud. etiam hac d. q. 2. Gregor. Ariminens in 2 d. 30. quæſt. 2. Capreol. in 3. hac d. quæſtione. 1. Caietanus opuſculo ad Leonem decimum.

Oppoſita ſententia eſt Scoti hic, hanc ſequitur *Scot.* Marſilius in 2. q. 3. Thomas de Argentina in 3. d. 31. *Argent.* Gabriel. hac d. q. 1. Abulenſis ſuper Geneſim in *Gabr.* prologo. capit. 6. fol 31. & paradoxa capit. 21. Drie- *Abulen.* do. 2. de gratia & libero arbitrio tractatu 2, capit. 5. *Driedo.* p. 2. Clythoueus ſerm. 4. de conceptione. Gerſon *Clytou.* p. 4. ſermone de conceptione. Echius hom. 2. 3. & *Gerſon.* 4. de conceptione. Incognitus explicat verba Pſal. *Echius.* 58. Præſtitiſti decori meo virtutem. Gelarmus & *Incogni.* Catherinus accerrime hanc opinionem defendunt *Catherin.* fuit ſancti Thom. in 1. d. 17. art. 4. ad 3. & d. 44. art. 3. ad 3. & in expoſitione ſalutationis Angelicæ omitto plures alios quos adducit Buſtos in ſuo Mariali.

Ad declarationem huius ſciendum eſt quod iſta veritas non colligitur ex aliqua præmiſſa de fide ſed ſupponendo quod non ſit contra fidem. quia nō omnes propoſitiones ſcripturæ vniuerſales ſunt vniuerſaliter accipiendæ, ex quadam decētia tribuimus hoc priuilegium Virgini. Antiqui autem exiſtimantes propoſitiones vniuerſales eſſe vniuerſaliter accipiendas, noſtram ſententiam erroneam iudicabant. Ita S. Thom. quæſt. 4. de malo & citatus Albertus. Seraphicus vero Bonauent. dubius de hac Eccleſiæ diffinitionem expectabat. Scotus vero cum timore & reuerentia exponendo prædictas autoritates auſus eſt hanc Virginem immunem ab originali prædicare. A tempore autem Syxti quarti plane determinatum eſt (vt cōſtat ex extrauagenti. Graue nimis) nullam opinionem eſſe hæreticam & qui contrarium dixerint excommunicantur. Ex quo conſequens eſt loca ſcripturæ ſupra commemorata non eſſe vniuerſaliter accipienda. Sed quod ſine iniuria fidei poſſumus hanc Sacratiſſimam Virginem excipere. Cordubæ libro 1. quæſt. 44. concluſione 3 in- *Corduba.* quit quod ratione ſcandali poteſt eſſe peccatū prædicare fuiſſe conceptam in originali. Quia iam omnes ad hanc piam veritatem bene affecti maxime indignantur audientes oppoſitum. Nec hoc eſt contra extrauagantem Syxti, qui ſolum inquit. Nullam eſſe hæreticam & poſſe quamlibet deſe prædicari. Cum conſtat ex pia affectione audientium poſſe ſcādalum ſub oriri & agere contra prudentiam oppoſitum prædicantes.

2. Supponendum eſt quod originale, eſt vera culpa conſtituens nos filios iræ & proprie peccatores *Concil.* ita in Concilio Trident. Seſſ. 5. Can. 4. & in Mileui- *Trident.* tano ca. 2. Aphricano cap. 77. Colligitur ex Paol. *Mileuit.* Roman. 5. Epheſ. 2. vbi dicitur. Eramus natura filii *Africā.* iræ ideo Abulenſ. ſuper Math. capit. 25. quæſt. 677. *Rom. 5.* originale, mortale appellat idem docet. 4. Reg. cap. *Epheſ. 2.* 4. quæſt. 56. Pro materiali autem, pena eſt. Iuſte qui- *Abulen.* dem ſubtrahit Deus dona gratuita. Et ſenſus & co- *q. 56.* gitatio hominis prona ſunt ad malum. Ita Alexand. *Alexan.* 2. p. quæſt. 122. M. 8. art. 3. & 4. Scotus in 2. diſtin. 32. ſolutione ad 2.

Concluſio Beatiſſima Virgo habuit debitum contrahendi originale habetur ſolutione ad primū. Colligitur ex dictis nam fuit naturaliter concepta ex commixtione maris & fœminæ. Ideo indiguit Redemptore. Hæc eſt contra Iulianum apoſtatam dicentem, quod originale non habebamus in propria perſona ſed ſolum in communi debito Adæ, a quo debito iam per Chriſtum facti ſumus liberi, hoc erroneum eſt. Nam vnuſquiſque in propria perſona eſt obnoxius quod hic non probo ſed ſuppono.

2. Con-

2. Concluſio Probabiliſsimum eſt Beatiſsimá Virginem non contraxiſſe originale. Hanc vno dépto ordine Prædicatorum, communiter tenent omnes, Facit illud Ezech. 44. Porta hęc clauſa erit pec- *Ezech.* cato ergo nullum habuit peccatum. Cant. 2. Sicut *Cantic. 2.* lilium inter ſpinas ſic amica mea. Cantic. 4. Tota pulchra es amica mea macula non eſt in te. Quod quidem ſi de Eccleſia intelligitur, cum Beatiſsima Virgo ſit principale membrum Eccleſię non incongrue ei adaptatur. Figurata fuit veritas in arca de *Exod.* lignis incorruptibilibus fabricata. In matre Moyſi quæ exiſtens in Egypto erat libera & exempta. Ad Heſter quoque dicitur. Non pro te ſed pro omnibus hęc lex conſtituta eſt. Dominus quoque Ieſus in ſyndona munda & ſepulchro vbi nullus poſitus fuerat poſitus fuit. Vt in vno Virginitatis puritas, in alio immunitas originalis culpe denotaretur.

Ex his colligo argumentum. Sanctitas Beatiſsime Virginis eſt res maximemomenti, ergo ſi vocatio Apoſtolorum, conuerſio gentium, continentur in ſcriptura, etiam ſanctitas & puritas Virginis. Sed omnes autoritates quę indicant ſanctitatem Virginis denotant totalem ſanctitatem & immunitatem ab originali, ergo credendum eſt quod erat immunitas prędictis locis fuerit figurata. Hoc ſignificaſſe vide- *S. Thom.* tur Angelus cum dixit. Aue gratia plena Dominus tecum. Ideſt ſpecialiter plena. Benedicta tu in mulieribus. Ideſt exempta ab omni maledictiona. Lege S. Thom. 3. p. q. 27. art. 4. vbi illud Cant. 4. Tota pulchra es amica mea. De Virgine intelligit. Conſo- *Aug.* nat Aug. de natura & gratia cap. 36. vbi præcipue de originali agens contra Pelagium, qui illud negabat inquit. Cum de peccatis agitur nullam de beata *Hierony.* Virgine ſe velle habere quæſtionem. Hieronymus ſuper illud Pſalm. 77. Deduxit illos in nube diei. Beatam Virginem appellat nubem quæ nunquam fuit in tenebris ſed ſemper in Luce. Richard. de ſan- *Richard.* cto victore ſuper illa verba Cantic. 4. Tota pulchra es amica mea inquit. Nemo tam ſanctus qui maculá non habuerit præter Beatam Virginem. Sanctus *Bruno.* Bruno. Pſal. 101. vocat liberam ab omni peccato. An- *Anſelm.* ſelmus de conceptu Virginali c. 18. inquit. Decuit vt Beata Virgo ea puritate niteret qua maior ſub Deo nequit intelligi. Sed ſi eſſet concepta in originali maior poſſet intelligi vt fatetur S. Thom. in 1. d. 44. quæſt. 1. art. 3. ſolutione ad 3. Igitur. Sanctus *Vincent.* Vincétius Ferrer ſerm. 1. natiuitatis Virginis inquit. Quod quando corpus fuit perfecte organizatum & anima illi coniuncta túc altiſsimus ſanctificauit tabernaculum ſuum. & ſerm. 2. Statim ac anima fuit creata, fuit ſanctificata & ſtatim Angeli in Cælo celebrauerunt feſtum conceptionis. Pro hac veritate *Andreas* facit autoritas Andreæ quæ habetur noſtra q. 3. hu- *Corduba* ius art. dub. 1. Corduba adducit Gregor. dicentem: Mater immaculata digna digni, ſancta ſancti, immaculata immaculati, vnica vnici. Hanc autoritaté inuenire non potui. Iſta veritas diffinita eſt in Concilio Baſilienſi ſeſſ. 36. quę diffinitio licet non ſit de fide quia defuit autoritas ſummi Pontificis. Colligitur tamen inde probabiliſsimum argumentú. Omnes Patres, Doctores & paſtores vniuerſalis Eccleſię, ſimul congregati diffiniunt noſtram ſententiam ergo probabiliſsima eſt conſequenter non eſt opinio hominum vulgarium vt auſus eſt dicere Caie- *Sexta & 7. Syno.* tanus. Sexta ſynodo actióne 3. Conceptio Mariæ immaculata dicitur. Nec obſtat quod in Concilio Tridentino ſeſſ. 5. decreto de originali ad finem, pueri baptizati, qui peccatum contraxerunt dicantur innocentes & immaculati, nam ſi poſt remiſsionem dicuntur immaculati, ſequitur quod ſi conceptio dicitur immaculata quod ab illo inſtáti caruerit originali, iuuat Concilium Tridentinum loco allegato vbi conceptionem Virginis, immaculatam appellat & ſub illo decreto de originali Beatiſsimam Virginem minime comprahendit, Imo citans conſtitutionem Syxti 4. eam excipit.

Probatur concluſio ex vſu Romane Eccleſiæ *Argum.* celebrantis feſtum conceptionis, cum conceſsione indulgentiarum, vt habetur in extrauaganti Syxti 4. Cum præ excelſa, in extrauaganti de reliquiis & veneratione ſanctorum. Argumentum habet vim apud eos qui hoc feſtum celebrare recuſabant quia Eccleſia Romana illud non celebrabat, de quorum numero eſt Bernard. qui hac de cauſa reprehendit *Bernar.* Canonicos Lugdun. Habere quoque debet efficaciam apud ſanct. Thom. qui 3. p. q. 68. & 2. 2. q. 10. artic. 12. Iudicat filios infidelium non eſſe baptizá- *Noſtra ſententia* dos in vitis parentibus, quia Eccleſia nunquá con- *probatur* ſueuit eos baptizare, magis autem ſtandum eſt auto- *ex dictis* ritati Eccleſiæ quam Hieronymi & Auguſt. & 22. q. *S. Thom.* 88. tenet votum ſolemne nó eſſe diſpenſabile, quia in decretali Cum ad monaſterium: dicitur Cuſtodiá caſtitatis adeo eſſe annexam regule monachali vt contra eam nec Summus Pontifex poſſit diſpenſare, ergo ſi vidiſſet Eccleſiam celebrare hoc feſtú reuocaret ſententiam. Caietanus 3. p. q. 27. art. 2. ad 3. *Caiet.* dicit feſtum conceptionis non eſſe reprobandum quia illud tolerat Eccleſia. Idem dicendum de Seraphico Bonauent. qui hac d. artic. 1. q. 2. docet cæte- *Bonau.* ras ſolemnitates Deo docente fuiſſe inſtitutas, ſed hæc eſt inſtituta, ergo Deo docente fuit inſtituta. Vnde Eccleſia Toletana in quadam collecta canit. Cuius ſanctam cóceptionem te iubente celebramus. Iubet autem miraculis, reuelationibus igitur. Idem fateri debet Caietanus qui 3. p. q. 82. art. 2. dicit hoſtiam poſſe conſecrari a pluribus ſacerdotibus, quia Eccleſia id toleret, in forma arguitur ſic. In celebrá- *Argum. in forma.* do & orando Deum Eccleſia errare non poteſt vt diffinitur in Concilio Mileuitano. cap. 8. ſed inſtituendo hoc feſtum orat & colit Deum atque indulgentias concedit celebrantibus hoc feſtum, igitur vt certum habendum eſt quod non errat. Huic rationi reſpondet Caietan. Non celebrari vt feſtum conceptionis ſed vt feſtum ſanctificationis quando collata ſibi fuit gratia. Sed hoc ſtare non poteſt quia Syxtus 4. in extrauaganti graue nimis inquit. Nos igitur huiuſmodi aſſertionis quoramlibet qui aſſirmare præſumpſerint ſanctam Romanam Eccleſiam de ſpirituali tantum conceptione & ſanctificatione Virginis feſtum celebrare, falſam & erroneam, a veritate alienam autoritate apoſtolica reprobemus. Ergo reuera non celebratur feſtum ſanctificationis ſed conceptionis ſub cuius nomine ab anno Domini 1586. tum a Iulio ſecundo ſub quo celebratum fuit Concilium Lateranenſe eſt inſtituta religio monialium ſub nomine conceptionis.

Concluſio probatur ex multis miraculis quæ copioſe refert & adducit Ruſſee in ſuo Mariali ſerm. 7. p. 2. Marſilius in 2. q. 20. Dyoniſius quoque Carthuſianus. In legenda huius feſti multa referuntur.

Probatur ex reuelationibus ſancte Brigitte, quas approbauit Vrbanus 6. in Concilio Conſtantienſi vt habetur in prologo ipſarum reuelationum vnde

Q 1 mani-

manifeſtè apparet huiuſmodi miracula & reuelationes non eſſe phantaſias mulierum.

Probatur ex diffinitione & determinatione vniuerſitatis Pariſienſis quæ nullum admittit ad gradū doctoratus niſi iuraiurando iurauerit hanc deffendere veritatē. Nec valet Euaſio Caietani dicentis, vniuerſitates & Doctores qui hoc tenent eſſe præſumptuoſos, quia hoc tenent contra doctrinam ſanctorum Nam Sancti ſolum recuſabant ſequi noſtrā ſententiam quia Eccleſia non dum declarauerat nō contrariari fidei. Modo iam declarauit: ergo non eſt præſumptuoſum ſed ſatis probabile & pium hanc defendere opinionem.

*Rationes Autoris.* Probatur veritas rationibus Autoris ex excellentia Redemptoris. Nam perfectiſſimus mediator debuit habere perfectiſſimum modū redimendi, Chriſtus fuit perfectiſſimus Redemptor, ergo debuit habere perfectiſſimum modum redimendi, ſed perfectiſſimus modus eſt preuenire ne offenſa incurratur ergo dicendum eſt ſic aliquam perſonam redemiſſe: Non niſi Beatiſſimam Virginem, igitur redemit præſeruādo. Maior probatur exemplo quod in littera eſt manifeſtum. Minor cum conſequentia manifeſtiſſima eſt. Veritas ſuaderet ſic. Angeli creati ſunt in gratia ſecundum *S. Thom.* S. Thom. 1.p.quæſt. 62. artic. 3. ergo credendum eſt hoc priuilegium Mariæ fuiſſe collatum. tenet conſequentia quia quo ad ſubſtantiam maior gratia fuit collata Mariæ, ergo probabile eſt quod quo ad circūſtantiam temporis fuerit collata ab inſtanti creationis ſicut Angelis.

*Obiectio Gregor.* Nec obſtat Gregor. in 2.d.30. dicens. Quod perfectiſſimus modus redimendi eſſet mereri quod donaretur ſtatim gratia & gloria liberando illā ab omni penalitate Quia dare gloriam nō pertinet ad meritum Chriſti ſine merito proprio (exceptis paruulis, ſolius Chriſti prærogatiua fuit habere gloriam ſine meritis proprijs) igitur Beatiſſima Virgo debuit mereri quia viator, Inſuper lac Chriſto puero debuit adminiſtrare ideo non debuit ſibi dari gloria liberando eam ab omni penalitate.

Poſtremo conſiderandum eſt. Carere gloria nullam in Virgine ponit culpam ſicut originale, ideo, potius ab hoc debuit illam redimere & liberare quam gloriam ſtatim conferre.

*Ex 2. via Scot.* Ex 2. via arguitur Chriſtus præcipue venit ad liberandum nos ab originali, ſecundario ab actuali, quod docet S. Thom. 3. p quæſt. 1.art. 4. Sed Chriſtus Dominus liberauit Mariam ab actuali. ergo credendum eſt quod liberauerit ab originali. Minor eſt diffinita in Concilio Tridentino ſeſſ. 6. can. 23. conſequentia patet. quia originale eſt mortale conſtituens nos filios iræ vt diximus not. 2. Declaratur amplius conſequentia ex *Auguſt.* Auguſt. libro 5 contra Iulianum cap. 9. prope finem vbi inquit. Si Chriſtus minor eatenus originale contraxiſſet, profectò grandioris ætatis acceſſu actuali non caruiſſet. Propterea *Nota.* nullus eſt hominum præter Chriſtum, qui peccatum non haberet infantulis ætatis exurta. Ad idem eſt *Gregor.* Gregor. hom. 39. in illa verba Ioann. c.14. Venit princeps mundi huius & in me non habet quicquam. *Ioan. 14. ad finem.* Vbi inquit. Sine vllo peccato a mundi corruptione exiuit, quia ad mundum ſine peccato venit. Sine culpa enim in mundo eſſe non potuit, qui in mundum cum culpa venit. Hanc conſequentiam agnoſcit Origenes hom. ſuper illud Lucę. Tuā ipſius animā pertranſibit gladius. *Origenes.* *Ambroſ.* Ambroſ. ſuper illud Lucæ. Quod naſcetur ex te, &c. ſed Beatiſſima Virgo non habuit actuale, ergo nec originale. Preſſus vi huius conſequentiæ Gregor. Ariminenſis in 2. d. 30. q. 2. *Gregor. Arim.* conceſsit actuale in Virgine ſed hoc iam ex Concil. Conſtan. eſſe falſum. Argumentum habet vim apud S. Thom. qui 3.p. quæſt. 27. art. 4. Docet non habuiſſe veniale quia ſi habuiſſet non eſſet idonea mater Dei, ſed huiuſmodi idoneitatem ad maternitatem magis tollit originale, ergo ex hoc ipſo quod futura erat mater Dei debuit ab originali potius quam ab actuali præſeruari, quamuis originale eſſet ſine propria culpa eo quod ſecundum ſe maius eſt impedimentum. Scriptum eſt enim. In malevolam animam non introibit ſapientia nec habitabit in corpore ſubdito peccatis. Vnde colligitur fuiſſe incongruum vt habitaret corpus ſubditum peccato originali. Declaratur amplius hæc ratio. In Virgine non ponuntur motus inordinati, qui dicuntur primo primi in quibus non eſt peccatum. Quia oriuntur ex fomite non extincto nec perfecte ligato, & huiuſmodi motus habere eſſet magna indecētia. Sed multo maiorem indecentiam ponit originale, igitur nullo modo ponendum eſt in Virgine.

*Ex 3. via Scot.* Ex 3. via arguit Autor. Perſona reconciliata non ſumme obligatur Mediatori niſi habeat ſummū bonum ab ipſo, illa præſeruatio, eſt ſummum bonum, ergo non ſumme obligatur niſi habeat illud.

*Obiectio in Autore.* Si arguas. Ex illo Lucæ 7. Duo debitores erant cuidam creditori, quod plus diligere tenetur peccator quam innocēs. Reſpondet Scotus in 4.d.22. quæſt. vnica art. 3. quod innocentia eſt maius donum quā remiſſio peccatorum poſt commiſſam culpam. Quia ſingularis gloria eſt nunquam cecidiſſe. Vnde maius donum contulit Deus ſue matri benedictæ quam Magdalene nam donare non cadere in peccatum includit omnia quæ donantur penitenti poſt commiſſa plura peccata, & addit aliquid aliud quod procedit ex maiori gratia, & manutenentia. Sanctus *S. Thom.* Doctor 1. p. quæſt. 20. artic. 4. ad 4. docet quod ſecū dum ſe innocētia eſt maius donum, quodammodo vero penitentia eſt maius. Similiter non facit contra hanc rationem parabola de filio Prodigo, aut de muliere quę perdidit Drachmam, quæ plus gaudet de drachma quam inuenit. Quia illud gaudium ſolum eſt reſtauratio triſtitiæ. Confirmat Autor prædicta autoritate Auguſt. dicentis. Omnia poſſibilia committi, non commiſſa, ſunt dimiſſa. Plures alias rationes alij cōgerunt, quas omnes adducit Buſtos in ſuo Mariali ſerm. 7. ſed iſta ſunt præcipue & efficaciores.

Vltimo probat Autor ſuam ſententiam aliquibus congruentijs. Nam congruum fuit vt aliqua pura creatura eſſet innocens ſicut Angeli. Secundo ſi aliquibus gratiam & gloriam, aliquibus ſanctificationem in vtero, conueniens fuit vt aliqui mereretur innocentiam. Simili ratione conueniens fuit vt Chriſtus de matre ſine patre naſceretur vt eſſet medium inter Adam ſine viro & fœmina, & Euam quæ ſine fœmina de viro formata eſt. Ad hunc modum Sanctus Thom. 1.p. quæſt. 23. artic. 5. ad 3. ponens reprobationis & prædeſtinationis in communi dari cauſam inquit. Fuiſſe conueniens aliquos elegiſſe alios vero reprobaſſe, vt eſſet manifeſtatio iuſtitiæ & bonitatis, eſſent quæ diuerſi gradus in mundo, qui requiruntur ad complementum vniuerſi. Et quæſt. 22. art. 4. in corpore, quærens an Deus imponat neceſſitatem rebus inquit. Aliquibus neceſſitatem imponit, aliquibus vero nō

quia

quia hoc expectat ad bonitatem vniuerſi vt in veniantur omnes gradus eſſendi, ergo cõueniens fuit vt Chriſtus Dominus naſceretur ſine originali & debito cõtrahendi illud. Beatiſsima vero Virgo ſine originali cum debito tamen contrahendi præuenta tamen gratia nõ contraxit. Multa ergo me tenét in hac ſententia. Tenet conſenſus populorum qui interna quadam inſpiratione hanc ſequuntur veritatem. Tenet miraculorum teſtimonium. Concilii Baſilienſis diffinitio, rationum probabilitas, Eccleſiæ Autoritas ſub nomine conceptionis feſtum inſtituentis. Quid ergo tam ingratum eſſe poteſt quã tot & tam apertis teſtimoniis velle contraire. Si ex hominibus eſſet conſilium hoc, diſſolueretur quidẽ ſed ſemper perſeuerat & indies hęc veritas magis lucet, ergo non ex hominibus ſed ex Deo eſt.

*Ad primum argumẽtũ.*

Ad primum argumentum, deſumptum ex locis ſacræ ſcripturæ, reſpondet Scotus eſſe intelligendas de lege & debito cum quo ſtat aliquam perſonã poſſe excipi ex priuilegio quia non omnes autoritates vniuerſales ſunt vniuerſaliter accipiendæ. Sufficit enim ad maximam partem referri. Sic Hieronym. ad

*Hierony. Solutio erudita & nota.*

Damaſum Papam, exponés illa verba Lucæ. 15. Fili tu ſemper mecum es omnia mea tua ſunt, inquit: Non omnia ſed multa eſſe intelligenda. Nam non omnia fuerunt populi Iudaici qui per filium illũ intelligitur. Similiter illud. Ioann. 10. Omnes qui venerunt ante me fures fuerunt & latrones. Philip. 2. Omnes quæ ſua ſunt quærunt nam conſt. aliquos fuiſſe iuſtos. Ad Euam. Geneſ. 3. dicitur. In dolore paries filios tuos Et tamen Beatiſsima Virgo ſine dolore peperit quæ veritas eſt de fide. Ad Adã dictũ eſt. In puluerem reuerteris. Et tamẽ Beatiſsima Virgo non fuit conuerſa in puluerem, imo poſt mortẽ in corpore & anima eſt aſſumpta in cælum. Quod late probat Auguſt. ſermone de aſſumptione, ergo quod 1. Cor. 15. dicitur. Omnes quidem reſurgemus, non vniuerſaliter accipiendum eſt, quia iam Maria ſurrexit & multa corpora ſanctorum ſurrexerunt cũ Chriſto. Math. 27. qui forſam iterum mortui non ſunt. 2. Paralip. 6. dicitur. Non eſt homo qui non peccet. Iacob. 3. In multis offendimus omnes. 1. Ioã. Si dixerimus quia peccatum non habemus ipſi nos ſeducimus. Et tamen iam ex Concilio Trident. Cõſtat. non habuiſſe veniale, Vniuerſaliter ad Moy-

*Exod. 33.*

ſem dictum eſt. Non videbit me homo & viuet, & tamen ſanctus Doctor 2. 2. quæſt. 175. art. 3. & 1. p. quæſt. 12. art 11. tenet Paulum vidiſſe diuinam eſſentiam, ergo ex mente D. Thom. eſt quod propoſitiones vniuerſales non vniuerſaliter accipiantur, ergo a prędictis propoſitionibus vniuerſalibus excipi poteſt Maria. In ſuper Paulus inquit. Per peccatum

*Iren. Theoph. S. Thom.*

mors: & tamen ad Hebr. 11. inquit. Fide Enoch tranſlatus eſt ne videret mortem. Ita Theophilatus. Œcumenius ſuper Paulum. Ireneus libro 4. capitul. 30. Tertulianus aduerſus Iudeos parum poſt principium Epiphanius aduerſus hæreſes quã ſententiã recipit S. Thom. 1. 2. q. 81. art. 3. ad primum vbi inquit. quod quamuis non fuerint mortui quia tamen in eis eſt reatus mortis ſufficit ad verificandum quod per peccatum introiuit mors. Igitur ſimiliter quia Maria fuit obnoxia peccato, ſufficit ad veritatem illarum propoſitionum quamuis nunquam fuerit ſub peccato. Firma apparet hæc doctrina ex Concilio Tridentino ſeſſ. 5 vbi aperte docetur Beatiſsimam Virginem non compræhendi ſub vniuerſali decreto de originali, Per oppoſitum. Particulares vniuerſaliter accipiuntur Dan. 12. multi de his qui dormierunt in terræ puluere euigilabunt. Ideſt 2. Solutiones ita S. Thom. in 4 diſt. 43. artic. 2.

*2. Solutio*

Secundo, Dico quod vbi excipitur filius excipitur mater, quia mulier ſub viro cõprehenditur. Geneſ. 1. vbi dicitur. Ad ſimilitudinem Dei fecit illum, includendo Euam ſubdit. Maſculum & fœminam fecit eos, ergo ſub ſimilitudine Adam intelligitur ſimilitudo Eue. Geneſ. 2. ad ſolum virum dictum eſt. Ex omni ligno paradiſi comede. Et tamen Geneſ. 3 dixit mulier. De fructu ligni quod eſt in medio paradiſi præcepit nobis Deus ne comederemus. Similiter non Rachel ſed Iacob adorauit Ioſeph in Egypto. Quod quidem eſt ſufficiens ad hoc quod adimpletum ſit ſomnium Ioſeph, qui vidit quod Sol, & Luna, ideſt. pater & mater adorabãt eũ Ita docet Chryſoſt. hom. 39. in Geneſim. Nec ignoro canonem ſcripturæ. Quod verba quæ ad literã non poſſunt cõuenire rei de qua eſt ſermo ſunt ſpiritualiter intelligenda. Vnde prædicta verba in Maria & Ioſeph qui Chriſtum adorauerũt ſunt etiã adimpleta. Iuxta illud Eliſabet Lucæ. 1. Benedicta tu inter mulieres & benedictus fructus ventris tui. Ideſt tu ex benedicto fructu ventris tui es benedicta & ſub benedictione fructus ventris tui comprehenderis. Quod ſub Virgine Chriſtus cõpræhẽdatur patet Geneſ. 3. Ipſa conteret caput tuum, ſed nõ contriuit niſi mediante prole ergo. Ita docet Ireneus libro 4. cap. 78. Cyprianus ad Quirinum c. 9. Chryſogol. ſer. 173. Hieronym. in quæſtionibus Hæbraic. 6. De ſumitur ratio ex Aug. ſer. de aſſumptione Virginis vbi inquit. Caro Chriſti caro eſt Mariæ, ergo tamen ũ quod ſub vno alter intelligatur.

*Chryſoſt.*

Ad cõcilia Reſpõdeo quod patiuntur eãdem interpretationem. Nã in Concilio Mileuitano damnatur error dicentium nos non contrahere originale ex Adam. Conſequenter non eſſe neceſſarium baptiſmum ad quod adducit Concilium illud Apoſtoli Rom. 5. Per vnum hominem mors. Quod ſolum Chriſtum excipiat ideo facit quia nullus alius infallibiter tãquã de fide eſt excipiendus. Non tamé determinat vt de fide quod nullus alius poſsit excipi.

Ad autoritates ſanctorum. Pater Corduba loco citato fol. 374 & 75. reſpõdet quod loquũtur quãtum ad debitum quia cõtraheret quãtam erat de ſe eodẽ modo reſpõdet Catherinus Sed neſcio an hoc ſit ad mentem eorum. Ideo dicendum videtur habuiſſe oppoſitam ſententiam ſolum per modum negationis. Ideſt nõ audebãt ante determinationem Eccleſiæ aliquem excipere. In quo apparet ingeniũ Scoti, qui iudicauit poſſe oppoſitum ſine errore ſuſtineri. Sic dicendo conſtat quomodo nunquã ſenſerint cõtra noſtrã ſententiã. Quia ſi viderent Eccleſiam approbare noſtram ſententiam ipſi quoque approbaſſent illam.

Ad primam rationem Dico quod Beatiſsima Virgo fuit naturaliter propagata ex Adam, ideo niſi gratia ex meritis Redemptoris eſſet præuenta, habuiſſet originale.

Ad 5. Dico quod Chriſtus Dominus noluit liberare matrem ſuam a penis corporalibus, quia hæc ſunt materia meriti. Bene vero ab originali, quod eſt malum omni carens bono.

Ad 6. in ordine. Dico quod indiguit Redemptore, quia vt dictum eſt ad primam rationem contraheret niſi eſſet gratia præuenta.

Ad 7. Dico quod non ingrederetur Cælum, de

que

quo latius quæſt. 7. dubio vltimo.

Ad 8. Dico quod ſanctificatio per gratiam, de qua modo eſt ſermo, multipliciter contingit. Aliquã do enim infunditur gratia homini exiſtenti in peccato. Aliquando nullo præcedente peccato vt cum communicata fuit gratia Adæ & Angelis, maxime ſi non ſunt a principio creati in gratia. Ad hunc modũ Beatiſsima Virgo fuit ſanctificata per gratiam cõcreatam ſimul cum illa, ante quam haberet originale.

Ad 9. Dico quod inter peccatum originale & iuſtitiam originalem datur medium nempe gratia iuſtificans, ideo quamuis non habeat iuſtitiam potuit eſſe ſine originali.

Ad vltimum dictum eſt quod habuit cauſam contrahendi originale de quo dubio ſequenti.

*Num Beatiſsima Virgo fuerit proprie redempta.*

EX noſtra ſententia & ex epiſtola Zozimi Papa quem refert Aug. epiſtola 157. ad Optatum vbi inquit. Nullus niſi qui peccati ſeruus eſt, liber efficitur, nec redemptus dici poteſt, niſi qui vere fuit ante per peccatũ captiuus. Sumitur ratio dubitandi. Nam cum Beatiſsima Virgo non fuerit captiua per peccatum, videtur quod non fuerit proprie redempta.

De hac re Caiet. Quot ſupra allegato c. 3. inquit quod omnes iſte propoſitiones ſunt concedende Chriſtus mortuus eſt pro Beata Virgine. 2. Beata Virgo eſt aliquo modo mortua morte peccati 3. Beata Virgo eſt reconciliata Deo per Chriſtum. 4. Beata Virgo eſt redempta per mortem Chriſti & non niſi per eius mortem habuit aditũ paradiſi. Quod probari poteſt ex illo. Roman. 3. omnes peccauerunt & egent gloria Dei. Roman. 5. Per vnum hominẽ peccatum in hunc mundum intrauit & per peccatum mors ita in omnes homines mors pertranſiit in quo omnes peccauerunt. Igitur Beatiſsima Virgo in quã mors pertranſiit peccatum quoque & captiuitas pertranſiit. Nam ſecundum Auguſt. libro 4. contra duas epiſtolas Pelagianorum in cap. 9. Pati mortem ſine meritis mortis de vno ſolo mediatore Catholica fides nouit. 5. Omnis homo redemptus a Chriſto fuit vere captiuus 6. Mors eſt pena peccati originalis. hoc ſuppoſito quæritur an indiguerit hec redẽptione quia peccauit in Adam, an vero poſsit ſtare vera redemptio ſine hoc quod dicamus quod peccauit in Adam. De hac re Chaterinus libro de peccato

Cather. originali c. vltimo, & libro de conceptione ad Synodum Tridentinum p. 2. c. 1. Galatinus libro 7. c. 10. & Viguerius in inſtitutionibus c. 18. § 5. negant Virginem peccaſſe in Adam. Quia cum dedit gratiam Adæ dedit hac lege vt pro Virgine nõ poſſet illam amittere aut ei ſuo peccato nocere. Sicut ſiquis vẽdens ancillam, aliquem filium exciperet ne ſeruus eſſet. Et quia hoc fuit ex meritis Chriſti præuiſis vtrũque ſtat ſimul & quod in Adam non peccauerit & quod per Chriſtum fuerit redempta quia niſi ex meritis Chriſti exciperetur originale contraheret.

Ad explicationem huius ſciendum quod Bernard. ſerm. 22. ſuper cantica tenet Angelos fuiſſe redemptos a Chriſto, quia ex gratia ſunt præſeruati ne caderent. De qua quæſtione agit Medina 3. p. q. 8. vbi tenet partem negatiuã. Ex quo conſtat quod duplex ſit redemptio. Alia præſeruatiua, alia liberatiua, quo pacto liberamur nos poſt quam contrahimus originale. Caietanus, contendit hanc redẽptionem præſeruatiuam ſolum poſſe verificari in Angelis & hoc videtur velle Zozimus.

Ad hoc Dico Beatiſsimam Virginem medio modo inter nos & Angelos redemptam fuiſſe. Nã nos redimimur poſt contractũ peccatum. Angeli in opinione Bernard. ante quam contraherent & haberẽt neceſſariam cauſam contrahendi, ſolum habuerunt arbitrium flexibile ad bonum & malum. Beatiſsima Virgo medio modo. Habendo enim cauſam contrahendi, quia naturaliter concepta, fuit præſeruata, ante quam contraheret, ſicut nos cõtrahimus. Ideo iuſtificatio Mariæ ex parte termini a quo fuit alterius rationis a iuſtificatione noſtra, non tamen ex parte termini ad quem. Et hoc ſufficit ad hoc quod vere dicatur redẽpta. Iuxta quod Geneſ. 32. legimus quod Iacob orabat dicens. Erue me de manu fratris mei Eſau. Et tamen non dum inciderat in manus eius. Et 1. Machab. 5. dixit Iudas ad Symonẽ Elige tibi viros & vade liberare fratres tuos in Galileã. Notandum autem quod illi non dum erant captiui, ſed tantum obſeſsi in quadam munitione ad quam confugerant. Zozimus autem ſolum remouet a nobis redemptionem præſeruatiuam Angelorum. Secũdo Dico quod hæc opinio Catherini abſoluta eſt falſa & aliquo modo non tuta. Quia ex illa ſequitur quod Beatiſsima Virgo fuerit redempta ſicut Angeli, ſola præſeruatione, & quod nec in ſe contraxerit originale, nec in parentibus vllo modo fuerit obnoxia culpæ. Sequela periculoſa, Paulo videtur contraria, quia ſiquis ſe ipſum venderet hac lege & conditione vt filius ſuus non eſſet ſeruus nullomodo talis filius poſſet dici ſeruus. Quia quando erat liber nullomodo filius dici potuit ſeruus. Quando autem celebratus fuit contractus, iam filius erat liber, nam hac lege fuit celebratus vt filius maneret liber. Ergo ſi ita fuit de Beatiſsima Virgine ſequitur quod Beatiſsima Virgo non indiguit Chriſto Redemptore a captiuitate ſed mediatore ad exceptionem illam quæ præceſsit captiuitatem. Secundo ſequitur quod Adam ſolum ſecundum eſſe naturale, non ſecundũ eſſe morale fuerit principium Virginis quod omnino falſum eſt. Tertio ſequitur quod mors Virginis non fuit pœna peccati Adæ, quod eſt abſurdum, nã tunc fruſtra mereretur, nam non fuit mortua pro noſtra redemptione vt mortuus fuit Chriſtus, nec in ſatisfactionem ſui peccati, quia illud non habuit ed quid ergo mortua fuit? omnia ergo falſa contra Paulum & citatum Auguſt. eſſe videntur. Vltimo dico nõ proprie dici quod Beatiſsima Virgo fuerit mũdata a peccato, quia denotat quod præceſſerit actualis immunditia, ſed quod fuerit præſeruata, & præſeruatione redempta: hoc enim eſt proprium vocabulum explicans modum ſuæ redemptionis. Eadem ratione forſan non debet dici mortua morte peccati quia mors eſt actualis priuatio vitæ, quæ nullomodo in Virgine fuit, quamuis præceſſerit cauſa mortis nempe naturalis modus conceptionis. Exemplũ. Quãuis parentes alicuius haberent aliquã contagioſam infirmitatẽ, quam neceſſario contraheret filius, niſi præſeruaretur, & reuera ratione illius moreretur ſi tamen reciperet remedium contra mortem, non recte diceretur mortuus ex ſola cauſa mortis, quia ante mortem habuit cauſam vitæ.

*Num Beatiſsima Virgo fuerit a debito præſeruata.*

Ex

EX noſtra ſententia ſequi videtur quod Beatiſſima Virgo fuerit adebito præſeruata, nam vt ſuppono potuit præſeruari, & debuit præſeruari, quia hoc ponit excellentiam in Virgine, ergo fuit præſeruata. Sic enim probatur pars affirmatiua aliarum quæſtionum. Secundo etiã ſi Adã non peccaret, Chriſtus aſſumeret naturã, ergo ante omnẽ præuiſionem peccati, fuit præuiſa vt mater Chriſti. Ratio maternitatis, fuit ratio præſeruationis, ergo fuit præſeruata ante rationem peccati.

Dico nos non contrahere originale ex Adã, ſolũ quia in ipſo fuimus contẽti tanquã filii, quia hæc ratio ſola, cũ naturalis ſit, nil morale continens, nullo modo ſufficeret ad contrahendũ peccatũ originale. Vnde oportuit, Adã ſpeciali lege gratiã capitis accipere pro ſe & filiis ſuis, & in eius volũtate quaſi aliorũ voluntates conſtitui. Hæc duo ſimul, ad contrahendũ originale requiruntur. Vnde Scotus in 2. d. 31. *Scot.* diffiniendo originale inquit. Eſt carentia iuſtitiæ originalis debitæ, & non qualiter cunque debitæ, ſed debitæ quia acceptæ in primo parente & in ipſo amiſſæ. Potuiſſet ergo Deus Virginẽ creare ſine patre & matre, aut de matre ſine patre, & tunc nõ cõtraheret, quia vnum ex duobus requiſitis ad contrahendum deeſſet. Sed hoc non decuit, quia aut eſſet turbare ordinem naturæ, aut prærogatiuam propriã *Col. 1.* Chriſti alii cõmunicare, quod non fuit cõueniens vt in omnibus eſſet Chriſtus primatum tenens. Ideo quantũ ad naturã cõueniens fuit vt ab vno Adamo naturaliter deſcenderet. Potuiſſet etiã Adamo gratiam dare, hac conditione vt ſub illa lege omnes filii Adæ Virgine dẽpta cõpræhenderentur. Et tunc Adamo peccante Beatiſſima Virgo non cõtraheret originale, imo nec debitũ, quia ex ſuppoſitione nil Adam pro illa amiſit. Sed nec hoc decuit, quia vnicuique ſecundum naturã ſuã lex ponitur. Adam erat caput totius naturæ, ergo lex moralis debuit eſſe pro omnibus filiis ſuis, & nullus filius naturalis debuit excipi. Vnde volens Deus, ne Chriſtus contraheret originale nec debitum, fecit ne eſſet naturalis filius Adæ. Igitur ſtante naturali modo generationis, neceſſe fuit originale contrahere, aut ſaltem debitũ. Conſequens eſt quod poſitio illa ponens ſemem reſeruatum, ſit inſufficiens ad excipiendũ Virginem ab originali, nam illo poſito, ſtant requiſita ad contrahendũ originale, quia non ex infectione ſeminis, ſed ex modo naturalis propagationis contrahitur originale. Suadetur veritas ex his quæ in Chriſto videmus. Volens enim Deus, illum non ſolũ ab originali ſed a debito liberare, mirabiliter voluit cõcipi. Ex quo apparet quod naturaliter concipi & debitum cõtrahere, conſequenter ſe habeant. Beatiſſima Virgo de facto cõtraheret, niſi ex ſpeciali priuilegio eſſet præuenta. Vnde, ſaltem quia naturalis filia Adæ, contraxit debitum.

Ad primum patet ex dictis. Ad ſecundum, Dico quod fuit præuiſa, vt filia Adæ, ideo cõtraxit debitum.

## QVAESTIO III.

## De qualitate huius veritatis.

### *Num hæc veritas ſit antiqua.*

*Galatin.* HVius veritatis antiquitas diligenter indagatur a Galatino libro 7. de Archanis. capit. 4. vbi probat eſſe a tempore ſynagogæ. Nam Iudei pro certo habebãt Matrem Meſſiæ futuram eſſe ſine macula originali, & cap. 5. inquit. Quod hæc veritas eſt a tempore Apoſtolorum citat Beatum Andream *Andream* dicentem ad Egeam. Quoniam de immaculata terra factus fuerat homo primus, qui per lignum præuaricationis mũdo mortem intulerat, neceſſario (id eſt conueniens) de immaculata Virgine natus eſt perfectus homo. Hanc ſententiam tenuit beatus Dominicus inclytus fundator ordinis Prædicatorũ, imo *Dominic.* Mahometus. Ex quo quamuis non cõprobatur veritas, comprobatur tamen antiquitas. Eccleſia Græca ante mille annos celebrauit feſtum conceptionis ita Galatinus & Corduba q. 44. fol. 360. col. 1. in *Cordub.* principio, qui citat ad hoc Anſelmum. Dyonyſius Carthuſianus ſermone 1. ſuper epiſtolam huius feſti, & ſerm. 2. ſuper Euangelium dicit fuiſſe inſtitutum feſtum ſub nomine conceptionis a quodam Monacho ſancti Benedicti anno domini 846. Quod inceperit celebrari a tempore Bernardi, Conſtat ex epiſtola eius ad Canonicos Lugduni, ergo nõ eſt veritas noua a tempore Scoti. Tunc ſic Si eſt veritas antiqua a tempore Apoſtolorum habeo intentum. Si non, mirum eſt quomodo veritas noua præualeat contra ſententiam antiquorum ergo antiqua eſt, vel a Deo nuper inſpirata.

### *Num conuenienter occultata fuerit tot diebus.*

QVia nobis obiicit Caietanus quod noſtra ſententia ſit modernorum doctorum, ſua antiquorum, oportet oſtendere quare Deus nõ ita aperte antiquis hanc veritatem reuelauerit. Ratio huius deſumitur ex Hugone libro 2. de Sacramentis p. 6. c. 4. vbi inquit. Recta ratio nunquam *Hugo.* patitur ſubitas mutationes, & in l. Rebus nouis ff de conſtitutionibus principum dicitur. In rebus nouis conſtituendis euidens neceſſitas eſſe debet vt receditur ab eo iure quod diu equum viſum eſt. Cum ergo non eſſet euidens neceſſitas reuelandi hanc veritatem, & vniuerſaliter dictum ſit. Omnes in Adam peccauerunt iuſte veritas quæ ſemper vt pia & probabilis habita eſt, fuit occultata. ipſi namque Principes, Reges, ac Monarchæ, quæ in totius Regni vtiles leges eſſe vident publico promulgant edicto. Priuatas vero leges ſeu priuilegia quæ priuatis, ipſis quæ dilectiſſimis concedunt. Non publico edicto præcedente precone quo pacto Pharao honorauit Ioſeph, promulgant Sed in ſecreto his quos diligunt concedunt quia non pro ipſis ſed pro omnibus aliis leges penales conſtituunt quas a principio in manifeſto diſpenſare nolunt. Congruit illud de conſecratione d. 3. cap. Noſſe vos. Vbi propter reuelationem *De conſecrat.* Hermetis determinauit ſummus Pontifex paſcha eſſe celebrandum die Dominico, & ſubiungit quod antea eadem die celebrabatur quamuis nõnulli dubitarent an tali die eſſet celebrandũ. Et in fine illius capituli inquit ſummus Pontifex. Non debent mẽbra diſcedere a capite, ergo cum hæc veritas ſemper fuerit probabilis, & pia, ſaltem poſt nouas reuelationes & miracula. Poſt approbationem Eccleſiæ nullus diſcedere deberet a capite, id eſt ab eo quod iam permittit Eccleſia, ſcilicet vt habeatur vt pia.

Secundo. Hæc veritas non eſt de neceſſariis ad ſalutẽ, & Deus reuelauit primitiuæ Eccleſiæ alia maiora & principaliora. Conuenienter igitur diſtulit reuelare hanc veritatem, vt Mariæ deuoti nouis reuelationibus in deuotionem Virginis inflammarẽtur: hæc ratio habetur in reuelationibus ſanctæ Brigitæ cui Beatiſsima Virgo dixit. Scito quod mea conceptio non omnibus fuit nota, quia placuit Deo quod amici mei pie dubitarent de conceptione mea, vt quilibet zelum ſuum oſtenderet, donec veritas tempore ordinato clareſceret. Refert & adducit Buſtos in ſuo Mariali ſerm. 7. de cõceptione p. 1. ad finẽ, nõ ergo inſultet Caietanus dicens, Noſtram opinionẽ eſſe nouam. Eſt enim antiquiſsima iuſta de cauſa occultata.

*Num hæc veritas ſit de fide.*

EX principali quæſtione oritur præſens dubiũ. Pars affirmatiua probatur ex hoc quod iſta veritas dicitur fuiſſe diffinita in Concilio Baſilieñ cuius acta approbauerunt Eugenius 4. & Nicolaus 5. ergo eſt de fide, quia celebrando hoc feſtum canonizauit ſummus Pontifex hanc veritatem, & maximam eius certitudinem declarauit.

Almayn. De dubio hoc Almaynus de Poteſtate Eccleſiæ cap. 16. opinatur pertinere ad fidem quod Beatiſsima Virgo fuerit concepta ſine originali. Clythoueus ſuper Damaſc. cap. 2. dicit contrariam opinionem eſſe impiam & contra diffinitionem Eccleſiæ. Titelmanus Ioann. 2. dicit contrariam opinionem non poſſe ſine impietate & pertinatia ſuſtineri. Sed hoc abſolute verum eſſe non poteſt, quia ſummi Pontifices declararunt vtranque opinionem poſſe ſuſtineri, & neutram eſſe de fide. Sumendo pietatem minus pro pia affectione, dici poſſet quod ex pia affectione ad Virginem omiſſo. D. Thoma, deberet iam hæc veritas recipi ab omnibus. Si enim illã defenderet D. Thom. ex pietate ad illum diſcipuli eius illam defenderent. Ergo ex pietate ad illum & negatione huius pietatis ad Virginem tenent diſcipuli D. Tho. fuiſſe conceptam in originali. Sic pie explicari poteſt Titelmanus & Clythoueus. Alii negabũt

Ad hoc ergo dubiũ reſpondeo quod neutra pars eſt de fide. Ita eſſe conſtat ex Syxto 4. & Pio 5. qui dicunt quod neutra pars eſt hæretica ſequitur igitur manifeſte quod nulla eſt de fide. Ratio eſt, quia licet illud Concilium fuerit legitime congregatum, non tamen fuit continuatum autoritate Pontificis. Et hæc veritas fuit diffinita quando deerat autoritas ſummi Pontificis. Ad primum Dico quod hoc Concilium non fuit approbatũ quo ad omnes eius partes. Ad 2. Dico quod ipſemet Pontifex, qui hoc feſtum approbauit, declarat ſe ſolum approbare noſtram ſententiam vt magis piam, vnde conſtat non eſſe vulgarium hominum.

*Num hæc veritas poſsit eſſe de fide.*

SIcut præcedentes dixerunt eſſe de fide, ſic fuerunt alii qui dixerunt nullomodo poſſe eſſe de fide, ita Caiet. tractatu de conceptione ad Leonem decimum vbi inquit quod ſi aliquid diffiniretur eſſet quod contraxit originale. Eandem ſententiam ſequitur Cano lib. 4. de locis c. 4. 7. de locis c. 3. conclusione 4. & lib. 12. c. 12. Metina 3. p. q. 27. art. 4. dubio 1. poſt ſecundã cõcluſionem. Ratio huius eſt nam ad diffiniendã hanc veritatem, nec ſunt ſcripturæ, nec miracula euidenter facta corã Eccleſia, ergo hæc veritas non eſt diffinibilis vt de fide tenet

Caiet.

Cano.

conſequentia quia non eſt alia via ad diffiniendas veritates fidei. Si dixeris quod eſt alia via nempe traditio. Occurrit Cano dicens. Non eſſe talem traditionem. Quia traditio eſt doctrina a Chriſto tradita voce tenus ad nos per Apoſtolos & Epiſcopos eorum ſucceſſores, de ore in os, ſine ſcripto transfuſa. hæc veritas non eſt ſic transfuſa, ergo non eſt huiuſmodi traditio. Quod non ſit ſcripturæ probatur. Quia omnes autoritates ſcripturæ ſonare videntur contrarium. Quod non ſint miracula patet quia quę facta fuiſſe perhibentur, ſunt dubia & viro fideli debent eſſe ſuſpecta. Quia Angelus Sathanæ transfert ſe in Angelum lucis faciens miracula quæ facturus eſt Antichriſtus.

Secundo miracula quæ fiunt in canonizatione ſanctorum non ſufficiunt, quia innituntur humano teſtimonio ergo quamuis more humano ſint vera non poſſunt facere rem certam de fide. Confirmatur nam Petrus, voce cæleſti audita in transfiguratione vtens tanquam humano teſtimonio inquit. Habemus firmiorem Propheticum ſermonem. Vbi ſignificauit quod non vti debemus humano teſtimonio ſed Prophetiæ reuelata.

Oppoſitam ſententiam defendit Corduba lib. 1. q. 44 Catherinus tractatu de conceptione lib. 2. teſtimonio 7. referendo reuelationes & Cõcliũ Baſilienſe qui hoc eſſe difinibile iudicarunt. Conueniunt iſti Doctores in hoc quod aliqua via extraordinaria bene poſſet Deus manifeſtare hanc veritatẽ, vt eſſet certa de fide alias inuolueret contradictionẽ, quod nemo ſane mentis dicere poteſt. Sed dubium eſt an via ordinaria ſit diffinibile. Hoc modo Autores primæ ſententiæ dicunt negatiue. Quia Eccleſia quæ nunc eſt non accipit nouas reuelationes ſed vtitur antiquis: omnia autem neceſſaria Eccleſiæ, pertinẽtia ad fidem, tradita ſunt Apoſtolis in die Pẽtecoſtes iuxta illud Ioann 15. Spiritus qui a Patre procedit docebit vos omnem veritatem. Hęc autem habẽtur in ſcriptura vel per traditionẽ. Sed iſta veritas non habetur in ſcriptura nec per traditionem ergo.

Corduba

Cather.

e. Conſiderandũ, quod traditiones aliæ ſunt adeo claræ & manifeſtæ vt de eis nunquam fuerit dubitatum, vt pote Virginitas Beatiſsimæ Virginis, quod Euchariſtia quotidie celebretur. Aliæ ſunt de quibus aliquando fuit dubitatum, ideo ad tollendam dubitationem neceſſaria fuit determinatio ſummi Pontificis. Huiuſmodi eſt feſtiuitas Paſchæ in die Dominico, de qua fuit dubitatum. Multi etiam libri Canonici non obtinuerunt autoritatem ſine determinatione ſummi Pontificis. Quia de multis, multi viri docti dubitarũt an eſſent Canonici. Dubitatum nam quę eſt an epiſtola ad Hebr. eſſet Pauli. De libro Sapientię an eſſet Philonis.

Hoc ſuppoſito dico quod hæc veritas poteſt diffiniri vt de fide, nam dubium erat an Sacramentalis confeſsio neceſſario ante Euchariſtiam eſſet præmittenda, an vero ſufficeret interior contritio & examinatio conſcientiæ. Hoc ſecundum exiſtimabat Panormitanus de celebratione Miſſarum cap. de homine. Richard. in 4. d. 17. art. 3. q. 6. Adrianus de confeſsione q. 5. Caietanus 3 p. q. 80. art. 4. in ſumma verbo Communio. Nunc autem in Concilio Tridentino ſeſſ. 13. cap. 7. expreſſe diffinitur quod debeat præcedere Sacramentalis confeſsio & inducit concilium verba Pauli 1. Cor. 11. Probet autem ſe ipſum homo: Si ergo in his verbis cognoſcit Concilium latere, hanc veritatem de qua dubitatum eſt. Poterit etiam concilium ex illis verbis Lu-

cæ 1. Aue gratia plena Dominus tecum benedicta tu in mulieribus, deducere hanc veritatem. Nã iſta ve ritas eſt ſuper naturalis. Prouocat ad deuotionem matris & filii & ſic moralis eſt vel ad mores ordinem dicit. Secundo Iacob 3. dicitur. In multis offendimus omnes. Iuxta quod, multi ſancti vt infra videbimus poſuerunt veniale in Virgine, & tamen Concilium Tridentinum ſeſſ. 6. can. 23. dicit, veniale nõ fuiſſe in Virgine ad quod diffiniendũ non erat ſcriptura clara, nec traditio indubitata, aliter nunquam ſancti & viri doctiſſimi ſine errore affirmarent oppoſitum. Conſequens igitur eſt hoc eſſe diffinibile, & quod ad hoc diffiniendum ſufficiat traditio obſcura. Nam ſi eſt traditio clara ſine diffinitione eſt de fide. Si igitur ſufficit traditio, de qua aliquando eſt dubitatum. Et ex Galatino habemus, quod hæc veritas eſt antiqua a tempore Synagogæ & Apoſtolorum, ſequitur quod noua reuelatione aut aſſiſtentia Spiritus ſancti poterit ſummus Pontifex diffinire hanc veritatem. Hoc modo habetur veritas Paſchatis in die Dominico, de conſecratione. d. 3. c. noſſe vos, vbi inquit Summus Pontifex. Noſſe vos volumus quod Paſcha Domini die Dominico annuis tẽporibus ſit celebrandũ. Iſtis enim temporibus Hermes Doctor fidei & ſcripturæ effulſit inter nos, & licet nos idẽ Paſcha præ dicto die celebraremus, quia tamen inde quidam dubitabant ad corroborandas animas eorum, eidem Hermeti, Angelus Domini apparuit in habitu paſtoris, & præcepit ei vt Paſcha Domini die Dominico ab omnibus celebraretur vnde & nos Apoſtolica authoritate inſtituimus omnes eadẽ ſeruare debere. Quia & nos ſeruamus. Nec debetis a capite non quomodo diſcedere. Ergo ſi antea de hoc dubitabatur & ex noua reuelatione hoc fuit determinatum poterit hæc veritas determinari. *Hermes.*

3. De Epiſtola Iudæ de qua dubitatum eſt an eſſet canonica inquit Hierony. Quod vetuſtate & vſu meruit inter ſcripturas ſacras haberi, ergo cum iam iſta veritas recipiatur ab omnibus, ſequitur quod aliquo tempore poterit eſſe ita antiqua quod ſummus Pontifex poſſit illam diffinire vt de fide. Vltimo ſi iſta veritas non habetur per traditionem quæro an facta ſint miracula & reuelationes quæ referuntur. Si facta ſunt ergo iſta veritas poteſt eſſe certa eadẽ certitudine qua canonizatio ſanctorum ergo negare hanc veritatem vel erit hæreſis vel ſapiet hæreſim de quo expoſitores S Tho 2. 2æ q. 1. art. 10. Corduba lib. 4. q. 12. ergo ſequitur quod poſt huiuſmodi determinationem, non poterit ſummus Pontifex diffinire fuiſſe conceptã in originali. Quia verũ non contrariatur vero. Male ergo dixit Caiet. quod ſi aliquid diffiniretur eſſet, fuiſſe conceptam in originali. Si negas miracula quæro vnde ſcis eſſe falſa potius quam cætera miracula quæ quotidie fiunt & videntur in Eccleſia. Secundo quæro an ſit interna illuminatio. Si hoc concedis ergo cũ hæc veritas fuerit antiqua poterit a ſummo Põtifice diffiniri. Si omnia negas contentioſe. Arguo cũ Aug. 22. de ciuitate Dei. c. 5. Si iſta miracula eſſe non credunt, hoc vnum nobis grande miraculum ſufficit, quod iam terrarũ orbis ſine vllis miraculis credidit. *Caiet.*

Ad primum argumentum, patet ex dictis.

Ad 2. Dico quod diffinitio Sũmi Pontificis nõ ſolũ innititur teſtimonio humano quod requiritur ad hoc quod Sũmus Pontifex faciat quod in ſe eſt ſed innititur illuminationi ſeu motioni Spiritus ſancti.

Ad confir. Dico Petrum infallibiliter cognouiſſe illam vocem eſſe diuinam & infallibilem, alias eo dem modo poſſent dubitare Prophetæ, ſed quia iudei non recipiebant teſtimonium Apoſtolorum, & recipiebant Prophetas dixit. Habemus firmiorẽ propheticum ſermonem, ita explicat ſanctus Thomas ſuper illum locum.

## QVAESTIO IIII.

## De quantitate gratiæ Mariæ.

### *Num Beatiſſima Virgo habuerit ſummam gratiam.*

De propoſito dubio Seraphicus Bonauent. in 1. d. 44. exponendo literam Magiſtri inquit: Quod habuit tantã gratiæ plenitudinẽ quod nõ poterat plus recipere. Et in ſpeculo Mariæ c. 5. inquit. Immẽſa fuit gratia, qua ipſa fuit plena De ſumpſit ex Epiphanio oratione de laudibus Virginis vbi inquit. Quod gratia ſanctiſſimæ Virginis eſt immẽſa. Damaſc. orat. 2. de aſſumptione vocat eã gratiæ Abiſſum, Abiſſus autẽ quandã immenſitate ſignificat. Hoc ipſum docere videtur Antoninus de Florẽtia 4 p. titulo 15. c. 11. ante medium. Videtur eſſe Hieronimi ſerm. de aſſumptione vbi inquit. Cæteris virginibus datur gratia per partes Mariæ vero tota ſe infudit plenitudo gratiæ. Colligitur ex illo Lucæ 1. Aue gratia plena item ex illo Eccleſ. 24. In me omnis gratia vitæ & veritatis. *Bonauent.* *Epiphan.*

2. Sic. Potuit eſſe iſta ſumma gratia, & fuiſſe, eſt excellentia Virginis ergo ſumma ponenda eſt conſequentia patet, quia quod poſſibile & decens eſt, ponimus in Virgine. Antecedens probatur ex Auguſt. qui reſpondens ad obiecta Pelagianorũ inquit. Nec illud nimiſ non an fuerint aliqui, vel eſſe potuerint qui perfectã, vt nihil addendũ eſſet charitatem habuerint. Ergo partem affirmatiuam non reputat, Aug. impoſſibilem aut omnino improbabilem. *Aug.*

Concluſio. Beatiſſima Virgo nõ habuit ſummã gratiã. Ita Scotus infra d. 13. q. 1. art. 3. vbi tenendo poſſe creari gratiam equalem gratiæ Chriſti clare docet nõ fuiſſe creatam aliquã gratiã equalem. Quia eſſent duo capita. Sicut autem membrum non debet adequare ſuũ caput. Nec pars totũ. Nec mediũ bonitatẽ ſui finis. Nec concluſio euidentiam ſui principii ita non decuit vt gratia Mariæ eſſet ſumma ſicut gratia Chriſti. De modo augmenti & merito Virginis poſtea erit ſermo. Hic ſolũ dicimus nõ habuiſſe ſummã quã habuit Chriſtus. Fuit tamẽ maxima propter propinquitatẽ eius ad Chriſtum: iuxta quod inquit Laurẽtius Iuſtinianus ſerm. de aſſumptione virginis. Tãto dignitate cæteris eſt effecta excellentior, quãto propinquior erat Verbo. Huius gratiæ quantitatẽ nec cor concipere, nec lingua valet exprimere. S. Th. 3. p. q. 7. art. 10. inquit, fuiſſe gratiæ plenitudinẽ, maternitati Dei proportionatam. Nil amplius nec maius dici poteſt. *Scot.* 3

Ad Primũ Dico quod In Chriſto fuit plenitudo ſummæ & ſuper eminentis gratiæ, qua maior nequit intelligi. In Virgine fuit plenitudo prerogatiuæ ſpecialis vt digne poſſet cõcipere ſaluatorẽ, ad quod nihil ſibi defuit. Quemadmodũ in homine eſt plenitudo caloris quãdo habet totũ calorẽ ſibi neceſſariũ, quã uis non habeat calorem ignis. In ſuper alia datur ſermo ſapientiæ, alii interpretatio ſermonum. Maria omnes huiuſmodi gratias habuit & huc vult Hieronym. Athanaſius quoque qui ſermone quodam

inquit. Spiritus Sanctus in Virginem deſcendit cum omnibus virtutibus ſuis eſſentialibus, imbuens eam gratia vt in omnibus eſſet gratioſa.

Ad 2. Dico quod in Virgine non ponimus omne bonum poſſibile, ſed poſſibile & conueniens. Summam autem gratiam ponere conueniens non fuit vt diſtinctum eſt in corpore huius dubij.

*Num a tempore conceptionis filij ſui habuerit ſummam quam habitura erat.*

SVpponendo non habuiſſe ſummam gratiam quia hoc Christi Domini fuit proprium, quærimus modo, an illam ſummam quam habitura erat per merita propria in fine vitæ ſuæ, habuerit tempore conceptionis filij ſui, quæſtio etiam ſupponit Beatiſſimam Virginem a principio ſuæ conceptionis non habuiſſe ſummam illam gratiam quam poſtea habuit per merita ſua. Nam Christi Domini fuit proprium habere ab inſtanti conceptionis omnem gratiam quam habiturus erat in fine vitæ. Et hoc, quia beatus. Secundo quia vnigenitus Dei filius. Ideo ex vtroque horum capite debuit ſtatim omnem & ſummam perfectionem habere. Beatiſſima Virgo, nec beata erat, nec ad perſonale eſſe filii Dei eleuata ideo pauletim profecit, & ſicut aurora ſurrexit. Nihilominus dubitatur an a tempore conceptionis filij habuit ſummam illam quam poſtea erat habitura.

*Almain.* De hac re Almaynus hac d.q.2.not.2.inquit quod in conceptione filii, quando ſecundo fuit ſanctificata, totam recepit gratiam quam poſtea erat habitura, alias mentitus fuiſſet Angelus dicens. Aue gratia plena. videtur eſſe ſententia D.Thom.3.p.q.27.art.5.ad 2. vbi inquit. Gratiam Virginis in conceptione filii fuiſſe conſummatam, Quod antea docuiſſe videtur Alexander, quem ſequitur Richard. hac d.art.1.q.4. qui docet Beatiſſimam Virginem poſt conceptionem filii fuiſſe impeccabilem quia erat in ſtatu plene gratiæ.

Ratione probatur hæc ſententia, nam vt inquit Auguſt. in rebus per tempus ortis ſumma gratia fuit vt Deus eſſet homo, & homo Deus, ergo ad hoc quod aliqua mulier eſſet Dei mater, ſumma gratia inuenienda in creatura pura, fuit requiſita.

2. Potuit in conceptione filii. cum ſuperuenit in illam Spiritus ſanctus. habere actum intenſiſsimum, ergo ſi habitus gratiæ non augetur niſi per actum intenſiorem, & non apparet quando poſtea habuerit actum intenſiorem, ſequitur quod tunc habuit ſummam gratiam.

*Scot.* In hoc dubio, dubius manet Scotus in 4.d.4.q.6 ad primum vbi docens quod iuſtificati debeant ſuſcipere baptiſmum, loquendo de Beatiſſima Virgine inquit. Niſi forte ipſa ſit excepta ab illa lege. Et dato fuiſſet ratio diſpenſandi, quia forte habuit in conceptione filii ſui illam plenitudinem gratiæ ad quam Deus diſpoſuit peruenire.

Oppoſita ſententia videtur probabilior. Ratio eſt. quia Beatiſſima Virgo erat viatrix & non poſſe amplius mereri proprium eſt exiſtentis in termino, hanc docet Durand. hac d.q.4 vbi inquit, Beatiſſimam Virginem poſt conceptionem filii potuiſſe mereri, quia erat viatrix. vbi non ſolum intelligit quod meruerit ſicut Chriſtus, qui nobis merebatur & nouis titulis faciebat ſibi debitum, quod iam habebat. ſed quod reuera merebatur nouum augmentum gratiæ. Hanc ſententiam docet ſeraphicus Bonauent. *Durand.* *Bonau.*

libro de ſpeculo Mariæ cap.9. & 11. Sotus in 4.d.1.art.2. Vega libro 10. ſuper Concilio Tridentino cap.8. Eleganter docet, hoc Rupp. libro 6. in Cantica dicens. Beatiſſimam Virginem in prima ſanctificatione fuiſſe veluti Lunam, in filii conceptione vt Lunam, in morte vt Solem quibus verbis diuerſa incrementa virtutis Virginis inſinuat. Præter rationem aſsignatam eſt alia ratio. Nam ex oppoſita ſententia aperitur via dicendi quod Angelis data fuerit gratia ex meritis præuiſis. Cuius oppoſitum docet Scotus cum Doctoribus in 2. diſtin.5. *Sot.*

Ad alios Doctores, vno dempto Almayno Dico quod intelligunt de conſummata gratia requiſita ad maternitatem & ad concipiendum filium.

Ad primam rationem Dico, quod ſicut poſt conceptionem filii non habuit plenitudinem ſcientiæ, nam requirebat illam inter amicos & notos, ita nimirum quod non habuerit ſummam gratiam quam poſtea erat habitura.

Ad 2. Dico. Probabiliſsimum eſſe quorumque opera meritoria mereri augmentum gratiæ. Secundo dico, quod ſi beatius eſt concipere Deum mente quam ventre, nimirum quod in aduentu Spiritus ſancti, in die Pentecoſtes, fortius fuerit impulſa & mota quam in conceptione. Apoſtoli enim plus gratiæ acceperunt in aduentu Spiritus ſancti quam præſentia Saluatoris. Nil ergo mirum quod idem dicamus de Beatiſsima Virgine.

*Num ab inſtanti conceptionis Angelos gratia ſuperauerit.*

HAbito quod in conceptione filii non habuerit ſummam quam erat habitura in fine, reuertimur ad inſtans conceptionis comparando minimum gradum gratiæ Virginis, cum ſupremo gradu ſupremæ creaturæ vt hinc innoteſcat quantitas gratiæ Mariæ poſt infinita merita, quæ toto tempore vitæ ſuæ exibuit. In qua quæſtione non ſimplex ſed multiplex poteſt eſſe comparatio. Poſſumus namque comparare ſtatum gloriæ huius Sacratiſsimæ Virginis, cum gloria Angelorum, & tunc certum eſt quod ſuperat Angelos. Nam canit Eccleſia. Exaltata es ſuper choros Angelorum ad cæleſtia regna. Secundo comparari poteſt gratia Virginis in ſecunda ſanctificatione, cum gratia Angelorum. Et tunc etiam certum eſt quod maior fuit gratia Virginis quam gratia Angelorum, quia mediante illa gratia fuit digna mater Dei. Maternitas autem vt docet S.Thom.1.p.q.25.art.6.ad 4. dicit quandam infinitatem. Iuxta quod inquit Bernard. Priuilegia Virgini conceſſa, non ſolum hominibus, ſed Angelis etiam ſunt admiranda. Chryſoſtom. etiam ſermone qui habetur 4. die infra octauam natiuitatis. Quid nam illa ſanctius. Non Prophetæ non Apoſtoli, non Martyres, non Patriarchæ, non Angeli, non throni, non dominationes, non Seraphim, non Cherubim, non denique aliud quid pium inter creatas res viſibiles aut inuiſibiles, ergo admitimus in ſecunda ſanctificatione Angelis ſanctior fuit.

Dubium ergo eſt an ſi ſtatim poſt inſtans conceptionis decederet ſine vllis aliis meritis ſubſequentibus, ſuperaret Angelos gloria, ad quam iam erat accepta. De hac re prima ſententia negatiua eſt Caietani.3.p.q.27.art.5. ratio eſt quia gratia Angelorum erat gratia exiſtentis in termino gratia autem termini excedit gratiam exiſtentis in via quia terminus dicit quodam complementum & perfectionem. *Caietan.*

Secundo ſi aliqua eſſet ratio quare haberet maio

rem gratiam, maxime quia magis appropinquabat Chriſto, ſed hoc non. Probatur minor, quia ſolum appropinquabat ſecundũ humanitatẽ, ſed Angeli appropinquabant ſecundum diuinitatem ergo minor erat gratia virginis quam gratia Angelorum.

Pro hac ſententia facit illud Math. 11. Qui minor eſt in regno cælorum maior eſt illo. vbi Hierony. Omnis ſanctus qui iam eſt cum Deo, maior eſt quolibet Iuſto, qui ad huc eſt in prælio. Quæſt. hæc maxime pendet ex illa an habitus viatoris augeatur in patria, negatiuam partem ſequitur. *Almain.* Almainus in 3. d. 31. q. vnica dubio 3. Quia cum extra viam non ſit meritum non videtur vnde poſsit augeri in genere qualitatis & habitus. Oppoſitum videntur habere expoſitores S. Thom. 2. 2. queſt. 24. artic. 7. Dicendo cum Scoto in 4. d. 21. q. 1. ante argumenta principalia, quod gratia non augetur per actus remiſſos meretur tamen augmentum quod datur in alia vita, ſatis manifeſtum eſt quomodo augeatur in alia vita. Tenendo cum expoſitoribus S. Tho. loco allegato quod non augetur difficultatem habet argumentũ Almaini. *Scot.* Scotus noſter infra d. 31. ad primum principale hanc queſtionem ſub dubio relinquit. Sed in 2. d. 5. ad finem corporis, clare tenet quod equalis habitus eſſe poteſt in via & in patria.

Quidquid ſit de habitu, quantum ad actum certũ eſſe debet quod actus dilectionis in via non eſt equalis actui dilectionis comprehenſoris. Ratio eſt, quia actus volantatis pendet ex actibus intellectus, ergo in præſentia obiecti fortius mouetur voluntas idem in præſentia Dei clare viſi transformat ſe anima in deum. Ita Scot. in 2. d 5. ad finem corporis, vbi docet, quod quamuis poſsibile ſit habere tantã gratiam in via ſicut in patria, non tamen poteſt anima in via habere actum ita perfectum ſicut in patria Imo in 4. d 49. q. 5. ad finem docet. Repugnare actũ, dilectionis viatoris habere perfectionem dilectionis exiſtentis in patria. Si dicas ergo actus vie & patrie non ſunt eiuſdem rationis. Ad hoc reſpondet Bañez 2. 2. q. 24. artic. 8 nõ eſſe idem in genere moris. Quia actus vie eſt liber, in patria eſt neceſſarius. Sunt tamen eiuſdem ſpeciei abſolute quia circa idem obiectũ formale quod eſt bonitas diuina immediate dilecta. Secũdum Scotum infra d. 31. dicendum. Quod charitas eſt eadem quia vt inquit Paul. 1. Cor. 13. nõ excidit, eius quæ ratio eſt inclinare in Deũ vt eſt bonum ſiue ſit abſens ſiue præſens actus tamen amoris in via & in patria differunt ſpecie ita in 2. d. 26. q. vnica ad finẽ corporis. In 4. d. 49. q. 6. ad finẽ. Quod non eſt intelligendum de differentia diſparata ſicut differũt calor & frigus, albedo & nigredo, actus virtutis & vitij, fortitudinis & temperantiæ, ſed de ſub ordinata & imperfecta quomodo differunt ſuſcus color & nigredo aut febris communis & Ethica quæ plus differunt quam albedo intenſa & remiſſa, quæ ſolum differunt mere accidentaliter. Propter rationem aſsignatam *Caiet.* Caietanus 3. p. q. 27. art. 5. docet gratiam viatoris non poſſe in intenſione æquari gratiæ comprehenſoris.

Concluſio. Quamuis Beatiſsima Virgo ex defectu viſionis beate non habuerit actum dilectionis ità intenſum ſicut habent beati, nihilominus quantum ad habitum charitatis probabile videtur quod ab inſtanti conceptionis fuerit magis grata & accepta ad maiorem gloriam quam ſupremus Angelus. *Metina.* Hanc concluſionem tenet Metina 3. p. q. 2. ar. 5. poſt *Xuarez.* illum eandem defendit. Xuarez in 2. tomo diſp. 4. ſectione 1. Bernard. ſermone natiuitatis, & Damaſ. qui non videtur expreſſe loqui de inſtanti conceptionis, loquitur tamẽ expreſſe *Iuſtinia.* Laurẽtius Iuſtinianus ſerm. de natiuitate vbi inquit. Quod ab inſtanti conceptionis plus amabatur a verbo quam vllus Angelus. Sed gratia eſt effectus diuini amoris. (Nã ex amore quo nos diligit cauſat gratiam quæ cum primo infunditur eſt effectus diuine dilectionis, qua vero per illam homo eſt gratus Deo poſtea eſt quaſi obiectũ diuine dilectionis, quia Deus hominem ſic gratum diligit ad vitam eternam) ſequitur ergo quod ab inſtanti conceptionis ſuperabat Angelos. Expreſſe docet hanc veritatem *Vicent.* Vicentius ferrer ſerm. 1. natiuitatis dicens. In vtero matris ſupra omnes ſanctos & Angelos fuiſſe ſanctificatam ad quod accommodat illud Pſalm. 45. fluminis impetus letificat ciuitatem Dei. Ideſt abundantia quadam gratiæ irrigauit Deus Mariam. Accommodatur illud Pſalm. 86. fundamẽta eius in montibus ſanctis. Nomine montium, ſancti intelliguntur. Quia ſicut montes, cęteros omnes ſuperant. Fundamenta igitur Mariæ in mõtibus ſanctis, ideſt conſiderando vltimũ gradum gratiæ ſanctorum, & primum Mariæ, qui gradus fuit velut fundamentum & principium aliorum graduum quos poſtea habuit Maria, ad hue ille primus gradus eſt ſupra montes, ideſt ſuperat vltimum gradum quem habuerunt ſancti. 1. *Ratio.* Probatur ratione. Gratia data eſt Angelis in ſalutem propriam, gratia Beatiſsimæ Virginis etiam ab inſtanti conceptionis ordinabatur ad excellentiſsimum finem, nempe ad eſſe matrẽ Dei ergo ab illo inſtanti fuit in ea maior gratia quam in Angelo. Si in ingreſſu gloriæ habitus non augetur vt dicit Almainus, Ratio habet efficatiam ſed non caret ſcrupulo. Nam ab illo inſtanti nõ habuit gratiã maternitatis, quod clare indicant verba Angeli dicentis. Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, ergo noua gratia quam antea non habebat fuit Virgo ſuper veſtita. ad hoc quod digne eſſet mater Dei. Dico quod ſolũ ex hoc quod electa & ordinata ad maternitatem Dei concluditur habuiſſe maiorẽ gratiam quia habebat quandam coniunctionem cũ eo in quo habitabat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Quam coniunctionem S. Thom & Caietanus 2. 2. q 103. art. 4 ad 2. affinitatem cum Deo vocant. Facit Hieron. tomo 4. ad Principiam Virginem aliquantulum poſt principium. Sancta Maria quia conceperat eum in quo omnis plenitudo diuinitatis habitat corporaliter plena gratia ſalutatur. Vbi ſumit præteritum pro futuro Nam cum Angelus eam ſalutauit appellando gratia plenam, non dũ illum conceperat, ergo ante quam concepiſſet habebat maiorẽ. De gratia quam habebat, cum ad illam locutus eſt Angelus. Auguſt. ſermone de natiuitate explicãs illa verba. Dominus tecũ. Inquit. Magis quã tecũ, ipſe enim in tuo eſt corde, in tuo fit vtero, adimplet mẽtẽ, adimplet vẽtrẽ, ergo adminus protũc maiorem gratiam habuit quam Angeli. Quod ab *De inſtanti conceptionis.* inſtanti conceptionis habuerit maiorem probatur. Chriſtus Dominus quantum ad humanam naturam Angelos gratia ſuperabat, ſed Beatiſsima Virgo magis Chriſto appropinquabat ergo ab illo inſtanti habuit maiorem gratiam. 2. iſte excellentia non derogat Chriſto probabiliter ergo videtur fuiſſe in Beatiſsima Virgine. Vnde coniicere licet quod ſi ab illo inſtanti gratia Angelos ſuperabat quanto magis in fine vite poſt innumera merita. Cõtra Caietanum arguo nam ex ſua opinione ſequitur quod

etiam in fine vitæ non haberet tantam gratiam quã tam infans beatus, quod eſt falſiſsimum. Nã ſi dicamus non augeri gratiã poſt mortem abſurdus ſequeretur quod habuiſſet minorem gloriam.

Ad primum argumentum, dico concludere quantum ad actum non quantum ad habitum.

Ad 2. Dico quod ex maiori appropinquatione ad Chriſtũ ſufficienter probatur habuiſſe maiorem gratiam quia Chriſtus ſecundum humanam naturam perfectiorem gratiam hebebat quam Angeli.

*Chryſ.* Ad 3. Dico quod Chryſoſt. explicans hunc locũ intelligit illa verba de Chriſto, quia Chriſtus tempore & extimatione minor erat Ioanne. Quantum ad tempus, ipſe Ioannes dixit. Qui poſt me venit. intelligitur ergo non de perſona Chriſti ſed de incarnatione. Chriſtus igitur qui poſt Ioannem carnem ſumpſit Ioãne maior erat. *Hierony.* Hieronymus intelligit de quocunque beato. Tunc ſenſus eſt. Minimus beatus quãtum ad actum, poſeſsionem, & tentioné, maior eſt quocunque viatore Sed quantum ad ius, bene poteſt viator habere meliorem conditionem quia maius & melius ius ad rem. *Gloſſa.* Gloſſa intelligit hunc locũ de Angelis. Tunc ſenſus eſt. Quicunque Angelus eſt maior Ioanne Baptiſta. Huic expoſitioni duo fauét, Primo quod tunc nullus purus homo erat beatus, ideo aut intelligitur de Angelis aut de ipſo Chriſto. Secundo quod Chriſtus comparauerat eum cũ Prophetis, & præferendo eum cunctis dixit. Non ſurrexit maior Ioanne. Cum poſtea illum minorem facit, ſine dubio comparat illum cum Angelis (vt inquit gloſſa) vel cum ipſo Chriſto vt inquit Chryſoſt. Quod docet Hieronymus potius habet verum ex ipſa ratione quam ex contextu literæ. Hoc eſt habet verum quia de quocunque beato eſt eadem & equalis ratio ſed conſiderando mentem Chriſti loquentis reuera comparauit illũ alicui beato qui tunc erat. Sed tunc ſolum Chriſtus. vel Angeli erant beati ergo reſpectu Angelorum vel ipſius Chriſti illũ minorauit. Pro Hieronymo dici poteſt vt ſupra quod loquitur de beato abſtrahendo a tẽpore præſenti. Loquendo de excellentia ſtatus dubium eſt quia tunc Beatiſsima Virgo fuiſſet minoreta. Dico quod quantum ad poſeſsionem nó, quo ad ius erat minor beatis.

*Num Chriſtus plus dilexerit matrem quam Eccleſiam.*

POſt comparationem Virginis cum Angelis cõperanda eſt cum vniuerſali Eccleſia. Et quod plus dilexerit Eccleſiam videtur, nam Apoſtolus Epheſ. 5. commonens viros diligere vxores ſuas non dixit. Viri diligite vxores veſtras ſicut Chriſtus matrem ſuam ſed potius dixit. Diligi te vxores veſtras ſicut Chriſtus Eccleſiam ergo plus dilexit Eccleſiam.

Secundo omnia priuilegia Virginis fuerunt illi conceſſa propter Chriſtum ſed Chriſtus aſſumpſit carnem propter nos ergo omnia priuilegia fuerunt Virgini conceſſa propter Eccleſiam ergo plus dilexit Eccleſiam quã matrem quia propter quod vnũ quodque tale illud magis.

Tertio, Beatiſsima Virgo fuit quædum pars Eccleſiæ ſed totũ præſtat, igitur apud Chriſtum maioris æſtimationis eſt Eccleſia quam mater ſua.

*Abulen.* De dubio hoc videndus eſt Abulenſis prologo 2. ſuper Matheum quæſt. 9. vbi propter adducta argumenta tenet quod Chriſtus Dominus plus dilexerit Eccleſiã quam matrem ſuã. Oppoſitã ſententiam ingenioſe & erudite Satis docet Xuarez 3. p. tom. 2. diſput 18. ſect. 4. quam comprobat plurimis ſanctorum teſtimoniis. *Xuarez.* *Damian.* Petrus Damianus ſermone de aſſumptione inquit. Beata Virgo inter animas ſanctorum & Angelorum choros ſuperammeas & euecta, merita ſingulorum & omnium titulos antecedit. Dicendo copulatiue. Singulorum & omniũ non ſolum denotat ſuperare merita ſingulorũ ſed omnium ſimul. Et ſermone de natiuitate Virginis. Attende Seraphim & videbis quidquid maius eſt minus Virgine, ſolum quæ opificem opus iſtud ſuper egredi. Idem docet Andreas Cretenſis ſermone de dormitione Deiparæ alloquendo Virginẽ inquit: Quæ habes cum aliis non comparabilem appellationem quæ excepto Deo ſolo, eſt omnibus altior. Laurentius Iuſtinianus ſermone de aſſumptione inquit. Merito quicquid fęlicitatis habebatur in ſingulis totum abundabat in Virgine. *Dam.* Ioannes Damaſcenus oratione 1. de dormitione Virginis longa poſt orationem inquit. Dei matris & ſeruorum Dei infinitum eſt diſcrimen. *Bonau.* Seraphicus Bonauét. opuſculo de laudibus Virginis inquit. Dei gloriam magis in ſola Virginis quam in omnibus cæteris Dei operibus relucere. Et omnes perfectiones in cæteris rebus diuiſas ac diſtributas, in Virgine Beata excellentiori modo fuiſſe congregatas. Ad hoc accommodat illud Eccleſ. 24. Et in plenitudine ſanctorum detentio mea, dicens Idest in plenitudine ſanctorum Mariæ detentio fuit quia in mirifica perfectione ſua plenitudo perfectionis omnium ſanctorum illi non defuit. *Exemp.* Natura quæ ſui conditoris veſtigiũ eſt adminiſtrat exemplum. In corpore, caput eminet. Poſt caput collum cæteris partibus ſimul, altius eſt. Cum Chriſtus ſit caput & Beatiſsima Virgo tamquam Chriſto magis cõiuncte collo aſsimiletur probabile eſt plus Deum dilexiſſe Virginem quã omnes alios ſanctos. Sicut enim corpus per collum influit ſenſum & motum in membra, ſic gratia Chriſti qui eſt caput noſtrum per Virginem nobis communicatur, ergo credendum eſt quod maior gratia ſit in Virgine quã in omnibus aliis. Debemus namque imaginare Deum eſſe fontem aquæ perennem continuo manantem. Iuxta illud Hierem. 2. Me dereliquerunt fontẽ aquę viuæ. Beatiſsimam Virginem imaginare debemus ſicut piſcinam aquæ pleniſsimam per quam ad cæteros, gratia ſicut aqua decurrit. *Anſelm.* Iuxta hoc inquit Anſelmus libro 5. de excellentia Virginis c. 9. O Beatiſsima fœminarum, in quam fluxit tam copioſa & ſupereminens gratia omnium. Bonauent in ſpeculo Marię c. 5. inquit. Quid mirum ſi omnis gratia ad Mariam confluxit, per quam tanta gratia ad cæteros defluxit. Et opuſculo de laudibus Virginis c. 7. accõmodat illi illud Eccleſiaſtes. Omnia flumina intrant in mare, & mare nõ redundat, dicẽs. Quoniã omnia flumina gratiarum intrant in Mariã & dignitatẽ eius non excedunt. Vnde ſicut in Mari aquarum, ita in Mariam ſunt congregationes aquarum Hieronymus. Cæteris Virginibus datur gratia per partes Mariæ vero tota ſe infudit plenitudo gratię. *Bernard.* Bernard. ſermone 2 de aſſumptione ſub initium inquit. Quis enim vacuam dixerit quam ſalutat Angelus gratia plenam, nec hoc ſolum, ſed ad hoc quoque in eam ſuperuenturum aſſerit Spiritum ſanctum. Ad quid putas niſi vt eam ſuper adimpleat, vt adueniente iã Spiritu, plena ſibi, eodem ſuperueniente, nobis quoque ſuper plena & ſuper effluens fiat. Notãdum eſt

illud

illud verbum ſuper efluens, nam denotatur quædã ſuperabundantia & quod inueniatur congregatum in Virgine, quod in alijs videtur diſperſum. Quod inueniatur in Virgine quaſi in fonte quod in venitur in alijs quaſi in riuulis. Vnde quod de Chriſto inquit Ioannes. De plenitudine eius omnes accepimus, matri quodammodo rationu filij accõmodat.

*Laurent. Iuſtin.*

Iuxta hoc beatus Laurentius Iuſtinianus ſermone de Annuntiatione inquit. Quomodo non eſt Maria iuxta Gabrielis oraculum plena gratia quæ effecta eſt mater Dei, Damaſcenus libro 4. fidei orthodoxe cap. 15. inquit. Facta eſt domina omnium creaturarum cum conditoris omnium effecta eſt mater. Similiratione argui poteſt de gratia: quod propter Chriſtum cunctos ſuperet & præ cunctis ſit dilecta.

*Bonau.*

Bonauent. in ſpeculo Mariæ c. 6. Quid mirum ſi omnis gratia ad Mariam confluxit per quam tanta gratia ad cæteros defluxit. Ideſt quia per illam cæteris erat gratia communicanda abundantius, debuit eſſe in Virgine vnde efflueret & ad alios dimanaret.

*Hierony.*

Hieronymus aduerſus Iouinianum inquit quod eſt hortus concluſus, fons ſignatus de quo fonte ille fluuius emanat qui iuxta Ioel irrigat torrentem vel funium, vel ſpinarum. Ergo ſi ipſa quaſi mare, quaſi piſcina, quaſi fons, & denique vt canit Eccleſia ipſa mater eſt gratiæ ſequitur quod abundantius eſt in illa. Quia enim in corde præcipue eſt vita & vigor inde cætera mẽbra accipiunt robur. Cæteriſque mẽbris frigidis, & quaſi emortuis, in corde robur eſt, nã ipſo deficiẽte cætera mẽbra deficiũt. Sic in morte Chriſti Apoſtolis fugiẽtibus & deficiẽtibus ipſa ſtabat iuxta Crucẽ Ieſu. Eſt aliud exemplũ Sol, Lunã

*Exemp.*

& omnes ſtellas ſimul ſuperat claritate. Luna vero cunctis ſtellis ſimul plus ſplendoris emittit. Supponẽdo opera redemptionis ſimilia eſſe operibus creationis dicemus quod Chriſtus eſt ſicut Sol, Maria ſicut Luna (quod paſſim dicunt ſancti & Scripturæ) igitur Maria ſanctitate & puritate, gratia & gloria, plus cunctis ſplendet. Docet aperte hoc ſub hac metaphorã Petrus Damianus ſermone de aſſumptione

*Dam.*

dicens, quod ſicut Sol luce & claritate ſtellas excedit ſic vtrorũque ſpirituũ hebetat dignitatẽ vt ſint quaſi non ſint & cõparatione illius nec poſſint nec debeant apparere. Alludit ad id quod dicitur ſæpe ſtellas non apparere per diem ob nimiam claritatẽ Solis. Sicut ergo in exordio mundi mundo viſibili duo luminaria magna fecit quorũ claritatem, cæteraaſtra ſimul nõ adequant ſic in genere gratiæ ſunt Maria & Chriſtus. Poſtea quadam ſimilitudine, Petrus & Paulus, Hieronymus & Auguſtinus fuerunt quædam luminaria magna Eccleſiæ. Per omnẽ modum iuuat Paulus dicẽs, ſicut Stella differt ab ſtella in claritate ſic reſurrectio mortuorum igitur ex trãſfiguratione in monte Thabor docemur, quod reſurrectio Chriſti erit clara ſicut Sol, Mariæ vero vt Luna pulchra erit Ioannis Baptiſtæ vt lucifer ante Auroram. Iuxta quod inquit S. Ephrem oratione

*Ephrem.*

de laudibus Virginis: Nulla comparatione omnibus ſuperis exercitibus glorioſior præſtãtiſſimum orbis terræ miraculum, omnium ſanctorum corona obfulgorem in acceſſa. Ex maiori gloria maius colligitur meritum quia Deus iudex iuſtus eſt reddens vnicuique ſecundum opera ſua. Iuxta quod inquit Illefonſus ſermone 2. de aſſumptione. Sicut eſt incomparabile quod geſſit & ineffabile quod percepit ita eſt incomprehenſibile præmiũ gloriæ quod meruit. Ex maiori merito maior infertur gratia ac feruẽtior charitas. Primo a priori, ſecundo quaſi a poſteriori, a priori quia non poteſt eſſe maius meritum, niſi maior præcedat gratia & diuinum auxilium applicans voluntatem ad actum meriti, iuxta quod inquit Seraphicus Bonauentura in ſpeculo Mariæ c. 6. Quid mirum ſi præ omnibus eſt dilecta. Quaſi a

*Bonau.*

poſteriori, quia Deus diligit diligentes ſe, & plus diligenti plus auget gratiam, vt plus poſtea poſſit meriri. Igitur ſicut vnus actus intenſiſſimus charitatis, qualis inuenitur in martyribus, & intenſiſſimus liberalitatis qualis eſt omnem ſubſtantiam ſuam pauperibus dare excedit actus remiſſos dandi ſingulis diebus vnũ denariũ etenta ſubſtantia. Et vnus actus Chriſti in quo Pater ſibi bene cõplacuit excedit merita omnia omnium hominum. Sic poſt Chriſtum merita Beatiſſimæ Virginis excedunt merita hominum & Angelorum, & ſic potuit plus a Deo diligi. Iuxta quod Bernardinus Senenſis ſermone 15. de feſtiuitatibus Virginis inquit, quod credendo Angelo meruit plus quam omnes ſancti ſimul, nam diſpoſuit

*Bernard.*

ſe ad maternitatem Dei quæ habet quandam infinitatem. Et accomodat illud. Multæ filiæ congregauerunt ſibi diuitias tu ſuper greſſa es vniuerſas. Ex hoc capite poteſt argui ſic. Dignitas maternitatis eſt ſumma & quodammodo infinita igitur poſt vnionem hypoſtaticam tanquam debitum ornatum ſuum requirit ſummam gratiam cui nulla poteſt comparari. Hoc ſignificauit Angelus dicens. Aue gratia plena. Et iterum Spiritus Sanctus ſuperueniet in te ideſt ut ex omni parte condigne ſis mater Dei quædam ſumma gratia donabit tibi Spiritus ſanctus, vt condigne diſponaris ad ſuſcipiendum tuum expoſtulo conſenſum. Hoc ſignificauit Anſelmus libro

*Anſelm.*

de conceptu Virginali capit. 18. dicens. Decuit vt ea puritate Virgo niteret qua maior ſub Deo nequit intelligi. Ex hac authoritate & ratione colligit Scotus quod fuerit cõcepta ſine originali quia hoc dignitati maternitatis debebatur. Ex hoc arguo ſic in Beatiſſima Virgine fuit prærogatiua innocentiæ quæ non fuit in omnibus hominibus ſimul igitur omnes homines ſimul gratia excedit. Proportionabiliter idem probabo de Angelis nam dignitas matris requirit gratiam excellentem gratiam omnium Angelorum. Ex hac veritate colligit. S. Bernardinus

*Corrolari*

quod principaliter venit pro Virgine redimenda, quam pro omnibus alijs ſanctis. Ideo ſi Deus diues non fuiſſet in omnes qui inuocant illum, & tantum poſſet vnum ſaluare, ſolum ſaluaret Virginem. Sic Dauid cunctis filijs poſt poſitis Salomoni regnũ reliquit. Sic Salomon ſolam matrem Berſabee ſummo honorauit honore. Quia vero diues eſt in omnes, qui inuocant illum, plures alios ſaluos fecit. Si hoc ita eſt ſequi videtur plus fuiſſe, Virginem Ioanni commendare, quam Petrum vniuerſali Eccleſiæ præficere.

Ad primũ Dico quod Eccleſia eſt ſponſa Chriſti, ideo in tali cõparatione potius debuit Apoſtolus cõparare dilectionem viri ad vxorem, cum dilectione Chriſti ad Eccleſiã quam cum dilectione Chriſti ad matrem ſuam. Secundo dico quod nomine Eccleſiæ includitur Beatiſſima Virgo.

Ad 2. Dico quod ſimiliter probaretur quod Pater æternus plus dilexit genus humanum quã Chriſtũ, quia propter nos homines miſit illum, & propter peccata populi percuſſit illum Sed abſit Primo, quia ipſa redemptio generis humani ordinabatur ad gloriam Chriſti, ſicut gloria exercitus in gloriam du

cis;

cia, & effectus in gloriã cauſæ quãuis videatur quod cauſa ſit propter effectũ Illo ergo modo quo Chriſtus propter Eccleſiam, Maria propter Eccleſiam, ſed Maria præciſe non niſi propter Chriſtum. Vnde non ſequitur quod plus dilexerit Eccleſiam quã matrem. Et quantum ad propoſitum illa maxima habet verum, quando id quod eſt propter aliud, habet meram rationem medii. Chriſtus autem & ſi vt ſaluator eſt propter Eccleſiam, alia conſideratione Eccleſia eſt propter gloriam Chriſti, & Chriſtus eſt finis Eccleſiæ. Simili ratione dicendũ eſt de Beatiſsima Virgine. Ad 3. dicendum quod hic condiſtinguimus Virginẽ ab Eccleſia, in quo ſenſu procedit quæſtio, & tunc Eccleſia ſine Virgine, non eſt totum. Condiſtincta enim illa pars, melior eſt toto corpore Eccleſiæ. Sicut caput reliquo corpore. Sicut anima cæteris partibus. Chriſtus caput, Virgo collum præeminens cæteris partibus corporis.

## QVAESTIO V.
## De vſu gratiæ Mariæ.

### *Num ab inſtanti conceptionis habuerit vſum rationis.*

*Hierem.* DE Dubio hoc videndus eſt S. Thom. 3. p. q. 27. art. 3. vbi tenet partem negatiuam colligitur ex illo Hierem. 31. Mulier circundabit virũ Id eſt filium ætate paruulum (vt dicitur Iſai. 9.) ſapiẽtia virum ergo habens vſum rationis ab inſtanti conceptionis, Chriſti Domini fuit proprium. Idem *Hebr.* 10. colligitur ex Paul. Hæbr. 10. qui de Chriſto inquit, quod ingrediens mundũ dixit. Ecce venio. Vbi ſignificare videtur proprium fuiſſe Chriſti habuiſſe vſum rationis ab inſtanti conceptionis.

*Bernardinus.* Oppoſitam ſententiam tenet Bernardinus Senenſ de ordine Minorum ſerm. 51. de Beata Virgine. Eandem tenet Caietanus 3 p. q. 27. art. 3. Viguer in inſtitutionibus c. 5. § 3. verſiculo. Veritas colligitur ſic Ioannes habuit vſum rationis in vtero, ergo videtur quod multo ante habuerit Beatiſsima Virgo, conſequentia tenet, quia quod aliis conceditur excellentius ponendum eſt in virgine. In Ioannẽ ponitur tribus menſibus ante natiuitatem ergo multo ante in Virgine, nempe ab inſtanti conceptionis. *Ioannes habuit vſum rationis.* Aſſumptum eſt Origenis hom. 4. ſuper Lucam vbi inquit Ioannem, in vtero cognouiſſe Chriſtũ quẽ Iudei poſt multa facta miracula non cognouerunt Ambroſ. libro 1. in Lucam inquit. Habebat intelligẽdi ſenſum qui exultandi habebat affectum. Hieronymus ad Letam, de Ioanne inquit. Audiebat verba domini per os Virginis perſonantis. Beda Luce. 1. inquit. Eliſabeth vocem audiuit ſed Ioannes prius gratiam ſenſit. Habetur in Concilio Baſilienſi ſeſſ. 43. vbi dicitur cognouiſſe Chriſtum in vtero matris. Eccleſia in hymno. Senſeras regem thalamo manẽtem. Colligitur veritas ex illo Lucæ. Exultauit infans in vtero meo. Sed exultatio eſt quaſi extra ſaltatio ex gaudio cordis, quod non mouetur niſi preuio iudicio rationis, ergo reuera Ioann. in vtero matris habuit vſum rationis. Aug. epiſtola 57. ad Dardanum manet dubius an habuerit vſum rationis. Negare videtur S. Thom. 3. p. queſt. 27. art. 6. clarius Ianſenius in ſua concordia c. 4. Preponderat autoritas prædictorũ ideo noſtra ſententia eſt tenenda.

Secundo Beatiſsime Virgini concedimus gratiã ab inſtanti conceptionis, ergo ſi tunc non habuit vſum rationis ſequitur quod multo tẽpore illa gratia eſſet otioſa in Virgine ſine fructu & merito proprio quod derogat perfectioni Virginis. Ad hoc facit quod Gregor. Niſſenus oratione de Chriſti natiuitate. Damaſcen. libro 4. Fidei orthodoxe cap. 15. *Greg.* Antoninus de Florentia. 1. p. hiſtoriali titulo 4. c. 6. § 10. dicunt anno tertio quando in templo fuit preſentata habuiſſe vſum rationis. Videndus eſt etiam *Antoni.* Hieronymus tomo 2. libello de natiuitate Virginis. Declaratur vis huius rationis. Prærogatiua magna Ioannis Baptiſtæ fuit quod ſtatim quod habuit gratiam & fuit ſanctificatus, habuerit vſum rationis: ne gratia illa eſſet ſine vſu & actu vt non ſolum eſſet velut principium formale delens originale, ſed vt principium elicitiuum cauſans opus meritorium ergo hæc eadem prerogatiua ponenda eſt in Virgine ideo ſimul cum gratia ponendus eſt vſus illius. 3. Beatiſsime Virgini concedimus gratiam ab inſtãti conceptionis qua fuit libera ab originali (quod Chriſto maxime derogare videbatur.) Vt dictũ eſt quæſt. 2. huius artic. dubio principali, ergo concedẽdus eſt illi vſus rationis, tenet conſequentia, quia hoc eſt minus priuilegium.

2. Concluſio obiectum huius cognitionis & vſus rationis fuit Deus ſumme dilectus, & Chriſtus dominus qui venturus erat Redemptor mundi. Nã hæc ſunt obiecta nobiliſsima quæ vt pie credendũ eſt Deus illi per fidem reuelauit. Suadetur ſicut precedens. Primum obiectum quod habuit Ioann. fuit Chriſtus dominus. Deus homo, ergo idem dicendum eſt de Beatiſsima Virgine.

3. Concluſio, Beatiſsima Virgo ab illo inſtanti quo habuit vſum rationis nunquam illum ammiſit. Concluſio eſt contra Caietanum 3. p. quæſt. 27. artic. 4 hanc tenet Bernardinus Senenſis ſupra citatus. Videtur eſſe Gregor. Niſſeni oratione de Chriſti natiuitate. Idem docere videtur. Damaſcenus libro 4. fidei orthodoxe capit. 15. Probatur ratione. Iſtud donum non habet eſſe in tranſitu ſicut donum prophetiæ aut gratia miraculorum, ergo ſemper erat in Virgine. Secundo, hoc donum eſt in fauorem perſonæ non Eccleſiæ, ſicut alia dona ergo cum ſine pænitentia ſint dona Dei nunquam poſtea fuit illi hoc donum denegatum, ne maneret gratia ſine vſu & actuali merito.

Ex dictis conſtat quod Maria fuit iuſtificata per propriam diſpoſitionem, quia habuit vſum liberi arbitrii. Quomodo autem hoc ſit intelligendum dicetur infra d. 13. agendo de gratia Chriſti.

Ad primum argumentũ Dico quod Chriſtus dicitur vir ab inſtanti conceptionis, quia plenus omni ſcientia & virtute. Ita Hieron. Lyranus, & Dyoniſ. Carthuſianus. Vbi propheta non ſolum tribuit Chriſto vſum rationis, ſed omnem ſcientiam & virtutem in ſummo. Sicut viro in iuuentutis flore tribuimus robur, fortitudinem, & cęteras perfectiones. Hoc non poteſt tribui virgini, quæ etiam adulta errorem habuit in æſtimatiua, exiſtimans Chriſtum eſſe incomitatum. Cui Chriſtus. Neſciebatis, &c. Quãuis igitur vſum rationis illi concedamus, ad huc nõ adequamus illam Chriſto qui ab illo inſtanti fuit perfectus in omnibus.

Ad locum Pauli dico. Paulum ibi exagerare quod ab illo inſtanti acceptauerit mortem pro humani generis redemptione.

Num

*Num ab vſu rationis nunquam ceſſauerit.*

DVbio præcedenti cõcluſione 3. diximus quod nunquã amiſit vſum rationis, hoc eſt nõ habuit illum, in actu tranſeunti ad aliquod tẽpus, ſed quod ſemper manſit potẽs vti ratione, ſicut quilibet adultus. Sed quia adulti ſepe ceſſãt ab actuali cõſideratione, cũ dormiũt, quæritur modo an perpetua fuit in cõtẽplatione & cõſideratione diuinorũ. De dubio hoc videndus eſt Hugo de Sancto Victore libro de triplici holocauſto, quem refert Gabriel hac d. ad finem, vbi docet Chriſti domini fuiſſe proprium, nunquam ceſſare a conſideratione diuinorũ cui conuenit illud Cantic. 5. Ego dormio & cor meum vigilat.

*Hugo.*

2. Oppoſita ſententia eſt Alberti lib de Virgine, c. 176. & 177. & 197. Rupp. Abbas libro 5. in cantica in principio cõmemorans hiſtoriam Iacob, qui dormiens vidit ſcalã, cuius cacumẽ cælũ tangebat alloquens in Beatiſsimam Virginẽ inquit. O cælũ Dei, vnica ſcalis domini, in vtroque vigilandi modo cũctis mortalibus ſiue terrenis hominibus longe eminentior extitiſti, longe ſtudioſior ad contemplandum eũ inquẽ deſiderant Angeli proſpicere. Hãc tenet Bernardinus Senenſis de ordine Minorũ ſer. 51. art. 1. vbi docet non fuiſſe ſomno impeditã, Idem habet 3. opere ſermonũ tractatu de Beata Virgine ſer. 4. art. 1. cap. 2. vbi docet quod etiam cũ dormiebat erat in altiore conſideratione quã aliquis alius ſanctus dũ vigilabat. Eandẽ tenet Bernardinus Buſtos in ſuo Mariali 3. p. ſer. 1. p. 3. Iuuat Aug. lib. 5. cõtra Iulianũ. c. 9. vbi de hominibus in ſtatu innocẽtiæ inquit: Tam fælicia erant ſomnia dormientium quam vita vigilantium. Eſt ratio ad hoc. Nam primi parentes habuerunt ſcientiam infuſam abſque miniſterio ſenſuum, ergo ſi primi parentes habuerunt ſcientiã ſine miniſterio ſenſuum, poterant quidem in ſomno & vigilia ſine conuerſione ad phantaſmata vti illa ſcientia. Sed ſic eſt quod Beatiſsima Virgo ex dubio præcedenti modo infuſo habuit ſpecies ad conſiderandum & contẽplandũ Deum & Chriſtũ venturũ, igitur hæc conſideratio non pendebat a phantaſmatibus, ergo etiam ſi dormiret poterat eſſe in conſideratione & contẽplatione. Hæc ratio apud me eſt probabiliſsima & efficaciſsima. Adde etiam quod ea quæ frequẽter in vigilia meditamur ſepe in ſomnis occurrunt, quid ergo mirum quod clarius & perfectius ex ſpeciali dono Beatiſsima Virgo in ſomno etiã contẽplaretur. Bene enim ſaluatur quod dormiret & quod eſſet in vſu rationis. Xuarez tomo 2. diſputatione 18. ſectione 2. inquit, Quod ſi vſus rationis in Virgine fuit interruptus hoc fuit ad breuiſsimum tempus. hæc ſententia, ſi ſecunda vera omnino non eſt, abſque dubio eſt ſequenda. Omnia iſta eo tẽdunt vt oſtendãt quomodo Beatiſsima Virgo ſemper ac continuo meruerit.

*Albert. Bernard. Buſtos. Xuarez.*

*Num a principio vitæ ſuæ ſemper in merito profecerit.*

QVem admadum cauſa meriti nõ ſimplex ſed multiplex eſt vt ex materia de gratia, de qua doctores in 2. d. 26. S. Tho. 1. 2. q. 109. cõſtat ita non ſemper proficere in merito, ex multis prouenire poteſt. Primo ſi non ſtatim habeat quis gratiã quæ ad meritũ ſine dubio requiſita eſt. Secũdo, ſi non vſum rationis, aut ſi poſtquã vſus rationis habetur, fuerit poſtea interruptus, aut ſi actus nõ interruptus aliqua deformitate fuerit vitiatus, aut quia perſona peruenit ad terminũ. In Beatiſsima Virgine poni non debet aliquod vitiũ quod habitũ ſonat. Nec peccatum quod in actu conſiſtit, vt ſtatim videbimus. De gratia quæ ad meritum requiritur iam conſtat quod illam habuit. De continuo vſu intellectus, iam diximus. Conſequens igitur eſt vt ſemper a principio vitæ ſuæ in merito profecerit.

6. Concluſio. Etiam ſi ad breuiſsimum tempus, vſus rationis in illa interruptus fuerit, dicẽdum abſolute eſt, quod ſemper in merito profecerit. Hanc habet Albertus Magnus vbi ſupra. Approbat Antoninus de Florentia 4. p. titulo 15. c. 20. §. 6. Buſtos 4. p. ſerm. 9. §. vltimo. Canyſius libro 5. c. 1. De ſumitur ratio ex Paulo 1. Cor. 1. Siue ergo manducatis ſiue bibitis, ſiue aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite. Ergo quamuis in ſomno fuerit interruptus vſus rationis, in vigilia referre ſe poterat in Deum. Sic enim intelligendum eſt illud Saluatoris. Oportet ſemper orare & nunquam deficere. Ideſt verbo, intentione, aut opere.

*Albert. 1. Cor. 1.*

## QVAESTIO VI.

## De ſtabilitate gratiæ Mariæ.

*Quid ſit confirmatio.*

IN hac materia tanquam certum ſupponendũ eſt nullam creaturã de ſe eſſe impeccabilẽ. Ita Scot. in 2. d. 23. S. Tho. 1. p. q. 63 Hoc ſuppoſito dicendũ quod cõfirmatio eſt eſſe firmum in bono ita vt nunquã de facto poſsit conuerti ad malum, quod auertit a Deo. Ad hoc requiritur quod Deus per modũ ſtatuti & priuilegii decreuerit aliquem in ſua gratia cõſeruare. Ideo confirmatio non ſolum includit decretũ de finali ſalute, (quia ſi ſic omnis prædeſtinatus eſſet cõfirmatus, quod cõſtat eſſe falſum nam ſæpe fuit in mortali) ſed includit gratiam exiſtentem in iuſto. Vnde confirmatio eſt decretum de conſeruando iuſtum in iuſtitia quam habet.

*Scot.*

Hanc confirmationem, non dedit iuſtitia originalis, alias Adã nunquã peccaret. Nec modo dat gratia habitualis alias quilibet iuſtus eſſet cõfirmatus. Docet Paul. 1. Cor. 10. Qui exiſtimat ſtare videat ne cadat. Rationes colligũtur ex Scoto in 1. d. 7. q. 2. in 4. d. 49. q. 6. Nã habitus nõ mutat potẽtiã ſed eleuat & iuuat, ergo ſi ante habitũ erat peccabilis etiã poſtea: conſeq[illegible] tenet quia voluntas prius eſt principiũ actus quã habitus ergo per habitũ ſuperueniẽtẽ nõ mutatur eius natura. Secũdo potẽtia extẽdit ſe ad plures operationes ad quas nõ ſe extẽdit habitus ergo circa illa poterit volũtas obliqúe ſe habere. Cõcluſio eſt contra Alexand. cui tribuitur quod cõfirmatio ſit per habitũ quia inquit, quod Beatiſsima Virgo poſt cõceptionẽ filii & ſecũdã ſanctificationẽ per quã habuit pleniſsimã gratiã, fuit facta impeccabilis, alias non differret confirmatus a nõ cõfirmato per aliquid intrinſecũ. Hæc ſententia ſuſtineri non poteſt, quia in Concilio Tridentino ſeſ. 6. can. 22. expreſſe dicitur. Si quis dixerit hominẽ iuſtificatum ſine ſpeciali Dei auxilio perſeuerare poſſe Anathema ſit. Idem in Concilio Arauſicano cap. 10. Docet Hierony. ad Teſiphontem. Semper largitor ſemper donator eſt & nõn mihi ſufficit quod ſemel donauerit niſi ſemper donator ſit. Vnde abſolute dicendum eſt quod confirmatio requirit vltra gratiam diuinum auxilium ad continuo perſeuerandum.

*1. Cor. 10. Scot. Concil. Hieron.*

Metina 1. 2. quæſt. 109. art. 10. dub. 2. inquirit quare gratia non confirmet in bono & inquit. Hoc prouenire ex parte ſubiecti. Si enim collata eſſet

*Metina.*

ſubiecto idoneo ſufficient eſſet. Sed hoc nihil eſt quia vt in principio diximus, & Metina concedit 3. p.q.27.art.4.dubio penult.fol.607.col.1. nulla creatura poteſt creari non ſubiecta peccatò, ergo reuera concedit rationes Scoti ſupra adductas igitur nullum erit ſubiectum idoneum quod ſolum ex vi & ratione habitus gratiæ ſit confirmatus. Alexand. 3. p.q.9.in 3. art. 2. §. 2. in corpore docet quod in confirmatis in gratia non manet libertas ad peccandum. Soto 3. de natura & gratia, cap. 7. docet quod non eſt libertas ad malum inſenſu compoſito. Vbi aute non dicere quod in confirmatis non manet libertas quantum ad ſubſtantiam actus vt male ei tribuit Metina 3. p. quæſt. 27. art. 4. fol. 608. col. 2. Sed quod non maneat inſenſu compoſito quod ſic debet intelligi. Stante diuino auxilio & confirmatione, nullomodo fiet vt iuſtus & confirmatus complaceat ſibi in malo. Quia efficaciter adiuuatur a Deo vt complaceat ſibi in bono quod reuera libere ſequitur. Ideo abſolute dicendum, quod in confirmatis manet libertas. Nam quando Deus concurrit cum vno iuxto ne peccet per vnum annum, nó tollit eius libertatem, ergo nec quando illum confirmat ſtatuendo ſemper illud auxilium continuare, tenet conſequentia, quia per hoc quod ſemper concurrit nulla eſt variatio. Nec ponitur præter continuitatem aliquid in diuino auxilio.

*Alex.*

*Soto.*

Confirmati & Beati ſua habent præcepta. De Beatis patet ex Paul. ad Hæbr. 1. Cum introducit primogenitum in orbem terræ dicit adorent eum omnes Angeli. De confirmatis Marc. vltimo. Prædicate Euangelium omni creaturæ. Hoc præceptũ durauit etiam poſt pentecoſt. Christus Dominus confirmatus, & beatus erat, & tame Ioãn. 14. inquit. Sicut mandatum dedit mihi Pater ſic facio. Scot. in 2. diſtinct. 11. quæſt. 1. ad primum proopinione, docet. Beatos habere præceptum do continuando actum beatificum.

*Hæbr.*

*Scot.*

Ex dictis conſtat quomodo confirmati potuerint mereri, quia eſt libertas, eſt gratia, eſt præceptum, & ipſi ſunt viatores, ergo ſunt omnia quæ requirũtur ad meritum. Conſtat etiam quod ad confirmationẽ non requiritur ſumma gratia, ſed citra ſummã gratiam ſufficit manutenentia diuina. Quia confirmatio nó prouenit ex habitu ſed ex diuino auxilio. Sed quia Dei perfecta ſunt opera ſine dubio credendũ eſt nunquam dari beneficium confirmationis ſine quadam abundanti gratia. Quam, maiorem vel minorem, diuidit Deus ſingulis prout vult.

### *Num ab inſtanti conceptionis fuerit in gratia confirmata.*

Impio agitati Spiritu, fuerunt hæretici, q̃ui dixerunt peccatum habuiſſe mortale. Ex quo conſequens eſt, non fuiſſe confirmatam in gratia. Hoc probant, nam negligenter ſe habuit cum filiũ ſuũ in Hieruſalem reliquit, ignorans vbi eſſet negligenter ſe habere in re graui peccatum eſt, ergo. In ſuper quia cum Chriſtus erat in templo, ipſa eum quærebat, Inter cognatos & notos, ignorans quod in his quæ Patris erant, oportebat eſſe. Quod procedebat ex vili quadã æſtimatione de Chriſto, quaſi ipſe ſaperet ea quæ ſunt carnis, nó potius, quæ ſunt ſpiritus.

Secundo, videtur quod habuerit peccatũ infidelitatis nam Origenes hom. 17. in Lucã explicans illud Lucæ, 2. Tuã ipſius animã pertranſibit gladius. Inquit. Maria illo tempore ſcãdalizata eſt & hoc nunc Symeon Propheta dicẽs. Tuã ipſius animẽ pertranſibit infidelitatis gladius & ambiguitatis mucrone feriens, & cogitationes tuæ ſe in diuerſa lacerabũt. Aug. libro quæſt. noui & veteris teſtamenti explicãs eadem verba inquit hoc vtique ſignificauit quod etiam Maria per quam geſtũ eſt myſteriũ incarnationis Saluatoris, in morte Domini dubitaret. Vidẽdus eſt Pater Corduba lib. 1. q. 44. in principio, vbi ad hoc ipſum refert Cryſoſt. Pſal. 13. dicentẽ. Diſcipuli omnes fugerunt, Ioannes nudus recedit, Petrus negat. Mariæ matris animã gladius dubitationis pertranſit. Sed locus iſte non inuenitur in Chryſoſtomo quamuis verba, ſapiant phraſim eius.

*Orig.*

*Corduba*

De hac re videndus eſt Feuardentius in ſcholiis ſuper Ireneũ lib. 3. c. 33. vbi inquit quod propter primũ argumentum auſiſunt hæretici peccatum Virginis cum peccato Eue conferre & comparare.

*Feuard.*

Concluſio vera & Catholica eſt quod fuit cõfirmata in gratia taliter quod nunquã peccauit, vt inſequentibus magis manifeſtum erit, vbi ex Concilio Trident. oſtendemus nunquã peccaſſe venialiter, ergo fuit cõfirmata. Hic enim effectus manifeſte oſtẽdit ſuam cauſam. Si enim confirmata non eſſet, nõ poſſet eſſe ſine peccato. Colligitur veritas ex verbis Gabrielis dicentis ad illam. Aue gratia plena, ergo ſuperabundabat vſque ad impeccabilitatem. Hierony. ſer. de Aſſump. inquit. Cæteris præſtatur gratia per partes, Mariæ, tota ſe infudit plenitudo gratiæ. Vere gratia plena per quam largo Spiritus ſancti imbre ſuper fuſa eſt omnis creatura. Denique hæc veritas per traditioné & cõſenſũ omniũ Doctorũ habetur. Et error eſſet in fide ponere peccatũ mortale in Virgine

*Hieron.*

De modo & tempore confirmationis dubiũ eſt quomodo & quãdo fuerit confirmata. Alexander Alenſis 3 p. q. 9. art. 2. M. 3. Bonauent. hac d. art. 2. q. 2. quos ſequitur Marſilius in 3 q 4 art 10. concluſione 3. dicunt non fuiſſe confirmatẽ vſque ad ſecundam ſanctificationem. A prima enim ſanctificatione ſolum fuit præſeruata ne caderet in peccatum, ſicut cum alij ſancti per aliquod magnum tẽpus perſeuerant ſine peccato Hoc modo perſeuerauit Beatiſſima Virgo vſque ad ſecundã ſanctificationẽ in qua fuit confirmata. Declarari poteſt hoc, exemplo. Nã ſepe Reges conferunt redditus annuales, quos licet non denegent, renuunt tamem iure hæreditario cõcedere, & in perpetuum confirmare. Ad hunc modũ intelligi poteſt quod cõtulerit Deus Virgini, perſeuerare in bono, nõ tamẽ illã cõfirmauerit. Durẽd. hac. d. q. 4. docet datũ eſſe Virgini vt nunquã peccaret. Non tamẽ datum eſſe illi, vt nec peccare poſſet. Diuerſitas horũ Autorũ oritur ex diuerſis principiis eorũ. Durand. enim in 2. agendo de gloria Angelorũ docet confirmationem ab intrinſeco prouenire ex gloria & clarã Dei viſione hoc enim facit vt homo nõ poſsit peccare quia nemo reſpiciẽs ad malũ operatur. Cũ Beatus clare videat bonũ in quo nullũ eſt nec eſſe poteſt malũ nullomodo beatus poteſt peccare. S. Tho. 3. p. q. 15. art. 2. in corpore non obſcure docet quod fomes extinguatur per habitus virtutũ inſummo. Et quia in prima ſanctificatione Beatiſſima Virgo non habuit virtutes inſummo. Nec fomes fuit ligatus, nec per habitus, quaſi ab intrinſeco fuit impeccabilis. Sed ab extrinſeco ex diuino auxilio. Vnde idem S. Thom. 3. p. q. 27. art. 4. ſolutione ad primũ inquit. Quod Beatiſsima Virgo in prima ſanctificatione habuit fomitẽ ligatũ, non per habitum gratiæ ſolum, ſed ſimul ex diuina prouidentia

*Alex.*

*Dur.*

*S. Thom.*

qua

quæ non permittebât aliquem motum in ordinatũ ex fomite pro venire. Vnde colligit Medina quod ſecundum S. Tho. Beatiſsima Virgo fuerit a primo inſtanti ptimæ ſanctificationis confirmata. Poſſet quis contra obiicere. Adam habuit iuſtitiam originalem & fomitem extinctum & tamen peccauit, ergo ex ligatura fomitis imo ex extinctione eius colligi non poteſt cõfirmatio. Quod maxime eſt verũ, ſi confirmatio addit aliquid ſupra perſeuerantiã. Dici poteſt quod Adam nõ habuit habitus in ſummo ſicut Christus & Beatiſsima Virgo. Secundo dici poteſt quod confirmatio non ſolum prouenit ex gratia & aliis habitibus, nam quamuis deſa contineant & conferant aliquod robur, quia inclinent ad bonũ & difficilia remouent, tamen neceſſarium diuinum auxilium. Tunc tamen in via dicitur ab intrinſeco non potuiſſe peccare, quando ſicut auxiliũ ab extrinſeco eſt in ſummo ſic habitus ab intrinſeco. Quando vero habitus in ſummo non eſt, & ex ſpeciali prouidentia non committitur peccatum, dicitur potuiſſe peccare licet non peccauerit. Quia tũc voluntas quaſi ſine ſeſſore, eam in bono firmante, poſſet flecti. Poteſt poni exemplum de equo ſuper quem quis ſedet, & de eo quem quis voce & virga a longe dirigit. Vltimo dici poteſt quod S. Thom. nomine ligaturæ fomitis, intelligit non peccaſſe etiã venialiter, nam fomes ad minimum inclinat nos in veniale, ideo ex negatione omnis peccati, bene arguitur & comprobatur confirmatio.

Eſt igitur dicendum quod a principio fuit confirmata in bono recipiendo talem gradum gratiæ, vt cum externo auxilio, quod ad perſeuerandum neceſſarium eſt, nullomodo illo ſtante & vt dicunt in ſenſu compoſito potuerit peccare. Ita Ochamin 3. quem ſequitur Gabriel hac d. q. 2. art. 3. Almainus d. 12. Probatur, ante ſecundam ſanctificationẽ dicitur. Gratia plena & ſine dubio magis plena quã Apoſtoli tempore ſuæ confirmationis igitur ſi ex tũc illi non potuerunt peccare nec Beatiſsima Virgo. Secundo, hæc ſententia probatur, quia ſi potuit peccare, & non fuit confirmata, non conſtat quomodo non peccauerit tan longo tempore igitur erat confirmata. Dices, ex manu tenentia non peccabat. Sed hæc reſponſio nulla eſt. Quia ſi habitus ſolus non præſtat confirmationẽ vt conſtat ex Concilio Tridentino ſupra citato, nec poſt ſecundam ſanctificationem propter augmentum habitus dicetur cõfirmata. Si confirmatio reuera prouenit ex auxilio ab extrinſeco & habitu ab intrinſeco animam ſanãte, et iſte habitus a principio fuit perfectiſsimus quãuis poſtea creuerit, maxime ſi ex tunc Angelos gratia ſuperauit, igitur ex tunc pro vt in via poſsibile eſt fuit confirmata & iuxta proportionem auxilii ab extrinſeco erat firmitas habitus ab intrinſeco. Igitur ſi ab extrinſeco habuit auxilium ſufficiens ad perſeuerandum etiam ab intrinſeco habuit habitũ quo ſufficiẽter ex parte ſua poſſet perſeuerare. Nos enim reſiſtendo ex auxilio, tentationibus & perſeuerando in bono meremur augmentum habitus. Igitur ex hoc quod Beatiſsima Virgo continuo merebatur ſemper quæ perſeuerabat ſemper habitus augebatur igitur non taliter eſt perſeuerantia ex diuino auxilio quod gratia nullam cum hoc effectu habeat proportionem. (Nam tunc poſito ſufficiẽti auxilio ad perſeuerandum cum infimo gradu gratiæ eſſet perſeuerantia) imo ex ipſa perſeuerantia comprobatur augmentum quod ante ſecundam ſanctificationem ſine dubio fuit maius in Virgine quam in Apoſtolis in die Pentecoſthes quando in gratia confirmati peccare non potuerunt. Sed eſt dubium an de ratione confirmationis ſit quod eis reueletur ſua confirmatio. Ad hoc dico quod Beati certi ſunt de ſua confirmatione & hoc eſt pars ſuæ gloriæ & beatitudinis accidentalis, valde proxima eſſentiali. Sic enim ſunt ſecuri de ſua gloria. Videndus eſt Scotus in 4. diſt. 45. quæſt. 6. In ſuper exiſtentes in purgatorio ſunt certi de futura gloria & certo ſciũt ibi ſolum detineri propter ſatisfactionem. De viatoribus dicendum. Non expectare ad confirmationẽ, cognoſcere illam, quia in hac vita non habetur omne bonum, ſed bonum cum triſtitia, ideo non eſt in conueniens quod confirmatus ſit in certus de ſua confirmatione. Tamen viris ſanctis, Deo maxime dilectis, ad eorum conſolationem reuelata fuit eorum confirmatio. Apoſtolis reuelata & data fuit in die Pentecoſthes. Paulo 2. Corinthiorum 12. dictum eſt. Sufficit tibi Paule gratia mea. De Ioãne Baptiſta certum eſſe debet. Quia dictum eſt de illo. Replebitur Spiritu ſancto ad huc ex vtero matris ſuæ. De Beatiſsima Virgine dubitari non debet quin fuerit certa de ſua confirmatione, nam hæc ſcientia eſt materia diuinæ laudis, cauſa maioris iucũditatis accẽdens interiorem feruorem, (vnde Paulus diuino inflammatus amore dicebat. De cætero repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ. Quis me ſeparabit) ideo nullomodo huiuſmodi prerogatiua eſt Virgini deneganda. A cõceptione filii impietas maxima eſſet de hoc dubitare cũ clare ab Angelo audierit. Gratia plena. Spiritus ſanctus ſuper ueniet in te. Solum igitur de ratione confirmationis eſſe videtur ſtatutum diuinum continuaque prouidentia conſeruandi hominem in gratia ſemel collata. Si ſit interim, tio non eſt confirmatio vnde ſola prædeſtinatio non ſufficit ad confirmationem quia licat in fine vitæ moriturus ſit in gratia poteſt tamen in via cadere ab illa. Ab illo tempore quo datur cum diuino propoſito de conſeruando illum in illa, eſt confirmatio.

Ad primum argumentum. Dico, quod in Beatiſsima Virgine fuit quædam ignorantia, quæ potius neſcientia dicenda eſt. Hæc ignorantia, indolendo de filii amiſsione, & in illum quærendo, magni meriti fuit occaſio, ac humilitatis exercitium. Dolor & ſolicitudo inquerendo illum, ibi. Ego & Pater tuus dolentes quærebamus te. Ignorantia & humilitas, ibi. Filii quid feciſti nobis ſic. Ideſt cauſam ignoro edoceri humiliter peto. Sed viget argumentum. Ergo ſcire deberet, Chriſtum quærere quę Patris erant. Dico quod tenebatur ſcire illum quærere quæ Patris ſui erant. Sed non tenebatur ſcire quod tali die, tali hora, tali loco. Maxime cum nunquam antea diſceſiſſet ab ea. Concernit illud. Non eſt veſtrum noſſe tempora vel momenta quæ Pater poſuit in ſua poteſtate. Chriſtus vero cui Pater omnia dedit hoc ſciuit nolens Matri reuelare ideo abſque vlla culpa ignorauerunt vbi eſſet. Adde quod ſicut in Chana Galileæ fuit initium ſignorum Ieſu, ſic hic primo a parentibus diſceſſit, & primo cum Doctoribus diſputauit, ideo potuit ſine culpa ignorare vbi eſſet, nam iam adultus erat, nempe duodecim annorum, ideo non tenebatur Virgo ſcire. Nec ad cuſtodiam & diligentem educationem eius expectabat, præſentem illum habere, aut manu apprehenſum tenere.

Ad 2. Dico, quod autoritetes illę ſanctorũ, vel ſunt negãde vel aa ponẽde. Ab aliquibus negantur dicẽdo, fuiſſe inſertas ab hæreticis. Secundo explicantur dicendo, quod tentata fuit tentatione dubitationis, ſicut Chriſtus fuit tentatus a demone, neuter tamẽ conſenſit. Mouentur ad hoc, nam Origenes hom. 1. ea varijs optime ſenſit da Virginis innocentia: Et hom. 18. verba Symeonis exponit de dolore quem paſſa eſt in Paſſione Chriſti. Mors enim Chriſti, velut quidam gladius vtreque parta ecutus, cor Virginis panetrans, magnum in illa cauſauit dolorem. De Aug. certum eſt dixiſſe. Cum de peccatis egitur nol lam de Maria volo habera quæſtionam.

## *Num Beatiſsima Virgo veniale habuerit.*

Quia veniale non deſtruit gratiam, nec ab amicitia Dei cadera nos facit, ex quo ſequitur inuenin poſſe in viris cõfirmatis. oportet ad manifeſtandem Virginis ſanctitatem ſpecialiter hoc inquirere, nam ex dictis non conſtat. Pro parte negatiua arguitur, ex ſacris literis Paralip. 6. Non eſt homo qui non peccet. Iacob. 3. In multis offendimus omnes. 1. Ioann. Si dixerimus quoniam peccatum non habemus. Qua ergo probabilitate tribuitur Virgini originale, quia ſcripturæ vniuerſaliter loquentes neminem excipiunt, eodem modo tribui poteſt veniala, quia etiam ſcripturæ vniuerſaliter lo quuntur neminẽ ex tipienter. Hinc eſt quod Gragorius Ariminenſis in 2. d. 30. quæſt 2. art. 1. ponendo originale in Virginis etiam poſuit veniala. Quia vt inquit Auguſt lib. 5. contra Iulianum c. 9. Si Chriſtus minor exiſtens originale contraxiſſet, profecto grandioris ętatis acceſſu, actuali non caruiſſet. Vbi Auguſt facit iſtam conſequentiam. Habuit origina'e ergo actuale. Non habuit actuale, ergo nec originale. Colligitur ex Concilio Mileuitano can. 6. & 8. vbi dicitur. Omnes, Iuſta poſſa dicere. Dimitte nobis debita noſtra. Quam orationem Beatiſtimam Virginem recitaſſe haud dubium eſt.

2. Ex Chryſoſtom. hom. 45. in 12. Math. explicãs illa verba. Ecce mater tua & fratres tui. Et hom. 20. in 2. caput Ioannis explicans illa varba. Fili vinũ non hebent, arguitur. Nam ibi Chryſoſtom. inquit Fortaſsis quid humanum paſſa eſt, ergo ſaltim habuit motum leuem inanis gloriæ. Chryſoſt. ſequitur Theophilatus. Euthimius atque Gregor. Ariminenſis in 2. d. 30. hæc omnia optima adducit. Pater Cordaba lib. 2. quæſt. 44.

Confirmatur hoc ex Athenaſio ſerm. 4. contra Arrianos, vbi inquit. Beatiſsimam Virginem fuiſſe a Chriſto increpatam. Et Ireneus 3. Contra hęreſes c. 18 inquit. Dominum repulliſſe in tempeſtiuã eius feſtinationem dum dixit. Quid mihi & tibi mulier.

Duo genera peccatorum antiqui Virgini tribuerant, alterum inenis gloriæ, de quo impreſentiarum agendum nobis eſt. Alterũ in fidelitatis, de quo dubio præcedenti, quia tale peccatum non videtur potuiſſe eſſe veniale ſed mortale, ſi de facto daretur in Virgina.

1. Concluſio. In Beatiſsime Virgine nullum omnino fuit peccatum veniale. Veritas habetur in Cõcilio Claramontano ſub Vrbano ſecundo. In Concilio Tridentino ſeſſ. 6. canone 23. Antiquorum Patrum eſt antiqua traditio. Vidandus aſt noſter Patar Vega libro 14. ſuper Concilium Tridant. cap. 18. Pro hac concluſione optimas rationes adducit S. Tho. 3. p. q. 27. art. 4. Primo quia non eſſet idonea mater Dei. Secundo, quia eſſet dedecus filij. Ex excellentia igitur filij colligitur huiuſmodi excellentia matris. Auguſt. ſermone de natiuitate, explicans verba Angeli, dicentis ad Virginem. Dominus tecum. Ex perſona Angeli inquit. Magis quam mecum, ipſe enim in tuo eſt corde, in tuo ſit vtero, ergo ſi Angelus ex gratia Dei non habuit veniale, nec Beatiſsima Virgo, quæ vt diximus & modo colligitur, ex Aug. maiorem ſemper a principio habuit gratiam.

2. Concluſio. Non ſolum non habuit peccatũ veniale ſed aliquem motum in ordinatum etiã primo primum. Ita Metina 3. p. q. 27. art. 4. Probat ex Richard. de Sancto Victore libro 2. de Emenuele c. 28. & cap. vltimo, vbi inquit. Sancti tenebantur ne expugnarẽtur a peccato. Beata Virgo tenebatur etiã, ne dum tentaretur. Probatur ſecundo habuit fomitem e qua extinctum ſicut Adam, ergo ſi in Adam ante peccatum nõ fuit aliquis motus in ordinatus, nec in Beatiſsima Virgine, quæ nunquam habuit peccatum.

3. Concluſio. Hæc prærogatiua, Virginis fuit propria nulli pure creaturæ conueniens. Colligitur ex Concilio Tridentino ſuptacitato vbi hæc prærogatiua ſolum Virgini tribuitur. Contra videtur eſſe Athanaſius ſerm. 4. contra Arrianos circa medium vbi dicit, plures ſanctos fuiſſa puros, omnis criminis expertes. Commemorat nominatim Hieremiã & Ioannem Baptiſtam. Pro Ioann. facit quod canit Eccleſia in hymno. Ne leui ſaltem maculare vitã famine poſſet. Si ergo nec verbo otioſo vitam maculauit, ſequitur quod nullum veniale commiſit. Sed id quod dicit Athanaſius intelligendum eſt iuxta Auguſt. in Enchiridion cap. 64. vbi inquit. Hominibus interdum per gratiam concedi, vt hanc vitam ſine crimina tranſigant licet non ſine peccato. Vbi per crimem, mortale, per peccatum. veniale intelligit. Si in voca & re ſimul vim facimus. Per crimen, peccatum commiſsionis intelligit, & ab hoc poſſumus excipere Baptiſtam. Per peccatum, ommiſsionẽ culpabilem intelligit. Ab omni vero ommiſsione etiam Iuſtiſsima Baptiſtam liberare non poſſumus, ſed ſolum Virginem. Quia culpam venialem facile contrahimus. Et ſine ſufficienti teſtimonio nullum ab omni culpa liberum poſſumus prædicare. Hoc modo intelligendus eſt Auguſt. libro de ſpiritu & litera cap. 2. vbi inquit. Siquis de aliquo ſancto affirmet hũquam peccaſſe nõ proprijs viribus ſed gratia & dono Dei, non multum eſſe cum illo contendendum, ſed potius ſi id ſufficienter oſtendat ill eſſa gratis dandum. Ac ſi clarius dixiſſet Aug. Deo poſsibile eſt hoc facere ſed nullus ſufficienter oſtẽdet aliquem ſine peccato veniali. bena vero ſina mortali. Hoc modo, non peccauit Ioannes Baptiſta.

Ad primum, Dico, quod ab vniuerſalibus regulis excipimus Virginam, quod ſuprã, agendo de eius peccato originali, diximus. Illam autem orationem mere recitatiue dicere potuit cum merito. commemorando orationem quam, filius ſuus Apoſtolos docuit. Beatiſsima namque Virgo Eccleſiæ membrũ erat cuius Chriſtus eſt caput, ideo quamuis ſibi ſingulas petitiones non poſtulaſſet, poterat orationẽ illam recitare. Pro membris ſuis orabat Chriſtus cũ dicebat. Pro eis rogo, non pro mundo.

Ad Chryſoſt. Dico quod ſolum inquit. Fortaſsis. Nec mirum quod tempore eius hæc veritas non eſſet ita explorata & certa. Denique ſi aliter fiari & va

ſitas

Iacob.

Gregor.

Iren.

Vega.

Metina.

Athanaſ

Auguſt.

ritas defendi non poteſt niſi negando Chryſoſtomum negandus eſt.

Ad confirmationem ex Athanaſio, Dico, quod Chriſtus Dominus non illam increpauit ſed pie & blande eam docuit & Inſtruxit. In petitione naqua conſideranda eſt fides, qua credidit filium ſuum vnigenitum omnipotenté habere virtutem. Hanc commendat *Cyrill.* Cyrill. libro 2. in Ioann. cap. 22. Conſideranda eſt miſericordia, ex qua deſiderauit ſubuenire indigentibus, ideo filium humiliter de precata dixit. Fili vinum non habent. Hoc commẽdat Bernard. ſerm. 46. C. nt. vbi ponderans verborũ Mariæ prudentiam inquit. Non imperat ſed tantum deffectũ vini nuntiat. Notandũ quoque quod miracula teſte Paulo nõ dantur fidelibus ſed infidelibus, ideſt ſiũt vt non credentes credant ideo congruo & opportuno tempore ſunt facienda. Huius temporis circumſtantiæ, Beatiſsima Virgo habuit ignorantiam. Conſideratis his ex parte Virginis, conſiderãda ſunt alia ex parte Chriſti domini. Conſiderandum quod exaudiuit petitionem eius, & honorauit eam faciendo quod poſtulabat. Iuxta quod Cyrill. libro 2. in Ioannem. cap. 23. inquit. Quantus honor parentibus debeatur facile oſtendit. Reſtat circunſtantia temporis, quam Beatiſsima Virgo ignorauit iuxta hoc inquit Chriſtus. Quid mihi & tibi mulier nondum venit hora mẽa. Hic non illam increpauit. Sed docuit, horam & tempus oportunum eſſe expectãdũ

*Iuſtinus.* Docet aperte hoc Iuſtinus Martyr quæſt. 136. ad gẽtes dicens. Non verbo matrem obiurgauit, qui facto honorauit. Si non obiurgauit, quid reſtat niſi quod illam docuerit, quę ex neſciẽtia ante tempus miraculum poſtulabat, Irenens intempeſtiuam feſtinationem appellauit. Nam reuera conſiderando quod non dũ venerat hora eius, in tempeſtiua ſuit & ante tempus. Cauẽdum vero ne moraliter ſonet quid importunum, & ſine prudentia. Hiſpana. Que importuno y moledor es ſulano. Hoc quidé a Virgine remouendum eſt. Sed quia ex explicatione loci, magis elucefcit ſolutio aſsignata, breuiter oportet recenſere expoſitiones ſanctorum. Auguſt. tractatu 18. *Greg.* Grego. lib. 8. epiſtola 42. Beda, gloſſa & D. Thom. dicunt illa verba in diuinitatem eſſe referenda. vt ſit ſenſus. Virtus patrandi miracula eſt mihi a Patre meo. Quid ergo mihi & tibi? Ideſt non ex te ſed ex Patre meo habeo virtutem patrandi miracula. Secundus ſenſus eſt ſecundum humanam prouidentiam. Quid mihi & tibi. Ideſt nec mihi nec tibi incumbit vinum neceſſarium prouidere. Ita Iuſtinus martyr q. 136. ad gentes. Quam expoſitionem amplectitur. Epiphenius & Euthimius. Sed ſola illa expoſitio non videtur ſatisfacere ideo ex omnibus expoſitionibus colligenda eſt vera expoſitio vt ſit ſenſus. Secundum humanam prouidentiam nec mihi nec tibi incumbit vinũ prouidere. Secũdũ diuinã prouidentiã, mihi non tibi incũbit miraculoſa opera facere. Sed ad miracula facienda non dũ venit hora mea, ergo non debes ſolicite expoſtulare, & efflagitare miraculum. Suſpendo executionem vſque dum adueniat congruens & conueniens tẽpus. Quomodocunque exponatur, ſemper ſupponitur quædam neſcientia.

*Matth.* Secundus locus eſt Math 12. vbi cum Ieſus loqueretur ad turbas, & eiiceret demoniũ mater eius & fratres ſtantes foris miſerunt ad eum, vocantes eum. Ex hoc loco arguitur, quod tacta inanis gloriæ deſiderio ad locum vbi erat Ieſus venerit, & illum ad ſe vocauerit. Confirmatur nam quaſi reprahẽdens illam dixit Chriſtus. Quæ eſt mater mea & fratres mei. Quicunque fecerit voluntatem. Patris mei qui in cęlis eſt, ipſe meus frater & ſoror & mater eſt. Dico, quod Chriſtus docuit turbam exiſtimantem quod ipſe moueretur ex affectione carnali, ideo quaſi indignatus dixit. Quæ eſt mater mea. Ideſt ſine ſpirituali coniunctione & interiori amicitia, carnalis conſanguinitas, nihil valet. Ita Auguſt. ſermone de Virginitate cap. 3. Hilarius canone 12. in Math. Tertullianus libro de carne Chriſti cap. 7. iuuatur hæc *Hilar.* expoſitio ex illo Saluatoris. Si filii Abrahe eſtis opera Abrahe facite. Ex illo Pauli apud Deum nec circũciſio aliquid valet nec preputium ſed noua creatura. Rom. 9. Non enim qui ex circũciſione ſunt hi ſunt Iſraelite. Nec qui ſemen ſunt Abrahe, omnes filii Abrahæ. Sed in Iſaac vocabitur tibi ſemen. Ideſt nõ qui filii carnis, hi ſunt filii Dei. Sed qui ſecundum ſpiritum & promiſsionem. Sic Lucæ 11. cum dixiſſet mulier. Beatus venter qui te portauit, dixit. Quinimo beati qui audiunt verbum Dei & cuſtodiunt illud Illis igitur verbis non matrem, ſed turbam inſtruit & repræhendit.

## QVAESTIO VII.

## De fomite Virginis.

### *Num conueniens fuerit, fomitem eſſe in Virgine.*

QVia 2. ad Timoth. 2. non coronatur niſi qui legitime certauerit & fomes pugna quædam eſt iuxta illud Sẽtio aliam legem in membris meis conueniens videtur vt eſſet in Virgine pro materia meritis. Iuxta quod Iud. 3. hæc ſunt generationes, quas dominus dereliquit, vt erudiret in eis Iſraelem, & omnes qui non nouerant bella chananeorum, & poſtea diſcerent filii eorum certare cum hoſtibus igitur manſit pro certamine. *2. Thimot* *Iud.*

1. Chriſtus Dominus habuiſſe videtur fomitẽ ergo & Beatiſsima Virgo, conſequentia legitima eſt, antecedens manifeſtat triſtis voxilla. Math. 26. Pater ſi poſsibile eſt tranſeat a me calix iſte,

*Ocham.* Quid ſit fomes, nõ omnino certum eſt. Ocham. in 3. quæſt. 2. quem ſequitur Gabriel in 2. d. 30. q. 2. Gregor. Arimineſ. ibidem dicunt, quod eſt morbida qualitas, cuius meminit Auguſt. 11. ſuper Geneſim cap. 32. vbi inquit. Amiſſo ſtatu mirabili, corpus eorum duxit morbidam qualitatem. Iſtam qualitatem ponit Ocham intenſibilem & remiſsibilem ex cauſis naturalibus, denotans eſſe in corpore. Gregor. Ariminenſis inquit, iſtam qualitatem cauſatam eſſe ex flatu ſerpentis. Pro quo facere videtur Aug. libro 4. contra Iulianum. cap. 36. vbi inquit. Sybilo venenoſo ſerpentis, cum e callidis blandimentis decepti ſunt hanc inquietem & mortiferam peſtẽ eorum corpora conceperunt & per legitimum vſum poſtquã de paradiſo proiecti ſunt in poſteros trãſmiſſerunt.

*Scot.* Scot. in 2. diſt. 30. & 31. quem ſequitur Durand. hac d. q 3. Caiet. 1. 2. quæſt. 91. art. 5. & 109. art. 2. Soto 1. de natura & gratia cap. 13. dicit quod eſt appetitus ſenſitiuus. Sententia eſt S. Thom. 1. 2. q. 91. art. 6. 3. p. q. 27. art. 6. Quam ſequitur Medina ibidem & 1. 2. q. 47. Ab hac opinione, non multum differt, opinio dicentium, quod eſt quędam vehemens inclina

tio preter naturalis. inclinans magis in delectabilia carnis quam in delectabilia rationis. Omnes opiniones refert Peter Corduba libro 1.q. 45. *Corduba* Concilium Tridentinum ſeſſ:5.decreto de peccato originali docet, quod dicitur fomes peccati, quia ex peccato eſt & ad peccatum inclinat. Dicitur etiam ſtimulus carnis, quia prouocat ad deſideria carnis. Dicitur etiam tyrannus, quia contra rationem imperare deſiderat.

*Ocham.* De ſubiecto etiam variæ ſunt ſententiæ. Ocham ponit in corpore vt colligitur ex dictis. Holrhot in anima. Almaynus hac d. q.2. vtranque reputat probabilem. Scotus in corpore ponit, vt patet ex dictis *Scot.* & in 4. d.4.q.7. Gabriel in.2.d.30.quæſt.2. inquit, quod ſecundum magiſtrum debent poni duæ qualitates morbidæ, vna in anima, quæ ſit peccatum originale, alia in corpore quæ ſit fomes. Et re vera ſi originale eſſet morbida qualitas, ſic eſſet dicendum. Sed omnia ſunt falſa. Ideo tenenda eſt opinio Scoti, vel illa, quod fomes eſt quædam vehement inclinatio. De quo Corduba vbi ſupra. Facit pro hac opinione quod Apoſtolus ſentiebat aliam legem in membris, repugnantem legi mentis. Signum ergo eſt, quod ſanata voluntate, adhuc manet fomes in corpore. Dico, non fuiſſe conueniens quod eſſet in Virgine. Nã conſtat ex Concilio Tridentino quod ex peccato eſt, & ad peccatum inclinat, quorum vtrunque in Virgine non eſt ponendum. Hoc videtur canere Eccleſia. Qui eam ab omni labe pręſeruaſti. Et iterum. Qui glorioſe Virginis matris Mariæ corpus & animam vt dignum filii tui habitaculum effici mereretur Spiritu ſancto cooperante præparaſti.

Ad primum Dico, quod radix & prima cauſa meriti eſt charitas feruida. Quod non ſe offerat difficultas, quam cauſat fomes, non obſtat perfectiſſimo amori. Nam manſit dolor, triſtitia, & alia quæ ſunt ſufficiens materia maximi meriti. Ad 2. quæſt 2. huius d. dub. 3.

*Num ab inſtanti conceptionis fomes Virginis fuerit extinctus an ſolum ligatus*

DVrand. hac d.q 3. docet fomitem nullomodo extingui poſſe, quia eſt ipſemet appetitus ſenſitiuus, qui nullomodo poteſt extingui, ſed ligari. Si ratio & opinio Durandi vera eſſet, ſequeretur quod etiam in Adam & Chriſto Domino fuiſſet fomes, quia ibi fuit integra natura, conſequenter apetitus ſenſitiuus. Conſequens eſt falſum ergo illud ex quo ſequitur. Quemadmodum igitur ferrum candens temperari poteſt & extingui, vt nõ poſsit comburere ſtuppam, quamuis maneat calidũ, ita quamuis apetitus ſenſitiuus maneat apetitus, poteſt extingui vt nõ maneat fomes. Nam poteſt iraſcibilis manere ſine feruore, qui requiritur ad hoc quod inclinet ad malum. Sed ſic eſt quod fomes nõ dicit apetitum quomodocunque, ſed deordinatum ita vt e malo ſit & ad malũ inclinet, igitur ſi per habitum & diuinum auxilium non poſsit ad malum inclinare, extingui poteſt. Iuxta quod in legenda D. Tho. dicitur, quod ſomno correptus ſentire viſus *Dub.* eſt lumbos ſibi ab Angelis cõſtringi, quo ex tempore omni poſtea libidinis ſenſu caruit. Habito quod extingui poſsit dubium eſt, an in prima Virginis ſanctificatione fuerit extinctus. S. Th. 3.p.q.27.art. *S.Thom.* 3. plures de hac re modos dicẽdi refert. Primus ſit dicentium quod in prima ſanctificatione fuit fomes ſublatus quantum ad pronitatem ad malum, remanſit tamen quantum ad difficultatem ad bonum. S. Thom. docet quod in ſecunda ſanctificatione quãdo Chriſtum concepit, & Spiritus ſanctus ſuperuenit in Virginem, fuit extinctus. In prima vero ſanctificatione ſolum fuit ligatus. Non per ſolam gratiam habitualem, aut mediante vſu liberi arbitrii, quẽ non habuit ſecundum ſanct. Tho. Sed per gratiam & diuinam prouidentiam.

Pro hac ſententia D. Thom. facere videtur Cyprianus libro de Cardinalibus Chriſti operibus cap. de natiuitate Chriſti, vbi inquit. *Cyprian.* In Chriſti conceptione Spiritu ſancto obumbrante Virginem, originale incendium extinctum fuiſſe. Facit Ambroſ. qui explicans illud Lucæ.1. Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, inquit. Quod a ſordibus eam mundauit. Beda inquit. Quod caſtigauit eam. Damaſcen. 3. orthodoxe fidei inquit. Quod purgauit eam. Arnobius Pſalm.14. inquit. Quod Ieſus Virgineam aulam ingreſſus, tabernaculum a maculis carnalibus liberauit. Secundo, Probatur ratione, nam ſi in prima 2. ſanctificatione fomes fuit extinctus, fruſtra videtur ſecunda ſanctificatio. Tertio, Primum in vno quoque genere eſt cauſa & menſura omnium quæ ſub 3. illo genere continentur, caro Chriſti primo fuit immunis a peccato, ergo ante Chriſtum non debuit fomitẽ Virginis extingui. Conſequentiam probo, quia ſumma perfectio, quam præſtat cauſa, requirit præſentiam cauſæ. Hac ratione Scot. infra d.19. docet, quod ante Chriſti mortem nullus debuit cęlum *Scot.* ingredi, quia hoc eſt ſummum ad quod ordinabatur meritum Chriſti, ideo ante præſentiam Chriſti nullus debuit cælum ingredi. Hac eadẽ ratione S. Tho. *S.Thom.* 3.p. docet ſacramenta ante incarnationem, non cauſare gratiam phiſicæ. Quarto, Chriſtus Dominus fuit primus qui habuit corporis immortalitatem, ergo 4. debuit eſſe primus qui haberet fomitem extinctum. conſequentia tenet quia principium & finis debent ſibi correſpondere. Hæc ſunt argumenta pro opinione D. Thom. quam opinionem habes Seraphicus Bonauent. hac d.art.2 q.2. Richard art. 1. quæſt 3. & 4. Durand. quæſt. 3.

*Dub.* Dubium quoque eſt an hæc extinctio fomitis fuerit ante incarnationem vel poſt incarnationem. S. Thom, inquit quod fuit poſt incarnationẽ, ideo incarnatio præceſſit extinctionem fomitis, ea prioritate qua cauſa ſolet præcedere ſuum effectum & eſſentia ſeu natura, proprietates quæ illam conſequuntur. Pro hoc ſecundo dicto, facit illud Ezechiel 43. Ecce gloria Iſrael egrediebatur per viam Orientalem. Ideſt per Virginem. Et terra. Ideſt caro ipſius. Splendebat a mageſtate eius. ſcilicet Chriſti. Figurata quoque fuit hæc veritas in arca teſtamenti, quę prius fuit fabricata, poſtea deaurata. Facit pro S. Tho. Athanaſ. ſermone de ſanctiſsima Deipara, vbi docens omnibus gratiis abundaſſe, inquit. Ex te prodiit Deus noſter, omnem tibi largiens gratiam.

*Bonau.* Seraphicus Bonauent. conſentiens primo dicto, negat hoc ſecundum dicens. Quod extinctio fomitis pręceſsit incarnationem, quemadmodum vltime diſpoſitiones præcedunt formam. Quia hæc ſanctificatio & prærogatiua ordinabatur ad incarnationem, ergo debuit eſſe ante incarnationem. Facit pro hac ſententia illud. Rom.10. Fecit nos idoneos miniſtros. Facit quod ante officiũ pręcurſoris, Baptiſta ſanctificatur in vtero. Facit quod Apoſtoli prohibentur prædicare gentibus quouſque in aduentu Spiritus ſancti, ſuperinduuntur virtute ex alto.

Vltima ſententia docet quod a prima ſanctificatione

*Fomes Virginis extinctus* / *Marſil.* / *Cather.* / *Ortitius.* / *Corduba*

tione fomes fuit extinctus in Beata Virgine. Hæc eſt
prima ſententia quam refert S. Tho. loco allegato.
Hanc docet Marſil. in 2. q. 20. art. 2. Maior hac d. Pro
babilem reputat Almaynus. Hanc ſequitur Catheri-
nus tractatu de conceptione reſolutione, 6. ratio-
nis. Pro hac citari ſolet Gerſon. Defendit hanc opi-
nionem noſter Ortitius inſignis prædicator Prouin
tiæ Caſtellæ. Vtranque exiſtimat probabilem. Pala-
tios hæc d. q. 3. Conſtanter defendit noſtram ſenté-
tiam. Cordubæ libro. 2. q. 45. Ante omnes fuit Ale-
xandri 3. p. q. 9. in 3. art. vbi inquit, quod ab inſtanti
conceptionis, habuit fomitem extinctum quantum
ad propriam perſonam, in ſecunda vero ſanctifica-
tione habuit illum extinctum quantum ad naturã.
De hoc ſecundo dicto, quod falſum eſt, agemus
quæſt. 2. huius diſt. Sequitur hæc ſententia ex opi
nione Autoris dicentis fuiſſe præſeruatã ab origina-
li. Pro hac ſententia facit Auguſt. 2. de nuptiis &
concupiſcentia vbi inquit. In Maria nullum pecca-
1. tũ, nec fomes peccati extitit. Ratione probatur. Pri-
mo, quia caro Virginis eſt caro Chriſti, quod do-
cet Auguſt. ſermone de Aſſumptione cap. 5. dicens,
Caro Chriſti caro eſt Mariæ, ergo hæc prærogati-
2. ua in laudẽ Chriſti reſultat. Secundo quæro quid
intelligitur nomine iſtius ligaturæ. Si intelligitur im
pedimentum, eo modo quo animal ferox eſt impe-
ditum aliqua ligatura, imperfectio eſt in Virgine,
quia cum huiuſmodi ligatura ſtare poteſt aliqualis
motus licet non ſequatur conſenſus. Quemadmo-
dum animal ligatum nonnullum impetum facere
intelligimus. Secundo ponere huiuſmodi ligaturam,
eſt ponere ſanitatem fomitis ſolum ab extrinſeco,
ſicut canis qui extrinſeca ligatura ligatur. ergo fo-
mes Virginis quaſi per vim ligatur, ipſo ab intrinſe
co renitente, quod in Virgine non eſt ponendum.
3. Tertio, quia hoc dicere eſt ponere continuam pro-
uidentiam quod non videtur dicendum. Si dicas
quod in Concilio Trident. ſeſſ. 6. canone 23. ana-
thematizatur qui dixerit iuſtificatum poſſe per to-
tam vitam eſſe ſine peccato veniali, ſicut fuit Beatiſ
ſima Virgo, ſine ſpeciali Dei priuilegio, ergo in Vir-
gine perpetua ponitur prouidentia, ergo ſimiliter
poni poterit hic. Dico quod ibi ponitur habitus, &
quia non ſufficit habitus apponitur diuina proui-
dentia & auxilium continuum per modum habitus.
Et hoc contendimus hic ponere. Ne daretur iſtud
continuum miraculum extrinſecé ligaturæ ſolum,
ponitur in Adam habitus iuſtitiæ originalis. 4. Se-
4. cundum S. Thom. Beatiſſima Virgo non habuit ab
inſtanti conceptionis vſum rationis, ergo ab inſtã-
ti conceptionis nec habuit fomitem extinctum, nec
ligatum. Nam ad hoc ligatur, ne exeat in actum. er-
go toto tempore quo naturaliter non potuit habe-
re vſum rationis, non fuit neceſſararia iſta ligatura.
Dicendo vero fuiſſe extinctum, non ſuperflue po-
nitur iuſtitia originalis, vel aliquis alius habitus, quia
eſt perfectio, quemadmodum fides in puero. Adde
quod ſi habuit vſum rationis, vt ſupra diximus, iã
ille habitus habere poterat omnem ſuum effectum.
5. Quinto, Fomes non eſt morbida qualitas ſed ipſe
appetitus, ergo ſolum poteſt tolli quantum ad obli-
quitatem, vt ipſe Medina concedit, ergo ſi in primã
ſanctificatione fuit impeditus nil relictũ fuit quod
poſtea extingui poſſet, aut explica contra Durand.
quomodo extinguitur. Nam ſolum poſſumus intel-
ligere eſſe extinctum, quia manẽte appetitu ſecun-
dum ſubſtantiam, non poteſt exire in operationẽ,
ergo extingui, & totaliter ligari, idem ſunt. Ideo in
intelligibilis videtur eſſe iſta ligatura, quę ponitur
velut medium inter fomitem viuum & extinctum.
Sexto, In Beatiſſima Virgine maior fuit gratia quam
in Adam licet fuerit minor quam in Chriſto, ſed in 6.
Adam fuit extinctus, ergo in Beatiſſima Virgine. Si
dicas in Adam fuiſſe iuſtitiam originalem, ideo eſt
diſpar ratio, hoc non obſtat, nam in Chriſto fuit
extinctus, in quo non fuit ſtatus iuſtitiæ, ergo ſicut
per gratiam fuit extinctus in Chriſto, ſimiliter in
Virgine. Septimo. Adam non fuit confirmatus in
gratia & tamen in Adam fuit fomes extinctus, er- 7.
go a fortiori in Beatiſſima Virgine, quæ ab inſtan-
ti conceptionis fuit in gratia confirmata. Octauo, 8.
arguo in firmando motiuum contrariæ ſententiæ.
Ideo ponunt huiuſmodi ligaturam vt aſſignent ex
ceſſum gratiæ inter primam & ſecundam ſanctifica-
tionem, ſed ponendo extinctum fuiſſe in prima ſan
ctificatione, poteſt hoc ſaluari, ergo non eſt ponen
da huiuſmodi ligatura. Minor probatur. Aurora om
nem depellit tenebram, & quælibet parua lux, & ta-
men in meridie lux eſt clarior, ergo bene conſtat
quomodo potuerit in conceptione filii magis ac ma
gis ſanctificari, & a principio fomitem extinctũ ha-
bere. Vltimo, hoc donum non fuit Virgini dene-
gatum ob peccatũ Adæ, ſicut donum impaſſibili- *Vltimo.*
tatis, nã in ſecunda ſanctificatione fuit conceſſum,
nulla ergo extitit cauſa, quare e principio non fuerit
donatum ab eo, qui plura & maiorẽ donauit. Qui
enim pleuriticum dolorem (dolor de coſtado) impe
dire vult, ad quid pleuram & radicem doloris relin-
queret, ſi tollere poſſet?

Ad argumentum ex autoritatibus ſanctorum
dico, minus calidum reſpectu magis calidi frigidũ
reputari, ideo magis calidum agit in minus calidum,
eo modo quo agit in frigidum ſibi contrariũ iuxta
quod Apocalyp. 22. Dicitur. Qui iuſtus eſt iuſtifi-
cetur adhuc. Secundo, dico, fere omnes illos ſanctos
loqui de purgatione & puritate Mariæ in concipien
do, quia concepit ſine coitu & libidine. Vtrunque
complectitur Hieronym. ſermone de Aſſumptione
vbi agnoſcens Beatiſſimam Virginem mundam, &
comparans eam lanæ mundæ, inquit. Ad quam ſane
cum acceſſiſſet Spiritus ſanctus, quaſi & ipſa eadem
lana, cum inficitur ſanguine muricis vel Chonchi-
lii vertitur in purpuram, verſa eſt & ipſa ſine coitu
in matrem, vt non ſit quod fuerat, ſed purpura ve-
riſsima in indumentum & gloriam ſummi regis
aptiſsime dedicata.

Ad 2. Petet quomodo ſecũda ſanctificatio nõ
fuerit fruſtra, quia dato quod in prima ſanctificatio-
ne fomes fuerit extinctus, potuit amplius ſanctifica
ri. Si enim Adam non peccaſſet, fomes eius iã erat
extinctus, & tamen poſſet amplius ſanctificari.

Ad 3. dico, quod Chriſtus eſt primus dignitate.
Propter ipſum & ab ipſo, habet Beatiſſima Virgo
omnem prærogatiuam. Quia vero iſta de qua eſt
ſermo, non eſt ſumma (ſicut eſt ingreſſus gloriæ &
reſurrectio ad immortalitatẽ, quæ nullus ante Chri-
ſtum debuit habere) bene potuit ante incarnatio-
nem Chriſti, eſſe in Virgine. Per hoc patet ad 4.

*Num fomes per habitum gratiæ extinguatur.*

SVppoſita veritate, quod fomes Virginis fuerit
extinctus, quærendum eſt per quid extinguatur
Ad quod ſciendum eſt tribus modis intelligi
poſſe

poſſe fomitem extingui. Vno modo ab extrinſeco, Deo non concurrente cum appetitu ſenſitiuo, qui ſaltim materialiter eſt fomes. Deo autem non concurrente, non exiet in actum, & ſic ligabitur. Sic videmus, & ſacra hiſtoria docemur ignem non combuſiſſe tres pueros in Babilonia. Sic nihil poſitiuũ intelligitur in ligatura. Secũdo modo, quod per cõtinuam prouidentiam Deus moueat & adiuuet potentias & appetitum, vt pote cum mouet intellectũ meum, voluntatem meam, ante habitum. Sic poteſt mouere appetitum ad bonum retrahendo a malo nullum in appetitu cauſando habitum. Vltimo intelligi poteſt quod extinguatur per habitus, ſiue talis habitus ſit moralis in appetitu, ſiue moralis aut theologicus in anima.

In hac tedico primo quod per ſubtractionem diuini concurſus non poteſt fomes extingui, licet poſſit impediri actus eius. Verũ manifeſtatur exẽplo. Nam ſiquis impediat vulneris dolorem, ſi maneat cauſa, fons & origo, non dicitur dolor extinctus ſed mitigatus, ad plus quod ceſſauit, ideo ponere huiuſmodi ligaturam in Virgine nõ ſufficere videtur dignitati eius. Ponere ſecũdo modo, tolerabile eſt. Sed iam ſupra hoc impugnauimus. Quia ligatura dicit impedimentum quaſi ab extrinſeco, natura ab intrinſeco, non perfecte ſanata. Et in Virgine plus eſt ponendum.

De tertio modo eſt dubium an fomes auferri poſſit per habitus, Ad quod ſciendum, quod alij ſunt Theologales vt pote charitas. Alij morales in anima vt pote prudentia quæ ſine dubio eſt in intellectu, Iuſtitia in voluntate. Illæ vero virtutes quæ ſunt ad moderandas paſſiones, in appetitu ſunt.

Hoc fundamento ſuppoſito arguitur vniuerſaliter probando quod per habitus nullomodo poſſit fomes auferri. Nam maior eſt inclinatio habitus, ſed inclinatio fomitis, eſt inclinatio naturalis ergo non poteſt extingui vel auferri per habitus. Ratio eſt, quia habitus non variat potentiam, nec facit aliter ferri ſupra ſuũ obiectum, ſed tãtũ confortat & corroborat illam, ergo ſi fomes eſt appetitus, & appetitus manet, per ſolos habitus auferri nõ poteſt fomes

2. Ad idem arguo ſic Inclinatio ad bonum auferri nec extingui poteſt per habitus vitioſos, quia huiuſmodi inclinatio naturalis eſt, ergo ſimiliter per habitus virtutis auferri non poteſt inclinatio ad malum, quia ſenſus & cogitatio hominis prona ſunt ad malum ab adoleſcentia ſua.

De hac re videndus eſt D. Thom. 3. p. q. 27. art. 3. & 4. ſolutione ad primũ, vbi inquit quod fomes Virginis ligari non potuit (ligari dicit non extingui) per ſolas virtutes 3. autem p. q. 15. in corpore inquit. Quod virtus moralis quanto perfectior eſt, tãto perfectius facit animam rationi eſſe ſubiectam, & ſubdit. Cum igitur in Chriſto fuerit virtus ſecundũ perfectiſſimum gradum, cõſequens eſt quod in eo fomes peccati non fuerit. Vbi manifeſte docet D. Thom. quod per virtutes in ſummo bene poteſt fomes auferri & extingui. Quod, ſi negauit in Virgine ideo fuit, quia non agnouit in Virgine virtutes in ſummo, ſicut in Chriſto propterea inquit quod fuit ligatus partim per virtutem partim per diuinã prouidentiam. Vnde cum poſtea docet, in ſecunda ſanctificatione fuiſſe extinctum, manifeſte inſinuat virtutes tunc in Virgine in ſummo fuiſſe.

Concluſio. Fomes non videtur poſſe auferri per ſolam gratiam exiſtentem in anima. Ita docet Paludanus hac d. q. 2. Ratio eſt quia gratia directe ſolum reſpicit voluntatem in qua eſt, ergo præter gratiam, in ipſo appetitu debet poni aliquis habitus, vel aliquid ex diuino auxilio cauſatum, alias poterit inſurgere contra rationem. Hæc ſententia manifeſte colligitur ex Autore in 2. d. 29. vbi loquẽs de iuſtitia originali & effectibus eius inquit. Nunquid et hoc tollitur omnis rebellio vt potentia inferior delectabiliter ſe retrahat. Reſpondet. Si dicatur quod ipſa potentia inferior ex parte ſui delectabiliter obediat rationi, videtur quod oporteat ponere in potentia inferiori aliquid, quo ſic delectabiliter feratur in delectabile voluntatis, ſed hoc quod ponendum eſt in potentia inferiori, eſſe non poteſt niſi aliquis habitus. Ergo per gratiam ſeu iuſtitiam (ſi alius habitus erat,) quæ erat in anima non extinguitur fomes. In 4. d. 4. q. 7. in principio. Et eadem d. quæſt. 5. concluſione 3. aperte docet quod gratia frenat fomitẽ igitur non extinguit. Duplex ex dictis oritur dubium. Primum eſt quod iuſtitia originalis non faceret illos effectus qui ſibi communiter tribuuntur ab omnibus. Secundum eſt, nam tunc ſequeretur quod virtus moralis eſſet magis efficax ad extinguendum fomitem quam gratia vel iuſtitia originalis. Ad primum dicendum, quod iuſtitia originalis primum effectum, nempe ſubijcere animam & rationẽ Deo, ſufficienter faciebat. Subijcere vero vires inferiores non niſi inchoatiue, ſimul cum alijs habitibus. Aut dicendum, quod nomine iuſtitiæ originalis, intelligitur tota perfectio illius ſtatus, qui includebat iuſtitiam, & omnes virtutes morales. Et hoc iuxta doctrinam Scoti. Aliter dici poſſet tertio, quod ſicut humana natura continet perfectionem omnis naturæ ſenſibilis, ſic iuſtitia omnem virtutem moralẽ. Sed hoc dificile eſt, quia huiuſmodi habitus non operantur effectiue, niſi prius operentur formaliter, id eſt non operantur extra potentiam in qua ſunt. Non enim ſcientia concurrit effectiue ad producẽdum iudicium ſcientificum, niſi cum intellectu in quo eſt. Igitur prius debet ineſſe formaliter in ſubiecto quam operetur effectiue.

Scot.

1. Dub.

2.

Ad 2. dubium dico, quod non minus efficax eſt gratia ad ſuam potentiam quam virtus moralis ad ſuã. Quod autẽ magis efficax ſit virtus moralis ad ſuam propriam potentiam in qua eſt quam gratia ſeu originalis iuſtitia ad potentiam in qua nõ eſt mirum nullomodo eſſe debet. Quia vt dictum eſt habitus non operatur niſi inhærendo.

2. Concluſio per virtutes in ſummo extinguitur fomes peccati ſecundum S. Thom. 3. p. quæſt. 15. art. 2. in corpore vbi inquit. Virtus autem moralis quæ eſt in rationali parte animæ, eam facit eſſe rationi ſubiectam & tanto magis quanto perfectior fuerit virtus & ſubdit. Cum igitur in Chriſto fuerit virtus ſecundum perfectiſſimũ gradum conſequẽs eſt quod in eo fomes peccati non fuerit. Quod autem ait, virtus moralis quæ eſt in rationali parte animæ, forſan nõ intendit excludere virtutes morales quæ ſunt in appetitu, quia in minori, cũ inquit. Cum igitur in Chriſto fuerit virtus ſecundum perfectiſſimum gradum, abſque dubio includit omnes virtutes quia omnes fuerunt in Chriſto. Niſi dices quod ſecundum D. Thom. fomes eſt in anima. Nã 1. 2. q. 82. art. 3. inquit. Peccatum originale habet priuationẽ originalis iuſtitiæ. Et cum hoc inordinatam diſpoſitionem partium animæ. Et art. 3. docet quod peccatum originale materialiter eſt concupiſcentia.

cientia. Ergo eſt concupiſcentia voluntatis.

Concluſio poteſt ſuaderi ſic. Virtus habet oppoſitionem cum vitio & omni mala inclinatione, ergo ſi virtus eſt in ſummo, nihil ibi remanere poteſt de oppoſito nam quantum adeſt de vno contrario, tantum abeſt de alio, ergo ſi vnum eſt in ſummo, de reliquo nihil eſt omnino, igitur ſi fomes eſt in parte corporali, & ibi ponatur virtus in ſummo, probabiliſſimum eſt quod per illam virtutem extinguatur fomes. Similiter ſi fomes eſt voluntas obliqua & inclinata ad malum, cum eſt ſine virtute, ſi ibi ponatur virtus in ſummo probabiliſſimum eſt quod extinguatur. Sed ſi virtus in ſummo ponitur in voluntate, & fomes ponitur in appetitu ſenſitiuo, difficile ſatis videtur quomodo virtus in anima quamuis ſit in ſummo poſſit extinguere fomitem in appetitu. Nam talis appetitus diſtinctus eſt. Et talis appetitus præcedit rationem, pugnans & inſurgens contra rationem, ergo ſi talis appetitus ſit ſine propria virtute in ſummo, quamuis ea virtute quæ eſt in anima, poſſit frenari, non tamen videtur quod poſſit extingui. Plana igitur & certa via eſt quod extinguitur per virtutes & diuinam prouidentiam.

Ad primum argumentum dico quod inclinatio mere naturalis, vt comedere dormire &c. non poteſt auferri nec extingui per habitum, ſed inclinatio ad iram, ad vindictam, ad venerea, quæ ſolum eſt naturalis, quia oritur & fundatur in natura, bene poteſt extingui per habitum. Quia reuera illud in quod inclinat eſt præter naturale & contra naturam rationalem ideo & rationi ſubiicitur & per habitum poteſt rectificari vt nullus ſit exceſſus nec motus deordinatus.

Ad 2. Dico quod virtus eſt ſecundum naturam rationalem. Rationalis autem anima, licet aggrauetur a corpore, non tamen poteſt amittere naturale prædominium, quod habet ſupra corpus, ideo quandocunque homo ſit in peccato: ratio quæ eſt ſupra corpus, ſemper bene iudicat de rebus vniuerſalibus quamuis ex vitio obſcuretur circa particularia iudicia. Inde ergo eſt quod inclinatio ad bonum nõ poteſt auferri per vitia, quia inclinatio ad malum eſt contra naturam rationalem, & inclinatio ad bonum ſecundum naturam. Cum ſuperuenit habitus completur perfecte inclinatio ad bonũ ideo habitu exiſtente in potentia extirpatur inclinatio ad malum. Potentia enim ſolum ex quadam indifferentia quia flexibilis ad bonum & malum, & in bono non cõfirmata, inclinatur in malum. Sed veſtita habitu in ſenſu compoſito per habitum in ſummo, omnino deletur inclinatio ad malum. Sed ad hoc quod habitus ſemper inſit, auxilium requiritur.

*Num Beatiſsima Virgo habuerit iuſtitiam originalem.*

Quia in illo feliciſſimo ſtatu per iuſtitiam originalem extinguebatur fomes, & dictum eſt quod in Virgine fuerit extinctus, conſequens eſt inquirere an per iuſtitiam originalem, fuerit extinctus, vt vniuerſalis ſermo præcedentis dubii manifeſtior fiat. S. Thom 3. parte quæſt. 27. artic. 3 in corpore docet partem negatiuam. Nam iuſtitia originalis fuit data Adę pro ſe & ſua poſteritate, hæc per peccatum fuit amiſſa pro ſe & ſua poſteritate: Beatiſſima autem Virgo fuit naturalis filia Adę, ergo nullo modo habuit hanc iuſtitiam, Manifeſtatur hoc ex his quæ apparebant in Virgine, nam eſuriebat, ſitiebat. Videndus eſt Pater Corduba libro 2. q. 46. vbi plures refert autores.

*S. Thom.*

Oppoſitam ſententiam ſequitur faber Stapulenſis ad Roman. 5. Buſtos ſerm. 5. p. 1. fol. 25. Idem docere videtur. Durand. in 3. diſtinct. 3. quæſt. 3. Gerſon quem citat Oeſtius, qui hanc etiam ſequitur ſententiam. Carthuſianus libro de preconio & dignitate Mariæ, Caniſius libro 2. de Deipara cap. 9. Anſelmus de conceptu Virginali, capit. 20. tribuit Chriſto originalem iuſtitiam, ideo nimirum quod etiam tribuamus Virgini.

*Cord.* *Buſtos.* *Gerſon.* *Caieta.*

Ad explicationem ſententiæ breuiter commemorandi ſunt illi tres principales effectus qui tribuebantur iuſtitiæ originali, nempe ſubiicere animam Deo, vt animae eius præcepta, ſaltem quoad ſubſtantiam actus, poſſet adimplere. Secũdo ſubiiciebat vires inferiores rationi nempe concupiſcibilem & iraſcibilem. Tertio corpus animæ. Quæ ſubiectio conſiſtit in hoc quod corpus non impediret animam ratione infirmitatis. Anima enim non ſolum impeditur ab operibus ſtudioſis ex turbatione iraſcibilis & deſiderio concupiſcibilis, ſed ex infirmitate corporis non poteſt exequi opera virtutum. Et quamuis hoc impedimentum non procedat ex vitio, derogabat ſtatui feliciſſimo.

Hoc ſuppoſito dicit iſta opinio, quod ille tertius effectus non pertinebat ad eſſentiam iuſtitiæ, ſed ad integritatem. Duo vero illi priores, qui remouent vitia contra virtutes, pertinebant directe ad illam virtutem. Et quia duos illos priores effectus habuit, non obſtante quod non habuerit illum effectum, dicendum eſt quod habuit illam virtutem. Probatur. In naturalibus bene ſaluatur res ſine omnibus partibus quæ ſunt de eſſentia eius, vt poſſe homo ſine manibus, ergo nimirum quod iuſtitia fuerit ſine iſto effectu. Nam in Chriſto non fuit huiuſmodi effectus, ſiquidem eſuriebat, ſitiebat (non tamen grauabatur corpus eius ad opera virtutum exercenda) ergo nullo modo dicendum videtur quod defuerit iuſtitia originalis ergo ſimiliter in Virgine. Secundo, iuſtitia originalis fuit in Adam ergo & in Beatiſſima Virgine, tenet conſequentia, nam ſecundum S. Thom 3. p. quæſt. 27. art. 5. quanto aliquid magis appropinquat principio in quolibet genere, magis participat effectum illius. Beatiſſima Virgo magis appropinquauit Chriſto. Chriſtus magis Deo quam Adam, ergo illi effectus qui ſunt de eſſentia virtutis perfectius fuerunt in Virgine. Conſequenter ipſa iuſtitia originalis.

Tertio, Beatiſſima Virgo habuit appetitum ligatum vel extinctum, ergo ſi non habuit iuſtitiam originalem, dandum eſt continuum miraculum, probabiliter ergo ponitur ipſa iuſtitia originalis.

Ad primum argumentum, Dico, quod quamuis Adam amiſerit iuſtitiam pro ſe & ſua poſteritate, potuit Beatiſſima Virgo gaudere hoc priuilegio. Quod in Chriſto dicit perfectionem, & ponere in Virgine non derogat Chriſto. Si enim argumentũ aliquid valeret, etiam probaret quod habuerit originale. Omnis ergo qui concedit Virgini immunitatem ab originali, conſequenter ſatis, concedit illi iuſtitiam originalem. Vt ablato vitio inſit virtus illi oppoſita.

Ad 2. patet ex dictis:

*Nũ ingrederetur cælu ſi decederet ante filiũ*

*Scot.* OMiſſo ſtatu viatorum, examinãda eſt quæſtio expectans ad ſtatũ cõprehenſorũ. Quã quæſtionẽ tangit Scotus ſoluẽdo primũ D. Tho. De qua duplex eſt ſententia. Prima eſt Roberti delitio ſerm. de cõceptione ſequentis partẽ affirmatiuã. Hanc ſequi videtur Gerſon ſerm. de conceptione. Probatur ſic. Non habuit originale ergo ingrederetur cælũ, tenet conſequentia, quia ſolũ propter originale eſt clauſum. Vnde ſi nõ ingrederetur, ſequeretur quod innocens puniretur extra hanc viam. Secundo, ſi primi parentes permanſiſſent in iuſtitia originali non negaretur eis ingreſſus paradiſi, ergo nec Beatæ Virgini, quæ quo ad gratiã ſuperauit Adã. Tertio, Bonus latro ab inſtanti mortis fuit in gloria, iuxta illud Saluatoris. Hodie mecũ eris in paradiſo, ergo ſimiliter Beatiſſima Virgo ſi decederet ante filiũ. Vltimo, Paulus ſecũdũ Aug. & S. Thom. vidit diuinã eſſentiã, ergo & Beatiſſima Virgo. Si ergo in hac vita aliquãdo vidit, ſequitur quod multo melius poſt mortẽ. Igitur eſſet Beata & ingrederetur cęlũ

*Scot.* Oppoſita ſentẽtia eſt Autoris, hic & infra d. 19. art. 3. ad 1. & 2. Hanc ſequitur Gabriel hac d. Caietanus
*Caiet.* opuſculo de conceptione c. 2. Corduba lib. 1. q. 47.
*Cord.* Metina 3 p. q. 27. art. 2. concluſ. 1. ad finẽ ante omnes
*Alex.* docuit Alexãd. 3. p. q. 9. M. 3. art. 2. §. 3.

Ad hoc ſciẽdũ quod nõ ſolum per peccatũ Adæ manſit noſtra natura Deo inimica, ſed quælibet perſona, ideo quamuis per gratiã perſona fiat Deo grata poteſt natura manere inimica. Hac ratione quamuis homo ſit in gratia, filii naſcũtur in originali, quia gratia ſolum gratificat perſonã, nõ naturã. Hoc ſuppoſito docet hæc opinio, quod inter alias penas peccati originalis, vna fuit occluſio ianuæ cæleſtis. Quã non ſtatuit Deus aperire, niſi per Chriſtum. Imo ordinatum eſt quod corpus Chriſti non haberet gloriã ante pretium exibitũ. Patet Lucæ vltimo. Nõne oportuit Chriſtum pati & ita intrare in gloriam ſuã. Inde colligit hæc opinio quod quamuis Beatiſſima Virgo quantum ad perſonam habuerit gratiam cõtra originale, non tamen fuit libera ab aliis penis contractis ex peccato, ergo non eſſet libera quantũ ad iſtã penam. Sepe nãque iudex poſt quam profert ſententiam libertatis alicuius, detinet eũ in carcere vſque dum ſoluat aliquod pretium. Sic ingreſſus cæli denegãdus erat vſque dũ ſolueretur pretiũ pro peccato generis humani. Hoc ſignificauit Paulus cũ dixit Col. 2. Delẽs chirographũ cõtrariũ nobis, ipſum
*Col. 2.* tulit de medio, affigens illud Cruci. Hæb. 2. decebat eũ per quẽ omnia & propter quem omnia qui multos filios in gloriã adduxerat autorẽ ſalutis eorũ per
*Zach.* paſſionẽ cõſumari. Zachar. 9. Tu quoque in ſanguine teſtamẽti tui emiſiſti vinctos tuos. Optima hu-
*Num.* ius rei exiſtit figura. Num 35. vbi de homicida & peccatore dicitur. Manebit in ciuitate refugii donec ſacerdos magnus qui oleo ſancto vnctus eſt moriatur & iterũ. Exules & profugi ante mortẽ põtificis nullomodo in vrbes ſuas reuerti poterunt. Hanc verita-
*Scot.* tã infra d. 19. art. 3 ad primũ manifeſtat Scotus exẽplõ Anſelmi 2. Cur Deus homo. cap. 16. vbi inquit, Quod ſi multi offenderent regẽ vt vnus innocens de ſanguine illorũ faceret opus gratum regi vt remittat offenſam hac cõditione vt nullus intraret palatiũ ante obſequiũ exibitũ eſſet ſimile in præſentiarum. Ad hunc modũ imaginandum eſt Deũ ſtatuiſſe remittere originale, & alia peccata ante prætiũ exibitũ. Non tamẽ introducere aliquẽ ad gloriã, quia hoc eſt vltimum præmiũ. Quod non debuit dari ante ſolutũ prætiũ paſſionis, pro quo datur hoc præmiũ & cuncta alia quæ ordinantur ad hoc præmiũ. Probatur ratione. Nam antiqui Patres deſcendebãt ad Lymbũ (vt habetur c. maioris de Baptiſmo) ergo deſcẽderet Beatiſſima Virgo, tenet cõſequẽtia, quia iam per gratiã erat illis remiſſum originale, licet non ab inſtanti cõceptionis, ergo quantum ad remiſſionẽ eadem videtur eſſe ratio. Si ergo Patres antiqui detinebantur, quia expectabãt Chriſtũ, vt ſolueret prætiũ, ſimiliter Beatiſſima Virgo. Ad Hæbr. 11. in- *Hæbr. 11*
quit Paul. Quod antiqui Patres qui nos præceſſerunt, non debuerunt ante nos accipere gloriam corporis, ne ſine nobis conſumarentur. A fortiori, ergo non debuit Beatiſſima Virgo ingredi cælum, ne cõ-
ſumaretur ſine Chriſto, vt Chriſtus Col. 1. eſſet in *Col. 1.*
omnibus primatum tenens. Secundo ſic. Carentia diuinæ viſionis eſt pœna peccati, ſicut & mors. Sed Beatiſſima Virgo non fuit præſeruata a morte, licet fuerit præſeruata ab originali, ergo mirũ quod nõ fuiſſet libera a pena iſta, conſequentia tenet, quia ſi non fuit libera a minori pena, nec a maiori. Nec obſtat quod fuerit præſeruata ab originali, quod fuit magna prærogatiua, quia illud priuilegium ordinabatur ad dignitatem maternitatis Chriſti, hoc autẽ nõ, ideo eſt diſpar ratio. 3. Si Beatiſſima Virgo decederet ante Chriſti natiuitatẽ, nõ videtur quod ingrederetur cælum ergo nec ſi nato Chriſto decederet ante mortem Chriſti.

2. Concluſio. Nõ eſt omnino improbabile quod ſi decederet ante filium videret diuinam eſſentiam. Nam in hoc non præueniret Chriſtũ, qui ante mortẽ ſtatim ab inſtanti conceptionis fuit beatus videns diuinam eſſentiam. Sed obiicis videre diuinã eſſentiam eſt eſſe beatũ, quia viſio diuinæ eſſentiæ cõſtituit aliquem beatum, igitur ſecunda concluſio non ſtat cũ prima. Dico quod lumine beatifico videre diuinã eſſentiã ſemper ſine interpollatione cõſtituit aliquẽ beatũ, videre in raptu, ſicut forſam vidit Paulus, minime. Et nomine ingreſſus cæli debet intelligi perpetua viſio æternitate participata (vt dicunt) menſurata. Nã intelligere materialem ingreſſum non videtur rationabile.

3. Concluſio. Si decederet ante natiuitatem Chriſti non videtur ita probabile quod videret diuinã eſſentiã quia tũc aliquis homo redimẽdus per Chriſtũ in videndo diuinã eſſentiã præueniret Chriſtũ.
Alexã. Alenſis 2. p. q. 24. M. 1. Greg. in 2. d. 4. q. 1. di- *Alexãd.*
cunt Angelos licet in raptu vidiſſe diuinam eſſentiã quod non eſt inconueniens. Quia Angeli non fuerũt redẽpti per Chriſtũ. Sed quod homines viderẽt ante Chriſtum non reputo probabile. Vnde falſum exiſtimo quod Moyſes viderit diuinam eſſen-
tiam. Nã Chriſtus Dominus expreſſe dixit Ioãn. 1. *Moyſes*
Deum nemo vidit vnquam & idem Ioann. poſt *non vidit*
quam multa de diuinitate enarrauerat, ne quis ipſum *diuinam*
exiſtimaret vidiſſe ſubiungit. Vnigenitus qui eſt *eſſentiã.*
in ſinu Patris enarrauit. Ideſt ipſe fuit teſtis oculatus non ego. Ita docet Euariſtus Papa epiſtola 1. ad Epiſcopos Africanos vbi negat Moyſem vidiſſe diuinam eſſentiam. S. Thom. 2. 2. quæſt. 175. art. 3. Et 1. p. quæſt. 12. art. 11. vbi videndi ſunt expoſitores. docet Paulum vidiſſe diuinam eſſentiam. Docuit Auguſt. libro de videndo Deum. Et ſuper Geneſim ad literam libro 12. Contra quod non facit ratio, & Autoritas Ioann. commemorata, quia Paulus fuit poſt Chriſtum, ideo mirum quod hoc priuilegium

legium. Paulo fuerit conceſſum. Solum facit contra hoc, quod cum Chriſtus dixit. Deum nemo vidit vnquam, non dixit Beatiſsima Virgo videat diuinam eſſentiam, ergo minimum quod nec Paulo fuerit facie ad faciem reuelata. Vnde falſum reputo quod viderit diuinam eſſentiam, cum peperit filium ſuum primogenitum. Sed ſi vidit Paulus conſtanter affirmo quod viderit Beatiſsima Virgo. Quia quod alijs conceſſum eſt, nefas eſt Beatiſsimæ Virgini denegare. Vidiſſe diuinam eſſentiam docet
Ruperto. Rupp. libro 3. in Cantica explicans illa verba. Oculi tui columbarum, vbi inquit. Rapteam eſſe vſque ad 3. cælum. Antoninus de Florentia 4. p. titulo 15.
Anton. capit. 17. § 1. Dyoniſius. Richel ſuper Dyoniſ. de cæleſti Hierarchia art. 58. Gerſon Alphabeto 15. titulo 8. & Alphabeto 88. titulo 9. Vbertinus celſal. libro 1. arboris vitæ Crucifixi, capit. 9. Villanoua ſerm. de Reſurrectione. Innuit Bernard hom. 2. in miſſus eſt. Nullo vero modo ego credo dicente Saluatore Deum nemo vidit vnquam. 4. Omnio Beatiſsima Virgo non deſcenderet in Lymbum ſed haberat ſpecialem locum. Nam exiſtentes in Lymbo erant quaſi incarcerati & quaſi ſub diabolica ſeruitute quod ſermone Aſcenſionis introducit
Epiphan. Epiphanius, dæmonem dolentem, dicens Hodie diabolus corpus noſtrum in cælum ſubleuatū cernens calamitatem ſuam deplorat. Quid faciam iſte ſi nomines quos ſeculo vinctos detinebam, mihi intercepit. Clarius Paulus Col. 2. Expolians principatus & poteſtates traduxit confidenter palam.

Ad primum argumentum quod ex liberalitate Dei fuit præſeruata a culpa, ſed non præſeruata fuit a pena.

Ad 2. Dico quod ſi Primi parentes non peccaſſent nec contraxiſſemus originale vt culpam, nec in penam illius peccati, eſſet clauſa ianua.

Ad 3. dico quod tunc iam pretium erat ſolutū, ideo nimirū quod ſtatim viderit diuinā eſſētiā.

Sed eſt Dubium an ſi Adam non peccaſſet & Chriſtus venire, vt opinatur Scotus, in tali caſu decedentes ante Chriſtum ingrederentur cælum. Ratio dubij ex vna parte eſt quod tunc nec eſſet originale quod eſt culpa, nec clauſa eſſet ianua cæli quod
Catherin. eſt pena. Catherinus tract. 2, de conceptione (fecit enim duos) libro 2. §. de morte & doloribus Virginis reſpondet quod non ingrederentur. Sed hoc non eſt ita probabile. Dubium pendet ex hoc, quomodo tunc Chriſtus eſſet caput. De quo d. 7. q. 3. art. 2. Sequendo partem affirmatiuam quod ingrederentur. Nullum eſt inconueniens dicere, quod ſecundum gratiam, maior fuerit Maria in hoc ſtatu, quam fuerint & fuiſſent primi parentes in illo ſtatu. Secundum vero alias prærogatiuas fuerit minor, quia in hoc ſtatu in penam peccati clauſa fuit ianua regni, ita vt ſolus Chriſtus, qui habet clauem Dauid, potuerit aperire.

Eſt dubium de facto quando ingreſſa fuerit cælum Dico quod beatiſsima Virgo fuit mortua, quia ſicut Virgini nefas eſt denegare priuilegia alijs ſanctis conceſſa, ita nefas eſt concedere priuilegium Chriſto non conceſſum, ſed Chriſtus mortuus eſt ergo & Beatiſsima Virgo. Secundo ſi nō antea, ſaltem ſurrexit tertia die. Nam latroni dictū eſt. Hodie mecum eris in paradiſo. & Math. 27. dicitur, quod multa corpora ſanctorum ſurrexerunt cum eo, probabiliter infertur, ergo & bonus latro. Vt ſemper Chriſti Domini indiuiduus eſſet comes. Si tertia die ab obitu ſuo ſurrexit ergo & Beatiſsima Virgo. In ſuper Chriſtus ſurrexit tertia die, ergo & Beatiſsima Virgo cui accōmodabitur illi d. Pſal. 131. Surge Domine in requiem tuam tu & arca ſanctificationis tuæ. Tertio probatur ex hiſtorijs humanis nam
Nicephorus libro 2. c. 23. inquit. Thomam non ad- Nizephor
fuiſſe funeri Virginis. Qui cum poſt diē tertium aduenisset, Apoſtolis ad ſepulchrum Virginis perſeuerantibus & ſepulchrū fuiſſet reſeratū vt a S. Tho. videri poſſet, non corpus, ſed linteamina ſolum apparuerunt ergo tertia die ſurrexit. Notandum eſt, quomodo incredulitate & abſentia Thome, reſurrectio matris & filij comprobentur. Secundo dico, quod eadem reſurrectionis die cælos aſcendit, nam Chriſtus, vt reſurrectionis fidem comprobaret, & diſcipulos ſuos conſolaretur, per quadreginta dies in multis argumentis apparuit eis, ante quem in cælos aſcenderet. Hoc non procedit in Virgine, ergo eadē tertia die qua ſurrexit, ad cælos aſcendiſſe credendū eſt. Vltimo dico, quod ſecundum Mayronē ſerm. 2. de Aſſumptione die Dominica ſurrexit Ex quo cōſtat quod die veneris mortua eſt, ſicut Chriſtus &
bonus latro. Sed eſt dubium an anima per ſpatium Dub.
illorum trium dierum fuerit in cælo an in terra Dico certum eſſe veniſſe ad ſepulchrū et ibi viſitetur corpori. Certum quoque eſſe debet animam ab inſtanti ſeparationis vidiſſe diuinam eſſentiam. quia non erat extra viam, & propter ſpem propinque, ac potius reſurrectionis non debuit tanto bono priuari. Vbi fuerit tribus illis diebus, cum ex ſcripturis nihil habeamus, nihil certum dicere poſſumus. ſancti omnes tenent quod corpore & anima in cælo ſit manifeſte docent quod in die Aſſumptionis, Angeli, imo ipſe Dominus Chriſtus in occurſum eius venerit. Ex quo probabile eſt, quod antea, cęlum, anima non aſcenderit.

## QVÆSTIO II.

*De ſanctificatione corporis Chriſti quare ſcilicet & quomodo non contraxerit originale peccatum.*

AD ſecundum dicitur, ſecundū Magiſtrum, quod aliqua portio erat in Adam, de qua omnes filij eius propagati ſunt. Et aliqui ponunt quod aliquid illius portionis non fuerit infectū in Adam, ſed ſeruatum mundum vſque ad generationem Chriſti. 1. d. Ell. Mag. in d. 30. 2. diſtū.

Sed contra primum. Quantum infinitum per ablationem finitam abeo aliquoties factam poſſet conſumi, & maxime ita modicum quantum, ſicut eſſet ſemen deſcendendū ab Adam in procreatione filiorum, iam videretur totaliter eſſe conſumptū. Quod ſi dicas illud in ſe multiplicari, ſicut dicit Magiſter: hoc non videtur poſſe fieri ſine miraculo, ſicut de panibus Euangelicis, de quibus exemplificat, & ita non erat poſſibile patrem generare, quantum eſt ex parte formationis corporis, ſine miraculo, quod non videtur probabile.

Qui non tenent hic Magiſtrum ſecundum diuerſum modum ponendi de peccato originali, diuerſi mode hic reſpondent. Dicentes enim quod peccatū originale contrahitur propter carnē infectam concupiſcibiliter ſeminatam, dicunt carnem totam Mariæ fuiſſe ſanctificatā, & ita illud quod aſſumebatur ad formationē corporis Chriſti prius quā aſſumebatur fuit ſanctificatum, vt non eſſet ibi infectio aliqua in inſtanti infuſionis animæ.

Sed cōtra hoc arguitur. Si ſanguines Beate Virginis erant de quibus formabatur corpus Chriſti ſecundum Damaſ. lib.3.c.2. cum nunquam fuerint animati anima alicuius hominis, per conſequēs nunquam ab anima pecatrice contraxerunt maculam, nec per conſequens ex parte eorum poteſt aſignari ratio maculæ, vel ſanctificatio corporis generati exeis. Si dicatur quod virtutus actiua formās corpus exeis fuit infecta, & ideo corpus genitum infectum. Hoc non videtur verum, ſi Spiritus ſanctus immediate formauit illud corpus de illis ſanguinibus. Præterea non videtur probabile corruptionem eſſe ſine generatione in quocunque genere, ſed iſta ſanctificatio ſiue mundatio carnis eſſet corruptio illius morbidæ qualitatis poſitiuæ & tamem nullius alterius qualitatis poſitiue eſſet generatio: gratiæ non, quia non eſt capax ſanctitatis igitur.

Dam.

Aliter ſecundum viam Anſelmi qui poſuit peccatum originale eſſe carentiā iuſtitiæ debitæ, ſicut tactum eſt diſt.32. ſecundi, patet qualiter Chriſtus nō contraxit originale peccatum, quia nō fuit filius naturalis Adæ, & ideo non erat debitor iuſtitię originalis: acceperunt enim illi ſoli iuſtitiam in Adā, qui abeo erant deſcenſuri per rationem Patris naturalis ſecundum communem propagationem. Vnde ſicut illis ſolū potuit ſeruara iuſtitiam, ita illis ſolum potuit perdere illam. Et ideo ſi Chriſtus fuiſſet purus homo, & non Deus, miraculoſe tamem natus de Virgine, ſecundum eum, non contraxiſet originale peccatum. Iſta ſententia patet per eum de cōceptu Virginali cap.10. & de inceps. Et expreſſe cap.10. vbi vult quod innocentiæ Chriſti poreſt poni duplex ratio, ſcillcet ſanctificatio Virginis matris, & miraculoſa formatio corporis, non per propagationem communem. Et vtraque perſe ſufficeret vt Chriſtus innocens naceretur.

Vid. eſt Hugo de Sancto Vict. lib. 2. p. 1. c. 5

Anſelm.

*Super diſt.3. quæſt.2.*

IN litera vna eſt concluſio negatiua. De modo non ponendi peccatum in Chriſto, duos refert modos dicendi. Primus eſt Magiſtri dicentis quod aliqua portio erat in Adā, ex qua formatus fuit Chriſtus. Hunc modum impugnat Autor. Nam omne finitum per ablationem finiti tandem conſumitur, hæc pars eſt aliquid finitum, ergo iam eſſet finita. Si dicas cū Magiſtro in 2.d.30. quod multiplicatur ſicut multiplicati fuerunt quinque panes. Hoc nihil eſt, quia non eſt ponendum continuum miraculum in ipſa naturali generatione, alias nulla generatio eſſet naturalis. Secunda opinio ponit originale contrahi ex infectione carnis concupiſcibiliter ſeminate. Et quia tota caro Mariæ fuit ſanctificata ante quam caro Chriſti eſſet formata, ideo Chriſtus non contraxit originale. Improbatur hæc opinio quia Chriſtus fuit formatus ſecundum Damaſcenum ex puriſsimis ſanguinibus Virginis, ſed ſanguines nunquam fuerunt animati ergo nulla in eis eſſe potuit infectio Si dicas quod virtus actiua Virginis fuit infecta, obiectio eſt nulla, ſi Spiritus ſanctus fuit qui immediate formauit, Secundo improbatur. Corruptio vnius non poteſt eſſe ſine generatione alterius, ne materia detur ſine forma. Nec generatio ſine corruptione, ne detur duplex forma. Sed ſi daretur iſta ſanctificatio carnis, daretur corruptio illius morbide qualitatis ſine generatione alterius qualitatis, quia nō apparet quæ qualitas generaretur ergo iſta infectio carnis, & iſtius infectæ carnis mundatio ridiculoſa eſt.

Magiſt.

Improbatur Magiſt.

Ex propria ſententia docet ideo non contraxiſſe originale, quia non fuit filius naturalis Adæ, qui ſolum pro filiis naturaliter genitis amiſit iuſtitiam.

Vltimo docet ex Anſelm. quod innocentiæ Chriſti, duplex poteſt cauſa aſsignari. Prima ſanctificatio Matris. Secunda miraculoſa Chriſti conceptio.

*Num Chriſti corpus de puriſsimis ſanguinibus Virginis fuerit formatum.*

QVia originale vt dictum eſt contrahitur in inſtanti quo quis naturaliter ex viro & fœmina generatur, queritur de materia ex qua formatum fuit Chriſti corpus. De qua re videndus eſt S. Thom 3.p. quæſt.31. art.5 expoſitores ibidem. Quod fuerit formatum ex ſemine probatur, quia fuit eiuſdem rationis cum corporibus aliorum hominum.

S.Thom. & expoſitores ibid.

2. Sanguis ex quo concēptus fuit Chriſtus fuit Virginis ſuperfluus, ergo fuit ſanguis menſtruoſus, conſequentia tenet quia nullus alius fuit ſuperfluus. Antecedens probatur, quia alias eſſet conceptus cum detrimento matris.

In hac quæſtione ſupponendum eſt Mariā Virginem concepiſſe ſine viro de Spiritu ſancto. Lucæ 1. Spiritus ſanctus ſuperueniet in te Matth.1. inuenta eſt in vtero habens de Spiritu ſancto. Bononie quidam doctor auſus eſt prędicare Mariam concepiſſe Chriſtum mente & corde non in vtero. Ex reuelatione fœminæ, ſictę ſanctitatis confirmabatur. Poſtea

fuiſ

fuit damnatus. Confutatur error ex locis adductis. Videndus eſt Metina loco allegato. Richard. diſtin. *Metina.* 4. art. 2. q. 6. concedit conceptum fuiſſe de ſemine Virginis. Videtur eſſe Anſelmi de concepta Virgina li. cap. 13. & 14. vbi dicit. Conceptum eſſe de ſemine ſine vlla voluptate. Pro hac facit Beda 4. in Lucam c. 49. vbi inquit. Qua conſequentia eius lacte credatur nutritus, cuius ſemine negatur eſſe conceptus. *S. Thom.* S. Thom. probat non fuiſſe conceptum ex ſemine. Quia ſemen reſoluitur cum concupiſcentia, quæ vix aut nunquam eſt ſine veniali, quod non fuit in Virgine, ergo ſine ingenti temeritate nullomodo dici poteſt ex ſemine Virginis fuiſſe formatum. Poſſet reſponderi, quod virtute Spiritus ſancti nō fuit reſolutum illud ſemen cum concupiſcentia. Sa- *Bonau.* raphicus Bonauent. in 3. d. 4. art. 1 q. 1. inquit. Quod opinio Richard. non eſt frequenter in ore verſanda; Secundo docet quod dici non debet, fuiſſe conceptum ex ſanguine menſtruoſo. Quia talis ſanguis eſt impurus, ideo ex illo non debuit formari corpus optime complexionatum. Oppoſitū dixit Abulenſ. Math. 1. q. 51. Leuit. 12. q. 5. legendus Caiet. 3. q. 154. art. 12. Docet 3. quod non debuit formari ex carne Beatiſsime Virginis aut ex oſſe ſicut formata fuit Eua. Quia in Beatiſsima Virgine non fuit aliquid ſuperfluū ſicut in Adā, qui debuit habere aliquid ſibi ſuperfluum, ſpeciei vero neceſſariū. Quia futurus erat principium totius naturæ. Eua enim non debuit immediata a Deo formari ſicut Adam, vt agnoſceret ab Adam acceptiſſe, & ei debere ſubiectionem. Secundo non fuit formatū ex carne Virginis, ne aliquid Virginis corrumperetur, indignum enim erat qui ſtatuerat deiecta erigere, confracta ſolidare, aliquid Virgini adimere. Si ergo aliis donabat, nō debuit aliquid e matre auferre. Legēdus eſt Leo. Papa ſer. 2. Natiuitatis. Inſuper vt genitus ſine vlla matris corruptione, oſtenderet quomodo a Patre æternaliter fuit genitus ſine aliqua corruptione. Ratio eſt Athanaſ. diſputatione 2. contra Arrium.

Vltimo dicendum, quod fuit formatus ex puriſſimis ſanguinibus Virginis, qui non actu ſed potentia ſunt pars Virginis. Quia ſanguis non animatur anima rationali. Docet S. Thom. 3 p. q. 31. art. 5. ad primum. Autor hic impugnando ſecundum modum. Id ipſum ex medicis docet plurimis. Vnde non ſequuntur inconuenientia ſupra commemorata. *Dam.* Docet hanc veritatem Damaſcenus libro 3. cap. 2 ad medium dicens. Filius conſtruxit ſibi Ipſi ex caſtiſsimis & puriſsimis ſanguinibus Virginis carnem *6. Sygno.* animatam anima rationali. Habetur ſexta Synodo actione 11. Dicitur ex puriſsimis ſanguinibus, quia non ex menſtruoſis. Nec ex voluptuoſis, puta ex ſemine, ergo ex puriſsimis, ex quibus generari ſolet ſemen. Adminus hoc ita eſt dicendum vt verificetur illud ad Galat. 4. Miſit Deus filium ſuum factum ex muliere. Si pro alia opinione obiicias illud Rom. 1. factus eſt ei ex ſemine Dauid ſecundum carnem. Dico, quod ſemen ſumitur pro prole. Sic ad Abraham. Terram hanc dabo ſemini tuo ad Hæbr. 2. ipſe Chriſtus dicitur ſemen. Nuſquam Angelos apprehendit ſed ſemen Abrahæ. Sic factus ex ſemine id eſt natus ex Maria quæ deſcendebat ad Abraham. Non dixit, natus nec genitus, nec factus ne quis natu talem filium Abrahæ exiſtimaret.

Ad primum argumentum Dico, quod ſpecies nō ſumitur a materia ſed ab efficienti dante vnitatem formæ. Patet in homine formato ex limo & ex ſemine qui ſunt omnino eiuſdem ſpeciei, ideo argumentum nihil valet.

Ad ſecundū Dico, quod quamuis Chriſtus eſſet conceptus ex ſanguine neceſſario, non ſuperfluo, nō eſſet cum detrimento Virginis. Quia ille ſanguis nō animatur (& ſic nihil animatum ex trahitur) ſed eſt in venis tanquam vltimum alimentum, ideo quamuis ille ſanguis non eſſet impurus & menſtruoſus, potuit eſſe Virgini non neceſſarius, ſed ad generationem Chriſti reſeruatus.

## *Num Chriſtus dominus in lumbis Abrahæ fuerit decimatus.*

QVæſtio de immunitate Chriſti ab originali ſub hoc titulo moueri ſolet a doctoribus in reuerentiam Pauli, qui Hæbr. 7. probat ſacerdotium Chriſti eſſe maius ſacerdotio Leui per hoc quod Abraham e quo deſcendit Leui decimas dedit Melchiſedech Geneſ. 14. Dare autem decimas conuenit minori reſpectu maioris. Accipere eſt maioris reſpectu minoris, ſed ſacerdotium Chriſti eſt ſecundum ordinem Melchiſedech qui accepit decimas, ergo eſt maius quam ſacerdotium Leui qui fuit decimatus in lumbis Abrahæ id eſt qui in ſuo parente Abraham ſoluit decimas. In hoc diſcurſu fundatur titulus quæſtionis. Dicemus autem ſtatim quo modo ſub hoc titulo quæratur an contraxerit originale.

Arguitur ergo probando Paulum nihil concludere. Nam Leuitæ Num. 18. accipiebāt decimas, & tamen erāt minores in templo ergo accipere decimas non eſt ſignum excellentiæ.

2. Minor ſacerdos maiorem benedicebat, quem ad modum nunc Epiſcopus Archiepiſcopum conſecrat. ergo benedictio non eſt ſignum excellentiæ. Conſequenter ex hoc quod Melchiſedech benedixit Abrahę non probatur quod fuerit maior.

3. Exod. 23. & 28. Sacerdotium Aaron dicitur ſempiternum, ergo ad huc manet. Conſequenter nō recte infert Apoſtolus eſſe euacuatum 4. Leui fuit decimatus in lumbis Abrahæ, quia deſcendit ab eo ſecundum corpus, ſed Chriſtus dominus etiam fuit ibi ſecundum corpus, ergo fuit ibi decimatus, conſequentia tenet quia tota caro Virginis & aliorum Patrum fuit decimata. Rurſus ſequitur (vt oſtendamus poſtea) quod contraxerit originale.

5. Chriſtus dominus fuit circumciſus, ergo contraxit originale conſequentia tenet, quia circumciſio contra originale ordinabatur. Si hoc fugis, ſaltim ſequitur ſuperfluum fuiſſe accipere circumciſionem.

De propoſito dubio videndus eſt S. Thom. 3. p. q. 31. art 8. Expoſitores ibidem. Doctores hic. *S. Thomas.*

Ad explicationem huius, ſciendum ex Auguſti. libro 10. ſuper geneſim ad literam c. 19. & 2. quod *Aug.* ille in Habraham decimabatur qui curabatur. Qui non indigebat curatione non decimabatur. Quibus verbis ſignificat Auguſt. quod decimę offerebantur pro peccato. Qui enim dat decimas nouem partes ſibi retinet. Nouenarius autem numerus imperfectionē denotat, quia a denario deficit qui perfectus eſt. Ideo Gregor. hom. 18. ſuper Ezechiel inquit. Denarius numerus pro perfectione ſemper accipitur. De nouenario inquit Hieron. ſuper 2. Aggei. Nonus nu- *Hieron.* merus nunquam in bonam partem ſumitur, omnis enim ſolemnitas die finitur octauo, nec ad nonum peruenit. Dies propitiationis & expiationis menſe ſeptimo, poſt diem nonum celebratur. Vnde quidam

dabat decimam retinendo nonam partem profitebatur ſe imperfectum. Ita Aug. & S. Thom. locis citatis, & Albertus hac. D. art. 17. vbi ad hoc citat. Huponem. Nec obſtat illud Num. 18. vbi dicitur. Quod decima erat in ſuſtentationem ſacerdotum. Quia cũ hac cauſa morali, ſtat iſta, quæ eſt figuratiua. Conſtat ergo quo ordo ſub hoc titulo quæratur an Christus contraxerit originale.

6. Eſt not. quod Sacerdotes accipiẽtes decimas a populo, populum benedicebant. Benedictio autẽ populum denotat quandam mediationem inter Deum & hominem, & maiorem propinquitatem ad Deum. Benedicere autem Dei eſt conferre creaturæ aliquod bonum, iuxta illud Geneſ. 45. Omnipotens benedicat tibi benedictionibus cœli de ſuper benedictionibus Abyſsi iacẽtis deorſum. Pſalm. 23. hic accipit benedictionem a Domino, miſericordiam a Deo ſalutari ſuo. In die iudicii dicet Dominus, Venite benedicti, poſsidete Regnum. Cũ creatura benedicit Deum idem eſt quod laudare Deum iuxta illud Pſalm. 33. Benedicam Dominum in omni tempore. Benedictio autem qua ſacerdos populum benedicit, eſt media inter vtranque, nam vt Dei miniſter mediat inter Deum & populum. Iuxta quod Leuit. 9. loquendo de Aaron dicitur. Extendẽs manum ad populum benedixit ei. Sic Epiſcopus benedicẽdo populũ confert ei indulgentiã venialiũ.

Vltimo, Not. dupliciter fuiſſe aliquem in Adã vno modo quantum ad corpulentam ſubſtantiam quia generatur ex aliqua materia deſcẽdẽte ab ipſo, licet non ſit modo naturali per ſeminationem Secũdo modo quãdo generatur naturaliter ex commixtione maris & feminæ.

Concluſio. Optime probat Paulus Sacerdotiũ Chriſti eſſe maius Sacerdotio Leui. Nam Abraham decimas dedit Melchiſedech, ergo eſt minor: tenet conſequentia, quia dare decimas conuenit minori reſpectu maioris, ſed Chriſtus Dominus eſt Sacerdos ſecundum ordinem Melchiſedech: ergo Sacerdotium Chriſti eſt maius Sacerdotio Leui, qui fuit decimatus in Abraham. Nam cum Abraham obtulit decimas, Leui, a quo deſcendebat Aaron ſummus Sacerdos, in lumbis Abrahæ erat.

Vim huius argumenti agnoſcentes Rabbini, negarunt, vt refert Abulenſis ſuper iſtum locum Melchiſedech fuiſſe Sacerdotem. Conuincitur error ex Pſalm. 109. Tu es Sacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech. Nullibi autem legitur obtuliſſe vinum & panem, niſi Geneſ. 14. ergo vt Sacerdos obtulit, ſacrificiũ panis & vini, Deo, nõ Abrahæ, in ſuſtentationẽ ſeruorũ ſuorum, vt dicũt Hæbrei. *Abulen.*

Secundo, benedicens maior eſt eo qui benedicitur vt conſtat ex 6. not. ſed Melchiſedech benedixit Abrahæ reuertẽti de prælio, ergo erat maior illo. Ponderanda ſunt verba Apoſtoli dicentis. Hũc qui habuit repromiſsiones benedixit, ac ſi dixiſſet. Magnus Abraham cui promiſit Deus terrã fertiliſsimã. Maior quoque fuit ex promiſsione incarnationis. Sed longe maior Melchiſedech qui eum benedixit. Si enim Melchiſedech benedixiſſet quemcunque de populo Iſrael, non ita appareret excellẽtia, ſed benedixiſſe Abraham, qui ex prædictis promiſsionibus magnus erat, magna inde oſtenditur excellentia Melchiſedech, qui, Abrahã magno, fuit maior, ſiquidem illum, benedicebat. Manifeſtatur amplius veritas. Abraham fuit Sacerdos qui erexit altare & obtulit ſacrificia Geneſ. 15. Cuius Sacerdotium, ſpreto Ru-

*Geneſ. 12. & 15.*

bem, tranſiuit ad Leui. Si iſtud Sacerdotium eſſet maius Sacerdotio Melchiſedech, ad quid perdurabat Sacerdotium Melchiſedech: Certe ſi Sacerdotium Leui eſſet maius, & duraturum in perpetuum, iam ceſſaſſet Melchiſedech. Sed adhuc ſtabat ergo ſignificatum fuit quod futurus erat aliquis Sacerdos ſecũ ordinem Melchiſedech, qui excederet Leui. ſicut Melchiſedech excedebat Abrahã patrem Leui, qui fuit decimatus in Abraham. Nam filius non poteſt patre eſſe maior. Figuratũ quoque fuit, quod ſicut Melchiſedech non fuit decimatus, ſed accepit decimas, ita Chriſtus qui eſt Sacerdos ſecundum ordinem Melchiſedech non fuit decimatus. Decimæ dabantur pro peccato ergo Leui decimatus habuit peccatum. Et Chriſtus non decimatus nullum habuit peccatũ, quia ſolum illi decimabantur, qui deſcendebãt via naturali ex commixtione maris & feminæ. Chriſtus vero vt diximus conceptus fuit de Spiritu ſancto, ergo nec fuit decimatus, nec curatus, nec contraxit originale. Vide circulum, quo docent autores non contraxiſſe originale.

2. Concluſio. Multipliciter poſſumus imaginare Chriſtum Dominum non contraxiſſe originale. Primo ratione vnionis, quia ex vnione ad verbum natura fuit grata. Hic modus dicendi eſt ad mentem S. Tho. 3. p. q. 2. art. 12. & q. 7. art. 13. vbi docet quod gratia fuit homini Chriſto quaſi connaturalis, de quo infra d. 13. Videtur docere Anſelm. de conceptu virginali dicens. Quod non contraheret quãuis eſſet purus homo. Vbi inſinuat nõ cõtraxiſſe quia ex vnione erat Deus. Sed iſte modus ſuſtineri non poteſt. Nam ſi conceptus eſſet naturaliter, quamuis ex vnione haberet gratiam ſaltim contraheret debitum, ſicut Beata Virgo quod in Chriſto maximam poneret imperfectionem. Docet S. Thom. 3. p. q. 28. art. 1. dicens. Quod ſi Chriſtus naſceretur ex concubitu maris & feminæ contraheret originale, vbi non meminit vnionis ad verbum. Accepit ex Aug. de nuptiis & concupiſcentiis. Inſignis locus ad probandũ. d. 12 quod poſſet aſſumere naturã in peccato. Ideo non eſt audiendus Maiora quibi & vbique ſemper concurrit ad vnionem. Nam ſuppoſita vnione docet D. Thom. quod ſi eſſet naturaliter genitus contraheret originale. *Nota locus S. Tho.*

Secundo dici poteſt non contraxiſſe originale, quia Beatiſsimæ Virgini pro ſe & ſuo filio collata fuit iuſtitia originalis. Hunc modũ in calce quæſtionis tribuit Autor Anſelmo de conceptu virginali, c. 13. Sed Anſelmus ibi ſolum docet quod non contraheret etiam ſi eſſet purus homo. Ex quo ſolum licet inferre quod quia mirabiliter conceptus non contraxit. Et ſi eſſet purus homo, non contraheret, ſi mirabiliter eſſet conceptus, quod eſt verum de quocunque alio homine. Hunc ergo modum dicendi docet Alexand. 3. p. quæſt. 9. art. 1. vbi inquit. Quod in ſecunda ſanctificatione fuit ei ablatus fomes quantum ad naturam, id eſt non ſolum pro ſe ſed pro filio ſuo. Iuxta quod S. Thom 3. p. q. 27. art. 3. inquit Si totaliter fomes ſubtraheretur in quãtum pertinet ad corruptionem naturæ. Ex hoc modo dicendi ſequitur quod etiam ſi habuiſſet aliũ filium naturaliter genitum non contraheret originale, quia haberet gratiã capitis pro ſe & prole, niſi dicat quod habuit ſolum pro Chriſto. *Scot, declaratur.* *Alexãd.*

Ille modus falſus eſt quia iuſtitia originalis ſolũ Adæ fuit data tanquam capiti. Vnde quamuis Eua non peccaret, ſi Adam peccaret, contraheremus originale.

ginale ergo quamuis in Beatiſsima Virgine ponatur iuſtitia originalis, nullomodo ponenda eſt tanquã gratia capitis communicanda filiis. Si dixeris quod dari fuerit ſibi pro ſe & pro vnico filio tantum, ad hoc hoc reputo inconueniens, quia in genere gratię non filius a matre ſed potius mater a filio accipiebat. Ideo, nec vt cauſa nec vt inſtrumentum aliquid in hoc genere a matre accepiſſe dicendum eſt. Hæc ratio etiam conuincit per nullum Sacramentum accepiſſe gratiam, in genere vero naturę Chriſtus a matre & in ventre matris carnem accepit.

3. Dici poteſt non contraxiſſe originale, quia mirabiliter conceptus de Spiritu ſancto, non fuit filius naturalis Adæ. Hanc rationem elegantius præceteris, ponit Anſelm. de conceptu Virginali c. 22. dicens. Sicut ſibi amittere non potuit Adã, niſi quia voluntate conſeruare potuit, ſic nec auferre niſi per ſonæ quam generare potuit, ſed non potuit aliquã generare, niſi ex ſemine, ergo genito miraculoſe nõ potuit auferre iuſtitiam, conſequenter nec communicauit originale. Ad hũc modum reduci debet quicunque modus non naturalis, vt pote ſi Deus ex ſemine deciſo a viro, miraculoſe ſine fœmina formaret prolem. Credo quidem quod tunc non contraheret originale, quia in caſu non eſſet filius naturalis. Si arguas ex Scoto infra d. 13. q. 4. quod in caſu eſſet vere pater, ſicut Beatiſsima Virgo fuit vere mater quamuis genuit ſine viro. Dico quod ad hoc illo dato, non contraheret originale, quia non accepit iuſtitiam vt pater quomodocunque, ſed vt pater naturalis.

Vltimo. Dici poſſet non cõtraxiſſe originale, quia aliqua pars ſeminis pura, non infecta fuit reſeruata in Adam, vt ex ipſa formaretur Chriſtus. Iſte modus qui falſus eſt, eſt primus in Autore de quo ſupra agendo de Beata Virgine. Quomodocunque dica-
Caieta. tur, conſtat quo pacto male concedat Caietanus carnem Chriſti fuiſſe obnoxiam peccato in Patribus.
Metina. Caietanum repræhendit Metina 3. p. q. 31. art. 7. ante Caietanum docuit Gabriel in 3 d. 4. ad finem.

Ad primum dico, quod leuitæ quantum ad decimam computabantur cum ſacerdotibus, ipſi tamẽ poſtea ſummo Sacerdoti dabant decimam ſuarum decimarũ, ſicut nunc ſummo Pontifici dantur Annatæ. Ideo ſemper ſtat verum quod dare decimas eſt ſignum inferioritatis.

Ad 2. quod proponit Hugo q. 68. ſuper epiſto-
Hugo. lam ad Hæbr. dico quod hic non agitur de qualibet benedictione ſed de illa quæ conuenit Sacerdotibus conſecratis.

Ad 3. Dico, quod illud teſtamentum dicitur ſempiternũ ideſt ad multũ tempus: dictio enim Oolam ſolum ſignificat vſque in ſeculum, quod eſt tempus magne durationis de quo latius ſuper prologum Scoti q. 1. via 7. contra Iudeos.

Ad 4. Dico, quod Chriſtus dominus fuit in patribus ſecundum corpulentam ſubſtantiam & non ſecundum naturalem generationem, ideo Leui fuit decimatus in Abrahã nõ vero Chriſtus vt dictũ eſt.

Ad 5. Dico, quod non fruſtra accepit circuncisionem. Primo, quia ſic oſtendit quantum debeamus legi Dei obedire & quod non ſolum debemus facere ea que ſunt ſub præcepto ſed ea quæ ſub cõſilio. Suſcepit etiam ad cõprobandum habere veram carnem. Lege S. Thom. 3 p. q. 37. art. 1.

Dub. Sed dubium eſt an non contraxiſſe originale & conceptum fuiſſe de Spiritu ſancto Chriſti domini fuerit proprium. Debat te Thomas de Argenti- Argent.
na. hac d. art. 1. refert errorem Iuliani apoſtatæ dicentis. Iſaac conceptum fuiſſe de Spiritu ſancto. Probatur quia mater eius fuit ſterilis. Hunc errorẽ damnat Auguſt. contra Iulianum. Damnatur ex verbis Gabrielis Lucę 1. Spiritus ſanctus ſuperueniet in te. Ideſt Chriſti domini hoc priuilegium erit propriũ. Quantũ ad nõ contrahendum originale concesſum fuit hoc priuilegiũ Virgini, nulli alii, ſicut dictũ eſt.

*Num Chriſtus Dominus habuerit fomitem.*

DE fomite multa ſupra diximus. Nunc ſoluenda ſunt argumenta quæ militant pro parte affirmatiua. Primum ſumitur ex Hieronymo Hieron.
ad Rom. 8. in illa verba Deus filium ſuum mittens in ſimilitudinẽ carnis peccati, vbi inquit. Filius Dei ſuſcepta carne quæ ad peccandum eſſet procliuior abſq; peccato eam ſuſcepit.

2. Apoſtolus 2. Cor. 12. loquendo de infirmitatẽ fomitis inquit virtus in infirmitate perficitur ſed quod perfectionis eſt ponendum eſt in Chriſto ergo in eo fuit fomes.

3. Chriſtus debuit fratribus aſsimilari per omnia Habr. 2. ſed fratres tentantur ex inclinatione fomitis, ergo & Chriſtus.

4. In Chriſto caro concupiſcebat aduerſus ſpiritum & ſpiritus aduerſus carnem, ergo in ipſo fuit fomes conſequentia eſt legitima antecedens probatur Math. 26. Spiritus promptus eſt caro autem infirma. Atteſtatur huic veritati triſtis vox illa. Pater ſi poſsibile eſt tranſeat a me calix iſte. Ex quo ſic. Voluntas conditionata eſt ſimpliciter voluntas vt videbimus d. 15. ſed in hac voce fuit voluntas conditionata procedens ex compaſsione naturali appetitus ſenſitiui qui refugiendo mortem deſiderabat viuere.

5. Motus primo primus non eſt peccatum, quia inſurgit ſine conſenſu voluntatis. ergo non eſt inconueniens ponere illum in Chriſto.

De dubio hoc fuit error Pelagianorum dicentiũ Pelagiani.
libidinem eſſe naturale bonum hominũ, conſequenter dicebant motus inordinatos fuiſſe in Chriſto. Contra hos ſcribit Auguſt. 4. hypognoſticon ad finem. Libro etiam de nuptiis & concupiſcentiis & 1. contra duas epiſtolas Pelagianas, c. 11. Reiicitur ex illo Ioann. 1. Plenus gratiæ & veritatis. Sed cum plenitudine gratię non ſtat inclinatio ad malum ergo in ipſo non fuit fomes qui ex peccato eſt & ad peccatum inclinat. Itaque quod in Concilio Conſtãtinopolitano, quod eſt ſextum generale, diffinitur quod Chriſtus erat Dominus motuum naturalium & omnium ſuorum affectuum ſine paſsionum, quę niſi eo annuente non mouebantur, quod nos minime ſumus. Inſuper in Chriſto non fuit originale, ergo nec fomes qui inde oritur. Denique pro hac veritate faciunt omnia, quibus probauimus. fomitem Virginis non ſolum fuiſſe ligatum ſed extinctum.

Ad primum dico. Hieronymũ ſolum velle ſumpſiſſe carnem de natura quæ de ſe eſt procliuis ad peccandum, ipſa tamen caro Chriſti nullomodo erat inclinata ad peccandum.

Ad 2. Dico, quod virtus in infirmitate perficitur occaſionaliter, nobilius autem eſt habere habitus in ſummo ſine iſta occaſione, quæ includit aliquam imperfectionem.

Ad 3. Dico quod Chriſtus debuit aſsimilari fra-
tribus

tribus in omnibus quæ nõ ſunt ex peccato, aut n-elioaot ad peccatum, bene vero in his quæ ſine iſta relatione ſunt materia meriti vt dolor, & triſtitia. Declaratur amplius veritas dicendo quod fomes non eſt appetitus abſolute ſed inordinatus appetitus. Chriſtus debuit aſsimulari quantum ad naturã, & illa quæ non dicunt inordinationẽ, non quantũ ad illa quæ ex peccato ſunt & ad peccatũ inclinant.

Ad 4. Dico, quod iuſtitia originalis contraria fomiti non excludebat omnem triſtitiam, ſed triſtitiã perturbantem rationem, quamuis Deus ex ſpeciali prouidentia faceret, ne tunc homo triſtaretur. ita Scot. in 2. d. 29. Secundum hoc ſatis conſtat quomodo triſtitia Chriſti non ſit iudicium peccati, quia eſt triſtitia ſolum ex naturali amore & pietate, ideo manente cauſa naturalis triſtitiæ non perturbantis rationem, ablatus fuit fomes. *Scot.*

Ad vltimum Dico, motum primo primum non eſſe peccatum, procedit tamen ex indeliberatione & natura non plene ſanctificata & virtute ornata, ideo talis imperfectio non eſt ponenda in Chriſto.

## CVM VERO INCARnatio, &c.

## DISTINCTIO 4.

Circa iſtam 4. diſt. in qua Magiſter agit de Conceptione Chriſti per comparationem ad Virginem concipientẽ, quærendum eſt de maternitate Mariæ. Et circa hoc quæruntur 4.

Primo, Vtrum Beatiſsima Virgo Maria fuerit vere mater Dei & hominis.

2. Vtrum mater concurrat actiue an paſſiue ad maternitatem.

3. Vtrum Maria cooperata fuerit actiue Spirituiſancto.

4. Vtrum fuerit mater naturaliter an miraculoſe.

### ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum Beatiſsima Virgo, fuerit mater Dei & hominis.*

AD primum ſic proceditur, videtur quod non fuit mater Dei & hominis quia oppoſita contraria non poſſunt in eſſe eidem ſimul etiam per potẽtiam diuinam, quia tunc Deus facere poſſet cõtradictoria ſimul, conſequentia patet per philoſophum. 4. Metaph. vbi probat quod ſi contraria eſſent in eodem, quod etiam contradictoria eſſent ſimul de eodem vera. Sed virginitas & maternitas ſunt oppoſita cõtraria igitur, &c. *Tex. com. 9. & 27.*

2. Præterea. Damaſc. lib. 3. c. 12. genitricem Chriſti nequaquam dicimus Beatam Virginem. *Damaſc.*

3. Præterea actiuum & paſsibum, ſunt correlatiua mutua ex 5. Mathaph. mater ſe habet ad patrem ſicut paſsiuũ ad actiuum ſecundũ Philoſoph. 1. de animalibus, igitur mutuo ſunt correlatiua. Pater & mater, ſed nullus eſt pater hominis Chriſti, igitur nulla mater. *1. de generatio animal. c. 19*

4. Præterea. Pro 3. articulo.

Sed contra Lucæ. 1. Cõcipies in vtero & paries filiũ. Et Math. 1. De qua natus eſt Ieſus qui vocatur Chriſtus.

Reſpondeo dicendo, quod concluſio iſtius articuli eſt certa, ſicut patet per Damaſc. Dei genitricem vere ſcilicet Mariam prædicamus ſicut enim vere Deus ex ipſa genitus eſt, ita ipſa vere Dei genitrix dicitur. Deũ enim aimus ex ipſa genitum eſſe non vt deitate verbi principium eſſendi accipiẽte ex ipſa, ſed Dei Verbo ex ipſa incarnato & genito, non enim hominem nudũ genuit Beata Virgo, ſed Deum verum, nõ nudum ſed incarnatum. Vbi videtur dicere, quod genuit ſuppoſitũ ſicut ipſe determinat, infra c. 18. quia generatio eſt hipoſtaſis, ſed genuit illud ſuppoſitum non ſecundum naturam diuinã, ſed humanam ergo. Contra quod videntur eſſe duo argumenta facta ad primam partem. *Damaſc. lib. 3. c. 12 in principi.*

Similiter de eo propter quod aliqua dicitur mater. Pro 2. articulo.

Ad argumenta, ad primũ dico, quod Virgo & mater non opponũtur aliqua opoſitione formali, nec ut priuata, nec vt cõtraria. Virginitas enim priuata priuat tantum actionem cauſæ ſuperioris naturalis, non autem virtutem actiuam matris, maternitas autem nõ neceſſario ponit actionem illius cauſſę ſuperioris, ſed tantum illam comuniter concomitatur illa actio, ſed ſi alius ſuppleat actionem illam cauſæ materialis poteſt eſſe maternitas ſecundum ſuam rationem, & tamem cum priuatione actionis cauſę naturalis ſuperioris, & ita cum Virginitate, & ita fuit hic. Exemplum. Obiectũ creatum natũ eſt concauſare cũ intellectu meo intellectionem, intellectum igitur concipere notitiam comuniter requirit obiectum creatum manere intellectum, ſed nõ requirit hoc ex per ſe ratione ſua. Si enim Deus ſupleat actionem obiecti mouẽdo intellectũ poteſt intellectus eandem notitiam cõcipere quam *Exẽplum*

ciperet

cõciperet obiecto mouẽte, et ita ſi in in
tellectu cõcipiente nõ moueri ab obie-
cto creato deſignaretur per nomẽ Vir-
ginitatis, vel incorruptibilitatis non re-
pugnaret aliquo modo formaliter intel
*Obiectio.* lectu concipere & Virginem eſſe, ita eſt
hic. Si obiicias deparere quia clauſula
non poteſt parere. Reſpondeo, ibi fuit
miraculum quod corpus ſimul fuerit cũ
alio corpore & forte nouũ miraculũ aliud
ab illo quo Virgo cõcepit ſine actione
cauſe naturalis ſuperioris: ſed departu ſa
tis cõmuniter conceditur tãquã non di-
ficile ꝙ ibi illa mater operabatur quid-
quid aliæ matres, ſicut & in fouẽdo & cõ
ſeruando & nutriẽdo fetum in vtero. Et
tamẽ ibi forte poſſet fieri difficultas ſpe
cialis quod nulla eſſet vis actiua in ma-
tre potens mouere corpus prolis locali-
ter ad exeundum & maxime ad eſſendũ
ſimul cum alio corpore, quia nulla vir-
tus creata poteſt mouere localiter cor-
pus ad aliquod vbi niſi expellat aliud
corpus ſaltem loquendo de corpore
non glorioſo.

*Senſus eſt Nequam crimpius Neſtorius, vt deſtrueret Deiparam ſeu Theotocos, ad inuenit vocem Chriſtiparã.*

Ad 2. Dico, quod Damaſ. non negat
eam abſolute eſſe matrem Chriſti. Sed
contra Neſtorium qui ſub illo vocabu
lo voluit eã negare eſſe matrẽ Dei po-
nendo quod peperit purum hominem.
Vnde poſt illã authoritatem ſubdit. In-
deſtructionẽ Theotocos. i. Dei genitri-
cis vocis, nequã Neſtorius vt vas contu
meliæ in contumeliam ſolius naturæ
honorate ſuper omnem creaturam Dei
genitricis, & ſi ipſe reſcindatur cum
impio Sathana, id adinuenit. Nõ igitur
negauit illud, ſed noluit cõmunicare in
ſermone cum hæretico illo qui ſub vo-
cabulo illo occultabat venenum ſuum.

Ad 3. Dico, quod actiuũ & paſsiuũ
in communi neceſſario ad inuicem refe
runtur, non neceſſe eſt ita eſſe de hoc a-
ctiuo & hoc paſiuo quia aliud actiuum
vicẽ huius actiui ſupplere poteſt, ita in
propoſito pater dicit tale actiuum ſpe-
ciale, & eius actio ſupplebatur hic ab
alio agente.

*Super d. 4. q. vnic. art. 1.*

IN litera vna eſt breuiſsima cõcluſio affirmatiua.
Probatur argumento, ſed contra ex illo Lucæ. 1.
Concipies in vtero. Math. 1. De qua natus eſt
Ieſus qui vocatur Chriſtus. In corpore art. probat ex
Damaſc. lib. 3 cap. 12. Dei genitricem vere, ſanctam
Mariam prædicamus.

*Num Beatiſsima Virgo ſit mater Dei.*

Authur vt certum ſupponit, Spiritum ſanctum
non poſſe dici Patrem Chriſti, quia ad paternitatẽ
requiritur vnitas & communicatio naturæ quæ nõ
inuenitur in Chriſto homine & Spiritu Sãcto. Ideo
Autor non diſputauit hanc quæſtionem, ea vero
quæ ſunt matris copioſe diſputat. Arguitur, ergo
pro parte negatiua. Oppoſita non poſſunt eſſe ſi-
mul, Virginitas & maternitas opponuntur, ergo ſi
Maria fuit Virgo non fuit mater.

2. Non fuit mater Chriſti, ergo non fuit mater
Dei, cõſequentia tenet, quia ideo eſt mater Dei, quia
eſt mater Chriſti. Antecadens probatur ex Damaſce
no lib. 3. cap. 12. vbi inquit. Nos Beatam Mariam nõ
dicimus tantum genitricem Chriſti ſed Dei.

3. Actiuum & paſsiuum ſunt correlatiua, ma-
ter eſt principium paſsiuum dicens ordinem ad acti
uum ſed nullus fuit pater qui actiue concurrerei, er-
go Beatiſsima Virgo nõ fuit mater, tenet cõſequen
tia quia correlatiua poſita ſe ponont, &c.

4. Beatiſsima Virgo non adminiſtrauit ſemem,
ergo non fuit mater, tenet conſequẽtia, quia aliqua
mulier ideo dicitur mater quia adminiſtrat ſemem,
argo nõ fuit mater, niſi quia in vtero excepit Chri-
ſtum. Conſequenter ſequitur error Valentini dicen
tis, quod tranſiuit per Virginem quaſi per fiſtulam
nihil ab ea accipiendo.

De propoſito Dubio videndus eſt Caſtro 8. ad- *Caſtro.*
uerſus hæreſes Verbo Maria Virgo heref. 1. Et libro
4. Verbo Chriſtus heref. 1. & 3. S. Thom. 3. p. q 35.
artic. 4. vbi recenſat omnes modos quibus aliquis
poteſt dicere non eſſe matrem Dei. Omnes enim,
qui Chriſtum Deum verum negant, ipſam etiam
non fuiſſe matrem Dei aſſirmãt. Veritas igitur hu-
ius art. eſt de fide conſtat ex locis adductis in ſum-
ma text. Diffinitur in Concilio Epheſino can. 1. *Conciliũ Epheſ.*
vbi dicitur. Siquis non confitetur. Deum eſſe ſecun
dum veritatem Emanuel. & propter hoc Dei geni-
tricem ſanctam Virginem (genuit enim carnaliter
carnem factum Dei Verbum.) Anathema ſit. Idem
in Concilio 5. generali capit. 6. In Concilio etiam
Niceno. Qui conceptus eſt de Spiritu ſancto. Ra-
tio huius veritatis. Quia Beatiſsima Virgo non ge-
nuit hominem purum ſed hominem Deum ideo
per communicationem idiomatum dicitur, & eſt
vere mater Dei. Veritas iſta non expreſſe habetur
in ſacris literis ſed deducitur inde aperta conſequẽ
tia, nam 1. Ioann. 4. dicitur, quod Ieſus eſt filius *1. Ioann.*
Dei & Math. 1. dicitur de Maria. De qua natus eſt
Ieſus qui vocatur Chriſtus, ergo manifeſte deduci-
tur ex ſcriptura quod Maria ſit mater Dei.

Ad primum argumentum inquit Autor, quod
virginitas & maternitas non opponuntur ex natu-
ra rei ſed ſolum in ordine ad agens, quando non
poteſt generare ſine iniuria clauſtri virginalis: abſo
lute vero hoc non eſt neceſſarium, nam hoc ſolum
requiritur quia aliter agens naturale non poteſt re-
ponere in matrice materiam prolis generande, vel
virtutem actiuam. Si vero virtute ſuperioris agentis
reponatur, bene poteſt eſſe mater & virgo.

Ad Damaſcenum, Dico, quod Neſtorius nega- *Damaſ.*
bat Mariam eſſe matrem Dei. docens Chriſtum nõ
eſſe Deum, concedebat tamen eſſe matrem Chri-
ſti, quia nomine Chriſti, hominem purum intelliga
bat. Damaſcenus recuſans communicare cum Ne-
ſtorio dixit, nõ eſſe matrem Chriſti tantum. Ideſt

V hominis

hominis puri vt concedebat Neſtorius, quia Reges & Sacerdotes dicebantur, Chriſti, ideſt vncti, ideo reuera concedit eſſe matrem hominis, qui erat Deus.

¶ *Verſio fabri ſtapulenſis, quam legere potui, ſic habet. Chriſtiparam nequaquam dicimus ſanctam Virginem, quia ad retinendũ vocabulum Theotocos ideſt Deipara & Dei genitrix, ſceleſtus & odibilis, & cum Iudeis ſapiens Neſtorius id (ideſt Chriſtiparã) adinuenit, vt vas contumeliæ, in contumeliã ſoltus vere honoratæ ſuper omnem creaturã Deiparæ, tametſi ipſe cum patre ſuo diabolo, diſrumpatur.*

Ad 3. Dico, quod non poteſt eſſe mater ſine aliqua cauſa actiua, non tamen requiritur quod illa cauſa ſit eiuſdem naturæ cum matre. Ratio eſt nam mater ad filium dicit relationem intrinſecam, ita vt non poſsit eſſe mater ſine filio eiuſdem naturæ: ad patrem vero, non eſt intrinſecus ordo, ſed ſolum eſt intrinſecus ordo ad aliquod efficiens.

*Dubiũ.* *Galen.* Ad vltimum dico, eſſe dubium an mulieres ſeminent. Partem affirmatiuam docet Galenus, & medici qui dicunt interne habere teſticulos. 2. Quia ſi non ſeminarent, natura prouida non poneret delectationem in actu generationis. Oppoſitum docet Ariſtoteles de generatione animaliũ, cap. 19. & 20. *Ariſt.* quia non ſemper ſentiunt talẽ delectationem. Quomodocunque ſit, certum eſt quod illud ſemen ex ſanguine generatur in tertia decoctione. Virtus autẽ Spiritus ſancti ſua actiuitate facere potuit, quod naturaliter fieri ſolet ex ſanguine conuerſo in ſemen, ideo licet non adminiſtrauerit ſemen, dici poteſt ſine dubio mater, & concurrere potuit actiua, quod maxime deſeruit ad ea quæ diximus ſuper dubio primo d. 3. q. 2. Vide S. Tho. 3. p. quæſt. 28. art. 1.

### *Num Beatiſsima Virgo dici poſsit cauſa Dei.*

Ex præcedenti, præſens dubium oritur. Ratio dubii eſt nã mater eſt cauſa filii, ergo ſi eſt mater, dici poteſt cauſa, conſequentia tenet per regulam. Cum quippiam de quopiam.

De dubio hoc videndus eſt Metina 3. p. q. 35. art. 4. *Metina.* vbi tenendo partem negatiuam, nullam ad partem affirmatiuam rationem adducit. Videtur igitur dicendum quod cum dicitur mater Dei, ſolum denotatur eſſe principium alicuius eſſe, quod eſt in Deo, tale eſſe reperitur in Chriſto Domino qui eſt Deus, nempe humana natura: at vero cum cauſa ſe extendat ad cauſam vniuocam, & æquiuocam, quæ dare poteſt totum eſſe, cum dicitur cauſa Dei, denotatur quod ſit principium ipſius Dei, quia cauſa cauſat etiam quod non eſt ſimile in natura, maternitas requirit eſſe ſimile in natura, ideo ſtatim ſignificatur quod filiatio correlatiua maternitatis, ſibi conueniat ratione alicuius naturæ aſſumptæ. Xuarez 3. p. *Xuarez.* tom. 1. diſputatione 10. ſectione 6. clare concedit quod fuit cauſa phyſica Chriſti.

Ad argumentum dicendum, quod regula, cum quippiam de quopiam, non habet veram cum committitur fallacia.

### *Num ſicut poteſt eſſe mater ſine patre ſic poſsit eſſe pater ſine matre.*

Præſens Dubiolum breuiter tangit Autor infra di. 13. q. 4. quod inſolutum relinquit. v. g. Si Deus ex ſemine viri concupiſcibiliter ſeminato, extra vterum matris formaret prolem, queritur an homo inde genitus diceretur filius hominis qui ſeminauit illam materiam.

Dubium hoc pendet ex noſtro dubio 2. ſuper art. 3. huius quæſtionis. Si enim, mater ſolum dicitur mater quia adminiſtrat materiam ex qua proles generatur, & pater adminiſtrat materiam ex qua proles generatur, videtur quod poſsit dici pater, ſicut Beatiſsima Virgo dicitur mater. Si autem ad rationem paternitatis requiritur quod pater concurrat actiue, & extra vterum matris ſemen viri non poteſt habere ſuam actiuitatem naturalem, non apparet quomodo poſsit dici pater. Tenendo autẽ quod in ipſo ſemine, eſt principium materiale, & virtus actiua agens in partem materialem, non eſt difficile oſtendere quod poſsit dici pater. Quod Medicorũ eſt dicant Medici.

### *Num Beatiſsima Virgo ante partum, in partu, & poſt partum virgo permanſerit.*

Dubium hoc ſedem habet apud Autorem ſolutione ad primum. Virginitas igitur ante partum conſiſtit in hoc quod conceperit ſine viro. Virginitas in partu in hoc quod ſine leſione clauſtri virginalis proles proceſſerit. Dubium ex poſtulat aliud, an duo corpora poſsint eſſe ſimul, quod ibi Autor determinat. Mouet etiam aliud an Beatiſsima Virgo actiue ſe habuerit in partu mouendo corpus Chriſti, vt extra vterum exiret. Et ne aliquid deſideraretur, agendum de virginitate poſt partum, quæ conſiſtit in hoc quod poſt natiuitatem filii non fuerit a viro cognita.

Probatur, ergo quod non fuerit virgo ante partum. nam Lucæ 2. dicitur. Erant pater eius, & mater eius admirantes ſuper his quæ dicebantur de illo.

Confirmatur nam Math. probat Chriſtum deſcẽdere ab Abraham, & Dauid, per hoc quod Ioſeph deſcendit a Dauid, quę probatio nulla eſſet, ſi Chriſtus non eſt filius Ioſeph, ergo fuit pater Chriſti, cõſequenter, Mater non fuit Virgo ante partum.

Secundo probo, quod non fuerit Virgo in partu. Duo corpora non poſſunt eſſe ſimul, ergo corpus Chriſti ſine leſione clauſtri virginalis exire non potuit de vtero Virginis.

3. Argeo ex Ambroſ. lib. 2. in Lucam cap. de circumciſione, vbi de Chriſto inquit. Qui vuluam ſanctificauit alienam. vt naſceretur Propheta, hic eſt, qui aperuit matris ſuæ vuluam ergo non fuit virgo in partu.

4. Contra virginitatem poſt partũ arguo. Ex illo Math. 1. Ante quam conuenirent inuenta eſt in vtero habens de Spiritu Sancto, ergo poſtea conuenerunt. Similiter, ibidem dicitur. Non cognouit eã Ioſeph donec peperit filium.

Cõfirmatur, nam ſcriptura dicit Chriſtũ habuiſſe fratres quod pręcipue dicitur de Iacobo minori, ſed ſolus Chriſtus fuit miraculoſe formatus, ergo cæteros, de viro habuit, & ſic virgo non permanſit.

Virginitatem Mariæ ante partu negarunt Ebionitæ dicentes Chriſtum Dominum ex concubitu Mariæ & Ioſeph fuiſſe conceptum. Sic exiſtimabant iudæi, appellantes illum filium fabri Math. 13. Mar. 6. legendus eſt Auguſt. de hæreſibus cap. 8. & 10. *Ebionitæ.*

Virginitatem in partu negare videtur Eraſmus *Eraſmus.*

in anno-

in annotationibus ſuper Lucã c.2 vbi explicans illa verba. Omne maſculinũ ad aperiens vuluã ſignificat quod cum apertione clauſtri peperit. Locus iam eſt expurgatus, & nunc non legitur.

*Tertul.* Fauere videtur Tertulianus libro de carne Chriſti vbi inquit. Peperit enim quæ ea ſua carne, & nõ peperit quæ non ex viri, Virgo quantum a viro, non virgo quantum a partu. Ambroſ. loco citato concedit quod Dominus Ieſus aperuit vuluam Virginis. *Origenes.* Id ipſum Origenes hom. 14. in Lucã vbi inquit. Matris Domini, eo tempore vulua reſerata eſt, quo partus editus eſt.

De hac re fuit error Iouiniani dicentis in partu *Iouin.* amiſiſſe virginitatem. Huius erroris meminit Aug. lib. de hæreſibus c.82. Et lib. 1. contra Iulianũ. Tacito nomine Iouiniani meminit Ambroſ. Epiſtol 81. *Durand.* Durand. in 4. d. 44. q. 6 ad 3. non potens intelligere quomodo duo corpora poſſunt eſſe ſimul inquit. Exiſſe ex vtero non tranſeundo per medium. Alij ex eadem ratione dubitandi, dixerunt corpus Chriſti fuiſſe cõpreſſum. Alij vterum Virginis fuiſſe dilatatum. Hinc opinionem probabilem iudicat Palud. *Palud.* in 4. d 44. q 3. art. 3. Sic futurus eſſet partus Eu. & aliarum mulierum in ſtatu innocentiæ. Ita Aug. 14. de ciuit. Dei c.26. S. Tho. 1. p. q. 98. art. 2. ad 2. Abulẽſ. *Abul.* ſuper Math. c. 1 q. 40 vt fugiat difficultatem dixit Chriſtum exiſſe per totum corpus. Idem docet paradoxa 1. c. 16. & ſequentibus. Hanc non reiicit Dur. loco citato. S. Tho 3. p. q. 28. art. 2. ad 3 refert opinionem dicentium aſſumpſiſſe dotẽ ſubtilitatis, vt quãdo ambulauit ſupra Mare. Et ſicut in transfiguratione aſſumpſit claritatem, quæ ſi qua fuit ad tempus, non habuit rationem dotis, fuit tamen ſimilis claritati permanenti quæ eſt dos.

Virginitatem poſt partũ negauit. Eluidius contra *Eluid.* quẽ ſcripſit Hieronym. Videndus eſt Epiphanius 3. cõtra hęreſes. c. 78 Sanctus quoque Ildephõſus. Iſte hęreticus dicebat poſt partũ fuiſſe cognitã a Ioſeph.

Ad explicationẽ huius ſciendum, quod cũ Deus ſit prima & perfectiſſima cauſa, ſine alia cauſa efficiente poteſt cauſare quencũque effectum, ideo ſupplendo cauſalitatem patris, poteſt producere hominem. Docet S. Tho. 3. p. q. 28. art 10. ad vltimum. Poteſt quoque ponere duo corpora in eodem loco. Ita Scot. hic & in 4. d. 49 q. 16. Sic Dominus clauſis Ianuis intrauit ad Diſcipulos. Abachuc quoque clauſis Ianuis intrauit ad Danielem, cum non dum haberet corpus glorioſum Ratio huius eſt, nam occupare locum reſiſtendo alteri corpori, non eſt prima ratio quantitatis, ideo non implicat, quod quantitas ſit ſine iſta proprietate, quæ eſt quaſi effectus, quem Deus poteſt impedire, quemadmodum impediuit ignem in Babilone. Habere autem partem extra partem, inſeparabile eſt a quantitate.

Concluſio, Maria ſemper permanſit Virgo. Virginitas ante partũ Luc. 1. Quoniam virum non cognoſco. Cui Angelus. Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, ergo concepit ſine viro, aliàs mẽtitus fuiſſet Angelus. Matth. 1. Quod in ea natũ eſt de Spiritu ſancto eſt. Poſt pauca. Hoc autem totum factum eſt vt adimpleretur quod dictum eſt per Prophetam dicẽtem. Ecce Virgo in vtero habebit & pariet filium De ſumpta ſunt verba, ex Iſa. 7. quæ cum nõ poſſint facere ſenſum diuiſum, ita quod quæ erat Virgo conceperit amittendo virginitatẽ (quia tunc nullum eſſet miraculum) manifeſtę ſequitur quod conceperit exiſtente Virgine. Iudei obijciunt, quod in Hebræo non dicitur, vetula. Ideſt Virgo, ſed Alma ideſt puella concipiet. Lyranus inquit Quod nõ po- *Obiectio.* nitur. Alma, ſed halma, & tunc ſignificat puellã abſcondità ab omni conſortio viri. Quæ autẽ eſt puella abſcondita, ab omni conſortio viri liberà, Virgo eſt incorrupta. Hieron. docet quod non debet legi, *Hieron.* adoleſcentula, quia eſt nomen ætatis non integritatis, ſed legi debet. Ecce Virgo &c. Leo ſuper Iſaiã *Leo.* inquit. Mentiuntur mendaciſſime Iudei, nam vetula quamuis ſignificet Virginem, aliquando ſignificat adoleſcentulam corruptam. Ad quod probandũ nõ nulla adducit loca ſcripturæ, halma, vero ſemper ſignificat Virginem. Alter, Deus qui ſemper pro ſigno, aliquid magnum dabat, nihil magnum, daret ſi puella iuncta viro conciperet. Nec contra facit, quod obijciunt Iudęi dicentes. Non eſſe credibile quod impio regi dediſſet Deus tan admirabile ſignum, nã Deus cum ad hoc inimici eſſemus dilexit nos. Sic Malco donauit auriculam. Secundo dicimus quod iã antea, Chriſti Incarnatio promiſſa fuerat Dauid, qui fuit vir ſecundum cor Dei, adeo relicto impio rege, mentionem faciens iuſti regis inquit Propheta. Audite ergo domus Dauid. Ecce Virgo concipiet, &c. Ita Leo ex mẽte Theodoreti. Corrigẽdus eſt Eraſ- *Eraſ.* mus qui dixit non poſſe nos conuenienter agere, & conuincere Iudæos ex hoc loco. Eraſmo conſentit Metina & Ianſenius in concordia Euãgelica c. 5. Sed hoc probatũ eſt eſſe falſum. Nam nihil mirabile hoc eſſet. Secundo, quia etiam dici poſſet, quod ante cõceptionem erat Virgo, ſed cũ concepit amiſit Virginitatẽ 3. Quia Matth. 1. inducit hunc locum Iſaiæ Diffinita eſt veritas in concilio Niceno. Qui cõceptus eſt de Spiritu ſancto. In ſymbolo Apoſtolorũ. Natus ex Maria Virgine. Poſſibilitatem oſtendunt creaturæ. Phœnix generatur ſine concubitu Multa animalia ſine maſculo naſcuntur. Ad quod alludit Dauid in perſona Chriſti dicẽt. Ego ſum vermis, & non homo. Ideſt genitus ſine patre ſicut vermis, & non ex patre ſicut alij homines. De hoc & multis figuris latius ſer. 10. Natiuitatis.

S. Thom 3 p. q. 28. art. 10. adducit rationes, Nã dignitas eſt, eſſe Dominum & gubernatorem ſine conſortio alterius, ergo ad dignitatem æterni Patris expectat vt ſui filii non ſit alius pater. Secundo, verbũ mentalę ſine corruptione concipitur, ergo non fuit conueniens, vt cũ corruptione carnẽ ſumeret. Hanc rationem habet Leo Papa, & Athanaſius ſupra d. 3. q. 1. noſtro dubio 1. Tertio, quia Chriſtus eſt Agnus qui tollit peccata mũdi, ergo non debuit habere peccatũ, ſed ſi conciperetur ex concubitu maris & fœminæ contraheret originale, ergo debuit concipi de Spiritu ſancto, ex Maria Virgine. Quarto, quia Chriſtus venit vt homines renaſcerentur, nõ ex voluntate carnis, nec ex voluntate viri, ſed Dei virtute, naſci debuit, vt naſcẽdo de Virgine ſignificaret mẽbra ſua naſcitura de Virgine Eccleſia. Ita Augu. lib. de ſancta Virginitate, cap. 6. Addacit S. Thom. loco citato art. 2. ad 2. Lege. Art. 4. huius quæſt.

2. Concluſio, Maria fuit Virgo in partu. Habetur Iſa. 7. Nã copulatiu edixit. Ecce Virgo concipiet & pariet. Vbi lectio Hebræa (vt inquit Leo) ſic habet. Ecce Virgo prægnans, & pariens filium, Vbi per verbum preſentis temporis ſignificatur, quod tempore ipſius partus perdurabat Virgo. Idẽ habet Ambroſ. de inſtitutione Virginũ c. 7. & 8. in illa verba Ezech. 44. Porta hæc clauſa erit peccato. Vbi inquit. Porta clauſa, per quam Chriſtus intrauit in hunc mundũ,

quando virginali fuſus eſt partu, virginitatis clauſtra non ſoluit. Bernardi hom. 2. ſuper miſſus eſt inquit. Quid Rubus ille Moſaycus portendebat, flamas quidem emittens ſed non ardens, niſi Mariā parientem, & dolorem non ſentientem. S. Thom. art. 2. adducit rationē. Nam verbum ſicut concipitur ſine corruptione, ſic ſine corruptione ex corde procedit, ergo ſine corruptione debuit procedere ex vtero virginis. Secundo Chriſtus venit vt noſtram corruptionem tolleret, ergo non debuit Matrem corrumpere. Ratio deſumitur ex Aug. ſermone 6. Natiuitatis vbi inquit. fas non erat vt per eius aduentum, violaretur integritas, qui venerat ſanare corrupta. Neſcebatur vt virgines faceret, multo ergo magis debuit virgineum conſeruare corpus inquit Cyril. Ieroſolimiten. catheſ. 124. Tertio, fuit conueniens, ne diminueret matris honorem, qui parentes preceperat honorare.

3. Concluſio. Maria fuit Virgo poſt partum, ex præcedentibus æquiualet vniuerſali. Mater Dei ſemper fuit Virgo. Habetur Ezech. 44. Porta hæc clauſa erit peccato, nō aperietur & vir non tranſiet per eam, quoniam Dominus Deus Iſraelis ingreſſus eſt per eam, eritque clauſa principi. Quæ verba explicās Aug ſer. 14. de natali Domini inquit. Quid eſt porta in domo Domini clauſa, niſi quod Maria ſemper erit intacta. Quid eſt homo non tranſibit per eam, niſi quod Ioſeph nō cognoſcet eam. Et quid eſt clauſa erit in æternum niſi quod Maria, Virgo eſt, ante partum, in partu & poſt partum. Iuxta 70. vbi dicitur. Clauſa, ponitur, punctus, per quod ſignificatur, quod ſemper fuit clauſa. In vulgata additur Principi. Idem ſignificat, quia denotatur quod manente clauſa fuerit pricipis habitaculū. Poſt partum a nullo fuit cognita, quia Dominus trāſiuit per eam. Argumentum formatur ſic. Ante conceptionem & in ipſa conceptione, in honorem filij fuit Virgo, ergo potiori ratione poſt partum nam hac ratione tanta prouidentia fuit cuſtodita.

Diffinita eſt veritas in Concilio Lateranenſ. 1. can. Siquis non confitetur proprie & Vere Dei genitricem ſanctam ſemperque Virginem immaculatam Mariam, in vltimis ſeculorum, abſque ſemine concepiſſe, ex Spiritu ſancto, & incorruptibiliter ante eam eſſe, & indiſſolubili permanēte ante & poſt partum, ſit condemnatus, Virginitas ante partū ibi Abſque ſemine. In partu ibi. Incorruptibiliter enixam. Virginitas poſt partum ibi. Ante & poſt partū. Conuincitur error Valentini dicentis, tranſiſſe per Virginem ſicut per fiſtulam. Nam tūc non proprie eſſet mater. Damnatur error Eraſmi. Nam tunc corrupta eſſet, & non indiſſolubilis permaneret. Oſtēditur falſa opinio Durandi & Abulenſis. Nā ſi proprie eſt mater peperit ſicut aliæ matres eodem modo, & eadem via, exceptis his quæ dicunt imperfectionem.

Ex ſanctitate Mariæ colligitur ratio. Mulier innupta cogitat quæ Domini ſunt. Ergo ſi quia ordinabatur ad maternitatē Dei, fuit ab omni viro intacta, a fortiori poſtea. Secundo, Ioſeph erat vir iuſtus timens Deum, Ideo non eſt credibile quod thalamum Chriſti violauerit.

4. Concl. 4. Concluſio. Probabile eſt quod fœtus naturaliter exiuit ex vtero ſine actione matris, quemadmodum fructus maturus naturaliter cadit ab arbore. Signum eſt quod multæ mulieres quaſi impercebiliter pariunt. Probabilius videtur quod concurrunt actiue. Inditium eſt vehemens exterior actio corporis. In nobis videmus ſuperfluitates corporis aliquando ſine noſtra expulſione decurrere. Aliquando neceſſaria eſt actio expellens cū vehementi motu. Reſolutorie dicendum quod ſi aliæ matres actiue concurrunt ad partum, etiā Beatiſſima Virgo. Quod corpus corpori non reſiſteret, non hominis ſed altiſſimi virtus fuit. Reſiſtentia autem ablata, actiue cooperari potuit ad partum.

Ad primum dico, quod inter Mariam, & Ioſeph fuit verum matrimonium, ideo Math. 1. Maria dicitur vxor Ioſeph, qua ratione Chriſtus dicebatur filius Fabri. Lucæ 3. clare dicitur. Vt putabatur filius Ioſeph. Ideo ſolū fuit pater putatiuus vnde, Math. 2. nulla ipſius mentione facta dicitur. Accipe puerum, & matrem eius. Non dixit. Accipe filium tuum. Cātic. 8 Quis te mihi det ſugentē vbera matris meæ, id eſt habentem matrem ſine patre. Cant.

Ad confir. quæ integram ſequitur quæſtionē Hieron. vt refert S. Tho 3. p. q. 28 art. 1. ad 2. dicit quod ſcripturarum conſuetudo eſt vt in generationibus ordo mulierum non texatur, ſed ſolum ordo generationis virorum. Auguſt. inquit quod non debuit fieri iniuria viro, ideo nō Mariæ ſed Ioſeph genealogia debuit poni. Dum potius per modum negationis quam affirmationis reſpondēt, non dū cōſtet quomodo ex genealogia Ioſeph ordo genealogiæ Mariæ & Chriſti generationis comprobetur. Si dicas quod mulieres non niſi viris ſuæ tribus iungebantur matrimonio, non valet, quia quando fœminæ non ſuccedebant in bonis & hæreditate parētum, quilibet viro cuiuſcūque tribus nubi poterāt. Nota.

De quo ſupra D. 3. q 1. art. 1. noſtra q. 1. dub. 3. Breuiter igitur dicendum quod Euangeliſta ſupponebat Ioſeph, & Mariam eſſe ex eadem tribu. Hac ſuppoſitione, nulla manet difficultas. Et dictum Hieron. & Aug. intelligitur. Quod hoc ſupponeret probatur ex Paulo Hæbr. 7. vbi cum in hanc difficultatē deueniſſet dicit. Manifeſtum eſt enim quod ex Iuda ortus ſit Dominus noſter. Si contra Hæbreos hoc ſuppoſuit, ergo ſimiliter Math. qui prius ſcripſit. Probatur ex libro 2. Eſdræ c. 7. vbi quidam excluduntur a munere ſacerdotali, quia in libris inuentū eſt non eſſe ex tribu Leui, ergo certum eſt apud illos eſſe libros genealogiarum. Comprobatur nam hoc etiam conſtabat inter Iudæos qui erant in Hiſpania, ergo conſtabat Mariam & Ioſeph eſſe ex eadem tribu. Tunc procedit ratio Hieronymi. Inde tamē non ſequitur quod Chriſtus fuerit filius Ioſeph. Nota.

Ad 2. dico, naturaliter duo corpora non poſſe eſſe ſimul, bene vero ſuper naturaliter. Dato autē quod eſſet impoſſibile melius eſſet dicere aſſumpſiſſe dotem ſubtilitatis vel modo miraculoſo exiſſe, quam negare exiſſe via naturali.

Ad 3. dico quod concluſio vuluæ in ſcriptura, præter virginitatem, addit ſterilitatem, imo ſi corrupta non haberet prolem diceretur eius vulua cōcluſa, patet Geneſ. 29. Aperuit Dominus vuluā Liæ ſorore ſterili permanente, & tamen non eſt credendum quod Rachel non dormiſſet cum Iacob. Idem 1. Reg. 1. de Anna quæ habebat maritum. Per oppoſitum aperire vuluam formaliter non eſt clauſtrum virginale reſerari, ſed mulierem fœcundam eſſe quāuis clauſtrum virginale integrum maneat, in hac ſignificatione accipitur loco citato. Exod. Ad hoc alludit Ambroſ. Et Gregor. Niſſenus qui inquit. Illud legis præceptū in ſolo incarnato Deo ſingulariter, & Nota.

ab aliis differenter impleri videtur: ipſe namque ſolus ineffabiliter conceptus, ac incomprahenſibiliter æditus, virginalem vterum aperuit. Aug hom. 4. ſequitur hunc modum loquendi, Hiron. 2. contra Pelagianos inquit. Magis ad ſpecialem natiuitatem Saluatoris, quam ad omnium hominum referri poteſt, hoc quod dicitur. Qui aperit vuluam ſanctus domino vocabitur. Solus enim Chriſtus clauſas portas vuluæ virginalis aperuit, quæ tamé iugiter clauſæ manſerunt. At ſi diſiſſet. Vtrunque ſtat ſimul, & quod manſerit Virgo, & quod ſit apertio vuluę, iuxta conſuetudinem ſcripturarum. Ad idem eſt Euthym. Lucæ. 2. Ambroſ. epiſtola 81. dicit. Chriſtum exiſſe de vtero virginis ſicut aqua exiuit de petra ſic intelligendi ſunt alii ſancti.

Ad 4. Aliqui dicunt quod ante quam conueniret ſimul habitando, inuenta eſt habens de Spiritu ſancto huic fauet quod dixit Angelus noli timere accipere Mariam coniugem tuam.

Ad 5. locum dico quod dictio. Donec non ponit terminum, ita vt poſtea ſequatur oppoſitum. Pſalm. 122 Ita oculi noſtri ad Dominum Deũ noſtrũ donec miſereatur noſtri. Pſal. 109. Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos. Non ſequitur quod poſt quam poſuerit deſinat ſedere ad dexteram Patris, ſed explicat id de quo poterat eſſe dubiũ Gen. 8. Miſit coruum qui non reuertebatur donec ſiccarentur aquæ. Non ſequitur quod poſtea fuerit reuerſus, quando cætera animalia egreſſa fuerunt. Significatum igitur eſt quod nunquam fuit reuerſus. Ad hunc modum, ſi non cognouit eam donec peperit filium a fortiori nec poſtea, quãdo cognouit fuiſſe ſacrarium Dei.

Dub. Ad aliud cum quæritur quomodo dicatur habuiſſe fratres conſiderandum, hoc eſſe potuiſſe duplici modo. Mariam habuiſſe filios. Aut ex alio viro aut ex eodem Ioſeph. Aut exiſtimando quod Ioſeph fuerit verus pater Chriſti, qui ex alia vxore habuit filios. Iſte ſecundus ſenſus omnino erroneus eſt, quia Chriſtus conceptus eſt de Spiritu ſancto. Similiter primus quem poſuit Heluidius erroneus eſt, quia vt dictũ eſt Beatiſſima Virgo, nũquam fuit cognita a viro Quæ veritas licet no expreſſe habeatur in ſcriptura, habetur vero cõmuni Patrũ traditione, & Eccleſiæ diffinitione, vt conſtat concluſione 3. Fauet illud Math. 1. De qua natus eſt Ieſus idelt ſolus Ieſus Chriſtus. Et in Euangelio dicitur, Mater Ieſu denotando quod fuerit vnicus filius eius. Alio modo dici poſſent fratres Ieſu, dicendo Ioſeph prius habuiſſe aliam vxorem ex qua nati fuiſſent illi filii, qui poſtea duxit vxorem Beatiſſimam Virginem, dictos quæ fuiſſe fratres eius, eo pacto, quo ipſe dictus eſt pater eius. Ita Euſebius 2. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ c. 1. Nicephorus libro 2. c. 3. Euthim. Math. c. 12. Ecumenius. Galat. 2. Ambroſ ad Galat. c. 1. Hilarius can. 1. in Math. Origenes ſuper Math. c. 13. qui dicit ortum habuiſſe huiuſmodi opinionem ex quodam Euangelio Hebræorum quod a Seleucio hæretico ſcriptũ eſt, ſecundũ innocent. primũ epiſtola 3. ad Exuper c. 7. & Aug. libro de fide cõtra Manicheum c. 38. Eſt coniectura quia Ioſeph erat ſenex & ſterilitas erat in opprobrio, ergo antea duxit aliam vxorem. Hãc ſententiam reiicit Hieron. quia nullum habet firmum fundamentũ. Sequitur Beda Ioann 2. Marc. 6. Lucæ 8. Anſelm. Mith. 12. ſed & Theodoretus ad Galat. 1. nam Ioſeph. vt inquit. Hieron. in Math. & lib. cõtra Eluid. ſemper fuit virgo. Idẽ tenet Aug. ſer. 14. Natiuitatis Bernard. ſer. 2. in Miſſus eſt. Rupp. lib. 2 de gloria & honora filii hominis vtitur ratione congruentię, quia futurus erat cuſtos virginitatis Marię. Quã rationẽ recipit S. Tho. lectione 5. in Epiſtolam ad Galat. Eſt cõiectura, nã in morte nõ niſi Ioannĩ qui erat virgo eam commendauit, Io ſuper fratres erant Ioſeph, Simon, & Iacobus minor qui dicebatur frater Domini qui nõ erant filii Ioſeph, vt diximus. Ita Euſebius libro 3. ſuæ hiſtoriæ c. 10. Nicaph. lib. 3. c. 2. & 9. Secũdo, docet Hieron. quod in ſcriptura multipliciter aliqui dicuntur fratres. Primo natura ſic Iacob & Eſau fratres erãt. Secundo, qui erãt eiuſdem gentis, patet Deut 15 & 22. Paulus Rom. 9. Optabam, & ego anathema eſſa pro fratribus meis qui ſunt cognati mei ſecundum carnẽ, qui ſunt Iſraelitæ Dicuntur etiam fratres, qui ſunt vnius religionis. Pſalm. 132. Ecce quã bonũ & quã iocundum habitare fratres in vnum. Ioann. 20. Aſcendo ad Patrem meũ & Patrem veſtrum. Sic In perſona Saluatoris. Pſalm. 21. Narrabo nomẽ tuũ fratribus meis. Primo modo non poſſunt dici fratres vt dictũ eſt. Nec duobus aliis modis, quia ſic omnes Apoſtoli poſſent dici fratres Domini, conſtat autem nec in ſcripturis nec a ſanctis, omnes Apoſtolos fratres Domini, reſtat alius modus quo cõſanguinei dicuntur fratres propter ſpecialẽ propinquitatẽ. Sic Geneſ. 13 Loth, & Abraham dicuntur fratres, cum Geneſ. 11. conſtet Loth. fuiſſe filium fratris Abraham, hoc pacto dici potuerunt fratres Domini. Tunc duplex occurrit Dubium. Primũ quæ fuerit huiuſmodi propinquitas. Alii dicunt. Mariam Cleophæ, ſororã fuiſſe Mariæ Virginis, vt habetur Ioann. 19. quia poſt mortem Ioachim, Anna Mater Mariæ Virginis, nupſit viro dicto Cleuphas quæ fuit Mater Iacobi & aliorum qui dicuntur fratres Domini, ita Gloſſa ad Galath. 1. in illa verba. Alium autem Apoſtolorum, vidi neminem niſi Iacobum fratrem Domini. Eamdem ſententiam habet Hugo ibidem. Echmeſerm. de feſtiuitate ſancte Annæ Sed hæc ſententia ſtare non poteſt, nam Anna vt diximus in cõment. d. 3. noſtra q. 1. mirabiliter concepit Sacratiſſimam Virginem in ſenectute. Vt autem conſtaret mirabiliter fuiſſe conceptam, decuit nõ habere ſecundam filiã. Ex Sara, Abraham non habuit ſecundum filiũ. Zacharias ex Eliſabeth, Ioannem Baptiſtam ſolum habuit. Legendus eſt D. Tho. lectione 5. ſuper primam ad Galat. vbi reiicit hiſtoriam de tribus filiis Annæ. Ianſen. c. 141. Potuerunt, ergo eſſe propinqui alio grado. Secundo dicitur probabiliter, quod Cleophas, cuius vxor erat Maria mater Iacobi & Ioſeph qui dicebantur fratres Domini, erat frater Ioſeph, & eo pacto quo Ioſeph dicebatur pater Chriſti, iſti, quia filii fratris Ioſeph & vxoris eius, dici potuerũt fratres Domini. Fauet Chriſoſt act. 1. & hom. 5. in matth. vbi inquit. Iacobũ. ſic fratrẽ Domini fuiſſe vocatum, ſicut Ioſeph appellatus eſt pater eius. Duplex dubium.

Secundum dubium eſt, quare ſpecialiter Iacobus quaſi per Antbonomaſiam dicatur frater Domini. Quamuis enim in plurali dicantur quidam fratres Ieſu, ſingulariter, & nominatim. nullus niſi Iacobus dicitur frater eius. Ad Galat. 1. Alium autem Apoſtolorum vidi, neminem niſi Iacobum fratrem Domini. Hieron. ad Gal. 1. inquit, quod dicebatur frater Domini, quia Eccleſia Hieroſolimitana fuit prima quæ ex Iudeis credidit in Chriſtum, hanc Chriſtus Dominus Iacobo commendauit, ideo ſpecialiter frater Domini dictus eſt. 2. Dub.

Alij dicunt quod ratione effigiei quia erat Chriſto valde ſimilis, vnde ad condiſtinguendum eum a Chriſto traditor Iudas Iudæis dixit. Quemcunque oſculatus fuero ipſe eſt tenete eum. Alij quod ratione ſimilitudinis vitæ ſed tunc oporteret dicere quod cæteris Apoſtolis ſanctior eſſet quod non videtur verum.

Forſam dici poſſet, non ſpecialiter dici fratrẽ Domini ſed cum eſſent duo Iacobi, & Paulus, Petrum & vnum ſolum Iacobum vidiſſet, appoſuit cognomem dicens. Fratrem Domini, non quia reſpectu aliorum qui dicebantur fratres, iſte ſpecialiter frater diceretur ſed ad differentiã alterius Iacobi qui non dicebatur frater Domini.

*S. Tho. 1. 2. q. 81. art. 5. 3. p. q. 32. art. 4.*

Similiter de eo propter quod aliqua dicitur mater, quomodo poſſet ſaluari in propoſito dubiũ eſt. Opinio eſt quod ſolus pater habet rationẽ actiui, & mater rationem paſsiui, ita quod ipſa tantũ miniſtrat materiã prolis, & in ſolo ſemine patris eſt vis actiua formatiua prolis, hæc videtur opinio Philoſophi. ✠

## FVNDATVR ARTICVLVS II.

### *Vtrum mater actiue concurrat ad generationem.*

*Ariſt. 1. de generat. animal. c. 19. Galen. libro de ſper mate. Hipocraſ. de formatione fœtus.*

AD 2. ſic proceditur videtur quod mater non concurrat actiue quia hæc videtur opinio Philoſophi. ✠. 1. de animalibus, comparantis virtutem in ſemine patris artifici & materiam miniſtrabam a matre ligno de quo artifex facit ſcanum.

*Correſpõdet art. 3. ſed nõ debuit diuidi.*

2. Pro hoc etiam ad propoſitũ videtur eſſe Aug. 10. ſuper Geneſ. c. 5. vbi dicit. Chriſtum non deſcendiſſe ex parentibus ſecundũ rationem ſeminalem, ſed ſi Beata Virgo fuiſſet actiua reſpectu formationis corporis filii ſui videretur corpus illud formatum fuiſſe ſecũdum rationem ſeminalem.

*Antiqui tm. Sed contra iſtud arguitur primo de aliis matribus. cap. 25.*

Sed contra. Si tantum concurreret paſsiuè Adam eſſet mater Euæ, & limus eſſet mater Adę.

Reſpondeo dicendo, quod quelibet mater cõcurrit actiue, quia formas eiuſdẽ ſpeciei conſequũtur potẽtiæ naturales eiuſdẽ ſpeciei. 10. Metaph. ergo formas eorũ conſequitur potẽtia eiuſdẽ rationis igitur ſi formã vnius cõſequitur naturaliter vexetatiua actiua ſimiliter, & alterius. Confirmatur ratio, quia anima vexetatiua huius & illius differunt ſicut actiua & paſsiua, & ita eſſent potẽtiæ omnino alterius rationis. 2. Præterea pater naturaliter plus diligit filium ſuũ ſicut vnuſquiſque naturaliter diligit ſuũ opus quã ecõuerſo, ex 8. Ethicorũ, & 9. & per hoc aſignatur ratio quod bene faciẽs plus afficitur beneficiato quã ecõuerſo, ſed mater plus diligit filium ſuũ quã pater ſicut patet per eũ. 9. & 8. Ethi, ergo videtur quod aliquo modo filius eius ſit opus eius. 3. Præterea filius quãdoque aſimilatur magis matri quã patri, ergo in matre eſt aliqua virtus actiua. Cõſequẽtia probatur, quia agẽs intendit aſsimilare ſibi effectũ ita quod effectus nulli aſsimilatur niſi propter aliquã actionẽ eius. Dicitur quod ſemen patris principaliter intẽdit aſimilare prolẽ patri. Sed propter in obediẽtiã materiæ deficit ab eo quod intendit & facit quod poteſt, & ita cũ trãſmutatio nõ fiat in quodlibet ſed in oppoſitum aſsimilatur oppoſito & ita matri. Contra igitur calidũ impeditũ & propter impedimentũ nõ potens perfecte ſibi aſsimilare effectũ aſsimilabit eũ frigido quod eſt impoſsibile, quia ipſũ impeditũ tãtũ nõ aſſimilabit eũ ſibi & ſi aſsimilatur frigido hoc eſt ab alio agente non tantũ a calido impedito. Sic in propoſito ex impedimẽto reſiſtente virtuti actiue patris, tantum haberetur iſta negatio quod proles non aſsimilatur patri, tamen nõ aſimilatur alii niſi ex alia cauſa actiua, & ſi detur iſta in propoſito ex parte matris, habetur propoſitum. *cap. 12.* *cap. 8.* *Euaſio.* *Impug.*

4. Pręterea matrẽ tantum eſſe quaſi vas, in quo ſicut in loco cõueniente generatur proles, & de aliquo eius vt de materia, nõ videtur plus dare matri quã terræ in generatione mineræ, ſi de aliquo eius generatur minera: & ſic ipſa terra, cõtinens illud aliquid ſicut locus conueniens generationi talis corporis, erit mater eius. Imo non videtur plus quam homini reſpectu generationis vermis ex eo qui generatur ex aliquo humore putrefacto, & hoc in loco cõueniẽte generationi ſuę, & ita nihil deficeret quin eſſet mater illius vermis, niſi quod vermis non eſt eiuſdẽ ſpeciei. Sed hoc forte non tollit, ſi equs dicatur pater mulæ, & aſina mater. 5. Præterea iſtud in propoſito de hac matre improbatur per illud Damaſc. Virtutem tribuens ſuſceptiuam ſimul autem, & generatiuã. Sed ſi ipſa tantum eſſet principium paſsiuũ, non videretur quare copularet virtuti *Lib. 3. c. 2.*

ſuſ-

ſuſceptiuę, virtutem generatiuam.

Si autē teneatur alia opinio pro 3. art.

*Erant in fine diſt.*

Ad argumenta. Ad Philoſophū exponitur quod mater non eſt cauſa principalis agens, & ipſa etiam principalius miniſtrar materiam, quia corpus prolis magis formatur de materia miniſtrata a matre, quam de materia miniſtrata a patre. Si autem aliter intelligat Philoſophus negatur. Quia Galenus ſentit oppoſitū ſicut recitat Auicena. Et in iſtis magis credendum eſt expertis.

*Galenus præponitur Ariſtot.*

Ad Auguſt. dico, quod ſolus ille effectus producitur ſecundum rationem ſeminalem, ad cuius productionem vis actiua creata concurrit vt totalis cauſa. Nec ſic erat in propoſito, quia etſi Maria per vim naturalem egerit, non tamē totalis cauſa erat cauſa naturalis ſed principalior erat Spiritus ſanctus.

*Super Diſt. 4. q. vnic. art. 2.*

AVtor in litera duo facit. 1. recitat opinionem S. Thom. ſecundo impugnet illam. Ex impugnatione colligitur propria ſententia. Opinio S. Thom. habetur 2. c. quæſt. 8. c. art. 5. 3. p. q. 32. art. 4. vbi inquit matrem paſsiue ſe habere reſpectu patris ſicut lignum reſpectu artificis.

Autor impugnet iſtam ſententiam nam mas, & fœmina ſunt eiuſdem ſpeciei, ergo vterque concurrit actiue, tenet conſequentia, quia formas eiuſdem ſpeciei conſequuntur eædem potentiæ.

2. Mater plus diligit filium quam pater vt petet per Ariſt. 8. & 9. Ethicorum, ergo eque vel magis eſt matris quam patris, tenet conſequentia, nam pater ideo diligit filium, quia filius eſt aliquid eius.

3. Filius aſsimilatur matri, ergo actiue concurrit, nā omne agens aſsimilare ſibi paſſum intendit, ſe ergo aſsimilat actiue concurrit.

4. Si non concurreret actiue, ſequeretur quod ſolum ſe haberet ſicut quodam vas in quo ſicut in loco conuenienti formatur proles, & tunc ſolum ſe haberet ſicut terra in generatione Mineræ. Imo ſequeretur quod non plus haberet mater reſpectu prolis quā homo reſpectu vermis, quæ omnia ſunt inconuenientia. Vltimo probatur ex Damaſceno.

Ex propria ſententia, eſt concluſio Mater cōcurrit actiue minus tamen principaliter quam pater. Habetur ſolutio ad primum. Probatur rationibus quibus impugnatur opinio S. Thom.

*Num actiue concurrat ad generationem.*

POST Theologicam quæſtionem, de Mariæ maternitate, & Ieſu confraternitate, phyſica nunc ſequitur quæſtio, inquirens in quo conſiſtat maternitatis ratio. Quæſtio magis ad Medicum quam ad Theologum pertinet. Eſt autem cōtrouerſa quęſtio inter Ariſtot. & Galenum. S. Tho. & Scotum. Quorum primus, Ariſt. Secundus Scot. Galenum ſequitur.

Pro parte negatiua arguitur ex Ariſt. 2. de generatione animalium. cap. 19. vbi materiam, quam mater adminiſtrat, comparat ligno ex quo Artifex facit ſcannum, virtutem ſeminis patris ipſi artifici. ergo Mater paſsiue ſe habet.

2. Si mulier actiue concurreret ſequeretur quod mulier magnæ actiuitatis, poſſet concipere ſine viro quod eſt falſum. Sequelam probo. Si Petrus & Ioānes portant lapidem, & virtus vnius augetur ſolus poteſt portare. ergo. Ad hominem arguitur. Secunda & tertia ratio probant matrem principaliter cōcurrere quam patrem, quod eſt contra primam concluſionem, ergo omnia quæ dicit Autor falſa ſunt.

*Opinio Tomiſtarū.*

Ad explicationem opinionis Tomiſtarum not. quod generationem prolis præcedit adminiſtratio, & præparatio materiæ, ſubſequitur poſt prolis formationem, ipſius prolis augmentatio. Et ad id quod antecedit, & ſubſequitur, mater concurrit actiue. Dubium eſt, an ad ipſam generationē & prolis formationem quæ mediat inter prædicta, actiue concurrat. Thomiſtæ dicunt quod non, ideo ſoluendo argumenta Autoris, inquit Cayet. falluntur iſti arguentes a negatione actiuitatis reſpectu actus conceptionis, & generationis, ad inferendum negari omnem efficientiam reſpectu filii.

*Opinio Scot.*

Oppoſita ſententia eſt Scoti hic, quem ſequitur Gabriel hac d. q. vnic. dub. 2. Ioannes Maior q. 3. Seraphicus Bonauent. vt videbimus art. ſequenti, & Varro. ibidē. Ad cuius explicationem ſciendū, quod potentia paſsiua nullam habens actiuitatem, differt a potentia actiua, nam potentia actiue oritur ex aliqua virtute exiſtente in ſubiecto, quę virtus non eſt in potētia paſsiua. Tūc bene infert Autor quod ſi mater ſic eſſet principium paſsiuum quod nullomodo eſſet actiuum, & quod mas & fœmina differrent ſpecie, ſed non differunt, ergo mater actiue ſe habet. Secundo in artificialibus videmus, quod eadem materia modo habet vnam figurā, modo aliā, quia nullam habet actiuitatem, ideo ſolū habet formam & figurā impreſſam ab agente, ergo ſi mater nullomodo concurrit actiue nunquā effectū ſibi aſſimilabit. Sed ſic eſt quod aſsimilat ſibi effectū, ergo aliquā virtutē actiuam habet. Reſpondet Caietanus, & nonnulli Medici (ſicut reſpondet autor ratione 3. impugnationis) hoc prouenire ex inobedientia materiæ. Cōtra. Ex iſta reſiſtentia ſolū ſequitur quod proles non aſsimiletur patri, ſed non ſequitur quod aſsimiletur matri niſi aliquid aget, nā nō eſt aſsimilatio niſi per hoc, quod cauſa, actiue cauſat aliquid in effectu. ſi enim lapis actiuitati meæ mere reſiſtit, non inde ſequitur quod ſibi aſsimilet effectū niſi aliquid agat. Demus enim lapidem duriſsimum nec calidū, nec frigidū, tunc ratione duritiei reſiſtet igni, ne illum conſumat, ſed non infrigidabit calorē ignis, niſi intelligamus frigiditatem calori reſiſtentē actiue agentem in calorem, igitur ſi corpus calidum vnitum petræ frigidæ ſuit in frigidatum, non ſolum neceſſe erit intelligere, & agnoſcere in petra reſiſtentiā, ſed actiuitatē ſimul. ergo ſimiliter in matre, quia ſola reſiſtētia quæ eſt velut negatio, nō ſufficeret ad aſsimilationē ſine aliquo poſitiuo actiua cauſato a matre. Nec ſufficit dicere cū Caiet. quod ſolū cōcurrit actiue ad pręparationē materiæ, nam ſi præparata materie ceſſaret virtus matris, nullomodo negaretur proles, ergo ſignū eſt quod cōcurrit vſque ad vltimā generationis incluſiue, alias mortua matre facta illa præparatione, formaretur proles. Vltimo, Si ſolū adminiſtrat materiā, cū in generatione fiat reſolutio vſque ad materiā primā, ſequitur quod non plus diceretur mater filii quā Adam pater Euę,

*Caiet.*

quia

quia quod illa præparatio materiæ fiat in vtero vel extra, non videtur facere ad maternitatem. Hãc noſtram ſententiã tenet Valles inſignis ac illuſtris Medicus in ſuis controuerſiis medicalibus. Ex dictis aliqualiter intelliguntur rationes Autoris. De reliquo, quod medicorum eſt tractent Medici.

*Valles.*

Ad primum, quod ex Ariſt. deſumitur, reſpõdet Autor quod principaliter adminiſtrat materiam, cũ quo ſtat quod concurrat actiue minus principaliter. Si hoc no ſtat cũ mente Philoſophi, inquit Scotus quod omnino eſt negandus Philoſophus & magis ſtandum eſt Galeno. Non miretur Theologus quia Ariſt. non eſt oraculum.

Ad 2. Dico, quod cauſæ ſimul concurrentes ad eundem effectum multipliciter ſe habent, de quo Scot. in 1. d. 3. q. 7. reſpondendo ad quæſtionẽ. Et in 1. d. 9. q. 2. & diſt. 34. cui reſpondet ſub 37. Breuiter dicendum quod cum cauſæ ſunt eiuſdem rationis bene probat argumentum, ſed quia tota virtus matris non continetur in patre, quia quodammodo ſunt diuerſæ rationis, virtus matris non poteſt peruenire ad ſupplendam virtutem patris, ſicut calor aëris non poteſt peruenire ad calorem ignis, nec ad cauſandum effectum quẽ cauſabit calor ignis in ſummo. Si enim mulier reciperet calorem viri, conſumeret humidum requiſitum ad generationem prolis, quia nulla generatio eſt in natura abſque humida ſubſtantia. Caliditas ergo, quæ eſt ſicut pater & humiditas quæ eſt ſicut mater, nullomodo in ſola matre poſſunt inueniri.

*Scot.*

Ad 3. Dico, quod tota ratio non ſolum prouenit ex cõmunicatione ſubſtãtiæ ſed prouenire etiam poteſt ex maiori teneritudine, ideo poteſt plus amare mater quã pater. Similiter maior aſsimilatio prolis matri quam patri, non prouenit ex principaliori actiuitate, ſed partim prouenit ex reſiſtentia. nam frigiditas & humiditas, quæ maxime in mulieribus vigent, maxime reſiſtiuæ ſunt. Caliditas vero quę eſt in viro eſt maxime actiua ſed minus reſiſtiua. ideo impedita aſsimulatione patris ex debili actiuitate, poteſt aſsimilare ſibi prolem. Nec aliquod vitium in arguendo committitur, quia ad inferẽdum quod actiuæ concurrit neceſſarium fuit aſſumere quod aliquando magis aſsimilatur. Si vero patri, plus ſemper aſsimilaretur, inditium eſſet quod mater mere paſsiue concurreret.

*Nota pro Scot.*

SI autem teneatur alia opinio articuli præcedentis, quod mater quecumque cum patre eſt cauſa actiua reſpectu formationis corporis prolis tamen minus principalis, & ſecũdaria, & cum Patre integrans vnã cauſam totalẽ tunc videtur difficilius ſaluare quomodo Maria fuit mater. ✠

## FVNDATVR ARTICVLVS III.

*Vtrum Beatiſsima Virgo Maria cooperata fuerit actiue Spiritui ſancto.*

AD tertium ſic proceditur. Videtur quod non fuerit cooperata actiue. Mater ſe habet actiue in generatione prolis quia ſi tantum paſsiue, Adam eſſet mater Eue, & limus eſſet mater Adæ, ſed Beata Virgo non ſe habuit actiue in generatione iſta, quia hæc generatio fuit in inſtanti, virtus creata non operatur in inſtanti ad illud quod natum eſt fieri in tempore, ergo non fuit cooperata.

*Hoc erat vltimum.*

2. Hic eſt vnum dubiũ quia ſecundũ dicta in quæſtionibus de rationibus ſeminalibus, ratio ſeminalis non eſt principium agendi in generatione, quia tunc non manet ſicut nec ſubſtantia quã cõſequitur, ſed tantum eſt ratio agendi in alteratione, precedente generationẽ, & hic nulla alteratio pręceſſit generationẽ ergo ſecundũ hoc ex parte matris nulla fuit actio per rationem ſeminalem, & ita nec per aliquam vim in materia miniſtrata.

*Hoc erat dubium in fine. q. ſolutio manifeſtabi.*

Reſpondeo dicendo, quod ponendo matrẽ concurrere actiue difficilius videtur ſaluare quomodo Maria fuit mater ✠ quã ponendo aliam opinionem. (5. quod miniſtrauit materiam) patet enim quod ipſa miniſtrauit materiam totam corpori Chriſti, ſed non ita patet quomodo potuit cooperari Spiritui ſancto ad formationem iſtius corporis. Ad hoc dicitur, quod ipſa miniſtrauit materiam in qua erat vis actiua, ſed illa vis non habuit actionem aliquam quia actionem eius preuenit Spiritus ſanctus ſubito formans corpus illud, de materia ſibi miniſtrata. Erat igitur Virgo mater, tenẽdo opinionem de actione matris pro eo quod prebuit materiam in qua quantum eſt ex parte ſui, erat vnde ageret, niſi aliud agẽs fortius preueniſſet illud in agendo. Exemplificatur. Virgæ Aaron data eſt fecunditas per quam poſſet actiue producere ſucceſſiue flores & fructus, ſed non produxit, quia illam fecunditatem præuenit virtus diuina ſubito producẽs flores & fructus.

*Bonau. hac d. ar. 3. q. 1.*

*Num. 17.*

Contra. Si ignis eſſet perfectiſsime actiuus, & haberet vt paſſum lignum aproximatum, tamem preueniretur ab aliquo agente fortiori calefaciente lignum, nullomodo ignis eſſet cauſa agẽs reſpectu illius caloris. Et ſi ignem gigne re calorem, eſſet ignem eſſe patrem caloris, nullomodo ille ignis eſſet pater illius caloris igitur ſimiliter in propoſito propter ſolam virtutem actiuam ſi erat

*Impugnatur Bonauent.*

erat præuenta vt non ageret, non diceretur mater, ſi mater eſt cauſa agens. Cõfirmatur hoc in exemplo illorum. Si enim arbor diceretur pater vel mater illius fructus quem producit, illa tamen virga licet fęcunda, fuiſſet ita potens producere fructũ & non produxit, quia præuenta, non fuiſſet pater vel mater illius fructus. 2. Hoc probatur in propoſito. Nullus enim homo fuit pater illius filii, etſi aliquis habuit virtutem actiuam ſecundum quam potuit egiſſe ad formationem huius corporis vt Pater, & nõ egit, Spiritu ſancto præueniẽte.

*Varro. lib. 3. q. 13* Aliter dicitur quod collata ſibi fuit vis ſuper naturalis ſecundum quam potuit cooperari Spirituiſancto in inſtãti.

*Impug.* Contra iſta vis ſuper naturalis eſſet accideus per accidẽs huius naturę, ergo ſi mater Chriſti, ſolo illo accidente egit ad formationem corporis Chriſti ſequitur quod non ita perſe, & vere egit ad formationem huius corporis, ſicut aliæ matres quæ ex natura ſua agunt ad formationẽ corporis ſuæ prolis. Non enim ita vere cõuenit lapidi diſgregare, quod conuenit ei per albedinẽ quæ eſt ei accidens per accidẽs, ſicut conuenit ei deſcendere deorſum, quod conuenit ei per naturam ſuam, vel conuenit ei per accidens naturale. 2. Similiter inquo ſubie-
2. cto erit iſtud accidens ſuper naturale. Si in intellectu vel voluntate non videtur eſſe ratio agendi ad generationem filii, quæ actio principaliter conuenit virtuti vegetatiuę. Si autem ponatur in virtute vegetatiua mirum videtur quo modo illa vis ſit capax accidentis ſuper naturalis. Præterea 3. quomodo pote
3. rit illa vis ex quo eſt creata cooperari vel eſſe ratio cooperãdi in inſtãti Spiri tuiſãcto ſi tamẽ hoc non poteſt aliquid
4. quod eſt in natura matris. 4. Præterea quomodo accidẽs erit ratio formalis producendi ſubſtantiam quæ ſit terminus generationis. Quod ſi dicatur virtutem iſtam ſuper naturalem eſſe tanquã perfectionem intrinſecam collatam virtuti vegetatiuę matris, hoc videtur mirabile, quomodo iſta vis facta fuerit intenſior, quam ſi naturaliter genuiſſet, quia
5. tunc eſſet plus quam mater. 5. Similiter quomodo illa intenſa potuit agere in inſtanti, & tamẽ illa remiſſa nõ poteſt tũc agere: formæ enim eiuſdem rationis licet vna ſit perfectior alia videtur ſimiliter ſe habere ad agere in inſtanti, vel in tẽpore licet vna aliquid perfectius producat quã alia, ſicut patet de luce perfectiori & in perfectiori, quarum vtraque eque inſtãtanee illuminat, licet vna illuminet perfectius quam alia.

Poteſt dici quod ſi ad matrem pertinet agere, ſicut ad cauſam minus principalem. Maria vere fuit mater. quia tota illa actio ſibi cõpetebat, quæ matri debetur. Ad quod intelligendum ſciendũ eſt quod in formatione corporis noſtri præcedit motus localis de loco ipſius corporis corrumpendi ad locum cõuenientem generationi ipſius corporis organiti exeo. Hunc motum localem ſequitur figuratio illius corporis, quæ figuratio nõ eſt ſine motu locali. Tertio, ſequitur cõdẽſatio illius corporis corrumpendi, quæ eſt quædã alteratio præcedens generationẽ corporis denſioris exiſto corpore rariori, & iſta alteratio non eſt ſine loci mutatione: non quidẽ qua acquiritur nouus locus, ſed qua occupatur minor. In vltimo inſtãti illius alterationis induitur forma qua corpus eſt cõplecte organicũ, ſiue illa ſecũdũ aliquos ſit anima intellectina, ſiue ſecundum alios ſit forma alia præcedens illam & hoc ſecũdũ iſtos ſecũdos. Siue ipſa ſit vna totius corporis organici, & partium etherogenearum. Siue tertio modo nulla ſit alia forma totius corporis organici a formis particularibus ſub ſtantialibus partiũ etherogenearũ, & ſecundũ hoc tertiũ mẽbrum, corpus eſſe complete organicũ, eſſet omnes formas partiales eſſe cõplete inductas. Et licet ſecundum 2. mẽbrũ, & 3. poſſet poni nõ omnes pertiales ſimul induci, ſed vnam prius, ad quã ſufficeret alteratio breuior & aliam poſterius, ad quã requiritur alteratio prolixior, tamem ſecũdum omnia tria mẽbra aliquid eſt in vltimo inſtanti quod non præfuit, & ſine quo nõ eſt corpus cõplete organizatum. *Concluſ. Scot.* *Nota.*

Ad propoſitũ applicando, dubiũ videtur. Vtrum tribus motibus prædictis correſpondebãt in propoſito in Maria tres motus breuiores quam in nobis. Et ſi in illis tribus motibus egerit Beata Maria ſicut cauſa ſecũda, & Spiritu ſanctus vt principalis. Si enim hoc ponatur nõ ponitur aliquid quod poſtea aſſump *Applicatio notabilis.*

tum fuit a Verbo aliquando præfuiſſe
in ſuppoſito creato, ſed tantum quod
illud corrumperetur in aliquid aſſumē-
dū a Verbo. Nec ponitur in illis qui ali
bi requirunt ſuccaſionem, ſicut ſunt illi
tres motus (nō autē vltima formę ſub-
ſtātialis corporis organici inductio) Ma
riam in inſtanti fuiſſe cooperatā Spi-
rituiſancto. Si autem negētur ibi fuiſſa
illi tres motus, ſed quod totum fuerit in
inſtanti vno, puta, quod in aliquo toto
tēpore fuerint ſanguinas diſperſi in cor
pora Mariæ, & nūquā in tempore moti
ad matricē, nec ſic figurati, & condēſati,
ſed in vltimo inſtanti illius tēporis erat
in loco iſto corpus figuratum, & den-
ſum, ſicut eſſet in tarmino triū motuū
ſi fuiſſent tras præcadentes. Ad huc di-
Conclu. co, quod Baata Virgo potuit cooperari
Spiritui ſancto, in iſta actione inſtanta-
nea, & quantum ad formā ſubſtantialē
iſtius termini, & quantū ad vbi, & ad fi
guram & dēſitatē, licet ſubito inductas.
Quia ſi non potuiſſat cooperari, hoc
Probat. fuiſſet ex vna trium cauſarū, videlicet,
aut quia non habuit cauſalitatē actiuā
minus principalē raſpectu termini indu
cti, vel reſpectu terminorū inductorū.
Aut quia non potuit ſecūdum illā vim
actiuam agera ad terminos hoc modo
inductos. Aut tertio modo, quia ſi po-
tuit, tamē præuenta fuit a virtute maio
ra totū & totaliter operante.

Primū improbatur, quia ipſa habuit
virtutem actiuam ſicut aliç matres, ergo
ad eoſdē terminos ad quos & aliæ, ſed
aliæ matras habant vim actiuam minus
principalem reſpectu vbi, figuræ, cōdē
Obiectio. ſationis, & formę ſubſtantialis igitur ax
hac parte actiue ſe habuit. Et ſi dicas ſe-
cūdū tertiū triū mēborū, ꝙ in toto ſunt
multe formæ ſubſtantiales ſpacie diffe-
rantes partiū etherogenearum, ad quas
ſimul inducendas non habet aliqua ma
tar vim actiuā ſufficientem, ſed oportet
vnam prius tempora induci quam aliā,
& ita hic. Contra. Actiuum non habēs
terminum adequatum poteſt ſimul age
ra reſpectu alterius: ideo enim tantum
vnum poteſt ſimul, quia illud eſt termi
nus adequatus virtuti eius, & maxime
potens ſimul in plura inadaquata, ſi illa
includantur in primo adequato ſibi, ſed
nulla forma partialis eſt terminus ade-
quatus huic potentiæ actiue, ſad forma
totius. Igitur cū omnes ille formæ par-
tiales includantur in toto, quod aſt tar-
minus adequatus, in omnes illas ſimul 2. cauſa.
poteſt. Secūda cauſa tollitur quia aliqua
media ſunt necaſſario media virtuti in
perfactiori, quæ nō ſunt necaſſario ma-
dia virtuti perfectiori: agens enim na-
turale neceſſa eſt procedare par madia
determinata, quia ſubeſt illi ordini, nā
ille præfixus eſt ab agēte ſuperiori. Sed
agens ſupremum, quia non ſubeſt iſtī
ordini, in agando, quia iſtū præfixit vo
luntarie, non eſt necaſſe procedere in a-
gendo in iſta medis. Ex hoc arguo. Spi- Argum.
ritus ſanctus & Maria ſunt agens perfa
ctius quā pater creatus & ipſa fuiſſant,
argo iſta madia per quæ neceſſe fuit a-
ctionem patris naturalis, & Mariæ pro
caſsiſſe ſi concepiſſet ax viro, non fue-
runt neceſſaria in illa actiona Spiritus
ſancti & Mariæ. Si dicas quod iſta non Oiectio.
neceſſitas mediorum, totum eſt prop-
ter infinitatem virtutis Spiritus ſancti,
ſed ſemper remanet aqualis neceſsitas
mediorum reſpectu virtutis craatæ, vt
ipſa non poſſet agera reſpectu termini
niſi procederet per media ſibi neceſſa-
ria. Contra hoc ſi per media iſta deuētū
fuiſſet ad terminum, agens non produ-
ceret terminum ratione mediorū, quia
media tunc non ſunt, igitur præciſſe
tunc produceret, quia habet virtutem
actiuam reſpectu iſtius termini. Igitur
ſi aliqua virtus facit quod non procæ-
datur per madia, ſed quod ſubito agēs
ſe habaat ad terminum, ſicut ſe haberat
in termino, ſi proceſsiſſet per media, eo-
dem modo poteſt idem agens, quod ſic
non tranſiuit per madia agere, ſicut ſi
tranſiiſſet. Sed Spiritus ſanctus potuit
facere quod hic non eſſet tranſitus par
iſta media, ſicut probat ratio prædicta,
& cū hoc ſtare poteſt quod virtus acti-
ua matris eadē ſit quę fuiſſet in termino
talis tranſitus, igitur per illam virtutem
actiuam poteſt equæ agere in termino,
prætermiſsis mediis, ſicut ſi ante actio-
nem in tarminum, tranſiſſet per media.

Tertia cauſa tollitur, quia Spiritus ſan
ctus libere agit, ergo nō neceſſario agit
ſecundum vltimum ſuæ potentiæ. Igi-
tur poteſt ad aliquid ſe extendere, cau-
ſalitate cauſæ ſecundæ cooperanta ſe-
cum, & ita poteſt ſupplere vicem patris
naturalis vel etiam efficatius operari,
quam

quam pater ſi eſſet. Et poterit Maria cooperari ſecūdum cauſalitatem ſuā, quia nihil ab ea aufertur, per hoc quod Spiritus ſanctus, præueniendo cauſalitatem alterius cauſæ cum qua maria poſſet agere ſupplet vicē eius S. patris. Exiſtis tribus membris improbatis poteſt formari ratio talis. Omnis cauſa actiua habens virtutē reſpectu alicuius effectus, & non præuenta ab alio totaliter cauſante illum effectum, in eo inſtanti in quo producitur, poteſt agere ad productionem eius. Maria fuit talis, ſi omnes aliæ matres ſunt tales, & hoc vt cauſa actiua nō principalis, igitur, &c. Iſtud declaratur per authoritatem Damaſc. lib. 3. cap. 2. vbi dicit quod Spiritus ſanctus dedit ei potentiam ſuſceptiuam ſimul autem, & generatiuam. Non quod miraculoſe dedit ei illam fecunditatem ſecundum quam cooperabatur, ſed illā habuit naturaliter, quia non fuit ſterilis, & ſecundum eam potuiſſet naturaliter cooperari ad productionem filii, ſi pater naturalis genuiſſet, ſed potentia actiua cauſe inferioris eſt remota, quando cauſa ſuperior non agit, ita quod nūquā eſt cauſa inferior in potentia propinqua ad effectum, niſi cauſa ſuperiori agente. Quia illa ſuperior primo determinatur, & ipſa determinata inferior neceſſario cooperatur ſi inferior ſit cauſa naturalis. Secundum autem cōmunē ordinem, vis actiua matris, nata eſt ſub ordinari vi actiue patris, & ita a patre nata eſt conferri matri potentia propinqua ad generandum, non autem illa remota matris, quę eſt actus eius primus, quo ipſa dicitur fecunda Hæc potentia propinqua, conferebatur Marię nō ex tali cauſa naturali, ſed immediate a Spiritu ſancto habente vim principalis cauſæ, & ideo Spiritus ſanctus dedit ei vim generatiuam, hoc eſt potentiam generādi propinquam ſecundum illam vim naturalem, qua ipſa erat naturaliter fecūda. Sed ſuſceptiuam dedit ei in quantū erat generatiua verbi. Sicut enim naturā, ad quam vt ad formalem terminum erat iſta generatio, tantum erat in potentia obedientiali vt vniretur verbo, ita illa mater tantum habuit potentiam obedientialem, vt eſſet mater Verbi. Per hoc enim erat mater Verbi, quia Verbū ſubſiſtebat, in natura illa ſibi vnita.

Dam.

Ad primum dico, quod ſi alie matres agant actiue, & iſta egit ad hanc generationem. Cum arguitur de inſtanti patet reſponſio ex ſolutione quæſtionis, quia ſi in toto tempore precedente cooperata fuiſſet, bene concederetur, in vltimo inſtanti potuiſſe cooperari, ad formā inducibilem in illo inſtanti. Sed non fuiſſet tunc cooperata in inſtanti, per operationem iſtam factā, quia illa tunc nō fuiſſet igitur tantum per virtutē actiuā quam tunc habuiſſet eandem quā prius licet non egerit ad illa inter media quæ in tempore cauſarentur.

Ad 2. dico, quod hoc cōcedēdū eſſet ſecūdū illa. Sed tamē ipſa mater potuit immediate operari in inſtanti generationis quia ipſa immediate fuit præſens, & habuit vim actiuā generatiuā reſpectu termini actionis, & ita forte eſt in aliis matribus & non tantum per vim actiuā in materia miniſtrata agunt ſed etiam corrupta illa vi actiua in ſemine in inſtāti generationis ſicut ſubſtātia in qua eſt ipſa immediate agunt ad terminum generationis producendum, quod videtur probabile quia poſito illo corpore ſic alterato in illo inſtanti per potentiam diuinam extra matricem non fieret generatio, & tamen idem paſſum eſſet, & eadem agentia eſſent approximata vt videtur niſi de ſola matre & tunc ſi ponatur ſemem patris corrumpi in illo inſtāti puta quia eſt pars materialis prolis, verius mater agit quam pater quia ipſa immediate in inſtanti generationis. Pater non, ſed tantum in alteratione preuia per illam vim actiuam quę fuit in ſemine patris. Vel ſi ponatur ſemem patris manere in inſtanti generationis, & vim actiuam manere in eo, & ſemen non cōuerti in corpus prolis, ſed poſt formationem corporis reſolui in aliud. Ad huc in inſtanti generationis mater & pater poterunt agere per illā vim diuiſam manentem in ſemine. Nec videtur iſtud multum inconueniens attribuere tantam actionē matri, quia facta deciſſione ſeminis patris, tota ſequēs formatio vſque ad partum videtur principaliter ſequi conditiones matris, vt ſi habeat matricem calidā & bene diſpoſitā, &c. Sed eſt ne cōcedēdū pro 4. art.

*Super D. 4. q. vnic. art. 3.*

Autor. ſupponendo doctrinam art. 2. præmitit eſſe difficile ſaluare minorem ſub ſumptam, puta quod hęc mater actiue cooperata fuerit, niſi ponendo

do aliam opinionem ideſt ponendo quandam aliã tertiam diſtinctam ab opinione ſancti Thome art. 2. impugnata, & ab illa quam ibi ſuſtinet, vt poteſt ſi dicamus adminiſtraſſe materiam cui Spiritus ſanctus miraculoſe dedit actiuitatem, vt impræſentiarum dicit Varro. Nomiſe enim alterius opinionis, non videtur poſſe intelligi, opinio D. Tho. quia ſã illam impugnauit, & hic ſupponit verum eſſe quod actiue concurrat. Tunc docet aliam opinionem eſſe introducendam, ad ſaluandum quod actiue concurrat, nam modo naturali ſicut aliæ matres non potuit concurrere. In corpore tria facit. Primo recitat opinionem D. Bonauent. & Varronis. Secundo vtramque impugnat. Vltimo propriam ponit ſententiam.

*Bonau.* Opinio D. Bonauent, eſt quod licet aliæ matres actiue concurrant, Beatiſsima Virgo non ſe habuit actiue, quia fuit præuenta a Spiritu ſancto. Secundo docet hæc opinio, quod ad huc eſt vere mater, quia adminiſtrauit materiam. Et quia quantum de ſe eſt actiue concurreret niſi ab Spiritu ſancto eſſet præuenta.

*Varro.* Opinio Varronis, eſt quod actiue cõcurrit nõ propria virtute, ſed virtute collata ab Spiritu ſãcto, pro qua opinione facere videtur. Damaſ. citatus in litera

Quantum ad ſecundum vtraque opinio impugnatur, opinio S. Bonauent, quia ſi productio ignis
*Impug.* eſſet generatio proprie ita quod ignis generans eſſet pater, tũc ſi iſte ignis impediretur & aliud agẽs produceret ignem, non poſſet iſte ignis dici pater eius, quia paternitas præ requirit actionem generationis, ergo ſi virtus actiua Mariæ fuit præuenta ab Spiritu ſancto non poterit dici mater.

Confirmatur veritas exemplo arboris fructificãtis, quo vtitur Seraphicus Bonauent. Si arbor diceretur pater vel mater fructus quem producit, ſi de facto non produceret, quia præuenta ab alio, nullo modo diceretur pater vel mater, igitur Maria non dicetur mater quamuis habuerit illam virtuté, quia illa virtus fuit præuenta antequam operaretur. Secũdo principaliter ſic. In Ioſeph fuit virtus actiua vt poſſet agere ad formationem corporis Chriſti, & tamen quia nõ egit, nec ipſa, nec vllus alius fuit pater Chriſti. igitur ſi Maria non egit, ipſa non fuit
*Impug. Varr.* mater Chriſti. Varronis opinioné impugnat. quia ſi aliqua virtute ſuper naturali eſſet mater, non eſſet naturaliter mater ſicut aliæ matres. Secundo virtus ſpiritualis, & ſuper naturalis non poteſt in eſſe ſubiecto corporali quod eſt principium generationis, quia actus actiuorum ſunt in ſubiecto bene diſpoſito & ſibi cõmenſurato, ideo quantitas non eſt in anima, nec ſcientia in pede. Tertio, iſta virtus eſt aliquid creatum, ergo non potuit in inſtanti cooperari Spirituiſancto. Vel ſi potuit, etiam potuit virtus naturalis Mariæ, quia non eſt maior ratio de vna quã de alia. Si dicas quod virtus naturalis ele nata poteſt: nihil valet, quia virtus naturalis quãtũ eleuetur, manet naturalis, ergo ſemper manet eadẽ repugnantia ad hoc quod operetur in inſtanti. Lapis enim, ſi virtute diuina moueatur velocius, nullo tamẽ modo moueri poterit in inſtanti. Sic ſi virtus naturalis non eleuata non poteſt operari in inſtanti, ſequitur quod nec eleuata operabitur. 4. Accidens non poteſt producere ſubſtantiam, ergo iſta virtus non poteſt eſſe principium producendi humanitatem Chriſti.

Cõcluſio Autoris, Maria ex parte ſui, virtute naturali concurrit actiue. Concluſio probabitur dubiõ ſequenti.

### *Num Beatiſsima Virgo actiue fuerit cooperata Spirituiſancto.*

Qvamuis aliæ matres actiue concurrant ſpecialis ratio dubitãdi eſt de Sacratiſsima Virgine, quia iſta actio facta fuit in inſtanti, ergo non potuit concurrere virtus creata, quia operari ſine menſura diuiſibili, proprium videtur eſſe Dei, cui nihil reſiſtit. *1. Autor*

2. Motus localis non fit in inſtanti, ſed Beatiſsima Virgo non potuit in inſtanti coagere ad reponendam materiam in loco generationis. Nec ad figurationem corporis, igitur non fuit cooperata. *Ex corpore art.*

3. Arguitur ex Aug. 10. ſuper Geneſim, c. 5. vbi inquit Chriſtum non deſcendere ex patribus ſecũdum rationem ſeminalem, ſed ſic eſt quod actiue concurrere, eſt proprium adminiſtrantis ſemen, igitur non concurrit actiue, hoc eſt ſecundum artic. præcedentis. *2. art. 2.*

4. Ratio ſeminalis non eſt ratio agendi in generatione, ſed ſolum in alteratione præcedenti ipſam generationé, hic nulla præceſſit alteratio, ergo nulla potuit eſſe actiua virtus exiſtens in materia adminiſtrata, conſequentia legitima eſt, maior probatur. In inſtanti generationis non manet materia adminiſtrata a parentibus, imo corrumpitur vt inde proles formetur, ergo etiam non manet ratio & virtus ſeminalis. Minor probatur. Alteratio eſt motus conſumens tempus, ergo ſi totum fuit in inſtanti nulla fuit alteratio, imo videtur quod non fuerit mater, quia ideo aliquis dicitur pater vel mater, quia operatur vſque ad vltimã diſpoſitioné, hoc eſt ſecundum Autoris quod erat dubium in fine diſt. *2. huius art.*

Quinto, Si actiue fuit cooperata, videtur quod fuerit cooperata ad vnionem hypoſtaticam, quod eſt falſum, quia iſta vnio eſt mirabilis, & ineffabilis excẽdens omne opus humanum. *Ex Mentem.*

Ex dictis art. præcedenti, & in ſumma text. cõſtat, quot & qui ſint modi dicendi in hac parte. S. Tho. ideo negaſſe videtur Mariam concurrere actiue, ne cogeretur concedere adminiſtraſſe ſemen de quo Scot. art. 2. arg. 2. hic arg. 2. Nos concluſione 2. & ſolutione ad 3. Seraphicus Bonauentura, qui cõcedit cæteras matres cõcurrere actiue ideo negauit iſtam matrem actiue coegiſſe, quia fuit præuenta. Quod eſt dicere, non potuiſſe coagere in inſtanti de quo argumento 2. Contra Seraphicum Bonauent. infert Scot. Ergo ſi Beatiſsima Virgo nihil fuit cooperata actiue, non dicetur mater. Conſequẽtia habet vim ex conceſſis, quod aliæ ideo ſunt & dicuntur matres, quia adminiſtrant materiã actiuã.

Ad explicationem ſententiæ Autoris not. quod in formatione corporis reperiuntur tres motus. Primus localis, quando materia defertur ad matricem, & locum conuenientem generationi. Secũdus, quando illud corpus, & materia figuratur. Tertius, cum condenſatur. quod non contingit ſine motu, occupando minorem locum.

2. Not. quod corpus poteſt intelligi eſſe organicum ab anima intellectiua vel ab alia anima præcedente animam intellectiuam. Et hoc ad huc dupliciter. Primo dicẽdo quod totius corporis ſit vna forma organica. Secundo dicendo, quod vltra iſtã formam totius, quælibet pars Effirogenea habeat ſuã partialem formam vt pote, aliã in viſu, aliã in auditu:

tu. Tertio dicendo, contra primum modum, quod nulla ſit forma totius diſtincta a formis partialibus, quas ponit ſecundus modus. Vt ſiquis diceret hanc domum nullam vnam formam dicere diſtinctam a formis quas partes habent, ſed dicere vnū aggregatum. Sic dicendo tunc corpus erit perfecte organicum, cum omnes iſtæ formæ fuerint inductæ. Poteſt quæ forma organica ſucceſsiue induci, quia vna pars poteſt formari prius quam alia. Quomodocūque autem dicatur, ſemper datur aliquid quod fiat in vltimo inſtanti quando corpus eſt vltimate organicum. Aborſus autem ſepe contingunt ante quā corpus eſt vltimate organicum. Intendit autem Autor magnificare maternitatem Mariæ, nam non videtur ſufficere ponere ſolum adminiſtraſſe materiā.

Concluſio. quamuis illi tres motus primi notabilis, non fuerint, ſed totum factum fuerit in inſtanti, ita quod in toto tempore præcedenti fuerint ſanguines, ex quibus corpus fuit formatum, diſperſi in corpore & in inſtanti fuerit corpus exiſtens formatum, figuratum & condenſatum, potuit Maria actiue coagere ac ſi paulatim fierent illi tres motus. Nā ſi hoc non poſſet aut eſſet quia non habuit cauſalitatem actiuam, aut quia non potuit cooperari in inſtanti, aut quia fuit præuenta. Primum iam eſt improbatum, quia habuit virtutem actiuam. Si dicas quod in toto, ſunt multæ formæ ad quas inducendas ſimul non habet vim actiuam. Cōtra. Actiuum non habens terminum adequatum poteſt in quemlibet terminum inadequatum ſimul, ſed nulla vna formæ partialis adæquat virtutem actiuam matris, ergo cum poſsit in totum, ſicut in totum obiectum adæquatum, ſequitur quod poteſt in omnes partes, quæ ſimul includuntur in termino adequato.

Nec ſecundum dici poteſt, puta non potuiſſe cooperari, quia totum fuit factum in inſtanti, nam cum agens producit terminum per media, nō producit terminum ex præciſa productione mediorum quia vltra productionem mediorum requiritur productio ipſius termini, ergo quamuis ſolus Spiritus ſanctus produxerit omnia inter media, ad huc manet productio termini, qui producitur in inſtanti, ergo potuit Mariæ actiue concurrere, quod videtur commune omni agenti, nam ignis in tēpora expellit humiditatem, poſtea in inſtanti introducit ſuam formā, ergo quamuis materia ab alio agente eſſet diſpoſita, poterit inſtantanee agere. Sic quamuis Spiritus ſanctus omnia præcedentia egerit, potuit Mariæ coagere in inſtanti. Nec tertium dici poteſt, quia Spiritus ſanctus non egit neceſſario ſed libere ergo credendum eſt quod libere permiſerit Mariam coagere. Et cum Damaſcenus inquit quod Spiritus ſanctus dedit Mariæ virtutem generatiuam non eſt intelligendum quod miraculoſe dederit illam fæcūditatem, vt volebat Varro, ita vt nihil ibi naturaliter cooperata fuerit Beatiſsima Virgo, ſed quod Spiritus ſanctus ſuppleuerit id quod viri defuit. Sicut enim ſemen viri reducit ad actum, virtutem matris, ſic Spiritus ſanctus reduxit ad actum concipiendi virtutem Mariæ, quæ nullomodo conciperet, ſi Spiritus ſanctus viri virtutem non suppleret. Secūdo nā (vt dicebamus) ſic magnificatur maternitas Mariæ, ideo ſi poni poteſt, poni debet hæc efficientia, tanquam fundamentum huius relationis: adminiſtratio enim materiæ parum eſt. Quod autē poni poſsit demonſtratum eſt. Lega Autorem in corpore ad finem.

*Explicatur Damaſc.*

2. Concluſio. Hanc efficentiam ponit Scotus ſine adminiſtratione ſeminum, de quo ſupra d. 3. q. 2 noſtro dubio primo & ſecundo de decimatione Chriſti in lumbis Abrahæ quam quæſtione tangit Scot. in 2. d. 18. in principio. Nam coruptæ ſt quam dicit. Ad propoſitum, inquit. Ita quo in aliquo tempore fuerint ſanguines diſperſi in corpora ergo non ponit ſemem. Ex hac concluſione & ſolutione ad 2. art. præcedent. vt dicemus ſtatim ad 3, conſtat clare quomo Chriſtus Dominus ſecundum Scotum non fuerit ſecundum rationem ſeminalē.

*Nota ad ſoluenda argumēta*

Notandum quod ſemen, & ſanguis ex quo ſemē generatur, ſolum differunt penes maiorem & minorem decoctionem, ſicut flema & ſanguis, muſtū & vinum, maſſa & panis, quæ quodammodo dici poſſunt ſpecie differre, quodammodo eſſe idem, ſicut perfectum & imperfectum. Ergo cum hæc duo propinqua ſint, & vnum tendat ad aliud, non mirum quod ibi virtus actiua inueniatur, maxime cū ipſa mater præſens ſit. Secus eſt de patre, qui cum iam ſit abſens, imo poſsit eſſe mortuus, neceſſario virtus debet relinqui in ſemine. Sine errore, dici poteſt adminiſtraſſe ſemem caſtiſsimum, ſed non concupiſcētia adminiſtratū, quia non fuit in digeſtione, quod ad eius adminiſtrationem neceſſarius fuerit motus libidinoſus. Ita Bede qui loquendo de virgine lib. 4 c. 49. in Luce in inquit, Quia cōſequēter eius iacte credatur nutritus cuius ſemine negatur eſſe conceptus, cum ex vnius eiuſdem quæ fontis, vtrerque liquor manare probetur. Abſolute melius eſt negare omne ſemē quia quomodocunque ſit male ſonat.

*B eda. Luc. 11.*

Ad primum (quod erat vltimum in originalibus antiquis, & cauſa ornatus poſui pro argumento, ſed contra art. 2.) Patet ex concluſione principali, remouendo ſecundam cauſam.

Ad 2. Dico, quod ad vbi, & alia quæ fiant in tēpore, non cooperare fuit in inſtanti, quia illa, aut præceſſerunt inſtans conſenſus, cum concepit filiū, aut ſubito facta ſunt ab Spiritu ſancto. Quibus ſuppoſitis potuit in inſtanti cooperari, vt concluſione principali remouendo ſecundam cauſam, dictū eſt.

Ad 3. (quod eſt, ſecundum principale art. præcedenti) Dico, quod eſſe ſecundum rationem ſeminalem, eſt quod virtus creata concurrit, vt totalis cauſa materiæ. Spiritu ſancto nihil cooperāre infert quod ex mare & fæmina deſcendat quis ab Adam. Ideo quāuis Maria actiue fuerit cooperata nō ſequitur quod Chriſtus deſcēdat ab Adā per rationem ſeminalem. Nec ſequitur quod Beatiſsima Virgo ſeminauerit. ſed tantum ſequitur quod adminiſtrauerit materiam tendentē ad ſemem, quæ ſub maiori digeſtione eſſet ſemen. Et in illa materia, eſſe potuit talis virtus actiua, vt dictum eſt concluſione 2. Nomine cauſe totalis ſolum intelligit Scotum integram virtutem, maris & fæminæ, alitas excluderet Deum.

Ad 4. quod erat dubium in fine art. Autor memor eorum quæ docuit in 2. d. 18. vbi dixit, quod nec ſemem, nec ratio ſeminalis concurrit actiue ad formationem corporis organici, quia in illo inſtanti quo inducitur forma vltima orgaoica deſinunt eſſe inquit. Quod ſecundum illa. Ideſt ſecundum dicta in 2. d. 18. dicendum eſſet quod non egit actiue ratione ſeminis. Nihilominus ſtando in illa ſententia & ſimul ſuſtinendo quod actiua egit inquit

quod vlteri virtutem exiſtentem in materia, eſt virtus exiſtens in matrice. ita quod ſi Deus extra matricē, vellet ea ſemine hominem formare plus actiuitatis oporteret ſupplere. Quamuis igitur corrumpatur in terra in qua exiſtit virtus ſeminalis, poterit mater actiue concurrere, quod facit pro vltima concluſione. Per hunc modum volucres tam mas quā fœmina, oua ſiue propria, ſiue aliena fouent generatiuum vſque. Igitur non ſolum in ſemine ſed in natiuo calore matricis, virtus in venit actiua.

*Valles.* Valles in ſuis cōtrouerſiis medicalibus inquit, quod aliqua pars materiæ corrumpitur, & iſta eſt materia prolis, aliqua ſemper manet, in qua manet ratio ſeminalis, quę ſecundum Scotum in 2. d. 18. eſt forma ſeminis vel qualitas conſequens ſemen.

*Palacios.* Palacios hac. d. inquit. Philoſophus Hebræos docuiſſe mēbra exteriora eſſe ex ſpermate viri. exteriora vero ex menſtruo fœminæ quod fauet huic ſententiæ.

*Leuchet.* In hanc ſolutionem, vltimo deuenit Leuchetus immediate ante ad argumenta principalia dicens. Ex partibus ſeminis groſſioribus, & magis terreſtribus generatur proles, & hoc ſemen eſt quod corrumpitur. Partes ſeminis magis ſpirituales, ſunt quæ maneat integre non corrumpte, quæ conſumata generatione reſoluuntur in aliquid aliud. Hæc Leuchetus. Cum mulieris ſemen impurius ſit, veritati cōſentaneum eſt, vt in adminiſtrando materiam, mulier teneat principatum. Quod aperte docet Scotus art. præcedenti ad 2. dicens. Corpus prolis magis formatur de materia miniſtrata a matre, quam de materia miniſtrata a patre. Doctiſsimus Valles, apertiſſimo & manifeſtiſsimo exemplo tritici in terrā proiecti. ſuam comprobat opinionem. Quędam quidē pars grani corrumpitur, ea qua noui tritici herba generatur, quedam vero radici manet infixa, vſque ad meſſem Conſiderando quod art. præcedenti ad 2. docet quod proles ea materia adminiſtrata a patre generatur, & conſiderando quod docet in hoc art. ſolutione ad 2. quod antea erat dubium, puta eſſe probabile quod ſemen viri maneat iuxta doctrinā eius eſt illa media opinio, puta quod ex aliqua parte eius generatur proles, & quod aliqua pars eius maneat. Nunquā tamen Scotus clare & diſtincte docuit hanc ſolutionē, ex qua ſatis conſtat quod mater non ſit magis cauſa actiua quam pater mortuus, qui ſibi reliquit virtutem actiuam. Tenendo tamen totum ſemen viri in inſtanti generationis corrumpi, vt docet Scotus in 2. d. 18. quod hic approbat licet vt probabile oppoſitum teneat, nō ſequitur contra principalem veritatem huius & præcedē tis art. matrem præcipue actiue concurrere, quia ad omnia quæ præceſſerunt, in quorum virtute mater agit, præcipua cauſa actiua fuit pater, cui non competit alius modus agendi. Modus iſte medius, quem docet Valles & Leuchetus optimus eſt. Ex illo conſtat quod ſicut mater in adminiſtrando ſemen eſt cauſa principalis, & nihilominus minus principaliter actiue concurrit, ſic ſimili oppoſita proportione, pater actiue principaliter concurrit, paſſiue vero minus principaliter. Nec inde ſequitur, vt infert. Palacios poſſe virum ſine fœmina concipere, aut ex ſuo ſemine prolē generari, quia vt diximus art. 2. ad nŭſtrum 3. nec in ſola fœmina eſt integra virtus actiua. Nec in ſemine viri perfecta ratio huminis ad generationem requiſite. Conſtat quoque habere magis vnum fundamentum relationis filiationis. Ex maiori erit ſeminum commiſtio. Ex preſſior imago Sacramenti, vnioris Chriſti, & Eccleſiæ, ſeu humanitatis ad Verbum. Non ſunt phiſica parua, ſine quibus non eluceſcunt Chriſti Sacramente magna.

*Metina.* Ad 4. Metina 3. p. q. 31. art. 4. docet impoſſibile fuiſſe Chriſtum habuiſſe patrem, quia pater concurrit actiue, & generatio actiua non terminatur ad naturam, ſed ad perſonam, ergo ſi actiue concurreret, ex vi talis actionis humanitas vniretur perſonæ diuine, quod implicat, quia illud eſſe, eſt ſupra omnē ordinem naturæ. Hæc ratio militat contra noſtram opinionem, qui dicimus matrem concurrere actiue. Non militat contra illos, qui dicunt ſolum concurrere paſſiue. Sed hæc ratio nulla eſt, quia Deus quācunque naturam rationalem non ſuppoſitatam vel nō exiſtentē ſuppoſitatā, ſine dubio aſſumere poteſt (Quamuis eo ipſo quod illam aſſumeret perſonalitas ſeu ratio ſuppoſiti corrumperetur ſtatim) ergo a fortiori poteſt pater ſeu mater concurrere ad formationem naturæ vniendæ, abſque eo quod ipſa vnio cauſetur ab eo. Ratio huius eſt manifeſta ex prædictis. Quamuis enim vnica actione Dei, humanitas ſit facta ex materia & ſimul vnita, & a Verbo aſſumpta, vnicuique ibi ſit terminus totalis puta homo Chriſtus, vel homo Deus, tamen ſecundum rationem eſt multiplex actio, nam facta generatione & poſita tota actiuitate patris vel ſolius matris. poteſt Deus non aſſumere, ergo aſſumere & ſibi vnire ſolius Dei eſt opus. Concurrere vero ad terminum formalem & partialem præcedentem totalem, bene poteſt creatura. Poſita namque tota actiuitate parentum, poſſet Deus non creare animam, & creata nō vnire corpori, ideo & creatio, & vnio animæ cum corpore ſolius eſt Dei. Sed quia ſtatim creare in corpore (nō extra) poſita diſpoſitione vltima in corpore dicitur homo generare hominem: Cum autem vnire ſibi naturam humanam ſit mere gratuitum, ex hoc quod creatura concurrat ad formationem extremi vniēdi, nullo modo dici, aut ſuſpicari poteſt, quod concurrat ad ipſam vnionē: Quia realiter poſſet dari terminus conceptionis ex Spiritu ſancto, ſine termino vnionis, vt puta ſi Spiritus ſanctus concurreret ad conceptionem, ſicut fecit, non ad vnionē. Ergo quod totum ſimul factum fuerit, non confundit terminos formales, Sed ſicut facit vnionem, facit vnum terminum totalem. Manifeſtatur amplius veritas, nam caro quæ generabatur per nutritionem ex alimento a Chriſto aſſumpto, reuera erat vnita Chriſto hypoſtatice anima Chriſti, & naturalis calor eius concurrebat actiue ad generationem illius nouæ carnis, & tamē non vniebat hypoſtatice quantum erat de ſe, quia quod eſſet vnita proueniebat ex prima vnione miraculoſe ab Spiritu ſancto facta, ergo ſolida eſt diſtinctio termini formalis & totalis, conſequenter diſtinctio actionum, quia cuiuſlibet termini oportet aſsignare actionem productiuam ſeu adductiuā termini, Sicut omni termino localis, aſsignanda eſt via. Videndus eſt Metina loco allegato & 3. p. q. 31. art. 4. ad finem.

*Obiectio.* Si inſtes, ſi per inſtans temporis virgo genuiſſet hominem purum, quem poſtea verbum ſibi vniret, perſonalitate corrupta, Maria non diceretur mater Dei, ergo reuera coegit ad vnionē hypoſtaticam. Dico, quod Deus & Maria coegerūt ad organizationem ſeu corporis formationem, ad vnionem vero ſolus Deus. ſed quia terminus formalis ad quem virgo coegit nunquam fuit ſine vnio-

ne

ne quam ſolus Deus egit ſufficit vt dicatur mater propter commixtionem & vnionem actionum. Et in diſciplinati erit aliam quarere cauſam.

*Num Beatiſsima Virgo fuerit magis mater quam aliæ.*

Ariſt. DVbium ex præcedentibus pendet, an ſemen viri ſit materia generationis. Ariſt. 2. de generatione animalium c. 4. comparat ſemen viri coagulo. Semen ſeu maternum fæmina, lacti. Videndus eſt 3. de generatione animalium c. 3. & loco citato art. 2. Doctiſsimus Valles libro controuerſiarũ cap. 6. docet quod alique parte ſeminis viri intrat ſubſtantiam fætus, id eſt eſt materia ex qua proles generatur. Probat exemplo grani tritici de quo dubio præcedenti ad 4.

Valles.

Hoc ſuppoſito dicendũ, quod fuit plus mater quã aliæ matres quia nõ ſolũ adminiſtrauit materię quãtitatẽ quã aliæ matres adminiſtrent, ſed illã partẽ materię, quem pater debebat adminiſtrare. Ita Seraphicus Bonauent. hac d. art. 3. q. 2. vbi inquit. Veriori modo fuit Virgo Maria mater Chriſti quam quæcũque mater. Colligitur ex Scoto hic ſolutione ad 2. Ex quo ſequitur quod cauſalitas viri fuit diuiſa inter Spiritum ſanctum & Mariam. Spiritus ſanctus ſuppleuit cauſalitatem actiuam viri. Maria cauſalitatem materialem viri.

Bonauē.

Obiicis. Semen viri magis calidum eſt quã ſemen mulieris (dato quod ſeminet,) ergo eſt alterius rationis (vt diximus ſuper et. 2. ſolutione ad 2) ergo mulier non poteſt ſupplere illam partẽ materię. Dico quod vtrumque ſemen, viri & mulieris, generatur ex ſanguine ſub certa decoctione, & ſanguis generatur ex eiſdem elementis, ideo ſi ſemen viri eſt alterius rationis a ſemine mulieris hoc eſt ratione maioris decoctionis, maior ſiori caloris. Videmus enim quod muſtum ſub alia, & alia decoctione eſt vinum, ſub alia & alia, ſappa, arrope. Materia tamẽ eadem eſt. Cũ ergo in hac conceptione virtus actiua principalis fuerit Spiritus ſanctus, potuit ex puriſsimis ſanguinibus Virginis, ante quam tranſirent in rationem ſeminalem, ſumere quantitatem materiæ quam adminiſtrant matres & quantitatem materiæ, quam adminiſtrat pater. Probat autem argumentum obiectionis quod propria virtute nõ poſſet Maria materiam ſuam perducere ad gradum virtutis, quam habet ſemen viri. Sed arguis. virtus actiua eſt in ſemine, quia in flegmate viri non eſt, nec ex illo generaretur proles. Maria non ſeminauit igitur vtrumque inſertur ſimul, & quod nõ cõcurrat actiue, & quod non potuerit ſupplere materiam ſeminalem viri, in quo eſt virtus actiua. Dico, quod virtus actiua non ſolum eſt in ſemine perfectę decoctionis, ſed aliqualis eſſe poteſt in materia tendente ad ſemen, etiam ſi non ſit in vaſis ſeminalibus ex quibus deciditur cum delectatione venerea, ideo potuit eſſe in Virgine. Secundo dico, quod virtus actiua fæminæ non ſolum ponitur in ſemine, ſed in matrice vt iam diximus, ideo Maria Sacratiſsima potuit concurrere actiua. Ad 2. dictum eſt.

Ex oppoſito fundamento, nempe quod proles non formetur ex ſemine viri, ſequitur quod non plus fuerit mater. Hęc ſententiam tenẽt Thomiſtæ. Medina 3. p. q. 35. art. 3. vbi inquit, noſtram ſententiam alienam eſſe a philoſophia, Oppoſitum vero ex dictis conſtat.

Sed eſt ne concedendum quod Maria fuerit mater naturalis Chriſti vel quod miraculoſe genuerit Chriſtum, Reſpondeo Anſelmus. ✠

## FVNDATVR ARTICVLVS III.

*Verum Beatiſsima Virgo Maria ſit mater Chriſti miraculoſe, an naturaliter.*

REſpondeo dicendo, quod Anſelm. ✠ de conceptu Virginali cap. 11. dicit hanc generationem fuiſſe miraculoſam & hoc quidem verum eſt quantum ad modum reducendi potentiam naturalem actiuam Mariæ ad actum quę naturaliter nõ reducitur ad actũ niſi a cauſa actiua determinata naturali, ſilicet vi actiua patris naturalis. Fuit etiam miraculoſa quantum ad modũ procedẽdi in illa generatione quia velerat omnino ſubita qualis non eſt proceſus naturalis in generatione hominis vel ſi fuit ſucceſiua illi motus qui præceſerunt generationẽ in ita breui tempore fuerunt in quanto nõ ſunt nati fieri naturaliter. Sed ex parte ipſius potentię actiuę Mariæ, erat naturalitas quia iſta potentia erat ei naturalis ſecundum quam erat naturaliter. ſecunda & potuiſſet concepiſſe a patre naturali & naturaliter egiſſe ad productionem prolis, & propter iſtam potentiam actiuam naturalem qua operabatur poteſt dici naturalis mater Chriſti, & tamen propter modum exequendi actum huius potentię duplicem non naturalem, poteſt dici non naturaliter ſed miraculoſe genuiſſe.

Anſelm.

*Super Diſt. 4. q. vnic. art. 4.*

DOcta & conſequenter querit Autor an fuerit mater miraculoſe an naturalis, quia dixerat quod matres actiue agunt, & contra Varronem, quod Maria ſine miraculo fuit actiue cooperata. In litera eſt vna concluſio. Iſta conceptio quodã modo fuit naturalis, abſolute vero fuit ſuper naturalis. Probatur ex Anſelm. de conceptu virginali c. 11. vbi eam appellat miraculoſam.

2. Concluſio. Hæc ſupernaturalitas conſiſtit in duobus, primo quantum ad modum reducendi naturalem potentiam generatiuam virginis ad actũ quod quidem factum fuit virtute Spiritus ſancti. Secundo quantum ad modum reducendi ad actum

motus

hoc videndus eſt S. Thom. 3. p. q. 35. art. 3. ad 2. vbi aperte docet quod dici poteſt naturalis mater Chriſti. Ratio eſſe poteſt nam poſita cum actione ſupernaturali Spiritus ſancti, deueniendum eſt ad aliquid quod ſe teneat ex parte matris, ratione cuius dicatur mater (ſiue illud ſit adminiſtraſſe materiam vel coegiſſe actiue) ſed illud eſt naturale & in illo fundatur relatio quæ conſequitur hoc ſubiectum & fundamentum. ergo non obſtante quocunque alio ſupernaturali concurſu naturalis mater dicenda eſt. Ad hæc eſt dubium non leue. Nam quodcunque opus meritorium, ſub quo includitur vt conſtat quod eliciatur e gratia, habet aliquid naturale, ſiquidem eſt opus humanum. & tamen non dicitur naturale ſed ſupernaturale ergo ſimiliter in præſentiarum.

Ad hoc dico quod moueri & applicari potentiam ad opus & elicere opus meritoriũ ipſumque opus meritorium excedit naturalem facultatem: vt ex æterna de gratia nũc vt certum ſuppono, ideo inter naturalem facultatẽ potentiæ & ipſum opus meritorium nõ eſt connaturalitas aliqua: at vero. Cum Maria agit ad maternitatem vel adminiſtrat materiã corporis formandi, ad formalem perfectum terminum eſt conaturalitas, quod autẽ Spiritus ſanctus ex parte principij miraculoſe hoc reduxerit ad actum, & ex parte termini id quod naturaliter generabat Maria miraculoſe eleuauerit ad eſſe perſonale filij Dei non tollit confundit vel deſtruit connaturalitatem inter Mariam & hominem Chriſtũ, ideo relatio quæ ad hoc fundamentum conſequitur non obſtante ſupernaturalitate prædicta naturalis eſt & quia adequatus & totalis perſe terminus non eſt homo ſed homo Deus mater Dei dicitur, vt dictum eſt. Sed queris an dici poſſet mater miraculoſe. Dico quod ſine dubio nam hic ſolum contendimus quod dici poſſit naturalis.

*Num beatiſsima Virgo ex meritis de condigno fuerit mater Dei.*

VT quæ Scoti deſunt ad impleam, celebris ab Autore prætermiſſa quæſtio breuiter attingẽda eſt Gabriel, (quẽ Almai. Maior & Abulenſ. ſequuntur) hac d. q. vnic. art. 3. dub. 3. duo docet. Primo, quod non meruit Chriſti de minimis incarnationẽ, quæ noſtræ redẽptionis principiũ & cauſa fuit. & in omni genere deueniẽdũ eſt ad aliquod primũ, quod eſt meritũ & cauſa omniũ quæ ſub illo continẽtur. In genere medij & remedij Chriſtus fuit mediator Dei & hominũ, ex cuius plenitudine nos gratia, Apoſtoli gratiam & Apoſtolatum receperunt iuxta quod Scotus in 4. diſt. 2 q. 2. ad 3 inquit. In omnibus operibus Dei ſolũ opus incarnationis fuit mere gratuitum, & non ex meritis Chriſti. Ex quo ſequitur, quod Chriſtus non meruit ſuã vnionem, quia opera eius ſupponebant vnionẽ, & meritum antecedit præmium. Secundo docet, quod de condigno meruit maternitatem quia ex ſuppoſitione quod Deus voluit fieri homo, mereri potuit quod ex illa carnem ſumeret, quia potuit Deus velle, vt decretũ ſuũ haberet executionẽ pendẽter, ex meritis Virginis. Sic voluit Deus gratis, dare gratiã in gratis & inimicis, gloriã vero pendenter ex meritis Chriſti & noſtris. Quod hæc duo poſſint ſeparari ſuadetur. Si enim Beatiſſima Virgo abſolute mereretur maternitatem conſequenter mereretur incarnationẽ, quia qui abſolute meretur vnum meretur quæ conſequuntur ad illud. Sed quia non meruit maternitatẽ abſolute, ſed ſuppoſita & præuiſa iã incarnatione, potuit mereri vnũ nõ merẽdo reliquũ. Quãuis enim ruſtici non mereantur: vt relicto palatio ſuo veniat rex in populum ſuũ, poteſt tamen mereri, vt ſi veniat in populũ ſuũ diuertat in domũ ſuã. Sic enim perambularet Hierico diuertit in domũ Zachei veniendo Hieruſalem in domũ Marthę. In domũ quoque eius qui habebat cænaculũ grande. Denique antiquitatis vmbra, Sodomitis indignis exiſtentibus, diuertit in domũ Loth: hoc quidem forſam mereri potuerunt, non tamen vt de cælo ad nos veniret.

Opinio ſic declarata probatur. Eccleſia canit de Beata Virgine. Quia quẽ meruiſti portare Alleluya. Et in collecta. Vt dignum filij tui habitaculũ effici mereretur. Epiphanius hæreſ. 78 circa principium, Quomodo audent impetere impollutã Virginem, quæ digna facta eſt fieri habitaculum filij Dei. Ambroſ. 2. libro de Virginibus. Quidni ſingulis morer. quæ digna fuit, ex qua filius Dei naſceretur. Aug. ſer. 10 de Natiuitate. Talis elegitur Virgo, quæ tãtum habet meritũ, vt Dei filium ante ſuſciperet. Greg. 1. Reg. 1. Incomparabilibus illuſtrata meritis, Dei vnigeniti in quo recumbeat, ſacrum præparauit vterum. Dam. lib. 4. c. 15. Mariam, ſanctum admirabile ac ſummo Deo dignum templum apellat. Bernar. ſer 4. de Aſſumptione. Quæ vel Angelica puritas, virginitati illi audeat cõparari. quæ digna fuit Spiritus ſãcti ſacrariũ. & habitaculũ filio Dei.

Epiph.

Amb.

Aug.

Remouendo improbabilitatem ſuadetur, quia non obſtat huic merito, quod incarnatio ſit fundamentum omnis meriti, nam vt diximus nõ meruit incarnationem ipſam, ſed vt ex illa potius quã ex alia matre naſceretur. Secundo ad rationem meriti de condigno ſatis eſt, vt quis habeat gratiam ordinatam ad obtinendum id quod meretur. Beatiſsima Virgo habuit talem gratiam ordinatam ad dignam maternitatem igitur illam meruit. Si dicas quod deeſt lex & pactum de tali merito. Contra. Angelicus nuncius, cæleſtis paranimphus Gabriel, a Deo ad Virginem deſponſatam. miſſus, precibus importunis omnem cautam incredulitatis remouẽs, & credulitati adducẽs, eflagitabat vt conſenſum in diuinum ſpiritum prebiret vt gratia accepta, noua ad augenda merita ſuperueniente Spiritum ſanctum ſuſciperet. & digne Dei maternitatem aſſequeretur. igitur ad particulare meritum ſpecialis digna merita, ſpecialis lex, Angelica tuba, Virgini Angelicam vitam agenti, promulgata ſufficiẽs fuit. Conſequentiã, tacita ſacri precurſoris Chriſti hiſtoria comprobat Zacharias Ioannis Baptiſtę precurſoris pater, nõ balbus ſicut Moyſes, aut puer neſciens loqui ſicut Hieremias, ſed mutus omnino effectus eſt ob incredulitatis peccatum, quia eidem Angelo conceptionem precurſoris ennuntianti credere noluit, igitur ſicut ex ſpeciali reuelatione potuit eſſe demeritum. ita & meritum, quia equalis eſſe debet vtriuſque ratio. Hoc plus comprobat hiſtoria magni Patriarchæ cui dixit Deus. Quia feciſti hanc rem, & non pepercisti filio tuo vnigenito, benedicã tibi & benedicentur in ſemine tuo (ideſt in Chriſto) omnes gentes. Vt inſinuat Paul. Hæbr. 11 credidit quod Deus ſuſcitaret illum igitur qui ſpeciales habuit reuelationes meruit credendo. Eliſabeth quoque Virginis æncomia extolles dixit. Beata quæ credidiſti. Atqui lex ſi ſi Mariæ cõueniens publice erat promulganda? Secus lex cõmunis quæ patere non latere in manifeſto omnium oculo ſub luce non ſub tenebris eſſe debet. Preter quod a mane vſque ad Veſperã Tertia. Sexta

Almain. q. 1. dub. 4. Maior. q. 4. Abul. parad. 1. c. 54. & 58.

Scot.

& nona hora non præter miſſa, continuus ac perpetuus extitit Pater familias vt in vineam ſuam operarios conduceret, pro labore & ſudore denario diurno loco premij laborãtibus liberaliter promiſſo atque fideliter vt iuſtus iudex reddito. Tertio beatiſſima Virgo meruit vitam æternam, quæ ſi non eſt quid excellentius, eſt tamẽ melius & deſiderabilius, vt diximus d. 2. igitur ſpeciale fuit in virgine, quod merita eius ordinarentur in præmium gloriæ & huius dignitatis.

*Opinio Thomiſt.* Oppoſita ſententia eſt Thomiſtarum 3. p q. 2. art. 11. Soto 2. de iuſtitia & iure q. 2. art. Vega q. 4. de iuſtificatione art. 1. Ratio eſt, quia cum meritũ conſtituat largitorẽ præmij debitorem: largitor beatitudinis Deus non poſſit conſtitui debitor niſi a ſeipſo, non poteſt conſtare ratio meriti, niſi præcedat lex, pactũ, & promiſſio Dei promittẽtis, hęc lex non conſtat, igitur non meruit maternitatem. Deſumitur hæc opinio ex S. Thom. loco citato in corpore. Secũdo docet, hæc opinio quod vt aliqua opera, de condigno ſint meritoria alicuius dignitatis, non ſatis eſt vt ordinentur a Deo, vt efficiant conuenientem diſpoſitionem ad obtinendã dignitatẽm, nam hæc duo ſunt ſeparabilia. Diſponebat ſiquidem Paulus, ad munus prædicationis exercendum, caſtigando corpus, qui tamẽ non meruit illud. Ioãnes quoque Baptiſta (vt habetur Ioã. 1. & Matth. 11. (præ annunciatus fuerat precurſor Chriſti Iſai. 40. & Malach. 3.) qui vt ſe diſponeret, ſeceſsit in heremum, & tamen ea diuina gratia factum eſt Verbum domini ſuper illam, igitur Beatiſsima Virgo non meruit maternitatem, quamuis ea meritis proprijs ſe diſpoſuerit ad dignè ſuſcipiẽdum Chriſtum in vtero. Vnde ad illam Gabriel. Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, ideſt multo maiorem gratiam infundet, vt condignè ad conſipiẽdum Chriſtum diſponaris. ad quod propriũ conſenſum tuũ ex poſtulo. Ex hoc non ſequitur quod meruit maternitatem de condigno, quia de eſt lex. Sed ſolum ſequitur quod meruit illam de congruo quia diuinę bonitati, & ſapientiæ Dei quæ attingit a fine vſque ad finem conueniens erat vt eam ſic diſpoſitam in matrem eligeret, quæ gratia & meritis cæteras ſuperabat. Hæc opinio pro tanto præcedenti eſt probabilior, quia innititur certo fundamento ad meritum requiſito, & certo non conſtat de ſpeciali lege. Opinio Gabrielis innititur priuilegio ſpecialis legis & reuelationis, & licet omnino non ſit certum de hoc: non tamẽ eſt omnino improbabile ſpecialiter hoc ſibi fuiſſe reuelatum.

*Bonau.* Seraphicus Bonauent. hac d. ar. q. 2. concedit meritum de cõgruo in peccatore diſponente ſe ad gratiam (quod ſine dubio eſt verum, ſi diſpoſitio præcedat ex auxilio diuino) videſque in Virgine plus meriti quam in peccatore reſpectu ſuæ gratiæ, imo pluſquam in Stephano & Ambroſio reſpectu Pauli & Auguſtini, & videns ex defectu legis non eſſe meritũ de cõdigno, dixit meruiſſe de digno, vt oſtẽderet ſuperare meritũ de cõgruo in cõmuni & vſitata acceptione. Si, quia non aſcẽdit ad meritũ de cõdigno ſub meritu de congruo vis continen venerari oportet ſanctum. Quia vt ex Aug docet Scotus infra d. 6. q. 1. ad finem corporis, quando de re conſtat, non eſt facienda vis in verbis. Notandum in calce illius quæſtionis, ſanctum concedere, Beatiſsimam Virginem a tempore annunciationis Angelicæ potuiſſe aliquid mereri quod non poſſent, ſi omnes alij ſancti eſſent congregati ſimul. hunc ſanctum ſecutus S. Bernardinus Senenſis ſer. 51. dixit, virginem, actu quo conſenſit Angelo plus meruiſſe quam omnes Angelos, & homines omnibus ſuis actibus, de quo ſupra d. 3. Iuxta hoc videmus quotidie, quendam, ab amantiſsimo amico vno ex millibus rogatum, plus pro illo facere, quã pro multis alijs.

Ex hoc ſequitur quod nullus hominum de condigno meruit incarnationem filij Dei quia opera meritoria hominis iuſti propriè ordinantur ad beatitudinem. Secundo, quia incarnatio eſt bonum totius naturæ, & merita puri hominis non ordinantur a Deo in bonum totius naturæ. 2. De poſſibili vero nullo modo implicat quod potuerint mereri, ſi Deus promitteret, & ad merendum gratiam donaret. Quia poſsibile eſt quod Deus habuerit abſolutum decretum de incarnatione Chriſti, & quod ex meritis eius dederit gratiam Patribus antiquis, & tamen quod pendenter ex meritis eorum poſita fuerit in executione. Quantũ enim attinet ad diuinam potentiam nullam includit contradictionem. Deus prius voluit mihi dare gratiam, & gloriam quam merita, ſed quia noluit actualiter cõferre gloriam niſi pendenter ex meritis, ideo vere meremur gloriam, non gratiam quę non datur pẽdenter ex meritis. 3. Verum autem tunc eſſet vera meritum de condigno, ſicut eſt meritũ diuinæ viſionis, qui dicunt vnionem hypoſtaticam eſſe excellentius beatifica, dicunt negatiue. Dicẽdo, quod beatifica eſt eſt melior probabilis eſt pars affirmatiua. Quarto. dico quod patres antiqui, nec de congruo, meruerunt prædeſtinationem incarnationis quo ad ſuam ſubſtantiam, nec quo ad accelerationem, quia ante omnem gratiam & merita ſanctorum prædiffiniuit & predeterminauit Deus incarnationem quo ad ſubſtantiam, & circũſtantiã temporis, & ex meritis Chriſti ſic præciſi voliti & electi acceperunt antiqui Patres gratiam & dona. Sed meruerunt de congruo incarnationis executionẽ quo ad ſubſtantiam, & non nullas circunſtantias, quia miſericors Pater pro eo quod vult gratis donare, vult exorari. Vnde ad Achab. Pete tibi ſignũ a Domino, igitur a fortiori vult exorari ab hominibus iuſtis. Circunſtantia incarnationis fuit Beatiſsima Virginis ſanctitas quæ partim fuit ex meritis Virginis. Circũſtãtia fuit plenitudo temporis. Hanc iuſte noluit Deus executioni mandare niſi prolixis & continuis præcibus exoratus. Quanto maior iudex veniebat tanto preconum ſeries longior præcedere debuit inquit Aug. tractatu. 31. in Ioannẽ explicans illud Galat. 4. Vbi venit plenitudo temporis. Hæc ſalutiferi operis mora, capaciores nos ſuæ vocationis effecit. Inquit Leo. Sic clamabant Emitte agnum domine dominatorẽ terræ. Vtinã diſrũperes cœlos & deſcenderes. Oſculetur me oſculo oris ſui. Quis te mihi det Fratrẽ meum. Sic eos exaudiebat, & conſolabatur dicens. Si morã fecit expecta eum, quia veniens veniet, & non tardabit. Ad Danielem ſecundo orantem Spiritu dixit Gabriel. Quia vir deſideriorum eſt animaduerte ſermonẽ, intellige viſionẽ. 70. Hebdomadę abbreuiatę ſunt. Cõgruũ autem fuit vt Deus non niſi exoratus conferret, & vt exoratus audiret. Quod Chriſtus hoc ſibi pro mereri non potuerit, ſolũ proceſsit ab hoc quod meritum debet antecedere premiũ. & opera Chriſti in executione nõ antecceſſerũt incarnationẽ.

*De merito Patrũ.*

*Iſai. 7.*

*Aug.*

*Leo. ſer. 3. Natiuit.*

Da his, d.

bis.d.7.& d. 19. Nec in cauſis eſt circulus, vt effe-ctus ſit cauſa cauſæ, quia non eſt in eodem genere cauſæ. Nec Chriſtus ſanctis Patribus eſt debitor, quia illorum meritum non fuit velut præciſa cauſa exhibendi incarnationem, ſed velut diſpoſitio ad digne ſuſcipiendum, & velut obſequium ab beneficium gratis promiſſum.

## PRAETEREA INQVIri oportet, &c.

## DISTINCTIO V.

CIrca iſtam diſtinc. 5. inqua Mag. agit de extremis aſſumptionis, queruntur duo. Primo. Vtrum natura diuina aſſumpſerit, vel aſſumere potuerit naturam humanam. 2. Vtrum perſona creata fuerit aſſumpta vel potuerit aſſumi.

## QVAESTIO I.

*Vtrum natura diuina aſſumpſerit vel aſſumere potuerit naturam humanam.*

AD primam quæſtionem, ſic proceditur videtur quod aſſumere potuerit. Perſona diuina aſſumpſit naturã humanãm, ergo & natura diuina. Conſequẽtia probatur, quia quæ ſunt eadem realiter, reſpectu cuiuſque actionis realis ſunt eadem, ſiue ſe habeant ad illam vt principiũ, ſiue vt terminus quia actio realis, eſt a principio reali vt res (& nõ vt intentio tantũ) & ad terminũ reale.

2. Præterea quod potuit probo. Quia natura diuina cum ſit infinita includit in ſe rationem omnis ſuppoſiti, igitur poteſt ſupplere vicem cuiuslibet ſuppoſiti creati, & ita perſonare naturam creatam.

Sed contra. Si natura aſſumpſit, cũ iſta ſit eadẽ in tribus, ſequeretur quod tres perſonæ aſſũpſiſſent. 2. Itẽ quod non potuit probo. Quia quero ad quã vnitatem, Nõ perſonæ, quia natura vt natura, non eſt perſona. Non naturæ, quia tunc vel eſſet eadem natura, hæc & illa, vel fieret vna ex eis, vtrũque eſt impoſſibile, igitur in neutrã vnitatem potuit aſſumere.

Reſpondeo dicendo, quod iſta prima quæſtio, patet ex prima, & vltima q.1.diſt. Nam in illa q. vltima dictum eſt quod eſſentia nõ eſt formalis ratio terminandi iſtam vnionem, licet ſit ratio efficiendi eam. Potuit tamen ipſa eſſe formalis ratio terminãdi, ſicut dictum eſt.q.2.1.diſt. Sic ſi fiat ſermo de ratione faciendi iſtam aſſumptionem, patet quod natura diuina eſt ratio faciendi iſtam aſſumptionem, nõ eſt autem ratio terminandi. Si enim in aſſumente, ideſt terminante vnionem, ſufficiat ſingularis perſe exiſtentia abſque incommunicabilitate, cum hæc perſe conueniat naturæ diuinæ, ipſa poterit aſſumere. Si autem de ratione aſſumẽtis, ſit quod habeat ſubſtantiam incommunicabilem, & eſſentia ſecundum ſe non habeat incommunicabilitatẽ, ipſa non poteſt eſſe aſſumens vt terminus. Art. 2.

Ad primũ videtur difficile eis qui dicunt proprietatem vel perſonam tantũ ratione differre a natura. Aliter dictum eſt in 1.d.2.q.4. quod entitas incõmunicabilis ex natura rei non eſt formaliter entitas communicabilis, & ideo ex natura rei ante omnem operationẽ intellectus Pater communicat Filio entitatem communicabilem, non autem incommunicabilem. Et ſecũdum hoc, ad quodcunque tertium comparentur quod conuenit vni ſecundum formalem rationẽ eius, non oportet illud cõpetere alteri quod non eſt formaliter idem iſti: tale eſt aſſumere ſecundũ iſtã viam, quia competit incommunicabiliter ſubſiſtenti, in quantum tale, vt termino.

Ad 2. dico, quod iſta infinitas non eſt ratio terminãdi iſtam vnionem, ſed perſonalitas independens, ex prima q. huius tertii. Si dicas quod infinitas poteſt eſſe alicui ratio terminãdi, quia poteſt ſupplere vicem cuiuslibet ſuppoſiti creati. Hoc poteſt negari, ſi in termino requiratur incommunicabilitas. Nõ enim eſt idem formaliter, infinitum, & incommunicabile, quia omne infinitũ formaliter, eſt communicabile.

*Super Diſt. 5. quæſt. 1.*

IN titulo duo queruntur. Primo, an diuina natura aſſumpſerit humanam. Secundo, an aſſumere potuerit.

Iuxta 1. eſt prima conclusio. Natura diuina de facto non fuit ratio terminandi naturam humanam. Hæc ſupponitur non probatur.

2. Concluſio. Quamuis natura diuina non fuerit ratio terminandi vnionem, fuit tamen ratio efficiendi illam.

Iuxta 2. dubium eſt 3. concluſio. Si ad terminandũ vnionem ſufficit ſingularis exiſtentia, eſſentia poteſt terminare dependentiã naturæ humanæ. Si vero requiritur incõmunicabilis exiſtẽtia minime,

De primo dubio dictum eſt diſt. 1. q. 5. De ſecundo eadem diſt. q. 2. art. 2 Circa 2. concluſionē occurrit dubium, nam ſi intelligitur de fundamentali ratione efficiendi, etiam eſſentia eſt prima ratio terminandi, quia ipſa dat exiſtentiam perſonis vt dictum eſt d. 1. q. 2. art. 2. Si intelligitur de immediata ratione efficiendi, falſum videtur, quia immediata cauſa effectiua vnionis, non fuit eſſentia, ſed omnes tres perſonæ.

Ad hoc dico, quod Autor d. 1. q. 2. art. 1. ponit ſubſiſtentiam vel exiſtentiam communem. Huic Deo communiter exiſtenti tribuit operationes cōmunes in 1. d. 4. q 1. & 2. Loquitur ergo de immediata ratione efficiendi, quæ non tribus perſonis, ſed huic Deo immediate conuenit. Circa 3. Concluſionem nota quod Autor non retractat ſententiam d. p. quæſt. 2. ſed in difficili quæſtione de pluralitate ſubſiſtentiarum in diuinis intendit loqui modeſte.

Dub. Circa iſtam quæſt. dubitatur an concedenda ſit iſta. Natura diuina eſt incarnata. Dico, quod illam concedit Magiſter in litera. Aug. de fide ad Petrum c. 2. Cyril. etiam. Damaſcenus libro 3. c. 6. S. Thom. 3. p. q. q. 3. art. 2. Et in Concilio Chalcædonenſi. De iſta. Natura diuina eſt nata de Virgine, D. 8. artic. 1.

2. Dub. Dubium eſt an concedenda ſit iſta. Natura diuina eſt facta homo. Magiſter dicit negatiue, quia non inuenitur apud ſanctos, & quia denotatur fuiſſe immediatum terminum vnionis ideo facit maiorem expræſſionem quam prima. Eadem ratione neganda eſt iſta. Natura diuina eſt crucifixa, quia denotatur fuiſſe immediatum ſubiectum paſſionis. Docet Damaſcenus loco citato. In concreto eſt vera, quia ſolum denotatur prædicatum conuenire ſubiecto ratione alicuius exiſtentis in ipſo. Et ſic eſt, quod homo Deus fuit mortuus.

## QVAESTIO II.

*Vtrum perſona creata fuerit aſſumpta vel potuerit aſſumi.*

AD ſecundam quæſtionem ſic proceditur. Videtur quod perſona fuerit aſſumpta. Natura fuit aſſumpta, ergo & perſona, conſequentia probatur per illam maiorem quæ poſita fuit ad præcedentem quæſtionem & hāc minorem. Perſona creata eſt idē naturæ, quia ſi aliud aut ſubſtantia, aut accidens, nō accidēs quia nullū accidens eſt ratio ſubſiſtēdi alicui in ſe. Si ſubſtātia aut materia, aut forma, aut compoſitum, & ſiue ſic, ſiue ſic, ſequitur quod in perſona creata ſint plures ſubſtantiæ cōpoſitæ vel plures formæ vel plures materiæ.

2. Item. Omne pertinens ad dignitatem in creatura eſt aliquid poſitiuū, perſona dicit aliquid pertinens ad dignitatem in creatura, ergo dicit aliquid poſitiuum ſed omne poſitiuum poteſt aſſumi igitur, &c. 3. Item aſſumpſit hominem igitur perſonam, antecedens patet per Aug. & probatur conſequentia quia homo eſt perſona.

Sed contra. Si perſona creata fuerit aſſumpta igitur duæ perſonę eſſent vna perſona.

Reſpondeo dicendo, quod iſta quæſtio patet ex dictis in 1. q. 1. diſt, quod perſonalitas creata dicit negationem dependentię actualis ad aliud vt ad ſuppoſitum illius naturæ & etiam aptitudinalis quæ quantum eſt ex parte ipſius aptitudinis ſemper eſſet in actu ſicut anima ſeparata ſemper depēderet a corpore quātū eſſet ex aptitudine naturali eiu :cum igitur contradictio ſit naturā actualiter dependere ad perſonam extrinſecam, & nō dependere: naturā autē aliquam aſſumi eſt ipſam actualiter dependere hac dependentia ſpeciali, contradictio eſt ipſam aſſumi, & ſimul habere perſonalitatem propriam. Sed qui ponerent perſonalitatem creatam dicere aliquam entitatem poſitiuam vltra naturam ſingularem propter quam repugnet ſibi aſſumi, non tamen naturæ ſingulari, eos oporteret aliam cauſam quærere, quare perſona non poteſt aſſumi. Sed iſtud ſuppoſitum eſt improbatum. q. 1. & contra iſtud bene vadit ratio illa quæ tacta eſt de diuiſione ſubſtantiæ, & accidentis, & ſubſtantiæ triplicis.

Ad primū dico, quod ſi accipiatur illud quod poſitiuū eſt in perſona quia perſonalitas nullam entitatem poſitiuam addit vltra hanc naturam, perſona creata idem eſt huic naturę, ſed ſi accipiatur cōplete perſonalitas ſecundū quod importat incommunicabilitatem, non omnino idem eſt perſona, & hæc natura. Sicut aliqua entitas indifferēs ad aliquam affirmationem & negationē non eſt omnino idem illi negationi, ſiue ſibi ipſi cum illa negatione, ita eſt hic, & ideo hæc natura habet ſufficientem diſtinctionem ab hac natura non dependente vt iſta natura poſit dependere. Hæc tamen natura non dependens vel perſonata non poſſet dependere inſenſu cōpoſitionis. Probatio adducta per identitatē non concludit niſi quod perſona creata non addit entitatem poſitiuam ſuper hanc naturā, quod cōcedo.

Ad 2. dico, quod perſona in creaturis non

non dicit dignitatē niſi materialiter ſcilicet ratione Intellectualis naturæ quā cōnotat, non autem formaliter ratione incommunicabilitatis quā ſuperaddit. Quomodo autem negatio aliqua dicitur eſſe dignitatis dictum fuit d.28. primi libri de ingenito.

q.1.

*Super Diſt.5.quæſt.2.*

IN præcedenti quæſtione duo quæſiuit ex parte perſonę aſſumentis. Nunc quærit alia duo ex parte naturæ aſſumptæ. Primo, an perſona humana fuerit aſſumpta. Secundo an potuerit aſſumi. Quoad vtrumque eſt cōclusio negatiua. Supponēdo ex d.1.q.1.art.3. quod perſona ſit natura ſingularis ſolitarie ſumpta probat ſic. Eſſe perſe & vnita alteri, implicat, ergo impoſsibile eſt quod perſona poſsit aſſumi. Ex hac probatione oritur dubium. Perſona nihil addit ſupra naturam igitur ſi aſſumpſit naturam aſſumpſit perſonam. Dico quod perſona addit modū ſolitudinis, ideo nullomodo eſt cōcedenda iſta. Aſſumpſit perſonam. Quia denotaretur quod natura humana nō erat tracta ad ſubſiſtētiam Verbi, ſed ęi accidentaliter vnita, quod eſt error.

*Num aſſumpſerit hominem.*

DE dubio, hoc videndus S. Tho. 3.p. quæſt. 4.art.3. hanc concedit Ambroſ. & Auguſt. in communi canticō. Tu ad liberandum ſuſcepturus hominem. Aug paſſim, de agone Christiano, c.11. De ciuitate Dei c.7. & 21. Anſelm. de incarnatione Verbi c.5. Habetur in Concilio Toletano. 1. & 6. vbi dicitur. Tota Trinitas operata eſt ſuſcepti hominis formationem. Et Concilio Toletano. 11. dicitur. Solam filii perſonam verū hominē ſine peccato ex ſancta & immaculata Virgine aſſumpſiſſe. Conuincit me Autoritas Pauli Hæbr.2. Nuſquā Angelos apprehendit ſed ſemem Abrahæ. Vbi per ſemem Abrahæ, hominem intelligit. Lucæ 1. Sicut locutus eſt ad Abraham & ſemem eius in ſecula. Inſuper ſi aſſumeret naturam Angeli diceret. Nuſquam ſemem Abrahæ apprehendit, ſed Angelum igitur Ex quo patet quod homo non ſemper ſupponit perſonaliter, ſed ſupponit pro ſingulari naturę humanæ ebſtrahēdo a perſona quod maxime notandum eſt.

Secundo dico, quod ad tollendem æquiuocationem, & fugiendum errorem Neſtorii ponentis in Chriſto perſonam humanem. S. Thom. dicit eſſe impropriam, & quod eſt declaranda per iſtam. Aſſumpſit naturam humanam.

## EX PRAEMISSIS autem, &c.

## DISTINCTIO VI.

CIrca iſtam diſtinc. 6. in qua Mag. agit de incarnatione cōſiderata vt in facto eſſe quæruntur tria. Primo vtrum in Chriſto ſit aliud eſſe verbi ab eſſe creato. Secundo V. Chriſtus ſit aliqua duo 3. Quæ illatum trium opinionum quas recitat Mag. ſit tenenda.

## QVAESTIO I.

*Vtrum in Chriſto ſit aliud eſſe Verbi ab eſſe creato.*

AD primam quęſtionē, ſic proceditur. Videtur quod eſſe creatum non ſit aliud ab eſſe Verbi, quia eſſe cōſtituit ens, & ita ſi Chriſtus haberet duo eſſe Chriſtus eſſet duo entia. Aut ſi eſſe vnū ens, non eſſet niſi vnum peraccidens. Sed hoc eſt inconueniens ſecundū Bernardum ad Eugenium Papam. Hæc eſt maxima (inquit) vnitas poſt illam quæ eſt in Trinitate. Vnitas per accidens, nō poteſt eſſe maxima inter vnitates creatas igitur, &c.

2. Præterea. Natura humana non vnitur Verbo, vt forma materiæ ſiue vt actus potentię ſed magis ē conuerſo, quia Verbum eſt actus, ergo nō vnitur vt dans eſſe ſed magis vt recipiens eſſe igitur, &c.

3. Præterea infinitum non poteſt recipere eſſe a creatura, ergo non habet aliquod eſſet creatū a natura aſſumpta.

Sed contra Aug.7. de Trinit.c.4. & 5. ſicut habeo quod ſapere eſt ſapientia, ita abeo quod eſt eſſe dicta eſt eſſentia, ſed non poſſunt eſſe plures ſapientiæ quin ſint plures ſapere igitur, &c. *Aug.*

4. Item Anſel. monologio.c.6. ſicut ſe habent iſta tria. Lux. lucens. lucere, ſic eſſentia, ens, & eſſe: nō poſſunt autē eſſe in aliquo plures luces, quin ſint plura lucere quia multiplicato priori eſſentialiter, neceſſario multiplicatur ſuum poſterius, ergo, &c. *Anſelm.*

Reſpondeo, quod in iſta quæſtione certum eſt de eſſe eſſentię quod tantū differt ab ēſſentia in modo concipiendi quod ſunt in Chriſto tot talia eſſe quot eſſentiæ. Certum eſt etiam de eſſe ſubſiſtentiæ, quod ſcilicet eſt eſſe actualis exiſtentiæ in ſe ipſo non depēdentis in ſubſiſtendo ad aliud vt ad ſuppoſitum quod non eſt niſi vnicum tale eſſe in Chriſto ſicut nec niſi vnicū ſuppoſitum. De eſſe etiam quod ſignificat compoſitionē intellectus vnientis prędicatum cum ſubiecto quod eſt ſin cathegorema de quo dicit philoſophus

*Tex.co-men.14.* 5.Metaph. quod eſſe ſignificat verum
nō eſſe falſum. Patet quod tot ſunt ibi
talia eſſe, quot poſſunt predicari de ſub
iecto. Sed de eſſe tali actualis exiſtentię
pro vt diſtinguitur ab eſſe eſſentię, &
eſſe ſubſiſtentiæ eſt dubitatio. Vtrū ſit
aliquod eſſe tale in Chriſto, aliud ab eſ-
*Henr. quot 3. q. 2. S. Tho. 3. p. q. 17.* ſe in creato. Et dicitur quod nō quia ſi
hæc natura eſſet in ſuppoſito proprio,
idem eſſet eſſe naturæ & perſone, ergo
& nunc quia hęc perſona ſupplet perſo
nalitatem propriam quantū ad eſſe per
ſonæ, ergo quantum ad eſſe naturæ.

Sed ad iſtud reſpondeo quod ſupplet
eam terminando dependentiam naturæ
ad ſuppoſitum. Sed non ſupplet ponen
do iſtam identitatem quę eſt inter iſta
Similiter idē eſt eſſe naturę, & perſonę
quādo eſt in ſuppoſito proprio quia per
ſona non dicit niſi duplicem negationē
vltra eſſe naturæ, ergo quantūcunque
perſona tollatur eſſe naturæ non tolle-
tur. Præterea ſi pars adueniret de nouo
toti habenti eſſe perfectum totum non
haberet aliquod eſſe ab illa parte. Sed
tantum haberet nouum reſpectū ad il-
lam partem, & pars eſſet per eſſe totius
ſicut eſſet de manu cōmunicata de no-
uo ſuppoſito præexiſtenti, ſed natura
humana aduenit Chriſto quaſi inſerta
ſuppoſito præexiſtenti, ergo nō datur
ſibi aliquod eſſe ſed tantum recipit eſſe
eius ſuppoſito illo habente tantū no-
uum reſpectum ad eam.

Præterea accidens non dat aliquod
eſſe ſubiecto quia tūc tot eſſent eſſe in
Petro, quot accidentia. Natura autem
humana quaſi accidētaliter aduenit Ver
bo, quia præexiſtēti in ſe actu, ergo &c.

*Gotf. quot. 8. q. 1.* Iſta poſitio aliter declaratur quia
ſicut quantitas comparatur ad quali-
tatem & ſubſtantiam, & eadem quan-
titate vtraque eſt quanta, ſubſtātia qui
dem formaliter quia recipit & qualitas
quaſi per accidens quia recipitur in quā
to, ita eadem exiſtentia eſt formaliter
ſuppoſiti, quaſi dans eſſe ſibi & natu-
rę vnitæ ſuppoſito exiſtenti, quam
exiſtentiam participat natura aſſumpta
& ita non oportet ibi ponere plures
exiſtentias.

*Scot. impug. opinionē S. Thom.* Contra concluſionem huius opinio
nis arguitur multipliciter. Primo ſic.
Generationis terminus eſt eſſe exiſten-
tiæ vel aliquid habens tale eſſe 5. phiſ.
terminus perſe generationis habet eſ- *Tex. comen. 37.*
ſe aquiſitum per generationem Filius
Dei vere generabatur ex matre tempo
raliter ſecundum Damaſ. lib. 3. c. 7. & il *Damaſ.*
lius generationis terminus eſt aliquid
in quantum habens eſſe exiſtentie: non
autem increatum quia illud eſſe nō fuit
effectum per generationem temporalē
ergo aliud eſſe. Præterea 2. de anima
viuere viuentibus eſt eſſe, ſed in Chri- *Tex. c. 37*
ſto fuit alia vita ab increata, alioquin
non fuiſſet vere mortuus, quia mors eſt
priuatio vere vitæ. Vita autem increata
priuari nō potuit, & ita fuit in eo aliud
viuere, & per cōſequēs aliud eſſe. Præ-
terea anima creabatur, creatio termina 3.
tur ad naturaliter exiſtens, ergo fuit ali
qua exiſtentia actualis animæ in quan-
tum terminauit iſtam actionem nō in-
creata, ergo creata. Item illam naturam.
quam Verbum perſonauit tota trinitas 4.
produxit in ratione cauſæ efficientis, &
cōſeruauit, cauſalitas autē cauſæ efficiē
tis, & conſeruantis non terminabatur
niſi ad aliquod exiſtere non increatum
quia nihil efficit ſe igitur, &c. Præterea
ſi iſta natura dimitteretur a Verbo non 5.
oporteret ſibi acquiri nouum eſſe per
generationem nec per creationem, & ta
men ipſa dimiſſa ex hoc quod dimiſſa
non eſſet anihilata neceſſet ens in potē
tia vt anima Antichriſti ante creationē
ergo haberet aliquod eſſe in actu & nō
nouum, quia per nullam mutationem
poſitiuam ergo idē quod modo habet,
ergo, &c. Præterea natura Angeli poſ-
ſet aſſumi a Verbo, & illa non poteſt 6.
manere eadem niſi maneat ſua exiſten-
tia eadem ſecundum iſtos, ergo nec na-
tura humana non poſſet manere eadē
in Chriſto niſi maneret ſua exiſtentia,
conſequentia eſt manifeſta, quia ita in-
trinſeca eſt exiſtentia ſua vni ſicut alte-
ri, ergo, &c. Præterea fundamētum re- 7.
lationis naturaliter præcedit relationē,
& ſecundum eſſe actuale præcedit ratio
nē relationis actualis. Vnio iſta fuit re-
latio actualis, ergo eius fundamentum
præceſſit nataraliter ſecundū eſſe actua-
le: fundamentum autem illud erat ipſa
natura totaliter igitur, &c. Cōfirmatur
quia prius naturaliter anima perficit
corpus quam tota natura eſſet nata aſ-
ſumi, in illo priori, forma fuit actus ma
teriæ, & per conſequens dabat eſſe ſibi
quod

quod non corrumpebatur per aſſumptionem.

*Scot impug. ratio nis opinio nis.* Contra rationes iſtius opinionis arguo,& contra primam ſic. Si Verbum tantum habeat reſpectum nouum ad naturam,& ille erit reſpectus rationis tantum:cum autem per reſpectum rationis non dicatur ſubiectum formaliter eſſe aliquid,ergo Verbum in quantum hoc, non erit formaliter aliquid: conſequens eſt contra illud extra de hę reticis.c.cum Chriſtus,ergo. 2.Prętere. Pars adueniens toti, non dat eſſe toti,ſed recipit,quia perficitur a forma totius(quia ſi remaneret diſtincta ſicut prius,non reciperet eſſe totius, ſed vel haberet proprium eſſe vel nullum)ſed natura humana vnita Verbo non infor matur a Verbo, ſed manet ſimpliciter diſtincta,vel igitur nullum eſſe habet, vel aliqu d eſſe proprium.Cõtra aliud argumentũ de accidente arguo ſic.Accidens habet propriũ eſſe actualis exiſtẽtiæ,quia poteſt per ſe exiſtere.Ergo.

2.Item generationem terminat ſecũ dum quid,ſed ullius generationis terminus car t eſſe actualis exiſtentię.Igitur,&c.3. Præterea facta tranſubſtantiatione panis in corpus, quantitas eſt i i actualiter exiſtens, & null m eſſe *acquiritur ſibi pertranſubſtantiationẽ ſubiecti,quia pernullam tranſmutationem poſitiuam puta generationem vel creationem,ergo prius in ſubiecto habebat act ualem exiſtentiam,&eandem q iam poſt,igitur,&c. *Contra Godfr.* Contra vltimam perſuationem de quantitate. Si illa valeret concluderet quod natura humana eſſet formaliter exiſtens forma increata, quia qualitas eſt formaliter quanta eadem quantitate qua ſubſtãtia,& tũc natura eſſet formaliter bona bonitate creata,& ita in infinitum diligibilis.Et ſic de veritate & de aliis attributis.

*Quibus impugnauit, S. Thom.* Concedo concluſionem primarum rationum* quod natura iſta ex quo non eſt tantum in intel ectu neque in cauſa,ſed extra cauſam ſuã neceſſario habet ſuam propriam exiſtentiam actualem ſicut ſuum proprium eſſe quidditatiuum.Sed non habet propriam ſubſiſtentiam quia ſubſiſtentia vltra exiſtẽtiam nihil a ldit niſi negationem duplicis dependẽntię(Sicut dictũ eſt de perſonalitate diſt.1.q.1.)Iſta autem exiſtẽ tia,non eſt independens ſicut nec natura cuius eſt,ſed talis ſubſiſtentia eſt ibi tantum ſubſiſtentia Verbi,ideo hic,eſt tantum vna ſubſiſtentia. *3. Concl.*

Dico etiam vlterius, quod eſt alia exiſtentia ab increata, quæ ſit propria exiſtẽtia huius ſuppoſiti.Et ſimpliciter *4.Concl.* *Primũ declaro per oppoſitum. Ideo enim exiſtentia pedis mei,non eſt exiſtentia mei,licet ſit in me, quia ego nõ ſum pes,neque ſubſiſtens reſpectu pedis,ſicut ſuppoſitum reſpectu naturæ. Sed e cõuerſo,magis pes exiſtit per exiſtentiam mei, et ideo exiſtentia pedis non eſt alia ab illa qua exiſto,ſed tantum eſt aliqua exiſtentia partialis in illa qua exiſto.Sed oppoſitum eſt hic.Verbum enim ſubſiſtit in natura humana ſicut ſuppoſitũ in natura propter quod proprie dicitur homo.Et ideo proprie eſt exiſtens exiſtentia huius naturæ. *5.Conc.* Secundo dico etiam, quod ſimpliciter exiſtit exiſtentia iſta:licet enim fortes formaliter exiſtat exiſtentia albi, quia formaliter eſt albus,nõn tamen ſimpliciter,ſed ſecundum quid exiſtit illã exiſtentia.Quia illa exiſtentia eſt ſecundũ quid maxime reſpectu exiſtẽtiæ fortis qua eſt in ſe ſilicet exiſtentia ſimpliciter,ſed in propoſito exiſtentia naturæ humanæ,eſt in ſe exiſtentia ſimpliciter prout ens diuiditur in ens ſimplicitet, & in ens ſecundum quid, & ens ſimpliciter,eſt ſubſtãtia,ens ſecundũ quid eſt accidens:exiſtentia autẽ naturæ humanæ eſt exiſtentia ſubſtantiæ. Igitur cum Verbum diuinum, ſimpliciter ſit homo,ſimpliciter exiſtit illa exiſtentia *Probatur 5.concl.*

Et ſi dicas. Verum eſt,quod eius exiſtẽtia ſit exiſtentia ſimplicitet,non tamẽ in Verbo.Contra.Qualis eſt exiſtẽtia in ſe, tale exiſtere dat cuicumque exiſtenti per ipſam,Verbum exiſtit exiſtẽ tia iſta ſcilicet per naturam humanam, igitur,&c. Et iſtud vltimum forte erat ratio motiua aliorum de illa opinione. Quia iſta exiſtentia naturæ humanæ, non erat prima exiſtentia huius ſuppoſiti ſed adueniens & iam habenti eſſe perfectum,ideo videbatur eſſe exiſtẽtia ſuppoſiti ſecundũ quid. Et ſic licet in Chriſto deberet concedi eſſe plures exiſtentias,non tamen plures exiſtentias Chriſti quia tantum,vna vt prima eſſet eius ſimpliciter:aliæ autem eſſent *Obiectio.* *Nota pro motiuo opin.S. Thom.*

eius

prædicari de Chriſto Quo ad ſecundum modum etiam eſt certum in Chriſto ſolum eſſe vnicum eſſe ſubſiſtentiæ in communicabile, quia ſolum eſt vnica diuina perſona. Quarto. Accipitur pro eſſe exiſtentiæ quod addit ſupra eſſe eſſentiæ actum eſſen ſua rerum natura, quod non peruenit ad eſſe in communicabilis exiſtentiæ, qui actus exiſtentiæ, conuenit accidentibus, quæ non habent eſſe ſubſiſtentiæ, quia ſunt in alio: habent tamen aliquid ſupra eſſe eſſentiæ, quia iam ſunt extra ſuis cauſas.

*Opinio S. Thom.* Quantum ad ſecundum eſt opinio S. Thom. 3. parte quæſt. 17. artic. 2. (quam tenet Henricus quod 3 q. 2.) dicentis in Chriſto eſſe tantum vnũ eſſe. Opinio tam in principio quam in corpore quæſtionis, multis probatur argumentis. Primũ, in principio huius quæſtionis eſt argumentum ſed contra S. Thom Et ſecunda ratio in corpore. Prima, & vltima ratio in corpore ſunt Henrici.

Opinio, in corpore quæſtionis probatur. Si natura eſſet in proprio ſuppoſito, non eſſet duplex eſſe naturæ, & ſuppoſiti, ergo nec nunc eſt duplex eſſe, conſequentia tenet, quia verbum ſupplet perſonalitatem propriam. Omiſſa ſecũda ratione, quæ videtur eſſe S. Thom. probatur per tertiam. Accidens non dat aliquod eſſe ſubiecto, ergo nec natura humana dat aliquod eſſe Verbo, antecedẽs probatur, quia tot eſſent Eſſe, in Petro quod ſunt accidentia Cõſequentia tenet, quia humana naturæ quaſi accidentaliter aduenit Verbo. Opinio D. Tho fundatur in duobus. Primo in hoc, quod *Fundamenta S. Thom.* eſſentia & exiſtentia diſtinguntur realiter, ideo datur poteſt natura habens eſſe in re abſque eo quod exiſtat, vt patet in Chriſto. Secundũ fundamentũ exiſtentia competit ſuppoſito tanquam propria eius proprietas. igitur ſubiectum exiſtentiæ eſt ſuppoſitum, igitur vbi duplex exiſtentia duplex eſt ſuppoſitum, ſed in Chriſto non eſt duplex ſuppoſitum. ergo non eſt duplex exiſtere.

Hanc ſententiam S Thom. oppoſito modo Henric. declarat dicens. Eſſe album, & quod unqueeſſe accidentale, ideo eſt aliud ſecundum quid eb eſſe hominis, quia non pertinet ad eſſe hominis ſed accidentaliter ei vnitur, eſſe vero corporeum, & eſſe capitatum, quia pertinet ad eſſe perſonę nõ conſtituunt nouum eſſe, ſed humana natura non vnitur Verbo accidentaliter, ſed perſonaliter, ergo non habet proprium eſſe in Chriſto.

*Gotfr.* Gotfr. docens quod S. Thom inquit. Quemadmodum ad hoc quod extendatur ſubſtantia, & qualitas, ſufficit vna ſola quantitas, ita in Chriſto non debet ponr duplex, ſed vna exiſtẽtia, qua verbum exiſtat formaliter, natura humana quaſi participatiue, eo quod vnitur Verbo. Author primo impugnat rationes opinionis de quo dub. ſequenti.

Quantum ad 4. Author ponit ſuam ſententiã, quæ conſtat quatuor concluſionibus. Prima in Chriſto Domino ſuit vnum ſubſiſtere. Probatur Natura humana non eſt ſubſiſtentiæ, & per ſe, ergo non eſt duplex ſubſiſtentia.

2. Concluſio. in Chriſto fuit duplex exiſtere, Probat modo oppoſito quo S. Thom. ſuam probauit ſententiam. ideo exiſtentia pedis mei non eſt exiſtentia mei, quia ego non ſum pes, nec reſpectu pedis, ſum ſubſiſtens, ſicut ſuppoſitum reſpectu naturæ, imo pes exiſtit exiſtentia mea, quia ſua partialis exiſtentia fundatur in exiſtentia mea non ſic ſe habent Verbum & humana natura, nãverbum ſubſiſtit in humana natura, ſicut ſuppoſitum in natura, ideo proprie denominatur homo, ergo exiſtit proprie exiſtẽtia naturę humanæ. Ad finem corporis confirmatur authoritate Damaſcens.

3. Concluſio. Exiſtentia humanitatis, non eſt exiſtentia ſecundum quid, ſed ſimpliciter, quia natura humana non habet eſſe ſecundum quid. (ſicut accidentia) ſed ſimpliciter ex 5 Metaph. Text. com. 13. ergo eius exiſtentia eſt ſimpliciter. Secundo (ait obiectio in Authore) ſi aliquid obſtaret quo minus eſſet exiſtentia ſimpliciter, maximè quia exiſtit in verbo, ſed hoc non, ergo eſt exiſtẽtia ſimpliciter. Maior patet, quia hæc eſt ratio ad oppoſitam ſententiam. Minor probatur. Hæc natura eſt ens ſimpliciter, cuius eſt generatio ſimpliciter, ergo eius exiſtentia eſt exiſtentia ſimpliciter.

4. Concluſio. Si exiſtentia ſecundum quid ſit idem quod exiſtentia non prima, in verbis ſolum eſt differentia, quia exiſtentia Verbi, ſine dubio eſt prima exiſtentia Chriſti. Exiſtentia humanæ naturæ ſecunda.

## *Num in Chriſto Domino ſit duplex exiſtere.*

DE propoſito dubio eſt opinio S Thom. 3. par. q. 17. a. t. 2. dicentis. quod in Chriſto ſit tantum vnum exiſtere. Probatur. Si eſſent duo eſſe, Chriſtus eſſet duo, quod negatur q. ſequenti, conſequentia tenet quia eſſe conſtituit ens. Si autem eſt duplex eſſe, & Chriſtus tantum eſt vnus, ergo eſt vnus vnitate accidentali, quod eſt contra Bernard citatum ſupra d. 2. Sequela probatur. Ex duobus in actu, non poteſt reſultare vnitas per ſe & ſubſtantialis, ſed accidentalis.

2. Natura humana non vnitur verbo, vt dans ei eſſe, ergo non eſt aliquod eſſe creatum diſtinctũ ab increato conſequentia probatur dupliciter. Primo, quia natura humana accipit ſubſiſtentiam a verbo. Secundo, quia Verbum eſt infinite perfectũ, & non poteſt aliquid a creatura recipere. Secunda probatio eſt 3. Authoris.

4. Si natura eſſet in proprio ſuppoſito, ſuppoſitum & natura exiſterent eadem exiſtentia, ergo modo non duplex ſed vna eſt exiſtentia, conſequentia tenet quia diuina perſona ſupplet perſonalitatem propriam. Hoc eſt primum in corpore quæſtionis.

Quinto. Si aliqua pars adueniret toti compoſito habenti eſſe perfectum pars exiſteret exiſtentia totius & totũ non haberet eſſe ab illa parte, ſed ſolum haberet nouum reſpectum ad illam, ſed natura humana aduenit Chriſto vt inſerta ſuppoſito præexiſtenti, ergo non dat ſibi aliquod eſſe imo illud recipit a verbo. Eſt ſecundum in corpore quæſtionis. Habetur in S. Thom. in corpore art. 6. Si natura humana habet propriam exiſtentiam, ergo hæc vnio non eſt ſubſtantialis, probo conſequentiam. quia tunc aliqua ſubſtantialiter vniũtur quando vtrunque extremum eſt ſubſtantia, & vnum amittit ſuum exiſtere exiſtens in alio, ergo ſi quodlibet per ſe exiſtit, hæc vnio non eſt ſubſtantialis.

7. Accidens adueniens ſubiecto non dat eſſe ſubiecto, alias tot eſſent exiſtentiæ, quot ſunt accidentia, ſed natura humana quaſi accidentaliter aduenit ſubiecto, ergo non dat ei aliquod eſſe. Eſt vltimum in corpore.

*Metina 3. p.* 8. Exiſtere, proprietas eſt ſoli perſonæ conueniens, ſed in Chriſto non multiplicantur proprietates perſonales, ergo ſolum eſt vna exiſtentia, maior probatur, quod primo & per ſe generatur non eſt natura, ſed ſuppoſitum, ſed cuius eſt generari eius eſt exiſtere, ergo exiſtentia eſt proprietas perſonalis.

9. Primum ſuſceptiuum exiſtentiæ eſt ſuppoſitum vel perſona, ſed diuina perſona, non poteſt ſuſcipere exiſtentiam creatam, ergo in Chriſto nõ eſt exiſtentia creata, maior probatur (cætera certa ſunt) ex Ariſtot. c. de ſubſtantia. Prima ſubſtantia, eſt cui perſe primo conuenit exiſtere.

10. Si in Chriſto eſt duplex exiſtentia, ſequitur quod ſicut Chriſtus humanitate eſt homo, ſic exiſtentia humana exiſtat. Et quod exiſtentia creata ſit perfectio verbi, nam exiſtentia ſequitur ad perſonalitatem tanquam actus vltimus & perfectio illius. Imo ſequitur quod Beatiſſima Virgo non eſſet mater Dei, quia terminus generationis eſt iſta exiſtentia.

Vltimo. Videtur iſta veritas eſſe diffinita in 6. Synodo generali actione 11. vbi loquendo de carne a Verbo ſuſcepta dicitur In Verbo Dei, non in ſe ipſa, habet vnam exiſtentiam, cum Verbo. Damaſ. lib. 3. c. 22. videtur dicere, humanitatem Chriſti exiſtere per exiſtentiam Verbi.

Omiſſo Henrico, cõtrouerſia eſt nobis cũ S. Tho. cuius fundamenta habentur in ſumma textus. Ad

*Caiet.* maiorem explicationem. Caietanus ſupponit (deſumit ex S. Tho) quod natura non eſt quod exiſtit, ſed qua ſuppoſitum exiſtit. Secundo ſupponit prius eſſe quod natura perſonetur quam quod exiſtat. Ex quo infert quod cum natura perſonatur in alio ſuppoſito, & impeditur a propria perſonalitate, impeditur etiam a propria exiſtentia, quæ eſt poſt perſonalitatem. Metina (vt patet arg. 8.) recenſendo fundamenta D. Thom. docet exiſtentiam eſſe proprietatẽ perſonæ, quæ non poteſt competere naturæ, & poſſe ſeparari a natura habẽte eſſe productum. Quid Cumel & alii de

*Opinio Scoti.* hoc ſentiant habes d. 1. q. 1. art. 3.

Oppoſita ſententia eſt Scoti, hac d. & q. 1. Alberti q. 1. art. 4. Bonauent. d. 5. Art. 2. q. 1. ad argumenta. Durand. q. 2. Vaſſol. q. vnic. art. 2. Palud. q. 3. Exiſtimat eſſe D. Thom. Gab. Almai, & Ioannes de Neapoli hac d. Hæc opinio docet quod eſſe eſſentiæ non datur ſine exiſtentia, quia eſſentia nunquam ſeparatur ab exiſtẽtia nec ab ea re diſtinguitur ita in 1. d. 36 in 2. d. 1. q. 2. art. 2. videtur conſentire. Caietanus, 1. p. q. 27. art. 2. vbi docet quod prima actualitas rei eſt exiſtentia. Perſonalitas vltima. ita 3 p. q. 4 art. 2. Secundo docet hæc opinio quod exiſtentia non eſt proprietas ſuppoſiti, ſed modus naturæ ſingularis. Ex quo ſequitur contra Caietanum 3. p. q. 17. vbi ſupra, quod exiſtẽtia præcedit ſubſiſtentiam. Ad quod notandum ex ſumma textus quod eſſe accipitur quadrupliciter. Habetur optima in ſumma text. De nouo notandum quod res ante quam producatur habet eſſe poſſibile in ſuis cauſis cognitum a prima cauſa Cum vero res producitur extra ſuam cauſam, ſiue ſit per ſe, ſiue in alio iam exiſtere intelligimus. Suadetur ſic, in vno eodemque ſubiecto, plura ſunt accidentia, quæ non eandem, ſed diuerſas habent operationes, ergo diuerſe ſunt exiſtentiæ, nam effectus exiſtens in actu requirit cauſam in actu, ergo exiſtentiæ accidentium plures ſunt. Concedit magnus atque illuſtris Thomiſta Paul. de Sonzinas. 4. Metaph. q. 12. impugnando ſecundam opinionem *Soncin.*

Et 7. Metaph. quæſt. 2. docet exiſtentiam accidentis diſtingui ab ipſo accidente, ſed hoc exiſtere, ſolum habent quia ſunt extra ſuas cauſas, nam in ſe non exiſtunt, ergo quod importatur nomine exiſtentiæ, non eſt proprium ſuppoſiti, ſed conditio & actus naturæ habẽtis eſſe extra ſuas cauſas, quod nimis ad notare debet Scotiſta.

Ex quo manifeſta fit 3. cõcluſio Autoris, nam ſi accidens quod eſt ens ſecundum quid exiſtit, humana natura quæ eſt ens ſimpliciter vel omnino non exiſtit vel exiſtit exiſtentia ſimpliciter.

6. Conſiderandum. eſſe certum certitudine fidei, in Chriſto domino eſſe duas naturas & vnam ſolum perſonam, ideo ſi exiſtere eſt actus proprius perſone (vt Thomiſte dicunt) aut ſi nomine exiſtentiæ, intelligimus quod nomine ſubſiſtentiæ, quęſtio erit nulla, quia author ſecundo membro diuiſionis ſupponit quod vna tantum ſit ſubſiſtẽtia. Cum ergo adhuc controuerſiam conſtituat ſequitur quod aliud intelligit nomine ſubſiſtentie, aliud nomine exiſtentiæ. Nomine exiſtentiæ intelligit actum eſſendi rei ſingularis extra ſuas cauſas, ita quod nullomodo detur iſta ſingularitas quin detur iſta exiſtentia, quæ antecedit vt mediũ inter eſſe naturæ, & eſſe perſonę, quia natura vt cõſtat ex Authore in 3. d. 3. q. 6. per aliquam entitatẽ additam naturæ, fit ſingularis, & hęc. Ideo opinio Scoti, eſt quod quale eſt eſſe, tale eſt exiſtere, eſſe ſingulare accidentale habet exiſtere accidentaliter. Eſſe ſingulare ſubſtantiale, exiſtere ſimpliciter. Eſſe a parte rei incommunicabiliter & perſonaliter, habet ſubſiſtere incommunicabiliter. Vnde inter eſſe eſſentiæ, & ſubſiſtentiam incommunicabilis perſone, datur exiſtentia ſingularis naturæ, quæ habet pluſquam eſſe eſſentiæ cognitæ, & non dum peruenit ad ſubſiſtentiam. Et ſic eſt quod Chriſtus non aſſumpſit naturam in communi, ſed ſingularẽ & illa natura non peruenit ad propriam ſubſiſtentiam. Tamen ſicut habet eſſe ſingulare a ſe, non a verbo: ſic ponimus illam exiſtentiam mediam inter eſſe eſſentiæ, & eſſe ſubſiſtentiæ. Quod iſta exiſtentia ſit ponenda probo. Eſt in accidentibus ergo in humana natura, conſequentia tenet, quia ſubſtantia non eſt deterioris conditionis quã accidens. Antecedens probatur. Accidens eſt terminus generationis ſecundum quid. ergo habet exiſtentiam ſecundum quid, conſequentia tenet, quia generatio, productio, atque creatio non eſt niſi exiſtentium. Secundo, per tranſubſtantiationem panis in corpus Chriſti, nullum eſſe acquirit quantitas, facta conſecratione exiſtit, ergo antea exiſtebat. Antecedens probatur, ibi nec eſt creatio. nec aliqua alia tranſmutatio, qua illud accidens iam eſſet productum. Nec accidens vltra eſſe ſuum, habet aliquam materiam, formam aut principia, vnde iſta entitas de nouo poſſit pullulare, aut efficienter produci, igitur.

Ex dictis arguo. Si Deus aſſumeret naturam perſonatam, tunc corrumperetur eius perſonalitas

tas (ſi eſt res diſtincta a natura ſingulari) & tamen non corrumperetur natura ſingularis, quæ antea exiſtebat perſonata in propria perſona, ergo datur aliqua eadem exiſtentia in natura modo vnita, quæ fuit in ſeparata, alias omnino corrumperetur illa natura. Tunc infero. Iſta natura eſt exiſtens & non ſubſiſtens, ergo ſubſiſtentia, eſt poſt exiſtentiam. & exiſtentia ante ſubſiſtentiam, nam vltimū quod iſta natura poteſt appetere, eſt perſe & ſolitarium ſubſiſtere, ergo exiſtere eſt ante ſubſiſtere, & non poſt. Si vero exiſtere & ſubſiſtere idem ſunt, & vnum pro alio ſumitur fruſtra erucamur. Tertio. Immediatius ſe habet eſſe ad naturam, quā velle ad voluntatem, ſed inter voluntatem & velle nihil mediat, ergo nec inter exiſtere & natura mediat ſubſiſtentia iſta, quā ponit Caietanus & Thomiſtæ dicentes quod poſt ſubſiſtentiam eſt exiſtentia tanquam proprius actus eius. Sed ſolum erit modus exiſtendi ſolitarie, ante quem modum, ponenda eſt exiſtentia. quæ eſt actus eſſendi rei ſingularis in rerū natura, vt dictum eſt. Faoet Damaſ. libro 3. c. 5. dicēns. Subſiſtentia eſt modus exiſtentiæ. Ideſt ſubſiſtentia modificat & contrahit exiſtentiam, quæ dari poteſt ſine ſubſiſtentia. ſicut rationale contrahit animal, quod datur ſine rationali, ideo eſt ſicut genus commune ad ſubſiſtendum vel non ſubſiſtendum.

*Contra Caiet.* Vltimo contra Caietanum, qui 3. p. q. 4. art. 2. tenet quod perſonalitas diſtinguitur a natura & habet ſe ſicut pūctus claudens lineam, arguo ſic. Perſonalitas eſt vltimus terminus naturæ, ergo exiſtentia nihil eſt, aut ante eſt. quia poſt terminum cuiuſcunque rei, nihil vltra datur per quod poſſit terminari.

Concluſio. In Chriſto Domino eſt duplex exiſtentia. Probatur. Terminus generationis, eſt aliquod eſſe exiſtentiæ acquiſitum per generationē. Quod acquiſiuit eſſe denuo per temporalem generationem, fuit humanitas Chriſti, ergo humanitas habet ſuum proprium eſſe exiſtentiæ. Minor probatur ex Ariſt. 8. Phiſicorum tex. com. 7. Omnis mutatio fit a quodam in quidam. Ideſt ab vno eſſe ad acquirendum aliquod eſſe. Minor probatur. Quod fuit genitum ex deſitione materiæ quam adminiſtrauit ſacratiſſima Virgo non fuit eſſe Verbi, quia illud fuit æternum, ergo fuit aliquod eſſe exiſtentiæ creatum non æternum.

Ad hoc reſpondet Caietanus non ſemper requiri aliquod eſſe nouiter acquiſitum, ſed ſufficit eſſe antiquum nouo modo ſe habens, & ita eſt quod terminus generationis fuit Verbum nouo modo habens eſſe ſubſiſtens in humana natura. Eſt ſicut ſe (inquit Metina) in reſurrectione futura, in qua nulla exiſtentia de nouo generabitur, ſed antiqua animæ rationalis communicabitur de nouo corpori.

Contra, Maria fuit mater, quia ſolū adminiſtrauit materiam ſecundum Thomiſtas. Hæc materia fuit corrupta atque in aliud tranſmutata, & ex vi illius deſitionis aliquid genitum. Quæro illud quod eſt intrinſecus terminus (certus quod Verbū ſit terminus præexiſtens. cui vnitur quod de nouo generatur) Reuera nullus eſt niſi humanitas. Vis videre? Si Deus vniret ſibi humanitatem hanc extra vterum Virginis, eſſet idem Chriſtus. & non idem terminus formalis generationis. ergo formaliter aliquid de nouo generatur. Manifeſtatur amplius. Si Deus nunc aſſumeret nouam naturam eiuſdem, vel alterius ſpeciei, eſſet ſine dubio noua generatio, & tamen eſſet idem omnino verbum ergo noua generatio nouum terminum perſe requirit, ac noua exiſtentia accidentia. aliter non apparet quomodo ſit generatio. Omnino mirabile, vie intelligibile, quod accidētia quæ ſecū afferret noua natura, ſint exiſtentia in natura, & quod natura nō ſit exiſtens. Hoc nō capio. Hoc non video. Nec animoſa ad hoc me animat fides, ſed ad credēdum vnionem cū Verbo. Oſtenditur vi rationis. Materia quam adminiſtrauit Sacratiſſima Virgo. erat præexiſtens, ergo inde aliquid ex vi deſitionis fuit genitum Aut fuit anihilata aut ſine forma manet.

Secundo contra ſolutionem arguo, illud eſſe accipitur per generationem, quod deſinit eſſe per corruptionem, ſed per mortem fuit deperditum eſſe vitale humanitatis, ergo hoc eſſe fuit per generationem acceptum. Dotandi eſt ex a Authoris deſumptum. Caietanus diſtinguēs maiorem, inquit, Quod in morte fuit corrupta humanitas, per generationem non ſolum humanitas habuit eſſe, ſed Verbum diuinum habuit eſſe ſubſiſtens in humanitate. Contra Deus dicitur & eſt homo, propter vnionem, qui ſi vniret ſibi Angelum, eſſet Angelus, ſi materiam quam adminiſtrauit Sacratiſſima Virgo, habuiſſet pro termino embrionem. & non eſſet homo, ſed embrio, ſi autem in morte totaliter annihilaretur humanitas, Verbum nullomodo diceretur anihilatū (ſicut dicitur Deus mortuus: quia corpus ſine anima manſit diuinitati vnitū) quia ceſſaret vnio, ergo reuera erat humanitas exiſtens exiſtentia propria, tenet conſequentia, quia ſicut creatio eſt productio exiſtentis, ita & annihilatio. Bañez 1. parte. quæſt. 3 artic. 4. dub. 1. *Bañez.* inquit quod exiſtentia eſt id quo res formaliter extra ſuas cauſas exiſtit, mirum ergo eſt quod extra ſuas cauſas exiſtens annihiletur, & quod nō exiſtat. Contra Metinam, dicentem huic argumento, *Contra Metina.* quod in reſurrectione non ſit noua exiſtentia, ſed quod exiſtentia animæ communicabitur corpori. facit quod ipſe docet 8. & 9 argumento, vbi concedit quod exiſtere eſt proprietas perſonæ, & quod primum ſuſceptiuum exiſtentiæ eſt ſuppoſitum. Sed anima non eſt perſona quæ ſecundum ipſum addit nouam entitatem ſupra naturam ſingularem, ergo ante perſonalitatem, ex noua vnione animæ & corporis, reſultabit ſingularis natura exiſtens. Poſtea perſonalitas quæ eſt ratio incommunicabilis ſubſiſtentiæ.

Secundum Authoris ſic habet. Viuere viuentibus eſt eſſe, ſed in Chriſto fuit duplex vita. ergo duplex eſſe, maior eſt Ariſtotel. 2. de anima text. comen. 37. conſequentia legitima eſt, minor probatur. Chriſtus vere fuit mortuus, mors eſt priuatio vitę non potuit eſſe priuatio vitæ increatæ. ergo duplex fuit viuere & exiſtere. Vix huic argumento reſpondere poteſt Caietanus, nam conſequentia legitima eſt minor articulus fidei.

Reſpondet tamen dictum Philoſophi intelligi de eſſe eſſentiali non de eſſe exiſtentiæ. Metina inquit. Melius reſpondetur quod viuere viuentibus eſt eſſe, ideſt vitalis operatio eſt cauſa quare viuentia conſeruentur in eſſe, nam ſi non vegetantur deſinunt eſſe.

Tertio, dici poteſt quod vitalis operatio demō

ipſo exiſtet, & hypoſtaticam ad ipſum habebit identitatem.

## QVAESTIO II.

*Vtrum Chriſtus ſit aliqua duo.*

AD ſecundam quæſtionē ſic proceditur, videtur quod Chriſtus ſit aliqua duo. Chriſtus ſecundum quod homo eſt aliquid, ſecundū illud. Extra de hæreticis c. cū Chriſtus. Et ſecundū quod Deus eſt aliquid, ergo Chriſtus ſecundum quod homo, vel eſt idem aliquid quod eſt Deus, vel eſt aliquid aliud. Similiter ſecundum quod Chriſtus eſt Deus: vel eſt idem aliquid quod homo vel eſt aliquid aliud, ſed Chriſtus ſecūdum quod Deus non eſt idem aliquid quod homo: quia tunc humanitate eſſet Deus, ergo Chriſtus ſecūdū quod homo & ſecundū quod Deus eſt aliud & aliud, ergo duo. Præterea Damaſc. Non totum autē Deus, non ſolū enim eſt Deus, ergo Chriſtus ſi non eſt tantum Deus, ergo eſt Deus, & aliquid aliud quam Deus: & ita duo. Cōſequentia patet ex ſimili: quia ſi homo currit, & non tātum homo currit, ergo aliud ab homine currit, ergo, ſimiliter a parte prædicati.

Præterea, ſecundum Philoſophum. 5. Metaph. c. de vno, differentia ſpeciei infert differentiam numero ſicut differentia generis infert differentiam ſpeciei, ſed hic eſt differentia quaſi ſpecifica naturarū, ergo numeralis, & ita duo

Præterea ſicut maſculinum pertinet ad ſuppoſitum: ita neutrum ad naturā, & econuerſo ſecundum Damaſc. 53. c.
*Damaſc. lib. 3. c. 7* ergo cum ibi ſint due nature poteſt dici duo neutraliter: ſicut propter vnitatem ſuppoſiti dicitur vnus maſculine. Confirmatur ratio: quia tres perſonæ diuine ſicut dicuntur tres maſculine propter Trinitatem ſuppoſitorum, ita dicuntur vnū neutraliter propter vnitatem naturæ, ergo per oppoſitum hic.

Sed Contra. Chriſtus non eſt niſi Deus & homo, & hæc non ſunt duo quia Deus eſt homo, & omnis prædicatio eſt reſpectu alicuius vnitatis, ſiue per ſe ſit ſiue per accidens non ratione dualitatis, ergo Chriſtus non eſt aliqua duo.
*Athan.* 2. Præterea Athanſ. in ſymbolo, Nō duo tantum ſed vnus eſt Chriſtus. Item Hilarius 9. de Trinit. Vide illud & alias auctoritates bonas pro & contra, quære diſt. 7. in 2. opi.

Ad quæſtionem dico, quod concluſio eſt manifeſta quod nō eſt duo maſculine: quia non duæ perſone: quia tūc nō eſſet vnio in perſona. Nec duo neutraliter: quia non eſt natura humana, licet habeat in ſe duo neutraliter, id eſt duas naturas, ergo nullo modo eſt duo.

Ad primum argumentum in oppoſitum dico, quod & ſi in quantū Deus ſit aliquid & in quantum homo ſit aliquid: non tamē ſequitur quod in quātum homo ſit idem aliquid quod eſt Deus. Nec aliud aliquid, quia proprie accipiendo, inquantum, vt ſilicet notat illud quod ſequitur eſſe rationem in herētie predicati, eſt fallacia conſequētis arguendo ab in herentia predicati ſuperioris ad in herentiam predicati inferioris cum in quantum: vnde non oportet illud quod eſt ratio inherentie ſuperioris eſſe rōnem in herentie inferioris. Nunc autem eſſe idem aliquid quod eſt homo: eſt inferius ad eſſe aliquid dictum de verbo, & ſimiliter, eſſe idem aliquid quod eſt Deus eſt inferius ad eſſe aliquid dictum de homine & ideo licet in quantum homo ſit aliquid: non tamen ſequitur, ergo in quātum homo eſt idem aliquid quod eſt Deus. Similiter ex alia parte: licet in quantum Deus ſit aliquid: non tamen in quantum Deus eſt idem aliquid: quod eſt homo.

Et ſi arguas, ergo eſt aliud aliquid: quia idem & diuerſum ſunt per ſe, differētię entis diuidentes omne ens 10. Metaph. Reſpondeo nō ſequitur: quia neutrū oppoſitorū oportet in eſſe cū in quantum. Neque enim deitas eſt ratio alicui eſſendi idē homini: quia tūc in patre eſſet ratio eſſendi aliud ab homine: quia tunc repugnaret ei iſtud quod eſt eſſe hominem: quod eſt falſum: quia Deus eſt homo. Similiter humanitas non eſt ratio eſſendi idē Deo: quia tunc in quolibet homine eſſet ratio eſſendi idem Deo, & tunc omnis homo eſſet Deus. Nec eſt ratio eſſendi aliud a Deo: quia tunc repugnaret cuilibet homini eſſe idem Deo. Si tamen ly inquantum non acciperetur ſtricte prout dicit inherentiam predi-

cati:ſed tantum ſpecificando prout dicit rationem illam ſecundum quã ſubiectum accipitur in ſe: poſſet concedi quod in quantum homo eſt idem aliquid quod eſt Deus. Sed tunc non ſequitur ꝙ humanitate eſſet Deus: quia hoc non pertinet ad illum intellectu de ly inquantum reduplicatiuum.

Ad 2. dico, quod licet communiter non ſit tradita logica de excluſione addita predicato, forte quia importat negationem ex parte prædicati quę nõ determinat in comparatione ad precedens. & ſincathegorematũ eſt determinare vnum extremum, tamen quia rei eſt ſermo ſubiectus, & non econuerſo, potuit dici quod dictio excluſiua aliomodo excludit addita ſubiecto : alio modo, addita prædicato : quia addita ſubiecto preciſe excludit reſpectu prædicati omne illud de quo vere non dicitur ſubiectũ neque per ſe neque per accidens, puta ſol inalbũ currit, fortē currere, vel muſicum currere non excludit. ſed nigrũ currere : licet ſor vel muſicus non dicatur de albo niſi per accidens. Sed ex parte prædicati excludit reſpectu ſubiecti quicquid non formaliter vel eſſentialiter dicitur de prędicato nec econuerſo, & maxime eiuſdem generis : puta hoc eſt ſolum album poteſt excludi quod huic ſubiecto nulla qualitas inhereat niſi albedo, & hoc modo accipitur in diuinis cum negatur iſta. Chriſtus eſt ſolus homo vel ſolus Deus. hęc enim falſa eſt: non quia aliquid dicatur de Chriſto de quo non dicatur Deus: ſed quia nõ omne dictum de Chriſto eſt formaliter vel eſſentialiter Deus. quia homo dicitur de Chriſto: & tamē non eſt formaliter Deus vel dictum de Deo. Conceditur ergo iſta comuniter, Chriſtus nõ eſt tantum homo nec tãtum Deus: ſed non ſequitur ex hoc. ergo eſt aliud quã homo; vel aliud quam Deus ſed eſt fallatia conſequentis arguendo a propoſitione habente plures cauſas veritatis ad vnam illarũ. In propoſito enim verificatur antecedēs pro iſto intellectu. Chriſtus nõ eſt ſolũ modo illud quod eſt formaliter vel eſſentialiter Deus vel non habens ſolam deitatem: quaſi illa excluſio ponatur circa abſtractum intellectum in cõcreto: quod exponitur per habens talem formam ſecundum Damaſ. c. 57. Deus enim eſt habens naturam diuinam & homo humanam: & ita poteſt negari iſta propoſitio Chriſtus eſt tantum homo, vel quod excluſio excludat a prædicato formaliter accepto, vel ꝙ excludat a forma importata per predicatum, non autem a ſuppoſito habente formam, & ratio illius acceptionis excluſionis in prædicato, non in ſubiecto, poſſet aſsignari : quia licet ſubiectum ſupponat pro ſuppoſito: predicatum tamem prædicat formã importatam per ipſum & non ſuppoſitum. lib. 3. c. 11

Ad dictum Damaſ. cum dicit. Non totũ eſt Deus poteſt exponi ſincathegorematice ſic, ideſt, non vtraque natura eſt Deus, vel non totum formaliter ideſt non vtroque quod eſt in eo : eſt formaliter Deus.

Ad 3. de 5. Metaph. concedo quod in Chriſto ſunt due naturæ numero, ſed non ſequitur, quod Chriſtus ſit duo numero : quia Chriſtus non eſt altera illarum duarum naturarum.

Ad vltimum patet per idē: quia due eſſentiæ dicuntur duo neutraliter : ſed non propter hoc Chriſtus eſt duo neutraliter: quia non eſt ille due nature, vnde ad concludendum hoc prædicatum eſſe duo de Chriſto : ſi naturæ ſumantur pro medio, vel maior erit falſa, & hoc ſi naturæ ſignificentur inconcreto: vel minor, ſi in abſtracto. Vel ſi in maiori ſumantur in abſtracto & in minori inconcreto erunt quatuor termini, & ſic nihil ſequitur. Per hoc patet ad ſimile de perſonis tres enim perſone ſunt vnum : quia illud vnum quod eſt natura prædicatur de eis ſimul : & de qualibet earum. Si autem haberent aliquid vnum quod non prædicaretur de eis, puta, ſi tres homines haberent vnam animam ſecundum fictionem Auerrois, non dicerentur aliquid vnũ: ſed habentes vnum. Ita in propoſito. Chriſtus non dicitur duo, licet habeat in ſe duo, vel duas naturas humanam, ſilicet, & diuinã. Sicut nec compoſitũ per ſe dicitur duo licet habeat in ſe duo, ſcilicet materiam & formam.

*Super D. 6. quæſt. 2.*

IN litera duplex eſt cõcluſio 1 Chriſtus nec eſt duo maſculine, nec neutraliter. Non maſculine, quia

quia non duæ perſonæ, aliter non eſſet vnio in perſona. Hæc eſt in corpore. Argumento ſed contra probat ſic, Hęc prædicatio eſt vera Deus eſt homo ergo Chriſtus non eſt aliqua duo, tenet conſequētia, quia omnis prædicatio eſt vera ratione alicuius vnitatis. Tertio, probatur ex ſymbolo Athanaſii. Non duo tamen ſed vnus eſt Chriſtus. Idem ex Hilario. Sequitur ergo quod iſte ſit veritas fidei.

Quod non ſit duo neutraliter patet, quia iſta eſt falſa. Chriſtus eſt natura humana, quia ſolū in diuinis, natura dicitur de ſuppoſito, ergo nō eſt duo neutraliter, nam habet naturam humanam, quæ eſt aliud a natura diuina.

*Expoſitio art.* De hac quæſtione videndus eſt Seraphicus Bonauent. hac d. art. 1. q. 1. S. Thom. 3. p. q. 17. artic. 1. Ratio dubitandi deſumitur ex veritate fidei quod in Chriſto eſt duplex natura, ergo videtur quod ſit duo. Ad hominem eſt dubium, nam Scot. cōcedit duplex eſſe exiſtentiæ, ergo eſt duo, aut ſi non eſt duo, non habet duplex eſſe exiſtentiæ.

Ad explicationem huius notandum, quod in præcedenti quęſtione fuit ſermo de re, hic eſt ſermo de vera ac caſta locutione. Non eſt quæſtio de nomine, ſed debet computari inter quæſtiones de re, quia ex verbis inordinate prolatis incurritur hæreſis. Termini ſunt declarandi quia hoc res iſta pēdet. Igitur, Ly, duo terminatio eſt maſculina, & neutra, vtroque modo multiplicans vnitatem & conſtituens numerum, diuerſi mode tamē, nam duo maſculine conſtituit numerum & diſtinctionem perſonarum ſiue ſuppoſitorum, neutraliter vero conſtituit numerum naturarum. Nō enim refert quod ſubſtantiuum præcedens ſit maſculinum ſiue fæmeninum ad hoc quod maſculina ſumatur. Nec quod ſit fæmeninū ad hoc quod neutraliter ſumatur. Verbigratia, Petrus & Paulus ſunt duo. Hic ſumitur maſculine. Si diaiſſes Perſona Petri, & perſona Pauli ſunt duo vel ſunt duæ, etiam ſumeretur maſculine, quia ſenſus eſt quod multiplicatur quod dicit differentiam maſculorum ſeu perſonarum. Neutraliter ſumitur cum denotat diuerſum eſſe quidditatiuū, ſicut cum dicimus. Aliud eſt agere, aliud eſt pati. Aliud eſt natura humana, aliud natura Angelica. Natura humana & Angelica ſunt duo, id eſt duæ quidditates Si neutraliter nō acciperetur Grāmaticæ dicendum eſſet Natura Angelica & humana ſunt duæ. Illa ſumma vnitas in ſuprema digniſſima quæ Trinitate ſit manſura eorum quæ dicuntur. Pater Filius & Spiritus ſanctus tres ſunt. Hi tres vnum ſunt. Ly vnum ſumitur neutraliter, licet præceſſerint ſubſtantiua maſculina modo grammaticali, nempe Pater, &c. Cum dicimus, Alius Pater alius filius, ſumitur maſculine, ideo maſculine poſſemus dicere, ſunt duo, nō neutraliter, quia vt inquit Saluator. Ego & Pater vnū ſumus. Si diceres. Pater eſt vnum ſuppoſitum, Filius eſt aliud ſuppoſitum, ergo ſunt duo neutraliter, non valeres niſi adderes, ſunt duo ſuppoſita. Vt Ly duo, teneretur neutraliter, vt ſumitur in præſentiarum prout multiplicat eſſe rei, id eſt naturam & quidditatem, nullomodo accipi poteſt.

2. Notandum, quod in Chriſto eſt vna ſolum perſona ſubſiſtens in duabus naturis non confuſis, ideo falſus eſt Neſtorius qui ponebat duas perſonas. Et alii hæretici, qui confundebāt naturas dicētes humanam conuerſam fuiſſe in diuinam, vel cōpoſitā fuiſſe tertiam, de quo iam ſupra. Modo manifeſtatur veritas, Chriſtus eſt vna perſona, ergo filius Dei, & filius hominis vna eademque eſt perſona, ergo non alius eſt filius Dei, & alius filius hominis, ergo nō duo maſculine, vt volt Neſtorius qui ponebat duas perſonas in Chriſto. Diffinita eſt veritas in Concilio Epheſino in confeſſione fidei Can. 2. & 3. In Concilio Chalcedonenſ. act. 1. S. Synodo act. 8. 6. Synodo act. 11. In Symbolo Niceno, & in Symbolo Athanaſii, vt dicitur argumēto ſed contra. Ad Thimot. 2. Vnus mediator Dei & hominum homo Chriſtus Ieſus. *Concil.*

Probatur ad hoc quod Chriſtus dominus neutraliter eſſet duo, requiritur quod duę naturæ prędicarentur de vna perſona Chriſti (ſicut in diuinis eadem natura diuina prædicatur de pluribus perſonis, ideo illæ plures perſonæ ſunt vnum neutraliter.) Sed ſic eſt quod duæ naturæ non prædicantur de Chriſto in recto, ergo Chriſtus non eſt duo neutraliter. Hanc vltimam minorem probat Author in corpore dicens. Quia Chriſtus non eſt natura humana. Hæc probatio nulla eſſet, niſi duo acciperetur neutraliter, cum accipitur pro eſſe quidditatiuo naturæ. Nec eſſet vnus maſculine, niſi quia tunc maſculine accipitur, cum accipitur pro perſona, Vide vltimū Autoris. Liquida veritas eſt quod vnio duarum naturarum non tollit vnitatem perſonæ, quia vna natura caret propria perſonalitate. Nec vnitas perſonæ ſubſiſtens in pluribus naturis tollit diſtinctionem naturarum confundens illas. Quia ſic fuerunt vnitæ, quod manſerunt diſtinctæ & inconfuſa in ſuis proprietatibus, ac ſi non eſſent vnitæ. Sic paſſus eſt homo Chriſtus ac ſi non eſſet filius Dei, ſic reſurrexit ex diuina virtute ac ſi nullam habuiſſet infirmitatem. Ita Paul. 2. Corin. 13. Nam & ſi crucifixus eſt ex infirmitate, ſed viuit ex virtute Dei. Ac ſi dixiſſet. Quælibet natura manſit in ſuo eſſe. *Paul.*

Ex dictis ſequitur, eſſe impoſſibile quod in humanis aliquid ſit duo neutraliter. In diuinis tres perſonæ ſunt vnum neutraliter, & repugnat quod ſint duo neutraliter, quia repugnat, quod eſſentia diuina multiplicetur. Per oppoſitum, finitum eſſe, non poteſt continere omne eſſe, ideo implicat quod creata natura, ſit idem cum alia, aut cum ſuppoſito alterius naturæ, ideo dari non poſſet vnum ſuppoſitū vnius naturæ, de quo duæ naturæ, prædicentur in recto. Conſequenter non poteſt dari quod aliquod ſuppoſitum ſit duo neutraliter, quia cum altera natura non poteſt omnino eſſe idem Pater nam perſona Chriſti, eſt diuina natura, non tamen in recto eſt humanitas, ſed continet humanitatem. Falſus eſt Gregor. Ariminenſ. in 3. D. 38. q. 1. ad 18. concedens, quod Chriſtus eſt humanitas. Iſta propoſitio eſt damnata in Cōcilio Cōſtantienſi, ſeſſ. 15. vbi numeratur inter propoſitiones Ioannis hus. Confutat hanc propoſitionē multis argumentis. Metina 3. p. q. 2. art. 4. dub. 1. ad 1. confirmationem. Nam natura diuina & humana non ſunt vnum cum Patre, Chriſtus eſt vnum cū Patre iuxta illud Ioann. 10. Ego & Pater vnū ſumus, ergo Chriſtus non eſt humanitas. In doctrina Scoti ratio erit, quod abſtractum nullomodo prædicatur de cōcreto niſi in diuinis, vbi hæc eſt vera Deus eſt deitas. Pater eſt deitas. Gregor. adducit pro ſe Aug. qui tractat. 78. in Ioannem & 13. de Trinitate c. 17. & in Enchirid. c. 38. inquit, quod Chriſtus eſt Deus, corpus, & anima. Leo Papa epiſt. 11: inquit: *Gregor. Arim.* *Metina.*

inquit. Verbum caro, & anima ſunt vnus Chriſtus ad idem eſt Damaſ.lib.3.cap.19. Bernard.libro 5. de conſideratione ad Eugenium, & in Concilio Arelatenſi.4.can.1.dicitur. Duæ naturæ in Chriſto ſunt Deus & homo. Dico ab his teſtimoniis ſatis probari, opinionem Gregorij, longe differre ab errore Ioannis huc qui diuiſiue cōcedebat Chriſtus eſt diuinitas, Chriſtus eſt humanitas, quia ſi diuiſim, eſſet vera prædicatio, quodlibet quod eſt in Chriſto, puta caro eſſet Chriſtus, anima eſſet Chriſtus, quod eſt error, & ſic dicebat Hus, vt docet Vualdenſis. Sed adhuc illa propoſitio eſt ambigua, & impropria, ideo vitanda eſt. Cum ſancti eam cōcedunt ſignificant quod illa ſunt quæ in Chriſto inueniuntur, & ex quibus componitur perſona Chriſti, & illis numeratis ſimul, nullum aliud eſſe manet in Chriſto. Non tamen vtendum eſt illa propoſitione.

Amplius notandum ex Seraphico Bonauent. & ſancto Doctore locis citatis, quoſdam, poſuiſſe in Chriſto vnam perſonam & duo ſuppoſita, ideo dixerunt Chriſtum nō eſſe duo maſculine, bene vero neutraliter. Hi ignorauerunt quid ſit perſona, quid ſit ſuppoſitum. Ex quo colligitur quod hic neutraliter, aliter accipiatur, qui m dictum eſt explicando Authorem.

*Dubium.* Eſt dubiū, an Chriſtus dici poſit aliud, & aliud. Hoc dubium mouet Xuarez.3.p q 17.art.1. Vbi citat Scotum pro parte negatiua. Poſtea inquit S. Thom.3 p.q 2.art.3 ad 1. expreſſe docuiſſe contrariam ſententiam. Ex propria ſententia, inquit. Dicendum, eſſe in Chriſto, aliud & aliud eſſe. In hoc conuenit cum ſecunda concluſione Authoris. Secundo dicit; quod illa propoſitio, Chriſtus eſt aliud, & aliud, potius eſt neganda quam concedenda. quia iuxta communem ſignificationem, ſignificat diuerſitatem in natura, & ſuppoſito, quod eſt falſum, quia natura diuina & humana habent idē ſuppoſitum. Hoc ſecundum dictum abſolute eſt concedendum, nam non poteſt Chriſtus eſſe aliud & aliud niſi in particulari dicamus. Eſt hoc, & eſt illud, puta, eſt diuinitas, & aliud, puta humanitas, nam in exercitio & in particulari eſt verificanda illa propoſitio, & iam viſum eſt quod illa propoſitio omnino ſit falſa, imo diuiſiue ſumpta, hæretica, igitur dici non poteſt quod ſit hoc in particulari, & aliud ſpecificando illud. Si dicat Chriſtus eſt Deus, Chriſtus eſt homo, eſſe hominem eſt aliud ab eſſe Dei. Igitur. Dico hoc argumentum probare in Chriſto eſſe aliud, & aliud, & Chriſtum habere aliud. & aliud neutraliter, quia eſſe diuinum aliud eſt ab humano. Tamen quia in concreto Deus, & homo vnus eſt Chriſtus, & in abſtracto, falſa eſt iſta. Chriſtus eſt natura humana, dici non poteſt quod ſit aliud & aliud. Si vera eſſet iſta Chriſtus eſt natura humana, dici poſſet quod eſſet aliud, puta Deus, & aliud puta humana natura.

*Argumēta.* Si arguas ex Gregorio Nazianzeno epiſtola ad Cledonium vbi inquit. Aliud & aliud ſunt ea ex quibus Saluator eſt, non autem alius & alius. Secundo ex D. Thom.3.p.q 2.art.3.ad primū vbi arguit quod quemadmodum alteritas conuenit eidem ſuppoſito. & ad hoc quod aliquid dicatur alterum & alterum, non requiritur diuerſum ſuppoſitum, ſed poteſt eidem conuenire. Sic aliud, & aliud non multiplicat ſuppoſita, ſed naturas ſubſtātiales, quę inueniuntur in vno ſuppoſito Chriſto, ergo dici poteſt aliud, & aliud. Videtur eſſe expreſſa ſententia Damaſc.lib 3.orthodoxe fidei capit.7.dicentis. Aliud, perſonam indicat, aliud naturam. Auguſt.libro cap.11. vbi inquit. ſicut in homine, non alius homo anima, alius homo corpus, ſed aliud anima, aliud corpus, ſic in mediatore, aliud Dei filius aliud hominis filius, ſed non alius & alius. *Dam.* *Auguſt.*

Dico, quod non dicitur Petrus alter a ſe ipſo, propter diſparata accidentia quæ habet ſimul, vt puta calorem in manu, ſcientiam in intellectu, quātitatem in corpore, ſed propter accidentia contraria, ſibi inuicem ſuccedentia in eodē ſubiecto. Puta cum quis mutatur a frigiditate in calorem, a ſalute in infirmitatē, ab ignorantia in ſcientiā, a vitio in virtutem denique a bono in malum, aut e conuerſo. Tunc dicitur alter id eſt aliter ſe habens, in obliquo dici poteſt quod habet alteritatem, in recto quod eſt alter. Sed in recto copulatiue, nunquam dici poteſt, quod eſt alter, & alter, nam ſignificatur quod pro eodem inſtāti & indiuiſibili menſura, eſt alter, & alter id eſt duo quod eſt falſum. Cum dicitur. Petrus eſt alter a ſe ipſo, ſignificatur quod aliter ſe habet ex mutatione & varietate qualitatum quod eſt in ipſo. Et quantum ad hoc concedo rationem S. Thom. Sed ſimul copulatiue, non poteſt dici, eſt alter & alter, quia denotatur quod ſit duo maſculina. Probo logicam ex communi ſermone. Me dicente. vnus veſtrū faciat hoc & alter faciat hoc, ſignifico duos, Me replicāte, alter & alter fecit hoc ſignifico duos, ergo re vera quāuis ſi ſolitarie dicatur Petrus eſt alter a ſe ipſo, Petrus iam eſt alter, ſolum denotetur vna perſona: tamen ſi dicatur alter & alter eſt hoc, ſignificatur, quod duo, habent aliquod prædicatum commune. Sic dicendo pro eodem inſtanti. Chriſtus eſt aliud & aliud, ſignificatur quod ſit duo diuerſa. Si ergo negatur quod ſit duo, quomodo cōceditur quod ſit aliud & aliud, cum aliud & aliud, & duo neutraliter, non videantur differre ſed eſſe idem. Sancti non in recto cōcedunt quod Chriſtus ſit aliud & aliud, ſed in obliquo. Si concedant in recto, cum conſtet de ſenſu nullibi erit periculum. *Solutio arg. Aub.*

Ad duo argumenta poſita in principio huius cōmentarij patet ex dictis. Quamuis enim ſit duplex natura, & duplex exiſtere, nō poteſt dici duo. Nec aliud & aliud, vt dictum eſt. Eſt expreſſa ſententia D. Thom.3.p.q.17.art.2.ad 3. *Argum. poſita in principio*

Ad primum Authoris, notandum quod inferius eſt id ad quod ſequitur ſuperius. Superius eſt id ad quod non ſequitur inferius. Sic ad animal nō ſequitur homo, ad hominē bene ſequitur animal. & quia in Chriſto eſt duplex natura ideo non ſequitur. Chriſtus in quantum Deus eſt aliquid, ergo idem aliquid quod homo. Similiter licet in quantum homo ſit aliquid, non ſequitur, ergo in quantum homo eſt idem aliquid quod Deus. Quia eſſe idem aliquid quod eſt homo, eſt inferius ad eſſe aliquid dictū de Verbo. Similiter eſſe idē aliquid quod eſt Deus, eſt inferius ad eſſe aliquid dictum de homine, ideo ab vno ad aliud non valet quia arguitur a ſuperiori ad inferius. Quia animal ſuperius eſt reſpectu hominis ratione ſuę vniuerſalitatis nō valet a ſuperiori ad inferius. Hoc facit in Chriſto aliud duplex eſſe, ideo ex identitate vnius Chriſti, non bene infertur quod in quantum homo ſit idem aliquid quod Deus, nec in quantum Deus, idem aliquid quod homo. Ex hoc ſequitur, quod *1. argum. Authoris.*

Chriſtus

Chriſtus in quantum homo non eſt idem aliquid quod Deus. Nec aliquid diuerſum. Si tamen ly in quantum accipiatur ſpecificatiue concedi poſſet. Vide in litera, nā multiplicare iſta parit cōfuſionē.

Solutione ad vltimum docet Scotus quod ex nullis premiſſis poteſt concludi quod Chriſtus ſit duo, quia neceſſario aliqua præmiſſa erit falſa, vel arguitur in quatuor terminis. Si arguas. Deus & homo ſunt duo, Chriſtus eſt Deus & homo, igitur Chriſtus eſt duo. conſequentia eſt nulla, maior falſa, quia Deus eſt homo, nō duo ſed vnus eſt Chriſtus. Si arguas in abſtracto, Deitas & humanitas ſunt duo, Chriſtus eſt Deitas & humanitas, igitur Chriſtus eſt duo, cōſequētia nulla eſt, quia, vt cōſtat ex dictis, minor eſt falſa, eo quod humanitas non prædicatur in abſtracto de Chriſto. Si arguas Deitas & humanitas ſunt duo, Chriſtus eſt Deus, & homo, igitur Chriſtus eſt duo. cōſequentia nulla eſt, quia licet quælibet præmiſſa ſit vera, arguitur in quatuor terminis. Ideſt, deeſt forma arguendi quia nullus eſt terminus bis ſumptus. Conſequentia autē ex quocūque defectu ſillogiſtico eſt nulla.

*Num dici poſſit quod Chriſtus ſit vnum.*

S.Tom. DE hac te videndus eſt S. Thom. 3 p. q 17. art 1. in corpore ad finē. Expoſitores ibidē. Durād in 3 d. 6. q. 1 art. 2. vbi docet Chriſtū non eſſe dicēdum vnum ſimpliciter, nec plura. ſed cum addito, eſſe vnum ſuppoſitum, & habere duas naturas. Contrarium videtur docere. S. Thom. Expoſitores vbi ſupra. Ad explicationem huius not.

Ricard. eſt ex Richardo de Sanctouictore. 3 de Trinitate. c. 9. quod quemadmodum in Deo eſt triplex perſona vna tamem ſubſtantia, ſic in homine per oppoſitum eſt multiplex ſubſtantia & vna ſola perſona. Miraris (inquit) quo modo in natura diuina ſit plus quam vna perſona vbi non eſt plusquam vna ſubſtantia, nec tamen miraris quomodo in natura, ſit plusquam vna ſubſtantia vbi non eſt plusquam vna perſona: habet itaque homo quomodo legat, & diſcat in ſe ipſo quid per contrarium debeat æſtimare de Deo ſuo. Ac ſi dixiſſet, quædam imago Trinitatis inuenitur in homine in quantum in eo inuenitur multiplex ſubſtantia puta caro, & ſpiritus in vna perſona. Clarius in Chriſto Domino vbi in vna diuina perſona inuenitur triplex ſubſtātia, diuina, anima, & caro. Expræſſe notauit Bernard. ſerm 2. Natiuitatis vbi loquendo, de primo

Bernar. & ſecundo Adam Chriſto, inquit. Prima coniunctio ex duobus, nempe ex anima & corpore. Secūda ex tribus (puta ex diuinitate anima & corpore) vt diſcas ex hoc ipſo ad ſacramentum accedere Trinitatis. Quia quemmadmodum hic tres ſubſtātiæ, & vna perſona. ſic in Trinitate tres perſonæ ſe habent ad vnam ſubſtantiam.

Dico, ergo quod cum dicimus quod in diuinis tres perſonæ ſunt vnum, ſignificamus ſine dubio quod habent vnam communem ſubſtantiam, quæ non diſtinguitur a ſuppoſitis & perſonis, tunc ly vnum ſumitur neutraliter, & ſubſtantiue. Sic ſumēdo ly vnum, Chriſtus non eſt vnum, quia pluralitas naturarum in Chriſto. non eſt vna natura & vnum ſubſtantialiter cum Chriſto. Quamuis enim Chriſtus ſit diuinitas, & vnum cū diuinitate, quia tamē non eſt humanitas. (Imo vt vult Medina loco allegato identice iſta eſt falſa Chriſtus eſt res quæ eſt humanitas) non poteſt dici vnū ſubſtantiue modo expoſito. Quando S. Thom. ibidē ad finem corporis concedit quod Chriſtus ſit vnus & vnum, ſeuera caute præmiſit. ſuppoſitū in neutro genere. Quod ego concedo neutraliter adiectiue non ſubſtantiue.

Sed cum Chriſtus ſit vnus maſculine, (de quo nefas eſt dubitare) & negare quod non ſit vnum prima facie videatur negari vnitas in Chriſto, non videtur abſoluta negāda iſta propoſitio. Chriſtus eſt vnum, quia generat horrorem. Inter viros doctos in ſenſu expoſito, negari poteſt. Ideo caute loquendū eſt, nam vix negari poteſt quod ſit vnū quia quod non eſt duo eſt ens, aliquid & vnū. Sed eo modo quo Scotus ſumit duo, & vnum neutraliter, bene poteſt negari.

## QVAESTIO III.

*Vltimo quæritur ſine argumentis quæ illarum trium opinionū quas recitat Magiſter ſit tenenda.*

RESpondeo, quod prima non tenetur communiter: quia aſſumens nō eſt illud quod aſſumitur, Verbum autem eſt ille homo. Vtrū autem ille homo poſſit ſtare pro aliquo ſingulari naturæ humanæ præciſſe: & non pro ſuppoſito verbi: ſicut album poteſt ſtare pro hoc albo: quod eſt ſingulare albi in concreto: quemodo hæc eſt vera albū eſt coloratum, & non pro ſubiecto vel ſuppoſito ſubſiſtente: tangetur diſt. 11. q. 3. vtrum Chriſtus incepit eſſe.

Tertia opinio tempore magiſtri non fuit hæretica ſed poſtea tēpore Alexandri eſt condemnata ſicut patet extra dē hæreticis. c. cum Chriſtus, authoritates quæ adducuntur pro ea, quæ videntur ſonare Chriſtum aſſumpſiſſe naturam humanam, vt habitum, exponēde ſunt propter quandam ſimilitudinem huius naturæ ad habitum, ſicut enim habens habitum non mutatur: ſed magis mutatur habitus & ille ſub habitu occultatur, ita perſona diuina non mutatur in iſta vnione ſed natura humana quæ quaſi occultauit perſonam Verbi.

Secūda ergo opinio eſt tenēda quod perſona Verbi ſubſiſtit in duabus naturis. In vna a qua habet primū eſſe. In alia quaſi aduētitia, a qua habet ſecūdū eſſe: & ita habet duo eſſe. Sicut aliquo modo, ſi Sortes. diceretur ſubſiſtere in humanitate, & albedine. Sed illa opinio in hoc quod dicit perſonā Chriſti eſſe compoſitam non tenetur communiter propriæ loquendo de cōpoſitione, ſcilicet ex actu & potentia: ſicut ex materia forma, vel ex duobus potētialibus: qualia ſunt iſta quæ apud Philoſoph. dicūtur elemēta & integrātia naturam totalem. Authoritates ergo Damaſc. quæ ſonant illam perſonam eſſe compoſitam, debent exponi quod ita

Aa vera

nominatione. Sed eſt quęſtio an perſona Verbi nó inſe ſed prn vt ſubſiſtit in humana natura ſit compoſita ex duplici natura quę inuenitur in illa diuina perſona, quemmadmodum vnio aliarum rerum facit compoſitionem.

2. Notandum, quod compoſitio eſt ſimul poſitio & coniunctio plurium rerum, quæ multipliciter contingit. Nam aliquando eſt confuſio partiū componentium, ſic elementa concurrunt ad compoſitionem mixti. Aliquando partes non confunduntur nec miſcentur vt in vnione animę & corporis.

Sed eſt notandum quod in hac compoſitione naturali ſecundum opinionem Scoti, & aliorum, reſultat quedam tertia entitas. Et in opinione omnium, vna pars eſt materia alia forma in formans, & hic modus compoſitionis eſt imperfectionis eo quod quælibet pars per ſe eſt imperfecta. In ſuper quia vna recipit ab alia. Et quia vtraque ordinatur ad conſtituendum vnum totum perfectū, inde arguitur & manifeſte probatur quod nulla pars componés poſsit eſſe perfecta, vnde homo ſingularis quia perfectus eſt nulli vnitur. Accidētia vniūtur ei ad participandam eius exiſtentiam, quia aliter non poſſunt eſſe in rerum natura. Hoc modo, hac ratione D. Aug. lib. 3. contra Maximinum c. 16. expreſſe ait quod Deus nō eſt pars perſonæ Chriſti, quoniam alias Deus non eſſet perfectus & integer, ſed creuiſſet ex additione humanitatis.

In hoc ſenſu, Scotus, Caietanus Doctores ſupra citati, Alexand. 3. p q. 6. m. 2. art. 5. Bonauent. hic art. 1. q. 2. Richard. art. 2 q. 3. Almainus q. 1. Durad. q. 3. negant propriam compoſitionem cū omnibus conditionibus repertis in compoſitionibus naturalibus, quia talis compoſitio repugnat Deo. Sancti & concilia concedunt eſſe veram compoſitionem id eſt a parte rei vere ſine metaphora aut conditione diminuente inueniri veram vnionem vtriuſque naturæ. Et quod non eſt perſona ſimpliciter ſicut exiſtebat ante incarnationem, ſed iā poſt vnionem eſt facta compoſita & coadunatio duarum naturarū. Quare non eſt nec eſſe poteſt controuerſia in re. Eſt ergo concluſio, quod poteſt dici compoſita.

## SECVNDVM PRImarii vero, dicitur Deus factus homo, &c.

## DISTINCTIO VII.

Circa iſtam diſtinctionem ſeptimam, in qua Magiſter explanat tres opiniones ſupra poſitas circa incarnationem Chriſti in facto eſſe querūtur tria. Duo de locutionibus exprimentibus vnionem & vnum exprimens vnionis prædeſtinationem.

*Quæſt. diſt.* Primū eſt, Vtrum iſta ſit vera Deus eſt homo. 2. eſt. Vtrum iſta ſit vera Deus factus eſt homo. 3. eſt. Vtrum Chriſtus ſit prædeſtinatus eſſe filius Dei. Circa primum quæruntur ſex. Primo, vtrum iſta ſit vera, Deus eſt homo. Secundum vtrū iſta, Deus eſt homo, ſit naturaliter cognita an fide credita. *Artic. quæſt.* 3. Vtrum iſta, Deus eſt homo, ſit prædicatio formalis. 4. Vtrum homo predicetur de Deo, vt ſpecies de indiuiduo. 5. Vtrū ſit per ſe, vel per accidēs. 6. Vtrū iſta Chriſtus eſt homo ſit per ſe

### ARTICVLVS I.

*Vtrum iſta ſit vera Deus eſt homo.*

AD primum ſic proceditur vi detur quod nō ſit vera. Quia indiuidentibus ordinatis prima diuidentia ſunt magis diuerſa, ſed ens prima diuiſione diuiditur per finitum & infinitum, ergo ſunt maxime diuerſa, ergo ſi aliqua alia diuidentia ſint ita incompoſsibilia vt vnū non poſsit prædicari de alio hoc maxime erit in propoſito, ergo, &c.

2. Item idem non prædicatur de eodem in abſtracto, & denominatiue ſecundum Philoſophū 2, Topi. Vbi deſtruit problema de accidente. Si illud quod aſsignatur eſſe accidens inſit inquid ſecundum alium modum, & maxime ſecundum modum generis, ſcilicet, peccatum eſt, &c. Sed Deus eſt humanatus ſecundum Damaſc. lib. 3. c. 1. & 5. & Caſsiodorū ſuper illud Rom. 1. factus eſt ei, &c. ergo non eſt homo. *cap. 3.*

3. Preterea ſi eſt homo, aut homo predicat relationem aut aliquid ad ſe non relationē, quia non dicitur ad aliquod correlatiuum, nō enim eſt alicuius homo. Si prædicat aliquid ad ſe, ergo dicitur de tribus ſecūdū Aug. 5. de Trinit. cap. 8. & 10. ergo tres perſonæ erunt homo. 4. arg. art. 4.

Sed contra Ioann. 1. Verbum caro factum eſt. Vbi ſecundum Aug. caro ibi ponitur pro homine. *Super Ioan. & in Enchir. c. 33.*

Reſpondeo dicēdo, quod primo videndum eſt, quę ſit cauſa veritatis quare iſta ſit vera Deus eſt homo cum ipſa non ſit primo vera. Quādocumque enim prędicatum non cōuenit communi niſi pro aliquo ſuppoſito, non conuenit ei primo, neque vere, niſi quia dicitur de aliquo inferiori, & ita oportet aliquam cauſam eſſe verificantem illā propoſitionem Deus eſt homo. Hæc autem cauſa eſt, quia hęc eſt vera, Verbum eſt homo.

Ad argumenta, ad primum reſpondeo concedendo maiorem diuerſitatem, ſed non maiorem repugnantiam: magis enim diuerſa dicũtur, quæ minus in eodem ſunt conuenientia, ſed non propter hoc magis repugnant ſicut album, & nigrum in pluribus cõueniunt, quã album & homo. Et hoc modo maior diuerſitas extremorum non eſt cauſa falſitatis eorum, ſed repugnantia, vel incompoſibilitas extremorum, habentium aliquam illarum quatuor oppoſitionum formaliter.

Ad ſecundum dico, quod humanari non eſt propriũ denominatiuũ huius quod eſt eſſe hominem, ſed hominem fieri. Et vniuerſaliter, tale denominatiuum, quod ſignificat formam infieri, dicitur de eo de quo dicitur ipſa forma, & ſimili denominatione; idẽ eſt album, & fit album: ita, idẽ eſt homo, & fit homo. Sed proprium denominatiuum hominis, eſt hoc quod eſt humanum, & hoc nõ dicitur de Deo. Et hoc debet intelligi eo modo quo a ſubſtantiis denominãtibus ſuppoſita poſſunt accipi vlteriora concreta denominatiua, quod non eſt propter informationem, ſicut accidentia conc.eta denominant, ſed propter poſeſſionẽ, vel habitudinem aliam alicuius extrinſeci, ad talem ſubſtantiam.

Ad tertium dico, quod Auguſt. non intelligit niſi dedictis ad ſe quæ prædicant tantum intrinſecum. Aliter tamẽ poſſet dici quod hoc prædicatum, homo, licet non prędicet relationem, implicat tamen relationem ad creaturam, propter vnionem humanæ naturæ ad Verbum, quæ vnio eſt ratio, qua prædicatur hoc prædicatum de eo.

Secundo oportet videre pro 2. att.

*Super D. 7. quæſt. 1. art. 1.*

IN litera triplex eſt concluſio, Prima reſpondet queſito affirmatiue. Deus eſt homo, eſt vera.

2. Concluſio. Iſta propoſitio non eſt immediata. Supponendo quod Pater & Spiritus ſanctus nõ aſſumpſerunt carnem probatur. Quandocunque prædicatum non conuenit communi pro omni ſuppoſito, ſed pro aliquo ſuppoſito illius communis, propoſitio, in qua prædicatum dicitur de ſubiecto communi, non eſt immediate & primo vera, ideo inquirenda eſt cauſa veritatis, ſic eſt de iſta propoſitione. Deus eſt homo, ergo non eſt immediate vera.

3. Concluſio. Cauſa quare iſta eſt vera. Deus eſt homo, eſt: quia iſta eſt vera. Verbũ eſt homo. Probatur Ioann. 1. vbi de Verbo dicitur. Caro factum eſt.

Poſt confutationem errorum. Poſt adeptam victoriam contra hæreticos, ſermo eſt nobis de caſta ac propria locutione. Not. quod illa propoſitio dicitur immediata, & per ſe primo, in qua prędicatum primo, & per ſe ſine aliquo medio conuenit ſubiecto, vt in hac. Homo eſt rationalis. Petrus eſt rationalis, non eſt per ſe primo & immediata, quia prædicatum conuenit ſubiecto, mediãte ſubiecto communi puta. Homo, Vice verſa, hæc Petrus diſputat, eſt immediata, hæc mediata, homo diſputat, quia diſputatio non conuenit homini, niſi mediante aliquo ſingulari. Ad hunc modũ impreſſentiarum, Deus eſt nomen commune tribus perſonis, ſed quia vnio humanitatis immediate non facta fuit Deo incõmuni ſed perſonæ Verbi diuini, dicimus quod ſi iſta eſt vera Deus eſt homo, eſt mediante iſta, Verbum eſt homo, ideo iſta eſt immediata, illa prior mediata. Colligitur veritas ex illo Ioann. 1. Verbum caro factum eſt: ideſt caro & natura humana immediate vnita eſt Verbo.

Contra iſtam veritatem procedunt argumenta Authoris. Primum ſic. In omni diuiſione, membra diuidentia ſunt magis diuerſa & minus conueniẽtia, quorum vnum non videtur poſſe prædicari de alio, ſed ens, prima ſui diuiſione diuiditur per finitum & infinitum, creatum & increatum, ergo homo non poteſt prædicari de Deo, maior probatur, quia membra diuidentia ſunt maxime oppoſita, quorum vnum non includitur in alio vt rationale & irrationale. conſequẽtia probatur: quia quę magis cõueniunt & minus diſtant vt albũ, & nigrũ, rationale & irrationale, quæ ſunt ſub eodem genere non prædicantur, ergo nec Deus & homo. quia magis diſtant. Ad hoc reſpondet Author quod eſt maior diuerſitas, non tamen maior repugnantia, ideo neganda eſt conſequentia, aſsignatur inſtantia, quia albedo & nigredo ſunt ſub eodem genere & magis conueniunt quam albedo & ſubſtãtia quæ differũt genere, tamen albedo, nec in abſtracto, nec in concreto, prædicatur de nigredine, bene vero de ſubſtantia in concreto. Ad hunc modũ ſe habent Deus & homo. Vbi nota quomodo ſimilitudine vnionis accidentis ad ſubiectum *Not.*
manifeſtetur vnio ſubſtantialis.

Secundo arguit. Deus dicitur humanatus, ergo non poteſt dici homo, antecedẽs probatur ex Damaſcen. lib. 3. c. 2. vbi inquit. Quamobrem, nõ hominem deificatum dicimus, ſed Deum humanatũ. Ad idem eſt Caſsyodor. ad Rom. 1. factus eſt ei ſecundum carnem ex ſemine Dauid, vbi inquit. Factus eſt vt ita dixerim humanatus Deus. Conſequentiam probo, quia quod prædicatur formaliter non prædicatur denominatiue, quia in prędicatione formali vt in hac. Petrus eſt homo, denotatur prædicatum eſſentialiter competere ſubiecto. Cũ prædicatur denominatiue, vt dicendo, homo eſt coloratus, denotatur quod ſubiectum non includit rationem coloris. ergo ſicut implicat. eſſentialiter includere aliquid, & eſſentialiter non includere. Ita implicat. formaliter & denominatiue ſimul prædicari. Ad hoc not. quod ab hoc abſtracto, humanitas, denominatur homo. Ab homine, iſte & ille homo. dicitur formaliter homo. Rurſus ab homine deſumitur denominatiuum quod eſt humanus

manus, humana, humanum. ſic dicitur vox humana, & cum in obliquo dicitur equus hominis, denotatur denominatio, & poſſeſsio ſine in formatione. Habetur hoc ad ſinē ſolutionis. Habet Durand. in 3.d.4.q 2. parum ante ſolutionem argumētorum. Secūdo not. quod denominatio de qua eſt ſermo impræſentiarum, poteſt ſignificari in fieri, vel in facto eſſe. Si ſignificetur in fieri, denominatiuum huius quod eſt hominem eſſe eſt hominē fieri: non vero humanari. Si denominatio ſignificetur in facto eſſe, denominatiuum hominis, eſt adiectiuum humanus. a. um. Modo inquit. quod quia humanari, idem ſignificare videtur quod hominem fieri, quamuis non ita proprie, potuerunt ſancti cōcedere illam propoſitionem. quia idē eſt dicere, humanari quod hominem fieri: & humanatum eſſe quod hominē factum, maxime quia Caſſyodorus cum modificatione dixit. Vt ita dicam. Significando de nominatiuum repugnat cū prædicatione formali, ideo iſta non eſt vera, Deus eſt humanus, quia iſta eſt vera. Deus eſt homo. Iſta eſt falſa. Deus eſt dominicus. quia iſta eſt vera, Deus eſt Dominus. Notanda eſt ſolutio contra Durand de quo artic. 3. problemata art. 4.

Tertio arguit. Aut homo dicit aliquid abſolutum, aut relatiuum, non aliquid relatiuum, quia nō habet correlatiuum. Si dicit abſolutum, ergo eſt commune omnibus perſonis, & ſic pater eſſet homo quod eſt falſum, ergo non prædicatur. Ad hoc reſpondetur quod dicit aliquid abſolutum, & negatur conſequentia, quia abſoluta ad intra communia ſunt, abſoluta quæ conueniunt Deo per vnionem, ſolum conueniunt Verbo diuino. Secunda ſolutio patet in litera. 4 art. 4.

Secundo oportet videre de veritate huius cauſæ vbi ſciendum eſt, quod iſta propoſitio. ✠

## FVNDATVR ARTICVLVS II.

*Vtrum iſta Deus eſt homo ſit credita an naturaliter cognita.*

RESpondeo dicendo, quod iſta propoſitio ✠ nō poteſt oſtēdi, neque cognoſci naturaliter eſſe vera. Aut enim poſſumus habere conceptum proprium & determinatum de Verbo, & tunc propoſitio hæc eſt vera contingens ſed immediata, & non nota ex terminis, quia tunc oporteret terminos habere neceſſariam habitudinem, ita quod ratio terminorum includeret neceſſario vnionem eorum, quam exprimit propoſitio. Aut non habemus conceptum de verbo proprium, ſed tantum cōfuſum ſicut dictum eſt diſt. 3. primi lib. & tūc iſta propoſitio Verbū eſt homo, quātum ad conceptum quem habemus de terminis, eſt mediata contingens. Talis autem non eſt nata cognoſci, niſi ex aliqua immediata contingenti, ex qua ſequatur. Sed illa vt prædictum eſt nō poteſt cognoſci ex terminis quia cōtingens. Nec alio modo poteſt cognoſci naturaliter eſſe vera. Quia contingens immediata, non cognoſcitur niſi ex cognitione intuitiuā extremorum, & vnione eorū, qualē non poſſumus habere de extremis illius, immediate antecedentis ad iſtam. Eſt ergo veritas iſtius tantum credita immediate, aut ex aliquo credito oſtendenda. *Concl.* Et ſecūdum hoc ſic oſtenditur eſſe vera. Suppoſitum enim ſubſiſtens in aliqua natura, vt ſuppoſitum naturę, dicitur tale formaliter ſecundum illam naturam, creditum eſt autem talem eſſe iſtam vnionem quod per eam Verbum ſubſiſtit in natura humana vt ſuppoſitum in natura, ergo per eam Verbum formaliter eſt homo. Maior huius probatur per Damaſ. lib. 3. c. 11. Deus autem & commune nomen ſignificat, & in vna quaque hypoſtaſi, id eſt perſona ordinatur denominatiuè, quēmadmodum & homo. Deus enim eſt qui habet naturam diuinam, & homo qui humanam. Minor probatur per Auguſt. 1. de Trinit. cap. 16. Talis fuit iſta aſſumptio, vt Deum hominem faceret, & hominem Deum.

*Super diſt. 7. q. 1. art. 2.*

DIxit, quod cauſa quare iſta eſt vera, Deus eſt homo, eſt quia iſta eſt vera. Verbum eſt homo. Inquirit modo an iſta veritas ſit cognita lumine naturæ, vel per reuelationem. Ad hoc duas conſtituit concluſiones. Hæc veritas non eſt naturaliter cognita, ſed fide credita. Probatur, etiam ſi habeamus propriū & determinatum conceptum de Verbo, ad huc non eſt nota iſta. Verbū eſt homo, quia ad hoc quod propoſitio ſit ſcita debet eſſe cognita vnio extremorum, nempe prædicati cum ſubiecto: vnio horum extremorum eſt contingens, ergo ex terminis cognoſcere non poſſumus vnionem extremorum, ergo ſcientifice cognoſci non poteſt niſi intuitiue videatur vnio extremorum, quod naturaliter eſſe non poteſt.

2. Concluſio. Ex aliquo credito poteſt oſtendi veritas huius propoſitionis, arguendo ſic. Suppoſitum ſubſiſtens in aliqua natura dicitur formaliter tale ab illa natura. Verbum diuinum ſubſiſtit in natura humana vt ſuppoſitum illius naturæ, ergo a natura humana dicetur homo. Maior eſt naturaliter ſcita. In litera ex Damaſceno probatur, minor eſt de fide, probatur ex Auguſt. Concluſio eſt de fide, quia ſequitur debiliorem partem, & ſic vtruoque ſimul oſtenditur, & quod propoſitio ſit de fide, & quod non ſit immediata, quia oſtenditur ex alia.

*Num, iſta. Verbum eſt homo, ſit mediata an immediata.*

Circa hunc erticulū dubium eſt ſimpliciter, & ad hominem: ad hominem quidem, nam in præcedente art. dixit Author, quod cauſe qua re iſta aſt vera Deus eſt homo, erat iſta, Verbum eſt homo, quia humanitas immediate vnita fuit Verbo, ergo illi. racite dixi e, quo diſta Verbum eſt homo, erat immediata, aliar inſufficienter oſtē dit cauſam veritatis. Ergo male nunc docet, quod quia non habemus conceptum determinatū Verbi, iſta, Verbum eſt homo. non ſit immediata. Nam in hac materia iſta videtur omnino immediata.

2. Cum cognoſcamus proceſsionem Verbi eſſe generationem male negatur quod non habeamus proprium & determinatū coceptū Verbi.

Veritas huiur art. eſt de fide habetur Matt. 16. vbi Chriſtus ad Petrum. Caro & ſanguis non reuelauit tibi, ſed pater meus. Ideſt ad hoc bona carnis complexio, aut ſanguinis puri & defecati calor, nihil facit. ſed lumen, Patris luminum, hoc reuelat & manifeſtat.

Ad primum, ſupponendo quod propoſitio per ſe nota nullo indiget ad hoc quod fiat cognita, dico, quod prima & immediata propoſitio in tota hec materia, eſt iſta. Natura humana perſonaliter vnita eſt Verbo. Ex hoc ſequitur immediate quod Verbum ſit homo. Ita Scotus d. 7 q. 2. art. 3. Ratio huius, quia quicquid dicitur & verificatur de Verbo, eſt ratione vnionis, ergo prima propoſitio eſt quod Verbum vniuerit ſibi humanam naturam. Poſt iſtam, iſta eſt immediata, Verbum eſt homo. Ideo bene recurrit Author ad iſtam, quia eſt prima cum verbo ſubſtantiuo, eſt, prædicando vnum extremum de alio.

Ad 2. dico, quod de Verbo diuino & aliis perſonis, non ſolum ſcimus communia quæ ab Ariſt. 1. Phiſicorum dicuntur vniuerſalia, ſed propria. Sed quia non cognoſco intuitiue per ipſum eſſe, ſed ex terminis acceptis ex creaturis (vt ex Cypriano dictum eſt querendo ſimilem vnionem) vtrunque ſtat ſimul, & quod cognoſcā propria, & quod non diſtincte, ſed confuſe ex terminis acceptis ex creaturis. Si autem ipſum verbum intuitiue & diſtincte ſub propria ratione, eſſet nobis cognitum, videretur vnio ad humanitatem, & ſic eſſet immediata iſta, Verbum eſt homo.

## FVNDATVR ARTICVLVS III.

*Vtrum iſta Deus eſt homo ſit prædicatio formalis.*

*Archiepiſcop. Senonēſis.*

Reſpondeo dicendo, quod videndum eſt qualiter accipitur hoc prædicatum homo, & dicitur quod accipitur pro ſuppoſito vt ſit prædicatio per identitatem inuendo talem implicationem Verbū eſt ſuppoſitū quod eſt homo.

Contra hoc quia tunc eſſet proceſſus in infinitū: iſta enim implicatio eſt ex parte prædicati, & prædicat hominem de aliquo quod importatur per ſubiectum, & tunc quæro vtrum prædicatū accipiatur formaliter aut pro ſuppoſito cum dicitur Verbum eſt ſuppoſitum, quod eſt homo. Si prædicatum accipiatur formaliter habetur propoſitū quod eſt prædicatio formalis, & nō tantum per identitatem. Si autem tantum pro ſuppoſito implicito erit proceſſus in infinitum. Præterea naturę de ſuppoſito eſt prædicatio formalis, non tantum per identitatem.

*Super D. 7. q. 1. art. 4.*

Author in litere innominato Authore refert opinionem dicentium, quod iſte prædicatio Deus eſt homo, eſt prædicatio per identitatem, faciens hūc ſenſum, Verbum eſt ſuppoſitum quod eſt homo. In margine tribuitur Archiepiſcopo Senonenſi.

Omiſſa opinione, vnicam Author concluſionem conſtituit. Iſta prædicatio eſt formalis. Probat impegnando prædictam opinionem, nā ſi idētice eſſet vera per implicationem, eſſet proceſſus in infinitum: nam iſta implicatio eſt ex parte prædicati. & prædicat hominem de aliquo, quod importatur per ſubiectum. Tunc quæro, an prædicatum accipitur formaliter. Si ſic habeo intentum. Si dicas accipitur pro ſubiecto implicito. eſt proceſſus in infinitum, nā prædicatum aliquid dicit de ſubiecto. In infinitum queram an dicat aliquid formaliter. Secundo probatur concluſio: homo eſt nomen naturæ in concreto, ſed cum natura prædicatur de ſuppoſito in quo exiſtit, eſt prædicatio formalis, ergo non ſolum eſt prædicatio per identitatem, ſed formalis. quia hic prędicatur homo de Deo vt de ſuppoſito in quo exiſtit humana natura.

*Num iſta, Deus eſt homo, ſit formalis, & propria.*

Quia in omni propoſitione conſiderare poſſumus ſubiectum, prædicatum, copulā, modum prędicationis & vnionis. Author in primo & ſecūdo art. præcipue agit de ſubiecto cui connectit prædicatum, an illud ſit Deus, aut Verbum. In hoc & ſequentibus articulis, eſt ſermo de prædicato & modo prædicationis, & habitudine quæ eſt inter ſubiectum & prædicatum.

De hac re, omiſſa opinione quam Author refert in litera, de qua meminit Seraphicus Bonau. hac d. art. 1. q. 1. vbi vtitur hac ratione authoris, eſt opinio Durand. in 3. d. 4. q. 1. dicentis, quod iſta propoſitio non eſt ita propria ſicut iſte, Petrus eſt homo. *Dur.* Secundo docet quod ſiquis crederet myſterium incarnationis, dato quod erraret in verbis, non erraret in fide, ſed in Grammatica, vel Logica quia fides, eſt de re, non de verbis. Primū probat ſic. Propoſitio affirmatiua eſt vera ex identitate prædicati cum ſubiecto, ergo vbi eſt maior identitas, eſt maior veritas, ſed maior eſt identitas inter Sortem & hominem, quam inter Deum & hominem, ergo magis vera eſt iſte. Sortes eſt homo, quā Deus eſt homo. Minorem probat, nam iſte, Sortes eſt homo,

eſt homo, eſt in primo modo dicendi per ſe. & prę dicatum non poteſt ab eſſe a ſubiecto, iſta vero Deus eſt homo, ecõtra ſe habet, ergo nõ eſt propria & formalis.

2. Proprietas prædicationis de nominatiue, nõ ſtat cum prædicatione formali & inquid. Ideo nõ dicitur ſortes eſt humanatus, ſed iſta. Deus eſt humanatus, eſt vera ſecundum Damaſcenum (Quem author allegat art. 2. argumento ſed contra) ergo iſta Deus eſt homo, non eſt formalis & propria.

3. Prædicatio formalis & quidiratiua eſt vera cũ ſigno reduplicatiuo, vt in hac. Homo in quantum homo eſt animal, ſed iſta, Deus in quantum Deus eſt homo, eſt falſa, ergo iſta, Deus eſt homo, non eſt formalis. & quidiratiua.

4. Pars nõ prædicatur proprie de alia parte, niſi de nominatiue, ſed perſona diuina, vt diximus, eſt compoſita, ideo natura diuina & humana ſe habẽt velut partes, ergo non eſt prædicatio propria, ſed denominatiua.

Oppoſita ſententia eſt Authoris hic. Thomiſtarum. 3. p. q. 16. art. 1. Probatur. Suppoſitum ſubſiſtens in aliqua natura formaliter dicitur tale ab illa natura, ſed ſuppoſitum diuinum ſubſiſtit in humana natura, eſt ſuppoſitum illius, ergo vere propriæ & formaliter, denominatur ab illa natura, tenet conſequẽtia, quia veritas & proprietas prædicationis deſumitur ex vera vnione prædicati cum ſubiecto. Si dicas Durandum ſolum velle quod iſta ſit denominatiua, & nõ quiditatiua. Dico quod nullo modo dici poteſt quod iſta ſit denominatiua, quia prędicatum eſt ſubſtantia, quod formaliter, & in recto prædicatur de ſubiecto: in prædicatione denominatiua prædicatum eſt accidens, & ſignificatur vnio accidentalis. Imo cũ dicitur, vox humana, & in multis aliis denominationibus, non ſignificatur vnio aliqua ſed tantum quidam ordo. Ideo prædicatio de nominatiua excludit prædicationẽ propriam formalem, & in recto. Corpus non dicitur anima, ſed animatũ. Deus abſolute dicitur homo. ergo prædicatio nõ eſt denominatiua, ſed formalis, alias denotaretur quod Deus non eſſet proprie homo.

Secundum dictum Durandi etiam eſt liberum, incongruum & falſum. Nam vt inquit Paul. Corde creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem. Ideo errare in verbis circa credibilia, non eſt errare ſolum in Grammatica, ſed quodammodo in re ipſa. Quia ſicut concipi rem proprie, ſic loqui debemus. Rom. 15. inquit Paulus. Vnanimes vno ore, honorificemus Deum. Ideſt vna fidei confeſſione vt explicat D. Thom. Tres pueri in camino ignis vno ore benedicebant dominum Ante quam diſcederẽt Apoſtoli, Symbolum fecerunt, vt vna omnium eſſet confeſſio non ſolũ re ſed verbis. 1. Cor. 1. Id ipſum dicamus omnes. Ideo tota terra vnius debet eſſe labii ideſt confeſſionis fidei, ſicut erat ante diuiſionem linguarum. In vna fidei confeſſione reedificauit Deus vnitatẽ antique lingue, ergo vno modo in rebus fidei eſt loquẽdũ.

Ad primum Durandi, dico, quod maior eſt falſa, quia veritas prædicationis non oritur ex identitate naturæ cum ſuppoſito, ſed ex proprietate prædicati vere exiſtentis in ſuppoſito, ſiue ſit in 1 modo, vel in nullomodo, nam hoc aliud eſt vt videbimus art. 5.

Ad 2. patet art. 1. ex ſolutione ſecundi. Mere denominatiuum non ſtat cum prædicatione formali. Denominatiuum vero in fieri, cum aliqua ſunt vnum per vnionem, bene ſtat cum prædicationẽ formali, quia iſta. Verbũ eſt homo, ſupponit quod Verbum factum eſt homo, ideſt quod eſt homo, per factionẽ, ideo ille propoſitiones in quibus ſignificatur aſſumptio, & vnio, vere ſtant cum prædicatione formali. Cum hac. Verbũ eſt humanatum, Verbum eſt incarnatũ, ſimul ſtat formalis ac vera & propria prædicatio. Verbum eſt homo, &c.

Ad 3. late reſpondet Caietanus. Et vt videtur minus ad intentionem arguentis. Iuxta Scotum breuiter dicendum, quod quamuis non ſit quiditatiua, eſt tamen propria & formalis.

Ad 4. dico quod pars non prædicatur de parte proprie, ſed quia humana natura in ſe eſt quædã integra natura denominans ſubiectum in quo eſt, bene poteſt prædicari de Verbo. Vnde eſt diſparatio. Dicitur autem pars, quia non eſt per ſe ſolitarie, ſed vnita Verbo.

Quarto videndum eſt.

## FVNDATVR ARTICVLVS IIII.

*Vtrum homo prædicetur de Deo, vt ſpecies de indiuiduo.*

AD 4. ſic proceditur videtur quod homo nullomodo prædicetur de Deo, quia quæro ſecundum cuius prædicati rationem prædicatur homo de Deo, nulli videtur poſſe aſsimilari, non generi, non ſpeciei, non differentiæ, quia Deus non eſt in genere, non diffinitioni quia prædicatum nõ eſt de eſſentia ſubiecti, non proprio quia tũc Deus caderet in diffinitione hominis. Nec prædicatio accidentis quia nihil tale dicitur de Deo. *Erat vltimum.*

2. Videdũ eſt quale prædicatũ eſt iſtud reſpectu ſubiecti, videtur ꝙ poſsit poni eſſe ſpecies, vniuoce enim homo dicitur de Chriſto, & de Petro, dicitur etiã inquid & de pluribus differentibus, & nõ in ſinumero, ergo, &c. Quod inquid patet per illud extra de hereticis. c. cum Chriſtus. *erat corpus art.*

Reſpondeo, ſicut aliud eſt vniuocũ prædicatum, aliud vniuoce prædicari ſtricte loquendo, (vniuocum enim prædicatum dicitur cuius cõceptus eſt in ſe vnus, & hoc modo album dictum de ligno, & lapide eſt prædicatum vniuocum, vniuoce autẽ prædicatur illud cuius ratio eſt ita vna vt prædicatur, quod ratio eius includitur in ratione ſubiecti & hoc modo denominatiuum nõ prædicatur vniuoce, quomodo loquitur Philoſ. in prædicamentis) ita aliud

liud eſt prædicatum eſſe quid, & aliud inquid prædicari. In omni genere eſt inuenire quid, ex 1. Top. nec tamen quodlibet cuiuſcũque generis prædicatur in quid, & de quocumque ſed tãtum de ſuo inferiori in cuius ratione éſſentiali includitur, ita ergo poſſet cõcedi quod cum nulla vnio ſit ſimilis propter quam prędicatio dicatur vera, nullum eſt prædicatum dictum de ſubiecto quod ſe habet ad aliud ſicut in propoſito. Quantum eſt ex parte eius quod prędicatur eſt ſpecies tantũ, quia non eſt natum eſſe genus nec differentia, nec propriũ, nec accidens, ſed quãtum eſt ex parte modi ſe habendi reſpectu ſubiecti, quia nõ eſt de ratione ſubiecti & aduenit ſubiecto exiſtẽti in actu completo, ita vt poſsit ab eo abeſſe videtur ſimilem habitudinem habere reſpectu ſubiecti, qualẽ habet illud prędicatũ, quod dicitur accidens. Et ſi obiicitur quod habitudo illius vniuerſalis quod eſt accidens non fundatur niſi in accidenti reali. Reſpondeo verum eſt de facto, quod hæc Intentio ſecunda, quæ eſt accidens de qua loquitur logicus nõ fundatur niſi in accidente, quod dicit intentionem primã, vt dicit Metaphyſicus. Tamẽ nõ eſt de ratione huius intentionis ſecundę quod tantũ ſit in illa intentione prima, ſicut nec de ratione intẽtionis generis vel ſpeciei eſt quod tantum fundetur in re ſubſtantię. Er forte hic, album eſt lignum, prædicatum prædicat intentionem accidentis logice loquendo, vel ſi non ibi, ſaltim ſi eſſe lignũ poſſet aduenire albo exiſtenti in actu ita quod non eſſet prædicatum de eſſentia ſubiecti nec conuertibile cum ſubiecto videtur eſſe perfecte accidens logice loquendo.

*Cap.3.*

Ad argumentum patet quod aliquid participat hoc prædicatum de ratione ſpeciei, aliquid de ratione accidentis in habitudine ad ſubiectum quia iſta natura temporalirer aduenit verbo perfecto in ſe ęternaliter exiſtenti.

*Super diſt.7.q.1. art. 4.*

AVtor vnico premiſſo fundamento. vnica cõcluſione reſpondet. Poſtea ſoluit obiectionẽ contra concluſionem. Fundamentũ eſt quod quẽmadmodum aliud eſt prædicatum eſſe vniuocum. Aliud prædicari vniuoce, ita aliud eſt prædicatum eſſe quid. Aliud predicari inquid. Veritas declaratur exemplis. Vniuocum eſt quando dicit vnũ conceptum communem pluribus, ſic album prædicatur de ligno & lapide, ſed quia non eſt de intrinſeca ratione ſubiecti, & prædicatur de ſuppoſitis diuerſæ naturæ, non prædicatur vniuoce. Ad hunc modũ, prædicatum, eſſe Quid, eſt quod prædicatum ſit aliqua natura. & quiditas quæ in omni prędicamento inuenitur ſecundum Ariſt. 1. Topic. c. 7 Sed quia accidens non eſt de ratione ſubſtantiæ, ideo non prædicatur in quid. Homo autem de Petro & Paulo, & eſt vniuocum quod vniuoce prædicatur, & eſt Quid, quod prædicatur, in quid.

*Summa text.*

Iuxta prædicta, conſtituit hanc concluſionem. Hęc prædicatio Deus eſt homo, eſt prædicatio ſpeciei de indiuiduo, Quantum vero ad modum prædicandi, eſt velut accidens. Prima pars probatur diſcurrende per prædicabilia. Non prædicatur vt genus, non vt differentia, ſic de aliis, ergo a ſufficienti enumeratione, prędicatur vt ſpecies. Secunda pars probatur. Natura humana non eſt de ratione Dei, & poſſet ab eo ſeparari. Ergo nec debet eſſe mirum quod ſpecialis vnio cui nulla alia perfecte aſsimilatur ſpecialem modum conſtituat prædicationis, cui nullus alius perfecte aſsimiletur.

De propoſita quęſtione videndus eſt Caietanus. 3 p. q. 16 art. 1 dub. 3. vbi docet, quod Deus poteſt conſiderari dupliciter. Primo abſolute ſine determinatione aliqua pro habente deitatem, & tunc iſta propoſitio, Deus eſt homo, eſt vera per accidẽs quia accidit Deo, eſſe hominem, ratione alicuius hypoſtaſis diuinæ Si vero ly Deus, ſupponat pro perſona filii Dei non vt eſt perſona diuina habens conditiones æternas, ſed vt eſt hypoſtaſis humanæ naturæ, vt modo verbum eſt caro factum, nõ ſolum prędicatum eſt ſpecies, vt dixit Scotus, ſed prædicatur vt ſpecies. Idem ſentit Metina. Colligunt ex D. Thom. ibidem ſolutione ad 2. vbi breuiter tangit omnia quæ dicuntur ab Authore tota iſta quæſtione.

*Explicatio art. Caiet.*

Ad declarationem literæ Authoris, ſupponendũ quinque eſſe prædicabilia. Author vult quod in prædicatione quæ proprie eſt ſpeciei de indiuiduo, natura quæ prædicatur debet complere vnam integram rationem perſonę cum eo de quo prædicatur ideo metaphyſica Caietani nihil probet cõtra nos, Quia quomodocunque conſideretur Verbũ, nunquam vno & eodem modo eſt perſona vtriuſque naturæ, nam reſpectu humanę naturæ eſt ſuppoſitum extrinſecum, non intrinſecum, vt male ſoluẽdo argumenta concedit Caietanus, alias eſſet ſuppoſitata in proprio ſuppoſito, & nihil ſibi deficeret, quod eſt hæreticũ, ergo ſuppoſitetur in alieno quomodocunque conſideretur, ergo ſi de verbo, prædicatur Deus, vt natura in concreto de ſuo ſuppoſito. homo non prædicabitur eodem modo, ergo quantum ad modum ſemper eſt differentia. Secundo, ſi ſuppoſitum creatum aſſumeret alienam naturã, non eſſet proprium ſuppoſitum vtriuſque naturæ, nec quantum ad modum illa natura aſſumpta prædicatur vt ſpecies de indiuiduo, ergo ſtat modificatio Scoti. Probo aſſumptum. Vtraque natura non prædicaretur vno & eodem modo, ergo ſi prima prædicatio eſt ſpeciei de indiuiduo quantũ ad rem & modum, ſecunda non erit quãtũ ad modũ. Patet, nñ prædicatur vtraqua eodẽ modo, ergo. Si dicis quod vtraque eodem modo, ergo vtraque eſt propria natura. Docte ergo diſtinguit

Scotus

Scotus inter prædicatum quod eſt ſpecies, & modum prædicandi. Tertio hic ſimpliciter quæritur de veritate illius propoſitionis. Deus eſt homo, ergo quæritur de eo pro quo ſupponit ly Deus non pro illis conſiderationib. a quas conſiderat Caietanus. Illo enim modo quo Caietanus conſiderat quæritur artic. 6. an in hac propoſitione. Ieſus eſt homo. Chriſtus eſt homo, prædicatum ſit perſe & in materia naturali reſpectu ſubiecti. Quia iam nomen Chriſtus, & Ieſus, eſt nomẽ Dei cum illis conſiderationibus quas ponit Caietanus. Sed cum dico. Deus eſt homo non eſt facienda aliqua determinatio nominis communis, preter illam quam de ſe facit prædicatum. Vt cum dico, Deus generat ſtat pro Patre. Cum dico, Deus aſſumpſit naturam humanam ſtat pro filio. De ſubiecto ſic determinato per prædicatum eſt quæſtio, non de conſideratione in qua ego volo illud accipere. Si iſta, vel illa conſideratione vis accipere appone nomẽ quod ſupponat pro te, ſub illa conſideratione, vt dicendo, Ieſus. Chriſtus.

*Pro ſolutione 2. arg. art. 1 & huius art.* Problema eſt propoſitio interrogãs cũ diſiunctione dicendo. Homo eſt animal an nõ? Omnis problema quærit genus, propriũ aut accidẽs. Peccatum in problematibus eſt, falſa de aliquo dicere, vnde ſi aliquid cõuenit alicui vt genus peccatũ eſt dicere quod cõueniat ei vt accidens. Si enim ligno cõuenit color per accidens nõ cõuenit ei vt genus. Et ſi albedini cõuenit color vt genus, nõ conuenit ei per accidẽs. Hoc eſt deſtruere problema accidẽtis. Nã peccatũ eſt tribuere aliquid alicui vt accidẽs, & genus. Applicãdo minorẽ patet. 2. ar. 1. & 2. & 1. huius

## ARTICVLVS V.

*Quinto videndum eſt qualis eſt iſta prædicatio, Deus eſt homo.*

AD ſecundum, ſic proceditur videtur quod non ſit perſe primo modo. Quia prædicatum nõ cadit in diffinitione

*Principiabus, & ſequentis art. poniſtur in forma arg.* ſubiecti. Nec perſe, ſecũdo modo, quia nõ econuerſo. Nec generaliter aliquo modo perſe, quia in eis non videtur neceſſaria habitudo.

Sed hoc non concludit, quia aliquæ propropoſitiones cõtingẽtes poſſunt eſſe perſe ſicut & immediate ſi in ſubiectis includatur prima ratio in herentiæ prædicatorum licet nõ ſit neceſſaria in herentia qualis forte eſt iſta, volũtas vult vel calidum calefacit. Sed nec iſte modus videtur in propoſito patet in. 1. art.

Rèſpondeo dicendo, quod ſi fiat ſermo de per accidens ſicut loquitur de eo methaphyſicus, ſcilicet, vel quia vnũ accidit alteri, vel ambo. Tertio, ſi-

*Tex. com met. 13.* cut patet. 5. methaph. c. de ente & vno, ſic non eſt per accidens. Quia quod vere eſt nulli accidit ex 1. phiſyco. Vnde

*Tert. c. 27.* nec ipſa vnio conceditur eſſe accidentalis, quia neutrum extremum eſt accidens. Sed hoc non cõcludit propoſitionem perſe eſſe loquendo de perſe lo-

gice. Poſſet ergo cõcedi logice loquẽdo quod quia prædicatũ eſt extra perſe intellectum ſubiecti. Propoſitio nõ eſt perſe vera, ſed per accidẽs, licet neutrũ extremũ realiter per accidẽs inſit alteri. *Ad arg. patet ex dictis.*

*Super Diſt. 7. q. 1 art. 5.*

AVthor vnica premiſſa diuiſione b. membri, duabus reſpondet concluſionibus. Diuiſio eſt. ly per accidẽs, poteſt ſumi dupliciter, logice, & metaphiſ. Per accidens methaphiſicũ, eſt natura accidentaliter vnita ſubiecto. Per accidens logicum, eſt per accidens ſecundũ prædicationẽ. Ideo bene ſtat quod prædicatum ſit ſubſtantia & prædicetur per accidens. Et econtra quod ſit accidẽs, & quod logice prædicatio ſit perſe: vt quando color prędicatur de albedine. Quando accidens vnitur accidẽtaliter quantitati, prædicatio etiã eſt per accidens, Iuxta pri mũ mẽb. ũ eſt prima cõcluſio. Metaphiſicæ loquendo iſta propoſitio, Deus eſt homo, non eſt per accidens. Probatur Natura humana vere eſt ens, & ſubſtãtia. Quod vere eſt nulli accidit 1. phiſicorũ, ergo nõ prędicatur per accidẽs. Ex hoc ſequitur quod nec iſta vnio ſit accidentalis, quia nullũ extremum eſt accidens. 2. Concluſio Logice loquendo iſta, Deus eſt homo non eſt perſe. Probatur, logicus non attendit ad hoc quod prædicatũ ſit accidens, quia accidẽs poteſt perſe prædicari de accidenti, ſed attendit ad habitudinem quæ eſt inter prædicatũ & ſubiectũ, ſed prædicatum huius propoſitionis non eſt perſe de intellectu ſubiecti, ergo quãuis humana natura ſit ſubſtantia, nõ erit propoſitio perſe loquendo, ſed per accidens licet neutrũ extremũ realiter per accidẽs inſit alteri. *2. Concl.*

Veritatẽ huius articuli impugnat Caietanus 3 p. q 16. art. 2. Expoſitores S. Tho. ibidẽ. Ferrara 4. contra gentes c. 41. Fundamẽtum opinionis eſt, quia homo dicitur de Deo tanquã de ſuppoſito humanæ naturæ, ergo ſicut ſpecies de indiuiduo, ergo perſe, quidditatiue & in materia naturali. *Expoſitio art. Caiet.*

Ad defenſionẽ Authoris ſciendũ, primũ modũ dicendi perſe, eſſe quando diffinitio vel pars diffinitionis prædicatur de ſubiecto, vt homo eſt animal rationalis, &c. Quãdo paſſio dicitur de ſubiecto vel ſubiectũ intrat diffinitionem paſſionis, vt in hac. riſibilitas eſt aptitudo hominis ad videndũ eſt ſecũdus modus dicendi per ſe, ideo probando quod non ſit in 1. modo dicendi perſe inquit. Prædicatũ non cadit in diffinitione ſubiecti. Probãdo quod non ſit in 2. modo inquit Nec econuerſo, ac ſi dixiſſet. Subiectũ non eſt de eſſantia prædicati, vt homo eſt de diffinitione riſibilitatis. & naſus de diffinitione ſimitatis. Quantũ ad propoſitum 3. modus eſt quãdo effectus dicitur de ſua cauſa, vt in hac. Calidum calefacit.

2 Notandũ, quod plus eſt quod propoſitio ſit propria quã vera. & plus quod perſe quã propria. v. g. Animal eſt homo eſt vera. quia aliquod animal eſt homo, & non eſt propria. quia prædicatum ponitur pro ſubiecto. Similiter iſta, Deus eſt homo. eſt vera & propria, & tamẽ dubitatur an ſit per ſe. Ergo plus requiritur quod ita res ſe habeat. Ad ſecundũ quod termini accipiantur ſecũdũ eum primã ſignificationẽ, & cõueniãt alia quæ præ requirũtur ad veritatẽ illius cõplexionis ſecũdũ omnẽ rigorẽ. Ad vltimum requiritur intrinſeca habitudo inter ſubiectũ & prædicatũ, quæ nõ videtur eſſe niſi quando prædicatum eſt in materia naturali.

Concluſio. Iſta propoſitio. Deus eſt homo, non eſt perſe aut neceſſaria, nec in materia naturali. Hác ſententiam, tenet Bonauent. in 3.d.7.art.1.q.1. Durand, q.1.ad 2. D. 4. q. 1. Marſil. In 3.q.6.ad 5. Gabriel hac d.q. vnica dub. 3. Probatur. Ante incarnationem, iſta Deus eſt homo erat falſa, poſt incarnationem, ſolum eſt vera propter vnionē, ergo poſt incarnationem non eſt perſe nec in materia naturali. Probo conſequentiam. Vnio facta in tempore non mutat nec variat extremorum habitudinem ſed manentibus extremis in ſuo eſſe & habitudine coniungit vnum alteri, ergo ſi ante incarnationē non erat intrinſeca habitudo, nec poſt. Secundo. Habitudo naturalis & perſe ipſorum extremorum, non eſt ſumenda ex extremis coniunctis, ſed eſt ipſis abſolute vt in ſe ſunt, alias quodlibet ſubiectū vt exiſtit in aliquo accidenti, eſſet in materia naturali reſpectu illius. Sed ſic conſiderando, non eſt in materia naturali, ergo non eſt perſe. Tertio. Rerum natura, eſt in variabilis & eadē in ſe, ergo ſicut in ſe ſemper eſt eadem, ita ſemper habet eandē habitudinem ad ſua intrinſeca. & per ſe prædicata, ergo ratione vnionis non poteſt habitudo ſubiecti & prædicati tranſire de materia in materiam, vt quidam falſo concedunt. Quarto Propoſitio affirmatiua in materia naturali, ita eſt vera vt nó poſſit eſſe falſa, hæc, Deus eſt homo poteſt eſſe falſa, ſi humanitas dimitteretur a Verbo, quia ſolum eſt vera ratione vnionis, ergo non eſt per ſe. Quia quando propoſitio eſt perſe, eſt ordo intrinſecus oriens ex quiditate rerum, qui ordo non eſt hic. Quinto. Si eſſet perſe, Deus eſt homo prędicaretur de quolibet ſuppoſito contento ſub Deo, & tunc Pater eſſet homo, quod eſt error, ergo. Dicit Caietanus quod non eſt ratione formæ, ſed ratione Verbi ſubſiſtentiæ in humana natura. Hæc ſolutio in Caietano, eſt pene in intelligibilis, ac nulla, quia tunc vnio faceret quod propoſitio tráſiret de materia in materiam, quod implicat, ſi naturę nó cófunduntur. Si ergo natura manet eadem cum proprietatibus ſuis, etiam habitudo. vnione non obſtante, eadem manebit, quia propoſitio verificanda eſt ſecundum ſignificationem terminorum vt ſunt in propoſitione, non ſecundum quod habet verum ex aliis propoſitionibus in mente intelligentis. Vltimo quando propoſitio eſt in materia naturali poteſt verificari cum ly. In quantum, ſed nec iſta eſt vera, Deus in quantū Deus eſt homo. Nec iſta, Verbum in quantum Verbum eſt homo, ergo non eſt in materia naturali. Si dicas quod ſecunda eſt vera ſpecificatiue quia ſub ratione Verbi terminat, & ſic, licet in quantum Verbum ſit homo. nó ſequitur quod ratio quare ſit homo eſt proprietas Verbi, ita vt alia perſona non poſſit eſſe homo. Contra. Vt ſic terminens intriduo non fuit homo (quamuis fuerit vnitum corpori & animæ) quia deerat vnio partium inter ſe, ergo vt ſubſiſtens in humanitate, variata fuit veritas propoſitionis, quod non contingit propoſitioni perſe vt dictum eſt argumento 4.

*Bonau.*

*Caiet.*

2. Concluſio. Quamuis propoſitio non ſit perſe neutrum extremorū in eſt alteri peraccidēs. Habetur in calce articuli. Probatur ex dictis d.1.q.1. art. 4. vbi diximus quod iſta vnio ſit ſubſtantialis, ideo nullomodo iſta prædicatio eſt accidentalis, quia vnio vere eſt ſubſtantialis, & cum prædicatio dicitur accidentalis denotatur quod prædicatum ſit accidens, vel quod non participet, ſubſiſtentiam ſubiecti. Cum dicitur, eſt prædicatio peraccidens, ſignificatur quod prædicatum poſſet conuenire, & non conuenire ſubiecto, cum quo ſtat quod facta vnione illa ſit ſubſtantialis. Sed ad hoc ab hac voce extra ſcholas abſtinendum eſt. Quid ergo dicendum? Dico cum Bonauēt. quod nec eſt eſſentialis, nec cauſalis, nec per in herentiam, id eſt nó accidētalis, ſed eſt quedam propoſitio vera per quandam vnionem ſingularem, ideo nimirum quod habeat quendam modum ſingularem prædicationis. Dicetur ergo prædicatio ſubſtantialis.

*Bonau.*

Ad rationem Thomiſtarū, dico illud non ſufficit.

## ARTICVLVS VI.

*Sed de iſta Chriſtus eſt homo, dubium eſt an ſit perſe.*

AD ſextum ſic proceditur, videtur quod ſit perſe. Quia hoc ſubiectum videtur includere prædicatum, nam ſecundum Dam. lib. 3. c. 3. Chriſtus eſt nomē hypoſtaſis duarum naturarum exiſtēs ſignificatiuum, ergo Chriſtus ſignificat exiſtens in natura humana, & ita includit hoc prædicatum quod eſt homo ſicut Petrus.

Reſpondeo hic dici, quod hæc eſt peraccidens propter implicationem in ſubiecto, quæ eſt peraccidens, Chriſtus enim implicat Verbum eſſe hominem, quia Chriſtus eſt Verbum homo, ſiue Verbū quod eſt homo, quia inter exigēs, & ex actū cadit. Qui. Eſt mediū ſecundum Priſcianum. 2. conſtructionū.

*Varron. hac d. q. vnica.*

*Lib. 2. minoris volumines.*

Sed contra quia iſtud dictū Priſciani non eſt ad Propoſitum, quia ſubſtātiuum nō exigit adiectiuum, nec ecōuerſo per implicationē mediam: ſed ſimul intranſitiue cōſtruūtur, & ideo licet hic, capa ſortis, cadat implicatio media, non tamen hic, homo albus, alioquin eſſet impoſſibile determinare aliquod extremū per aliquod adiectiuū ſibi additū, & eſſet proceſſus ininfinitum.

*Qui quæ quod eſt implicatio medians.*

Ideo poſſet dici quod talis implicatio nō importatur in hoc nomine Chriſtus, nec propter hoc oportet ponere, quod propoſitio ſit vera peraccidens. Tamen quia ſecundum Phyloſophum 5. Meth. ratio in ſe falſa de nullo eſt vera, ergo a ſimili cōceptus qui nō eſt in ſe vnus perſe, de nullo vno perſe enunciatur nec aliquid ſic vnū de eo. Poteſt igitur dici, quod hęc non eſt omnino per accidens, quia ſubiectum includit prædicatum. Nec omnino perſe quia ſubiectū non habet omnino perſe vnū cōceptum in ſe, & ſimiliter diceretur de iſta homo albus eſt coloratus.

*Tex. comment. 34*

*Ad arg. pates ex dictis.*

*Super D. 7. quæſt. 1. art. 6.*

*Summa text.* AVthor recitata vna breuiſsima opinione, quã ſtatim impugnat, vnicam conſtituit concluſionem.

Opinio vt citatur in margine eſt Varronis, aſſerentis iſtam eſſe per accidens, quia implicat iſtam, Chriſtus eſt Verbum homo, ſiue verbum quod eſt homo. Sed Verbum eſſe hominem eſt per accidens ergo etiam iſta.

Author redarguit iſtã opinionem dicens, quod nulla eſt implicatio, quia Chriſtus eſt nomen ſubſtantiuum nõ exigẽs adiectiuum, ergo ſine relatiuo implicatiuo potest propoſitio verificari. Quãuis enim iſta, capa fortis eſt bona, cõnotat implicationem, idest capa quæ eſt fortis, non tamẽ iſta Chriſtus eſt homo, continet implicationem, quia eſſet proceſſus in infinitum.

Vnicam conſtituit Author concluſionem. Iſta nec eſt omnino perſe, nec omnino per accidens. Non omnino per accidens, quia ſubiectum includit prædicatũ. Subiectum eſt hic homo Chriſtus, ſed hic homo eſt homo, ergo non poteſt eſſe omnino per accidens. Quod non ſit omnino per ſe, probatur. Quemmadmodum ratio falſa in ſe, de nullo poteſt eſſe vera 5. Metaph. tex. 34. ita conceptus qui in ſe non eſt vnus per ſe, de nullo perſe enunciatur: Chriſtus non habet per ſe vnicum conceptũ, ergo nihil omnino perſe de ipſo poteſt prædicari.

*Expoſitio artic.* In hoc articulo reuera autor concedit quod modus prædicandi eſt per ſe & formalis quia ſubiectum includit formaliter prædicatum, ideo per accidens eſſe non poteſt. Vnde longe alia eſt iſta propoſitio, ab illa, Verbum eſt homo, quia in iſta ſumitur ſubiectum ſecundum illas antiquas conſiderationes Caietani de quibus art. 4. Solum limitatur hoc quod non conueniunt omnes conditiones prædicati per ſe loquendo rigoroſe Metaphiſice, & Logice, quia prædicatum per ſe vt rationale, vel reſiduale, dicit vnam rem abſolutã de aliquo ſubiecto abſoluto & ſimplici, cui prædicatõ conuenit perſe ſecundum totum eſſe ſubiecti. Et quia Chriſtus eſt perſona compoſita, quamuis prædicatum competat ſubiecto per ſe rationis vnius naturæ: quia non conuenit rationi alterius, & ſecundum ſe totum, limitat illam, cum quo ſtat quod perſe conueniat, quia ratione vnius naturæ conuenit. Idem de iſta, eſt rationalis, eſt riſibilis, ideo non eſt contrauerſia inter eum Thomiſtis.

## QVAESTIO II.

Poſtea conſiderandum eſt de conſequentibus vnionem, Secundum fieri, & circa hoc quæruntur duo. Primo Vtrum iſta ſit vera Deus factus eſt homo. Secundo, Vtrum iſta ſit vera homo factus eſt Deus.

### ARTICVLVS I.

*Vtrum iſta ſit vera Deus factus eſt homo.*

AD primum ſic proceditur, videtur quod nõſit vera, quia tunc eſſet factus cõſequẽs eſt falſum ergo, & antecedens. Probatur conſequentia, ſequitur fortes eſt factus homo, ergo eſt factus, igitur homo diſtrahit hoc prædicatum ꝙ eſt eſſe factum, ergo vbique infert.

Secundo. Præterea. Si Deus eſt factus homo, ergo mutatus eſt ad humanitatem, conſequentia patet vniuerſaliter In omnibus vt factus eſt albus, ergo mutatus eſt ad albedinem & ita de aliis.

3. Præterea, Si Deus eſt factus homo, ergo Deus eſt factus Deus, conſequentia probatur, quia propter vnionem naturarum eſt cõmunicatio idiomatũ, & ita ſicut occidẽs hominẽ occidit Deũ, ita ſi factus eſt homo, factus eſt Deus.

Sed contra in Symbolo Niceno, homo factus eſt. Item etiam in Euangelio Ioãn. 1. Verbum caro factum eſt, caro ponitur ibi pro homine. Itẽ 1. de Trinit. capit. 13. Talis fuit in illa vnio quod Deum faceret hominẽ, & hominem Deum.

Reſpondeo dicendo, quod iſta propoſitio Deus factus eſt homo, diſtinguitur, quod factus poteſt referri, vel ad compoſitionem, vel ad alterum extremorum. Et hoc dupliciter ſcilicet vel in ſe, vel in ordine ad alterũ extremorum, & per tractantur membra diffuſe ſiue in vno ſenſu, ſiue in alio. *Bonau. hac d. art. 1. q. 2*

Sed tantam prolixitatem vitãdo poteſt dici quod propoſitio eſt ſimpliciter vera, quod declaratur ſic. Factio quam prædicat ſecundum adiacens dicit factionem ſimpliciter, quando autem prædicat tertium, dicit factionem ſecundum illud quod ſpecificatur per tertium, ſic etiam de eſſe quãdo prædicat ſecundum & tertium. Sicut ergo vere de eo enunciatur fieri quod ab aliquo faciente poſt non eſſe ſimpliciter accipit eſſe ſimpliciter, ita de eo vere enuntiatur fieri, a. quod per actionem alicuius agentis eſt, a poſt quam non fuit. a. Et iſtud probatur quia factio paſsiua non includit formaliter niſi habitudinem facti ad faciens, & ordinem ipſius facti ad non eſſe præcedens, & in creaturis concomitantur ſe. His ergo duobus concurrẽtibus ſaluatur ratio factionis, ſiue ſimpliciter, ſiue talis, ſed Deus per actionẽ alicuius faciẽtis eſt homo, & nõ fuit ſemper homo, ergo factus eſt homo, minor probatur, quia patet, ꝙ eſt homo præcedentibus

cedēti quæſt. & nō fuit ſemper homo, quia non ſemper ſubſiſtebat in natura humana, vt ſuppoſitum in natura. Et quod ſit homo per actionem alicuius facientis probatur, quia quando aliqua neceſſario concomitantur ſe, ſi vnū eſt per factionem alicuius, & reliquum, ſed naturā humanam Verbo vniri perſonaliter, & verbum eſſe hominem neceſſario concomitātur ſe: natura autem humana eſt ſic vnita Verbo per factionē Trinitatis, quia Trinitas fuit agens reſpectu illius vnionis, & patet quod fuit faciens, quia creauit effectum in creatura, igitur fecit Verbum eſſe hominem.

*Obiectio 2. Concl.* Et ſi obiiciatur quod factio requirit mutationem, & hoc eius in quo eſt, & de quo dicitur, non autem termini.

Reſpondeo faciens naturale præſuponit paſſum effectum, quod transmutat, quod quidem eſt in potentia ad terminum, & per actionem eius fit actu tale, quod autem tranſit de potentia ad actum mutatur, ſed agens ſupernaturale in iſta vnione, non præſuponebat Verbum tanquam potentiale ad iſtum terminum, neque terminum induxit ſicut actum vel formā Verbi per inhærentiam, ſed tātum vniuit illum verbo ſine inhærentia, ergo ibi nullus fuit trāſitus a potentia ad actum. Equaliter autem ſaluatur ratio factionis vtrobique, quia vtrobique per actionem facientis aliquid eſt tale quale prius non fuit, & ita fit tale. Accidit ergo quod illud quod fit tale muteiur, niſi quādo illud quod dicitur tale eſt forma eius quod fit tale, ad quam illud fuit in potentia. Et ita communiter accidit in factionibus paſsiuis vbi agentia naturalia agūt quæ faciūt aliqua eſſe talia in actu qualia prius fuerunt in potentia.

*Obiectio ſedes 2. dubii.* Sed ſi obiicitur vlterius quod ſaltem hic fuit aliqua paſsio, poſt quā fuit factio actio quia cuilibet actioni tranſeunti correſpondet propria paſsio, ergo illa paſsio erat in aliquo: non autem in natura humana, quæ vt videtur erat terminus factionis paſsiue, ergo in verbo quod videtur inconueniens. Reſpondeo quod hic fuit vna factio realis actiua totius Trinitatis cui correſpōdebat factio paſſiua realis, qua ſcilicet homo factus eſt Deus, quæ fuit vnio paſsiua naturę humanæ ad Verbum, & hęc paſsio fuit in natura humana, & terminus eius erat Verbum. Alia fuit factio paſsiua, ſecundum dici, concomitans iſtam factionē realem actiuam qua ſcilicet verbū factum eſt homo, & terminus huius videtur fuiſſe natura humana. Non tamen erat alius terminus huius, & illius realis, quia non erat alia factio paſsiua realis: eadem enim factione tā actiua quā paſsiua verbum ſic vniebatur. Dico ergo quod paſsio correſpōdēs illi actioni, fuit in natura humana vnita, quæ non fuit terminus illius factionis paſſiuæ, ſed ſubiectum, licet ſignificetur, vt terminus in iſta propoſitione Verbū factum eſt homo. Et ita poſſet dici ad præcedentem obiectionem de mutatione, quod ſcilicet mutatio, quæ fuit hic, fuit in natura humana, non in Verbo. Itaquod non fuit hic factio ſine omni mutatione. Nec tamen oportet mutationem fuiſſe inquolibet, quod dicitur factum tale, ſed tantum in illo propter *Nota.* cuius paſsionem aliquid dicitur factum tale, & illud fuit hic tantum natura humana. Ex his patet quod iſta propoſitio eſt ſimpliciter vera homo factus eſt Deus. Pro 2. art.

Ad primū dico, quod nec ſequitur de forte factus eſt homo, ergo factus eſt, gratia forme ſicut nec in propoſito tamē gratiā materie ſequitur de forte: quia fortem eſſe hominem dicit primū eſſe fortis: non ſic in propoſito.

Ad ſecundum patet ex ſolutione q. quod non oportet omne quod fit mutari vt ſit tale: ſed tātum accidit hoc in illis quæ prius fuerunt in potentia ad illud ſecundū quod fiunt in actu per informationem quomodo non fit verbum homo: ſed tantum per vnionem perſonalem. Si tamen quereretur aliqua mutatio, illa poſſet poni in natura humana excepto quod illa non preexiſtebat ante quam vniretur, mutatio autem non eſt niſi inter terminos oppoſitos: quorum vnus duratione precedit alterum.

Ad tertium dico: quod ab illa regula de cōmunicatione idiomatum: excipiuntur illa quę exprimunt vnionem naturę ad perſonam, & ratio huius eſt quia illa communicatio in prędicationibus fit propter vnionem: & ita præſupponit vnionem: non ergo fit ſecun

dum

dum illa quæ exprimunt vnionem : & ideo non eſt factus Deus: licet ſit factus homo: ſicut hic: natura diuina aſſũpſit naturam humanam : igitur natura diuina aſſumpſit naturam diuinam: nõ ſequitur.

*Super Diſt. 7. q. 2. art. 1.*

AVthoe in litera recitans opinionem S. Bonauent. approbat vt veram vitat vt prolixã. Comunis, ergo affirmatiua concluſio probatur. De ratione factionis paſsiue, tantum eſt habitudo facti ad faciens. & ordo ipſius facti ad non eſſe præcedens quę duo in creaturis ſe concomitãtur, ſed Deus per actionem faciẽtis eſt homo, ergo factus eſt homo. Maior eſt vera, minor probatur. Non ſemper fuit homo ſubſiſtens in humana natura tanquam ſuppoſitum illius, ergo cum fuerit homo media vnione humanæ naturæ ſequitur quod iſta eſt vera, Deus factus eſt homo, nã actio vnionis factio eſt.

2. Concluſio. Iſta factio fuit ſine mutatione in Verbo, non tamen ſine mutatione humanæ naturæ. Habetur in corpore ſoluendo obiectiones Clarius ad finem corporis Prima pars probatur, ly factum. in propoſitione de tertio adiacente nõ ſemper denotat mutationem eſſe in ſubiecto quod dicitur factum tale, ſed ſufficit quod ſit in eo quod alteri vnitur propter quod aliquid dicitur factum tale, ſed Deus re vera fuit vnitus humanitati, ergo propter mutationẽ quæ eſt in humana natura ſine aliqua Verbi mutatione. Verbum Deus factus eſt homo.

Secunda pars concluſionis probatur. ex diſsimilitudine huius factionis ad alias factiones naturales. In factione enim naturali. agens præſupponit paſſum quod traſmutat vt cũ Petrus albus fit niger inducitur forma nigredinis qua informatur & mutatur (quia mutari eſt aliter ſe habere nunc quã antea). Sed Verbum diuinum non informatur humanitate aſſumpta, ergo cum Deus dicitur factus homo, non eſt per aliquam informationem & mutationem. Quia in ſe non ſe habet aliter nũc quã antea. Vnde ſi nunc dicitur homo non antea, hoc prouenit ex vnione humanitatis ad ipſum ideo quod eſt paſsionis & mutationis correſpondens actioni, in humanitate inuenitur.

3. Concluſio. Etiam natura humana non fuit mutata proprie. Habetur ſolutione ad 2. Probatur Mutatio eſt actus exiſtentis requirens ſubiectum præcedens tempore terminum qui de nouo acquiritur. ideo ſemper eſt inter terminos oppoſitos, ſed natura humana nunquam habuit eſſe præexiſtẽs ante quam vniretur Verbo, ergo nec in illa fuit propie mutatio quæ eſt inter terminos oppoſitos.

*Num iſta, Deus factus eſt homo ſit omnino propria.*

CIrca veritatem fidei controuerſia nulla eſſe poteſt inter Catholicos. Conſtat veritas ex argumento ſed contra vbi inducitur Concilium Nicenum, & illud Ioannis Verbum caro factũ eſt Rom. 1. 2. Factus eſt ei ex ſemine Dauid ſecundum carnem, Circa proprietatem ſermonis controuerſia eſt, Seraphicus enim Bonauent. in 3. diſt. 7. artic. 1. q. 2. negat iſtam propoſitionem eſſe propriam quia ſubiectum quod dicitur factum tale, debet mutari Deus non mutatur, ergo cum dicitur homo, licet propoſitio ſit vera non tamen propria, quia non inueniũtur omnes conditiones quę in terminis propoſitionis includuntur. Bonau.

S. Tho. 3. p. expoſitores ibidem aſſignant rationẽ quare ſine ſui mutatione, Deus dicatur factus homo, dicentes. Quod Deus eſt homo ratione vnionis ad humanitatẽ, & quia vnio eſt relatio. & quæ relatiue dicuntur prædicantur ſine mutatione, ideo ſine aliqua mutatione Deus factus eſt homo. Declaratur & ſuadetur veritas exemplo. Homo enim fit dexter columne ſine aliqua ſui mutatione. Sed hęc ratio non diſtincte oſtendit, quomodo nõ ſit mutatio, cum vere vnũ vnitur alteri. Homo enim cũ fit dexter columnæ nulla eſt vnio vnius ad alterũ. Et difficultas in hac parte oritur ex hoc quod eſt factio & vnio vnius cum alio, quæ videtur eſſe non poſſe ſine mutatione. quæſt. 16 art. 6.

Ad explicationem huius, not. quod factio cum ſignificatur. vt ſecundum adiacens, vt dicendo. Domus fit, homo fit, ſignificatur quod ſubiectum ſimpliciter fiat ſecundum ſuum eſſe formale. Cum ſignificatur per tertium adiacens, non ſignificatur quod fiat ſimpliciter, ſed ſecundum aliud eſſe quod per prædicatum ſignificatur, vt in hac. Homo factus eſt albus, non denotatur quod de non eſſe hominis factus ſit homo, ſicut cum eſt ſecundum adiacens, ſed quod de non albo factus ſit albus, ideo ad hoc quod aliquid ſic dicatur factum tale, non oportet quod vtrumque extremum acquirat eſſe de nouo, ſed ſolũ quod albedo de nouo producatur, quę albedo quia non habet eſſe per ſe ſed in ſubiecto, eadem actione qua albedo producitur de nouo, hoc ſubiectum de non albo, fit album. Vnde quod fit tale ſubiectum eſt.

2. Conſiderandum, quod in creaturis, forma quę vnitur ſubiecto, informat. & perficit ſubiectum, quia ſi ex vna parte habuit perfectionem ad ſuſtentandum accidens, ex alia parte caret perfectione quam preſtat accidens, hinc eſt quod informatur illo accidenti Deus ſumme perfectus eſt nullã recipiens formam. Et quia hoc quod eſt tranſire de potentia ad actum acquirendo perfectionem ex re ſibi vnita, non expectat precise ad rationem factionis, (quia totum hoc oritur ex imperfectione) ſequitur quod poteſt eſſe factio, ſine mutatione & informatione eius quod dicitur factum tale. Nam de ratione factionis preciſe, ſolum eſt ordo & habitudo facti ad faciens & ordo ipſius facti ad non eſſe præcedens. Et quia Verbum ſeu Deus, modo perfactionẽ facientis eſt homo, & antea non erat homo, eſt vera factio quamuis nõ ſit mutatio & informatio ſubiecti. Sic patet prima obiectio quæ eſt ſecunda concluſio textualis. Patent duo priora argumenta, & aſsignatur præciſa ratio quare Verbum non mutetur, quamuis de non habente humanitatem reddatur habens: & patet ſolutio ad argumentum D. Bonauent in principio huius noſtri dubii.

Dices ergo ſaltim per communicationem idiomatum, Deus dicetur potest mutatus, a mutatione quæ eſt in humana natura. Ad hoc. dubio ſequenti. Pro nunc dico cum Seraph Bonauent in 3. d. 1.

animaret corpus,ita etiam,quãdo prędicant ſecundum adiacens verum eſt dicere quod incipit eſſe, & ſimiliter, incipit eſſe dies,hoc eſt, tẽpus incipit eſſe dies. Nec tamẽ illud tempus prius fuit,& poſtea incipit eſſe dies, ita etiã nec oportet hominem præceſsiſſe, ad hoc quod iſta propoſitio ſit vera homo eſt factus Deus,ſicut nec ad veritatem huius propoſitionis,natura humana vnita eſt Verbo,(quæ implicat iſtã, natura humana facta eſt ſubſiſtens in perſona Verbi) neceſſe eſt naturam humanam præfuiſſe in Verbo.

*Super Diſt. 7. quæſt.2.art.2.*

IN hoc art.qui velut præcedentis erat corrolarium, vna eſt concluſio reſponſiua quæſito. Iſta,homo factus eſt Deus,eſt vera. Probatur, homo eſt Deus ſed non fuit ſemper Deus,ergo factus eſt Deus. Secundo, ſi aliqua eſſet ratio quare non eſſet vera, maxime quia ſubiectum factionis includit mutationẽ,& mutatio requirit quod ſubiectum tempore & duratione præcedat terminum, vt dubio præcedẽtis art.dictũ eſt, ſed hoc nõ obſtat,ergo eſt vera. Maior conceditur ab omnibus, qui negant hanc propoſitionem,minor probatur. Factio non includit mutationem vt late art præcedenti oſtenſum eſt,ergo non ſequitur quod ſubiectum tempore præcedat terminũ, ſed ſufficit eſſe ſimul. Probatur,nam hoc non eſſet niſi in quantum factio implicat, & includit inceptionem, ſed ipſa inceptio quando prædicat tertium adiacens nõ nutat præceſsionem ſubiecti ad prædicatum, quia verum eſt dicere de anima quæ nunc creatur,quod nunc incipit animare corpus. Et verum eſt dicere quod tempus incipit eſſe dies, & tamen tempus antea non fuit,ergo ad hoc quod iſta propoſitio, Homo factus eſt Deus,ſit vera,no ſequitur quod aliquis homo præceſſerit,qui antea ſolitarie fuerit homo & poſtea factus fuerit Deus, ſicut non requiritur quod natura humana præexiſtat ad hoc quod ſit vera iſta. Natura humana facta eſt ſubſiſtens in perſona Verbi,vel vnita eſt Verbo. Quæ propoſitio implicat iſtam,de qua eſt quæſtio. Hæc due rationes habentur in hoc art.

Tertia ratio quæ haberi videtur art. ſequenti, habet ſic. In hac materia eſt vera iſta Verbũ eſt homo,& per conuerſionem ſequitur vera iſta. Homo eſt Deus. Sed ſimiliter ſe habere videtur cum ly fieri,ergo ſicut iſta eſt vera. Deus factus eſt homo,ita per conuerſionem videtur vera iſta. Homo factus eſt Deus.

*Num iſta, homo factus eſt Deus ſit vera.*

HAnc propoſitionem negat S.Thom.expoſitores ibidem.3.p.q.16.art.7. Fundamentum huius opinionis eſt quia nullus homo eſt qui præcedat,nec aliqua humana perſona quæ præexiſtat, & poſtea media factione ſit Deus.

1. Arguit Metina. Si iſta eſt vera,homo factus eſt Deus bene ſequitur. Hic homo eſt filius Dei,ergo filius Dei factus eſt Deus.

3. Si iſta eſſet vera maxime quia homo ſupponit ſimpliciter,ſed hoc non,quia ſecundũ Authorem art. ſequenti,homo factus eſt Deus eſt conuertens illius. Deus factus eſt homo,in cõuerſione debet ſeruari eade.n ſuppoſitio, ſed in prima nõ ſupponit ſimpliciter,ergo nec in iſta ſecunda. Si ſupponas perſonaliter,nullomodo eſt vera,quia nulla perſona præcedit quæ fiat Deus,ergo nullomodo eſt vera. Hæc ſententia videtur eſſe Cyrilli libro de incarnatione vnigeniti.c.11.vbi negat hãc propoſitionem. Petrus Diaconus libro de incarnatione cap.5.inquit. Deum dicimus factum eſſe Chriſtum,non Chriſtum factum eſſe Deum. Ad idem eſt Damaſcen libro 3.orthodoxe fidei.c.2. vbi inquit. Non hominem deificatum dicemus, ſed Deũ humanatum. Sed idem eſt fieri Deum quod deificari, ergo ſi homo non eſt deificatus non eſt factus Deus. *Cyrill.* *Dam.*

In hac quæſtione,omnes Doctores conueniũt in hoc,quod nullus homo præexiſtens factus fuerit Deus,quia hoc eſſet error in fide, nam tunc pro aliquod inſtans Beatiſsima Virgo genuiſſet purum hominem. Controuerſia eſt,an abſque eo quod aliquis homo præexiſtat conueniant conditiones factionis. Communiter omes doctores negant iſtã propoſitionem,imo ipſemet Author in reportatis hac d.q.3.inquit. Communiter conceditur quod illud quod fit,præcedit terminum formalem. Hic concedit illam,quia exiſtimat probabile quod factio non importat niſi habitudinem ad cauſam facientem,& ad oppoſitum præcedens. Quam ſententiam probat rationibus quæ optime habentur in ſumma text. Pro hac ſententia eſt Chryſoſtomus expreſſe hom ii ſuper primam ad Timoth. 3. in illa verba. Magnum eſt pietatis ſacramentũ. Vbi inquit. Magnũ eſt quod homo factus eſt Deus,& Deus homo. Videtur expreſſe haberi in Aug. 1.de Trinitate.c.13.vbi inquit. Talis erat illa ſuſceptio vt Deum hominem faceret, & hominem Deum. Et ſer.7.natiuitatis. Factus eſt Deus homo,vt homo fieret Deus. vbi non loquitur de homine in communi qui per incarnationem filii Dei naturalis.factus eſt filius Dei adoptiuus, iuxta illud. vt filii Dei nominemur & ſimus. Sed loquitur de homine aſſumpto ad vnitatem perſonę filii Dei.ergo homo factus eſt Deus iuxta quod in Enchirid.c. 40.Et 41.& de prædeſtinatione ſanctorum c.15. dicit hunc hominem fuiſſe coniunctum in vnitatem perſonæ filio Dei. Et iterum. Nam & ipſum Dominũ gloriæ,inquantum homo factus eſt Dei filius,prædeſtinatum eſſe didicimus. Ideſt didicimus dominum gloriæ eſſe prędeſtinatum,inquantũ homo factus eſt Dei filius,ideſt quia iſta eſt vera homo factus eſt Dei filius,eſt vera iſta,Chriſtus Dominus gloriæ, eſt prædeſtinatus. Quid clarius. Ad idem eſt Damaſc.lib.3. cap.1. vbi inquit. Verbum caro factum eſt,& caro verbũ, Deus homo, & homo Deus. Videtur eſſe Gregorii Nazianzeni epiſtola ad Cledonium vbi inquit,quod homo eſt deificatus,ergo homo eſt factus Deus. Clarius lib. 4.Theologiæ non longe a principio. Quid hominis humilitati, contingere potuiſſet magnificentius,quam quod Deo vnius perſonæ nexu iunctus eſt. Ex hac, a Deo coniunctione:Deus eſt factus. Intellige,homo iunctus Deo,ex coniunctione factus eſt Deus. Nil clarius. Verſio Billii habet ſic. Quid autem maius & honorificẽtius hominis humilitate *Chryſoſt. hom.11.* *Damaſ.* *Gregor. rat. 4.*

militati cōtingere potuiſſet quā Deo cōnecti atque
*Pro quo ſupponat* ex illa mixtione Deū effici. Secūdo dico, quod ſupponit pro humanitate tantū ſic abſtractiue ſignificat. Nec pro filio Dei ſecundum diuinam naturā & perſonam. Sed ſupponit pro homine Chriſto abſtrahendo a ſuppoſito Chriſti ſecundum ſe, ſed formaliter prout homo eſt. Si dicas quid eſt hoc vltra humanam naturam. Dico quod eſt homo in cō creto quę addit, vltra humanitatē ſuppoſitationē, & exiſtentiam acceptam a Verbo, ita vt Verbum non includatur ſecundū ſe ſed tantum homo formaliter accipiens exiſtentiam a Verbo. Sic accipit Author artic. præcedenti obiectione ſecunda. Humanitas in abſtracto ſignificatur vt natura de qua non prædicatur Deus, nec illa de Deo, nā iſta eſt falſa. Deus eſt humanitas. Sed in concreto concernens vnionē, bene dicitur. Homo eſt Deus. Vbi nomine hominis intelligitur quodā ſingulare concretum concernens ſuppoſitum abſtrahendo tamen ab intrinſecis illius ſuppoſiti, & tunc verum eſt quod homo factus eſt Deus. Id eſt iſte homo quem Apoſtoli videbant (non videndo perſonam filii Dei ſecundum ſua propria) factus eſt Deus. Sic S. Thom. 3. p. q. 23 artic. 1. in fine corporis, inquit, quod iſta. Prædeſtinatus eſt filius Dei, eſt magis propria quam iſta. Chriſtus factus eſt filius Dei, ergo vtraque eſt propria, ergo Chriſtus ibi non ſupponit pro perſona filii Dei ſecundum ſe, alias propoſitio eſſet hæretica. Nec pro humanitate tantū, ſed pro homine Chriſto abſtrahendo ab intrinſeca ratione diuini ſuppoſiti. Dicunt quidam, verba Diui Thomæ non denotare comparationem ſicut cum dicimus. Melius eſt orare quam peccare non affirmamus quod peccare, ſit aliquod bonum ideo comparatiuu æquiualet poſitiuo. Ex quo ſequitur quod in via S. Thom. iſta eſt neganda Chriſtus factus eſt filius Dei. Sed hoc non poteſt ſtare, quia S. Thom. ex propoſito loquitur de veritate harum propoſitionum quas aperte concedit. Et eas comparans dicit, vnam eſſe magis propriam quam aliam. Si aliquam exiſtimaret falſam nunquam illas compararet, ergo ſupponit vtrāque poſſe concedi quod nos contendimus. Caietanus loco allegato agnoſcens difficultatē & vim rationis plane in vltima parte commentus inquit, concedendum eſſe iſtam. Chriſtus factus eſt filius Dei. Tunc quæro pro quo ſupponit. Chriſtus. Non pro perſona filii Dei ſecundum ſe, quia eſt error in fide, ergo ſupponit pro perſona diuina vt ſubſiſtit in humana natura, vel pro natura humana in concreto exiſtente in ſuppoſito. Sicut diceret Thomiſta, dicat Scotiſta. Ne illum arguat de errore.

Ad primum argumentum dico, quod ad rationem propriiſsimæ propoſitionis requiritur ſubiectum prius præexiſtere, non tamen ad rationem veritatis propoſitionis, vt dictum eſt.

Ad 2. argumentum, quod eſt Metine dico ſimile argumentum fieri poſſe contra S. Thom qui ſine dubio concedit quod Chriſtus eſt prædeſtinatus filius Dei. Sed Chriſtus eſt filius Dei, ergo filius Dei eſt prædeſtinatus filius Dei, ſed ſicut iſta eſt falſa argumentatio, quia variatur modus ſuppoſitionis, ita & illa.

Ad 3. dico, quod forſan Author ſolū vult quod valet econuerſo, ideo non loquitur de cōuerſione logica, nā inquit Ex iſta, Natura humana eſt vnita perſonaliter Verbo ſequitur quod Verbum ſit homo per conuerſionem. Subiungit. Et eodem modo eſt in fieri. Per hoc quod dicit. Eodem modo, non eſt neceſſe quod teneat ſimilitudo quantum ad hoc quod iſta Homo factus eſt Deus ſit cōuertens illius. Deus factus eſt homo. Sicut illa. Homo eſt Deus, ſed ſufficit quod ſicut vna eſt vera & ecōuerſo ita alia ſit vera & cōuerſo. Secundo, dato quod loquatur de vera conuerſione ſententia Authoris aliis fundatur rationibus ideo nihil contra nos. Tertio dico, quod cum eſt variatio ſuppoſitionis a ſimplici in perſonalem ſine aliquo ſingulari comuni, non valet conuerſio Sed in preſencia rum datur aliquid idem formaliter quamuis ly homo in vna, non ſupponat perſonaliter, tamem idētitas formalis, ſufficit vt valeat econuerſo.

Ad ſanctos dico, quod loquuntur de propriiſsima verificatione, ideo alii non renuunt noſtram concedere ſententiam. Illam enim quam negat Petrus Diaconus, Caietanus vt vidimus concedit. Deificatum hominem negauit Damaſcenus.

Sed ſi quæras quæ iſtarum ſit magis propria homo factus eſt Deus. ✠

## FVNDATVR ARTICVlus III.

*Vtrum iſta homo factus eſt Deus, ſit magis propria quam iſta Deus factus eſt homo.*

AD 3. ſic proceditur videtur ꝙ iſta homo factus eſt Deus ſit magis propria, quia veritas omnium iſtarum fundatur in hoc quod natura humana vnita eſt Verbo, quia paſsio realis quæ fuit ibi fuit in natura humana, & terminus fuit Verbū, huic autē propinquior videtur eſſe iſta homo factus eſt Deus, quia immediatius exprimens factionem paſsiuā.

Reſpōdeo dicēdo, ꝙ hęc eſt prima in iſta materia. natura humana, vnita eſt perſonaliter Verbo, & ex hac immediate ſequitur quod Verbū ſit homo. Ratio huius eſt, quia virtute vnionis eſt ſubſiſtēs in natura humana, & ex hac ſequitur ꝙ homo ſit Deus per cōuerſionem, & eodem modo eſt in fieri, ergo iſta Deus factus eſt homo non eſt mediatior iſta, homo factus eſt Deus, imo immediatior illi propter quam ambę ſunt vere, vtraque tamen propria.

*Super D. 7. quæſt. 2. art. 3.*

IN præcedentibus egit Author de ſupradictis propoſitionibus Modo comparans illas ad inuicem. reſpondet per nonnullas concluſiones.

Prima concluſio Prima propoſitio in hac materia eſt iſta Natura humana eſt vnita Verbo.

2. Concluſio. Iſta, Verbum eſt homo, eſt magis immediata quam iſta homo eſt Deus.

3. Iſta Deus factus eſt homo, eſt magis propria quam iſta. Homo factus eſt Deus. Vtraque proba-

be

tur ſimul. Statimquod naturæ humanæ vnitur Verbo quod per ſe ſubſiſtit, Verbum eſt homo. Et humanitas recipit a Verbo, non Verbum ab humanitate. ergo iſta, Verbum eſt homo, eſt magis propria quā iſta, homo eſt Deus, conſequentia tenet, quia in prima magis denotatur id quod eſt a parte rei, nempe quod perſona diuina dat ſubſiſtentiā, & ſit velut ſubiectum ſuſtentans naturam. Quando homo in propoſitione eſt ſubiectū, non inuenitur iſta proprietas quia humana natura non ſuſtentat Verbum. Ergo ſimiliter cum verbo fieri, magis propria eſt iſta. Deus factus eſt homo quam econuerſo. Homo factus eſt Deus. Cum quo ſimul ſtat quod vtraque ſit propria.

Dub. In hoc art. occurrit dubium circa 3. concluſionē. Nam Author art. 1. huius quæſtionis dicit, quod in vnione paſſiua naturæ ad Verbum, Verbum fuit terminus, ergo ex hoc quod eſt ſubiectū male infertur, quod ſit magis propria. Dico, quod natura humana fuit ſubiectum paſſionis quæ inuenitur in hac vnione. Sed quia ſine aliqua paſſione & mutatione Verbum vere ſuſtentat humanam naturam dās illi ſubſiſtentiam, in factione ſecundum dici, vere eſt ſubiectū, & propoſitio eſt magis propria. Lege Authorem a. 1. 2. obiectione ſecunda.

## QVAESTIO III.

POſtea conſiderandum eſt de prædeſtinationa Chriſti. Et circa hoc quęruntur tria. Primo Vtrum Chriſtus prędeſtinatus fuerit eſſe Filius Dei. Secundo Vtrum iſta prædeſtinatio præexigat neceſſario lapſum naturæ humanæ. 3. An prius præuiſa fuerit vnio naturæ ad Verbum, quam ordo ad gloriam.

### ARTICVLVS I.

*Vtrum Chriſtus prædeſtinatus fuerit Filius Dei.*

AD primum ſic proceditur. Videtur quod non fuerit prædeſtinatus Filius Dei, quia non ſecundū quod Filius Dei prædeſtinatus eſt eſſe Filius Dei, quia non præceſsit ipſum eſſe Filium Dei: prædeſtinatio vt prædeſtinatio, dicit præceſsionem ad illud quod prædeſtinatur. Nec ſecundum quod homo, quia ſecundum quod homo prędeſtinatur eſſe aliquale, ſecundum hoc eſt tale, ergo ſi ſecundū quod homo prędeſtinatus eſt eſſe Filius Dei, ſequitur quod ſecundum quod homo eſt Filius Dei, quod eſt falſum.

Sed contra ad Rom. 1. Factus eſt ex ſemine Dauid ſecundum Carnē, qui prædeſtinatus eſt eſſe Filius Dei in virtute.

Reſpondeo. Cum prædeſtinatio ſit præordinatio alicuius ad gloriam principaliter: & ad alia in ordine ad gloriam, & huic naturæ humanæ in Chriſto prædordinata ſit gloria, & vnio iſta in Verbo in ordine ad gloriam: quia non tanta gloria fuiſſet ſibi conferēda ſi non eſſet vnita, ſicut modo collata eſt. Quemadmodū ergo merita cadunt ſub prædeſtinatione ſine quibus non ordinaretur de congruo quis ad tantam gloriam ſine eis ſicut enim eis ita videtur iſta vnio ordinari ad tantam gloriam de congruo, licet non cadat ſub prædeſtinatione, tanquam meritum. Et iſta ſicut prædeſtinatum eſt hanc naturam vniri Verbo: ita prædeſtinatum eſt Verbum eſſe hominem: & hūc hominem eſſe Verbum. Conſequentiæ probātur per ſimile ſicut dictum eſt de factione paſſiua. Et ſi dicas. Prædeſtinatio primo reſpicit perſonam: & ita oportet hic primo inuenire aliquam perſonā cui Deus primo prędeſtinauit gloriā, & iſtam vnionē in ordine ad gloriā. Nulli autem perſonæ prædeſtinauit illā vnionem. Non perſonę Verbi, vt Verbi, patet. Nec illi perſonæ, vt ſubſiſtenti in natura humana, quia ſic includitur iſta vnio. Reſpondeo, quod poteſt negari iſta propoſitio, quod prædeſtinatio reſpicit ſolam perſonā: ſicut enim Deus poteſt omne bonū aliud a ſe diligere, non tātū ſuppoſitū ſed naturā: ita aliā poteſt alii a ſe præordinare vel præoptare bonū illi conueniens. Et ita poteſt naturæ huic præoptare bonū illi cōueniens, & ita poteſt illi præoptare vnionem iſtam in ordine ad gloriam, & non perſonæ. Verum eſt tamē quod in omnibus aliis ab iſto, prædeſtinatio reſpicit perſonam: quia in nullo alio præordinauit Deus bonū naturę niſi prædeſtinando bonum perſonæ. Et ratio huius eſt quia nulla natura prædeſtinabilis eſt non perſonata perſonalitate creata niſi iſta; & ideo nec ſic poteſt præordinari ſibi nouum niſi iſti. Obiectio. Reſp.

Sed hic ſunt duo dubia. Pro. 1. art.

Ad argumentum poteſt cōcedi, quod ſecundum quod homo prędeſtinatus eſt eſſe Filius Dei: poteſt enim ibi, ly ſecundum quod, determinare actum prædeſtinandi: cū dicitur ſecundū quod prędeſtinatus eſt eſſe Deus, ſecūdū hoc eſt Deus: vel terminum prædeſtinationis. Sic ſecūdum quod eſt Deus, ſecundum hoc eſt Deus. Primo modo maior eſt falſa, & minor vera. Alio modo poteſt diſtingui, pro vt ly ſecundum quod, dicit formalē rationem ſecundum quam extremū de-

 termi-

terminate accipitur in ſe: formaliter enim ille homo eſt Deus, & ſecundum illum hominem & perſonam vt exiſten tem in natura humana pręceſsit pręde-ſtinatio vt eſſet Deus: ſicut ille homo, Deus factus eſt. Si autem, ſecundum quod, accipitur propie vt nota reduplica tionis, ita vt ſcilicet quod dicat cauſam inhęrentię pręedicati ipſi ſubiecto. Hoc modo non ſecundum quod homo eſt Deus, quia non humanitate eſt Deus, Tertio modo poteſt dici. & forte realius quod nec ſecundum quod homo, nec ſecundum quod Deus, pręedeſtinatus eſt eſſe filius Dei quia hoc quod eſt pręde-ſtinari eſſe filius Dei includit duo, quorum alterum puta prædeſtinari requirit in termino aliquid temporale, alterũ puta eſſe filium Dei requirit idem eſſe ęternum. Nunc autem nihil idem eſt ratio iſtorum amborũ in termino: licet enim in termino concurrant duo, vnum tẽporale propter quod poteſt eſſe terminus pręedeſtinationis. Alterum ęternũ propter quod conveniat ſibi eſſe filium Dei: tamen non propter aliquam vnam naturam conueniunt ſibi ambo iſta. Si autem concederetur tunc aliquo modo; ſecundum quod, reſpectu totius pręedicati, no taretur eſſe cauſa reſpectu amborum in pręedicato: & ideo proprie logice loquẽdo, nec ſecundum quod homo, nec ſecũdum quod Deus, pręedeſtinatus eſt eſſe filius Dei.

Sed hic ſunt duo dubia pro 2. art.

*Super Diſt. 7. q. 1. Art. 1.*

Titulus de perſona filii Dei ſecundum humanã naturam intelligitur.

Author in litera tria facit. Primo premittit rationem prædeſtinationis. Secundo reſpondet ad quæſtionem. Vltimo ſoluit obiectionem quam contra ſe facit. Circa primum inquit, quod prædeſtinatio eſt ordinatio, deputatio, ſeu electio alicuius ad gloriam. Et quia quæ a Deo ſunt ordinata ſunt. Cũ Deus ordinat aliquem ad gloriam, ordinat etiam ad conuenientia media, vt pote bona opera. Ideo inquit. Eſt preordinatio alicuius ad gloriam, & ad alia in ordine ad gloriam. Vbi inter media in ordine ad gloriam. numerat iſtam vnionem, quia ſicut alicui non daretur gloria ſi non haberet merita, ita huic naturæ non eſſet collata tanta gratia ſi non eſſet vnita, ſicut modo quia eſt vnita. Et hoc eſt quod inquit. Quod iſta vnio ordinatur ad tantam gloriam licet non cadat ſub pręedeſtinatione tanquã mediũ.

Circa ſecundum hęc eſt concluſio. Sicut prædeſtinatum eſt hanc naturam vniri Verbo, ita prædeſtinatum eſt, Verbum eſſe hominem, & hunc hominem eſſe Verbum conſequentie probantur ſicut dictum eſt de factione paſsiua.

Hæc concluſio includit tres concluſiones. Prima. iſta eſt vera natura humana eſt prædeſtinata vniri Verbo. Secunda concluſio. Verbum pręedeſtinatum eſt eſſe hominem. Tertia concluſio. Principaliter intenta in litera eſt, hunc hominem prædeſtinatum fuiſſe eſſe Verbum. De ſingulis agemus.

*Num natura humana prædeſtinata fuerit ad gloriam.*

Dubium hoc mouetur propter verba Authoris in principio corporis, vbi inquit. Et huic naturæ humanæ in Chriſto prædeſtinata ſit gloria & vnio iſte in Verbo in ordine ad gloriam. Quæ ſententia videtur eſſe falſa, nã vt Author obiicit contra ſe, prædeſtinatio verſatur circa ſuppoſitum non circa naturam quia beatitudo conſiſtit in actu: operari eſt ſuppoſiti, ergo ſuppoſitũ eſt quod prædeſtinatur.

De propoſito dubio videndus eſt S. Tho. 3. p. q. 24. art. 1. in corpore & ſolutione ad 2. vbi videtur negare hanc propoſitionem. Metina ibidem dubio 2. concluſione 4. modo dicit hoc, modo illud, fugit hoc declinat in illud. In principio illius concluſionis aperte negat iſtam propoſitionem. Poſtea videtur aperte concedere quod fuerit prædeſtinata ad vnionem non tamen ad beatitudinem, propter rationem factam, quia prædeſtinatio ad beatitudinem eſt ſuppoſiti. Et quemadmodum Petrus & eius anima eadem prædeſtinatione prædeſtinantur, ita Chriſtus & ſua humanitas, ergo quẽmadmodũ Petrus Primo, & per ſe prædeſtinatur. anima vero eius ſecundario quaſi prædeſtinatur, & vt videtur comprædeſtinatur, ſic Chriſtus primo, & per ſe prædeſtinatur, humanitas ſecundario.

Alii vt ibi refert Metina diſtinguunt inter prædeſtinationem ad vnionem, & ad viſionem beatam, Si ſermo ſit de vnione videntur docere quod humana natura ſit pręedeſtinata ad vnionem, non tamen ad beatitudinem. Sententia Metinæ videtur eſſe quod natura humana nec proprie, nec improprie eſt prædeſtinata in adoptionem filiorum Dei. Ad vnionem vero vere & recte dicitur prædeſtinata nõ tamen proprie. Et ille nouitius Theologus qui diſtinguebat inter prædeſtinationem ad vnionem, & ad viſionem, docere videtur quod ſit vere, & proprie prædeſtinata ad vnionẽ. Metina concedit quod vere ſit prædeſtinata ad vnionem, ſed non proprie. Intelligendo ſic Metinam nulla in illo eſt contradictio ſed ſemper conſequenter loquitur. Ideo falſo Xuarez. 3. part. q. 24. diſput. 50. ſectione 4. in fine commentarius quæſtionis, reprahendit Metinam *Xuarez.* quia approbat quod primo reprobat. Nam Metina reprobat iſtam propoſitionem. Natura humana vere & proprie eſt prædeſtinata ad vnionem. Approbat autem iſtam. Natura humana vere eſt prædeſtinata ad vnionem. Nulla eſt contradictio, quia in ſecunda deeſt ad verbium. Proprie. Ideo male eum arguit Xuarez de contradictione.

Xuarez loco allegato vult quod humana natura non ſit pręedeſtinata ad beatitudinem, bene vero ad vnionem. Et hoc proprie, in quo differt a Metina. Secundo docet quod exeo, quod humana natura

eſt prædeſtinata ad vnionem non debet dici prædeſtinata ſimpliciter ſed cum illo addito, ad vnionem, quia prædeſtinatio eſt ſuppoſiti. Secundo quia prædeſtinatio aliorum hominum abſolute dicta refertur ad beatitudinem, ad quam humanitas non fuit proprie prædeſtinata. Sed Chriſtus abſolute eſt prædeſtinatus, & per eandem prædeſtinationem fuit prædeſtinata natura ad vnionem hypoſtaticam, ideo natura non fuit ſimpliciter prædeſtinata ſed comprædeſtinata. Hoc vltimum non recte intelligo, nam ſi humana natura eadem prædeſtinatione Chriſti fuit prædeſtinata ad vnionem, nõ videtur poſſe dici proprie prædeſtinata ſed comprædeſtinata, & improprie prædeſtinata, vt dicebat Metina. Explicatione res indiget.

Cõtra Metinã eſſe videtur, quia ſi adoptio nec proprie, nec improprie conuenit humanitati, & Chriſtus non eſt adoptiuus, non videtur, quid in Chriſto ex dono & gratia Dei ordinetur ad gloriam. Ergo humanitati eius cõuenit adoptio filiorum Dei. Quãuis in recto humanitas dici non poſſit filius Dei adoptiuus. Et Chriſtus in concreto non debeat dici adoptiuus. De quo Diſt 10.

*Nota pro Scoto.*

Ex mente Scoti dicendum eſt quod natura humana fuit præordinata, & prædeſtinata ad vnionẽ hypoſtaticam abſolute vere & proprie ſine aliqua conditione modificante, & diminuente. Hanc habet Author expreſſe in corpore articuli ſoluendo obiectione 2. vbi inquit. Et ita poteſt illi preoptare vnionem iſtam in ordine ad gloriam, & non perſonæ. Quid clarius. Hanc concluſionem vt refert Metina loco allegato nouitius quidam Theologus defendit. Xuarez loco allegato, docet quod eſt antiquorum Theologorum. Alexand. 3. p. q. 3. in 1. Bonauẽt. d. 11. artic. 1. q. 1. Habet Durand hac d. Hugo Cardinal. & Aymo. ſuper locum Paul. Rom. 1. Qui prędeſtinatus eſt filius Dei in virtute. Exiſtimo etiam quod ſit. S. Thom. 3. part. q 24 art. 1 in corpore, vbi inquit quod ipſa vnio naturarum in perſona Chriſti cadat ſub æterna Dei prædeſtinatione. Hoc eſt ſub prædeſtinatione cadit quod natura humana vniatur Chriſto. Nec oppoſitum vult ſolutione ad 2. Sed quod locus Pauli non debeat ſolum verificari de humanitate, ſed de perſona filii Dei, non ſecundum ſe, ſed prout ſubſiſtit in natura. Ergo non negat quin natura humana fuerit prædeſtinata ad vnionem. Vt enim poſtea videbimus natura humana principaliter fuit prædeſtinata ad vnionem quam ad gloriam ſecundum Thomiſtas. Ex quo in via S. Thom. colligitur optimum argumentum contra Xuarez, qui concedit quod natura humana ſit ſimpliciter prædeſtinata ad vnionem, poſtea vero inquit quod non propterea debet dici ſimpliciter prædeſtinata. Quaſi dicat, ſimpliciter prædeſtinari ad vnionem, non eſt ſimpliciter prædeſtinari. In via Thomiſtarum eſt argumentum. Maius bonum eſt vnio hypoſtatica quam beatifica, ergo ſi ſimpliciter & abſque aliquo addito prædeſtinatur ad vnionem, ſimpliciter dici poteſt prædeſtinata. Antecedẽs aperte concedit ille diſputatione 9. ſectione 2. fol 108. col. 1. Expreſſe docet hanc veritatem d. Aug. de prædeſtinatione ſanctorum. c. 15 dicens. Prædeſtinata eſt naturæ humanæ, tanta & tã excelſa & ſumma ſubuectio vt quo attolleretur altius nõ haberet, ſicut pro nobis ipſa diuinitas quouſque ſe deponeret humilius non habuit. Ratione ſic. Prædeſtinari ad vnionem eſt cognoſci quod ordinatur ad hoc quod vniatur alicui termino, ita vt actio vniendi ſit via præcedens terminum vnionis & cõpoſitionem quæ reſultat ex vnione naturæ humanæ ad diuinam perſonam, ſed tunc nihil eſt quod ſic vniatur & trahatur ad Verbũ niſi ipſa natura humana, quæ precognita vt poſſibilis futura in ſe, ex gratia prædeſtinationis, fuit præordinata vt vniretur Verbo. Hæc preuiſio, hæc præordinatio non fuit circa hominem Chriſtum quia homo Chriſtus ſupponit vnionem naturæ, nil aliud preſupponitur vnioni, niſi natura vnienda Verbo, ergo natura humana vere & proprie preordinata eſt ad vnionem. Secundo idem explicatur ſic. Natura humana in tempore fuit vnita Verbo ſine actione humanitatis, quæ ſe habuit mere paſſiue. Et ſine meritis Chriſti qui non meruit niſi in humanitate aſſumpta, ergo vnionem humanitas præceſſit: hæc vnio fuit maxima gratia, ergo natura præordinata a Deo ad hanc vnionẽ vere fuit prædeſtinata. Tertio ſic. Gratia vnionis, id eſt beneficium hoc quod humanæ natura eſſet vnita, non fuit facta Verbo ſecundum ſe, nec Verbo ſubſiſtenti in humana natura, quia aſſumptio & actio vniendi fuit via præcedens terminum aſſumptionis, & modum illius ſubſiſtentie: ſed ipſi humanæ naturæ quæ fuit aſſumpta vnita & eleuata, ergo ad vnionem ipſa fuit prædeſtinata. Declaremus rem difficilem admittendo caſum quod Deus ſumeret modo aliquem hominem exiſtentem per ſe quod fieri poſſet ſine dubio corrupta propria perſonalitate. Tunc ad vnionem ille homo prædeſtinaretur ad id quod eſt poſt vnionem, nempe ad actiones quæ ſecuntur poſt quam iſte homo eſſet aſſumptus, non prædeſtinaretur iſte homo aſſumptus ſed totum illud compoſitum ex re aſſumpta, & re aſſumente. Sic in præſentiarum, in rei veritate dicimus quod ad merita quæ procedebant ab humanitate vnita, ad actũ beatificum quem non habuit humanitas niſi vnita, non ipſa proprie ſed Chriſtus qui eſt nomen ſignificans compoſitum ex diuina perſona, & humana natura fuit prædeſtinatus. Ad ipſam vero vnionem non Chriſtus ſed natura humana fuit prædeſtinata in qua vnione natura humana mere paſſiue ſe habuit. Et niſi Verbum eſſet Deus viuens etiam nihil ageret ſed paſſiue ſe haberet. Manifeſtatur hoc. Nã inquantum fuit terminus vnionis, nihil egit, ergo non egit vt terminus vnionis, ſed quia ipſe erat Deus viuens.

2. Concluſio. Probabile videtur quod ad viſionem beatificam natura humana non fuerit proprie prædeſtinata, ſed ipſemet Chriſtus, & in illo, natura humana. Quemmadmodum re vera anima Petri eſt præordinata ad viſionem. Sed quia vnita corpori eſt vnus homo, non anima Petri ſed ipſe Petrus dicitur prædeſtinatus. Sic quia viſio beata non cõpetit humanæ naturæ niſi vnitæ Chriſto, dici poteſt, quod Chriſtus vere & propriæ eſt qui prædeſtinatur, humana natura comprædeſtinatur in Chriſto. Habet concluſio fundamentum in verbis Authoris in principio corporis, vbi inquit. Huic naturæ humanæ in Chriſto præordinata ſit gloria. Ergo ſentit quod gloria competit naturæ exiſtenti in ſuppoſito, vnio paſſiua humanitati quæ fuit vnita, & tracta ad Verbum. Corrobatur. Nam in obiectione cum ſubſumit minorem, ſolum loquitur de vnione dicent. Nulli perſonæ prædeſtinauit illam vnionem. Qui ſenſerit quod Scotus loquitur vniformiter, & eodem modo de prædeſtinatione ad viſionem beatam, & ad vnionem, debet dicere, quod

*Nota pro Scoto.*

*Contra Xuarez.*

perſona Verbi non eſt intrinſeca huic naturæ, & quod per vnionem non ſunt eo infuſæ proprietates humanę, & diuinę naturæ: ideo ſicut in hac vnione, ſingularia ac ſpeciale eſt quod natura intellectualis integra ſit ſine propria perſonalitate, ſic ſpeciale fuit quod cum cognita fuit a Deo, vt poſsibilis fuerit ex diuina gratia ordinata ad gloriã ſecundario ad vnionem. Nã naturæ non vnitæ, non decreuit dare ſummam gloriam & gratiam. Quod autem illa gloria nõ conueniat naturæ niſi in ſuppoſito, hoc nõ obſtat, quo minus dicatur prædeſtinata, quia donum illud ipſi naturæ conuenit & illi facta eſt illa gratia, quam recipit per propria, non ſecus quam ſi eſſet ſeparata.

## *Num Verbum prædeſtinatum fuerit eſſe hominem.*

QVæſtio habet ſedem apud Anthorem ad medium corporis vbi inquit. Sicut prædeſtinatum eſt naturam humanam vniri Verbo, ſic prædeſtinatum eſt Verbum eſſe hominem. Ratio dubii, nam cum quis prædeſtinatur, ordinatur ad aliquam gratiam. Verbo nulla facta eſt gratia nec fieri poteſt quia omnia habet per naturam: igitur nõ fuit prædeſtinatum fieri hominem.

Ad hoc dubium dico, quod iſta propoſitio. Verbum eſt prædeſtinatum. Vel Filius Dei eſt prædeſtinatus, nullo modo eſt vera, quia denotatur quod aliqua gratia facta fuerit Filio Dei quod omnino eſt falſum, vt probat ratio dubitandi.

2. Concluſio dicendo, Filius Dei prædeſtinatus eſt eſſe homo, eſt vera & concedenda. Concedit Alexand 3.p.q 3 M.2. S. Thom 3.p q.24. art.2 ad 3. Expoſitores ibidem. Denique nullus eſt qui neget. Eſt dubiũ an talis propoſitio ſit propria an vero impropria. Durand. hac d.q.3. negat iſtam propoſitionem eſſe propriam. Hanc ſententiam ſequitur. Marſil. in 3. q 7. ampl ectitur Gabriel d.10. Ratio huius eſt quia de ratione prædeſtinationis eſt, quod prædeſtinatus præordinetur ad aliquod gratuitum, quod eſt ſupra vires, & virtutem prædeſtinati. Sed filius Dei eſt homo propria virtute, ergo quamuis iſta ſit vera. Filius Dei prędeſtinatus eſt homo, non tamẽ eſt propria, quia non verificantur omnes conditiones prædeſtinationis.

3. Quod Verbum ſit homo non eſt gratia proprii ſubiecti, ſed aliorum hominum, propter quorum ſalutem factus eſt homo. ergo quamuis non eſſet homo ex propria virtute, ſed ſolum ex virtute Patris nõ eſſet prædeſtinatus, quia nulla ei facta eſt gratia.

S. Thom. 3.p.q 24. art 2 ad 2. concedendo hanc rationem Durandi inquit Quia gratia nõ eſt facta Filio Dei ſed potius humanæ naturæ, vt Filio Dei vniretur. Magis proprie poteſt dici quod Chriſtus ſecũdum quod homo eſt prædeſtinatus eſſe filius Dei, quam quod Chriſtus ſecundum quod Filius Dei ſit prędeſtinatus eſſe homo. Propter hęc verba D. Tho. Medina loco allegato dubio primo, concluſione 5. inquit quod vtraque eſt propria, hæc vero minus propria. Quod autem iſta ſit propria ſuaderi poteſt, quia proprie dicitur, Verbum factum homo. ergo prędeſtinatum vt ſit homo. Videtur ſententia Scoti in corpore ante obiectionem. Seraphicus Bonauẽt. hac d. art. 2 q. 2 docet quod in hac propoſitione ly prædeſtinatio, tenet nomen commune vt idem ſit, Filius Dei prædeſtinatus eſt homo, quod præuiſus eſt eſſe homo, quod eſt veriſsimum. Quia tunc non denotatur, quod aliqua gratia facta fuerit Verbo, ſed quod Deus cognouerit Verbum vniendum eſſe humanitati. Hæc ſententia Bonauent mihi maxime placet. Si dicas hoc in rei veritate eſt concedere quod non ſit propria, quia prædeſtinatio non ſolum dicit præuiſionem ſed præordinationem ad beneficium. Dico quod ſententia d. Bonau. eſt veriſsima. Si hoc eſt concedere quod non ſit propria concedatur. Amicus Plato magis amica veritas.

Ad rationẽ pro alia ſententia, dico, quod de ratione factionis ſolum eſt quod per factionem facientis aliquid ſit tale, quamuis non ſit mutatio, vt dictum eſt. De ratione prędeſtinationis, eſt quod fiat aliqua gratia prædeſtinato, non termino prædeſtinationis, ideo cum Verbum ſignificatur, vt ſubiectum, humana natura vt terminus, propoſitio nullo modo poteſt eſſe propria, ſuaderi poteſt ſic. Cum dicitur, iſte homo Chriſtus, eſt prædeſtinatus filius Dei, eſt vera & propria, quia filius Dei ſignificatur, vt terminus, & humanæ naturæ gratia fuit, quod vniretur huic termino. Si propter hoc eſt propria, ergo cum vice verſa Filius Dei ſignificatur vt ſubiectũ, omnis gratia excluditur. Nam nemo dat quod non habet. Et nemo indiget aut recipit quod habet. humana natura recipit gratiam per iſtam vnionem, ergo cum eſt extremum, nullam confert gratiam Filio Dei. Si Filius Dei dat gratiam, cum ſignificatur vt ſubiectum, in eo continetur tota gratia, & nulla eſt extra, quam poſsit accipere ex termino.

Ad Scotum dico, quod ſolum docet, quod Verbum eſt prædeſtinatum eſſe hominem. Cum loquit, conſequentiæ probantur per factionem. Solũ vult quod ſicut valet Verbum factum eſt homo, & econuerſo homo factus eſt Deus: ſic valet. Hic homo eſt prædeſtinatus Filius Dei, & Verbum eſt prædeſtinatum homo. Cum quo ſtat quod iſta poſsit eſſe vera, & propria. illa vera non propria, & econuerſo. Et de propria vel impropria ipſe non meminit.

Sed quæres, quare de nominatione quadam, Filius Dei non poſsit dici prædeſtinatus abſolute ſine aliquo addito, & Deus dicitur mortuus, nam vtro bique videtur eadem ratio. Si enim dicitur quod fuit mortuus ratione humanæ naturæ quæ fuit mortua, ſimili ratione ex prædeſtinatione humanæ naturæ poterit dici prædeſtinatus. Dico quod mors de ſe eſt ſeparatio animę a corpore, ideo de ſe denotatur quod anima quæ erat in Deo fuerit ſeparata a corpore, quod erat in Deo, & cum conſtet ratione naturali, quod Deus non ſit compoſitus, ſi dicitur mortuus, eſt ratione alicuius exiſtentis in illo: quia mors denotat ſeparationem partium compoſitarum, ideo recipi potuit hæc propoſitio. Deus eſt mortuus, quia idem eſt, quod homo mortuus erat Deus. In hoc ſenſu fuit admiſſa, & recepta. Patet ex prima prolatione, cum Centurio, & qui cum eo erant Matth. 27. dixerũt. Vere Filius Dei erat iſte. Id eſt, iſte homo pendans in cruce erat Filius Dei. Cum ergo hæc veritas pendeat ex facto contingenti, & quando factum eſt qui moriebatur erat Deus iure optimo accepta & introducta eſt hæc veritas. Deus eſt mortuus. Cum vero prædeſtinatio ſit actus Dei præordinantis aliquẽ ad donum, quamuis natura humana fuerit prædeſtinata, iure optimo negatur iſta. Deus eſt prædeſtinatus, quia videtur applicare ſuũ ſignificatũ ipſi Deo ſecundum ſe quod eſt falſum. Vltimo mors ſupponit vnionem ideo eſt communicatio idiomatum. Prædeſtinatio in dicta propoſitione antecedit vnionem

nem ideo non conceditur excommunicatione idiomatum

*Num iſta ſit vera, Chriſtus eſt prædeſtinatus Filius Dei.*

Rom. 1. QVæſtio quæ in explicationem loci Pauli ad Rom. 1. Qui prædeſtinatus eſt Filius Dei in virtute, mouetur, ſine adiutorio Pauli ob ſui difficultatem explicari minime poteſt. Nã vt inquit Petrus epiſtolæ 2. cap. 3. in Paulo ſunt quædam loca difficilia.

Locus iſte, inter illa difficilia quæ locutus eſt Paulus iuſte numerari poteſt. Eſt autem circa iſtam propoſitionem duplex quæſtio. Alia de lectione. Alia de verificatione. De lectione ſunt qui dicant non eſſe legendum. Qui prædeſtinatus eſt, ſed qui declaratus eſt. Ita legunt Chryſoſt. Cyrillus, Euſebius, Euthy-
Chryſoſt. mius, & Tertulianus, Theophilatus, & alii expoſitores ſuper illum locum. Quos ſequuntur inter modernos Caietanus, Pagninus, & Heraſmus qui docet hanc lectionem eſſe ſequendam, & anteferendã omnibus. Hæc lectio fugit & vitat omnem ſcholaſticã controuerſiam, nam tunc non eſt ſermo de prædeſtinatione, ſed de declaratione, manifeſtatione, & glorificatione, ſeu clarificatione, qua Chriſtus fuit declaratus Filius Dei patrando miracula. Sic Ioann. 9. dixit. De quodã ceco, quod natus eſt vt manifeſtentur opera Dei, & quaſi ſub ſumendo minorem ſubiungit. Me oportet operari opera eius qui miſit me. Id eſt ſanando illum manifeſtatur me eſſe Deum, cum illo qui miſit me. Sic Marci 2. Cum oblatus eſſet Chriſto quidam paralyticus, & ille dixiſſet. Remittuntur tibi peccata tua. Et Iudæi dixiſſent in cordibus ſuis quod blaſphemaret, quia ſolus Deus poterat remittere peccata, ſanando illum probauit eſſe Deũ, & poſſe remittere peccata. Et Ioann. Si non veniſſem &
Ioann. locutus eis non fuiſſem peccatum non haberent. Intellige peccatum infidelitatis non credendo illum eſſe Deum. Sanando ergo & ſanctificando hominem, declaratus eſt Filius Dei. Secundo ſurgendo a mortuis. Nam non ſurrexiſſet a mortuis, niſi eſſet Deus iuxta quod inquit Paulus 2. Cor 13. Si crucifixus eſt ex infirmitate, ſed ſurrexit ex virtute intellige diuine. Declaratus eſt Filius Dei in morte, cum tenebræ factæ ſunt. Nam tunc dixit Centurio. Vere filius Dei erat iſte. Denique cum miſit Spiritum ſanctum maxime declaratus eſt Filius Dei. Quia conuenit multitudo & mente confuſa eſt. Tunc adimpleuit promiſſum, & probauit eſſe in Cælo, qui de cælo Spiritũ ſanctum mittebat. Sed hæc lectio licet contemnenda non ſit, non tamen eſt omnibus anteponenda, vt inquit Heraſmus. Sed vulgata lectio eſt omnibus anteponenda, vt habetur in Concilio Tridentino, ſeſſ. 4. vbi dicitur. Quod vulgata lectio nullo prætextu eſt reiicienda, ſed pro autentica habenda in publicis lectionibus, diſputationibus, & prædicationibus. Hanc lectionem tanquam antiquam, & veram Doctores antiqui ſunt venerati ac ſequuti. Hieronymus, & Ambroſ. ſuper iſtum locum Aug. 11. de Trinitate c. 6. De prædeſtinatione ſanct. cap. 15. Et tract.
Hieron. 105. in Ioannem Hilarius 7. de Trinitate. Ireneus 3. contra hæreſes. c. 18. & 32. Tertulianus contra Praxeam legit qui definitus eſt.

Sequendo lectionem vulgatam & accipiendo prædeſtinationem pro preordinatione, & decreto diuine diſpoſitionis ordinantis hoc in illud, non ſimplex ſed multiplex eſt huius loci explicatio euitans Theologicam cõtrouerſiam. Prima eſt Origenis qui Origenes.
inquit quod ly prædeſtinatus, non debet ſe tenere ex parte prædicati, ſed quaſi adiectiuum nomen, cõſtituendum eſſe ex parte ſubiecti. Tunc ſenſus erit. Qui prædeſtinatus, eſt Filius Dei. Id eſt. Ieſus eſt prædeſtinatus, & iſte qui eſt prædeſtinatus, eſt filius Dei. Quorum vtrunque eſt verum. ſed non ad mentem Pauli. Hanc expoſitionem refert, & approbare videtur Caietanus ſuper iſtum locum.

Alia explicatio eſt quod Chriſtus eſt prædeſtinatus, non vt eſſet Filius Dei ſed vt manifeſtaretur Filius Dei, nam in ſacris literis cum res manifeſtatur dicitur fieri. Vt Apocalyp. 5. Dignus eſt agnus qui occiſus eſt accipere diuinitatem, Id eſt haberi, & adorari vt Deus. Sic Prædeſtinatus eſt filius Dei. id eſt prædeſtinatus eſt, vt cognoſcatur filius Dei. Hęc expoſitio non differt in re a lectione Gręca quæ habet. Declaratus. ſequendo ergo lectionem vulgatam, amplectitur ſenſum Græcæ lectionis. Hanc ſequitur Ambroſ. & gloſſa. Contra iſtam explicationem. Si homo Chriſtus fuit prædeſtinatus, vt cognoſceretur Deus, Etiam videtur prędeſtinatus, vt eſſet. Nam ille homo in quantum homo, non ex natura, ſed ex dono, eſt Deus, & ex gratia habet illam denominationem, quæ ſequitur, & oritur ex vnione, ergo cum prius ſit eſſe, quam cognoſci, & maior gratia fuerit eſſe Deũ quam cognoſci Deum, quatenus ad cognoſci fuerit prædeſtinatus, videtur etiam ad eſſe. Et ſic diminuta videtur illa explicatio.

3. Explicatio eſt quód illud, quod ponitur a parte prædicati ponatur a parte ſubiecti, vt ſit ſenſus. Qui Filius Dei prædeſtinatus eſt vt eſſet homo. De qua propoſitione late egimus dubio præcedẽti. Hæc explicatio eſt Hieronymi, & Titelmani ſuper hunc locum Pauli.

4. Explicatio eſt quod fuit prædeſtinatus vt faceret quam plurima miracula, & vt nos ſanctificaret moriendo pro nobis & reſurgendo a mortuis iuxta illud eiuſdem Pauli. Mortuus eſt propter delicta noſtra reſurrexit propter iuſtificationem noſtram. Hãc explicationem habet Cyrillus lib. 5. de fide ad reginas. Placuit Aug in expoſitione inchoata epiſtolæ ad Rom. Eam ſequitur Titelmanus, & Caiet. ibidẽ.

Hæc explicatio eſt maxime ad mentem. D. Pauli in illo loco, Nam quadrat cum Verbis ſequentibus. Secundum iſtam, obiectum prædeſtinationis eſt Filius Dei, terminus, eſt noſtra ſanctificatio. Et iuxta ſenſum S. Bonau. dubio præcedenti, ſenſus erit. Filius Dei prędeſtinatus fuit futurus homo, homines ſanctificãs & rectificans. reſurgendo a mortuis aut alio modo. De Verbis ſequentibus modo non curo.

Omnes iſtæ expoſitiones, & ſi quæ ſunt aliæ non abſoluunt quæſtionem Theologicam ſatis dubiam in qua quæritur an Chriſtus ſit prædeſtinatus Filius Dei ita vt diuina filiatio, & eſſe Filium Dei fuerit terminus prædeſtinationis, nõ ſanctificatio noſtra, aut reſurrectio ex mortuis aut aliquid aliud. Ratio vnica ipſaque difficilis eſt, quia in prædeſtinatione debet Difficultas quæſtionis.
aſsignari quod prædeſtinatur, gratia ſeu donum ad quod per beneficiũ prædeſtinationis ordinatur. Verbi gratia, cum Petrus prædeſtinatus eſt ad gloriam, datur Petrus qui poteſt prædeſtinari, & non prædeſtinari quia ante ſcientiam prædeſtinationis, datur quædam Dei cognitio qui me cognoſcit, & poſtea vult me eſſe, & cum poſſem eſſe non ordinatus ad gloriam ex diuina gratia & eius beneplacito ſui ordi-

natus ad gloriam. Hic detur ſubiectum, & datur gloria quæ eſt terminus ad quem Petrus ordinatur per prædeſtinationem, hic aperte inuenitur ſubiectum, & terminus. Et ille terminus non includitur in ſubiecto ſeu obiecto prædeſtinationis, imo eſt aliquid extra ipſum. Sed in hac propoſitione, Chriſtus eſt prędeſtinatus Filius Dei, non datur obiectum prædeſtinationis præcedens, & antecedens terminum prędeſtinationis. nā ipſe Chriſtus, eſt Filius Dei & ſupponit pro homine Deo, ergo non datur aliquid præcedens quod prædeſtinetur ad eſſe Filium Dei, niſi humana natura. at iſta eſt falſa, humana natura eſt Filius Dei, ergo nullomodo poteſt verificari illa, Chriſtus eſt prædeſtinatus Filius Dei. Non enim dicitur homo prædeſtinatus rationalis, aut vt habeat animā quia hoc in cōceptu eius includitur ille homo Chriſtus eſt filius Dei propter vnionem ad Deum Cum dico. Chriſtus, includitur vnio humanæ naturæ ad Deum, quæro ergo vnde habet illam vnionem. Dices, quod per diuinam præuiſionem & ordinationem. Quæro ergo extremum quod per talem præordinationem vel vnionem recipit gratiam, igitur non Chriſtus, ſed humane natura, aut Filius Dei, eo ſenſu quo dictum eſt ſupra, fuit prædeſtinatus.

Hoc argumentum adeo difficile eſt, vt dixerit Caietanus. D. Tho. magnam ſuſcepiſſe prouinciam in exponendo locum Pauli de propria ratione prædeſtinationis. Metina inquit, quod prouincia eſt difficilis ſed eam libenter ſe ſuſcipere pro D. Tho. defendendo, pro Paulo exponendo, pro Chriſti dignitate amplificanda, & exaltanda.

*Dur.* Hoc argumento conuictus Durand. hac d. q. 3. quem ſequitur Palud eadem quæſtione, & d. dixit, hanc propoſitionem Chriſtus eſt prædeſtinatus Filius Dei, eſſe veram non tamen propriam. quia non eſt antecesſio inter ſubiectum, & terminum. Ideo explicandi eſt in hoc ſenſu. Prædeſtinatū eſt vt hic homo Chriſtus eſſet Filius Dei, nam prædeſtinando naturam ad vnionem cum Filio Dei prædeſtinatum eſt hunc hominem eſſe Deum. Hunc ſenſum manifeſte habere videtur Scotus in hoc art. vbi primo pro

*Scot.* indubitato habet quod humanæ naturæ prædeſtinata ſit gloria, & vnio in Verbo in ordine ad gloriam. quia poſtea in. q. Sicut prædeſtinatum eſt hanc naturam vniri Verbo ita prædeſtinatum eſt, Verbum eſſe hominem, & hunc hominem eſſe Verbum, conſequentie probantur per ſimile ſicut dictum eſt de factione paſſiua.

D. Thom. Vult quod vere & proprie Chriſtus in quantum homo, ſit prædeſtinatus Filius Dei, ita vt non ſolum de humana natura ſit locus explicandus ſed de homine Chriſto. Hanc expoſitionem habet Aug libro de prædeſtinatione ſanctorum c. 15. vbi inquit. Præclariſſimum lumen prædeſtinationis & gratiæ ipſe ſaluator eſt, ipſe mediator Dei & hominum homo Chriſtus Ieſus. Ad idem eſt Bernard. libro 5. de conſideratione circa finem dicens. Diuinitas, hominem illum qui prædeſtinatus eſt Filius Dei ſibi copulauit. Hunc ſenſum ſequuntur interlinearis. Lyre. Carthuſian. Magiſter ſent. & Adamus in Paulum. Antiquiſſimus Tertulianus libro aduerſus Praxeam circa finem. Alexād. 3 p. q 3. in 2. & 3. in corpore vbi inquit, Cum dicitur ille homo eſt prædeſtinatus Filius Dei, ſenſus eſt, ideſt præordinatus ex gratia ad hoc quod ſit Filius Dei, eundem ſequitur Marſil in 3. q. 7 artic. In hac quæſtione oportet oſtendere ſenſum propoſitionis, Senſum ac mentē Pauli Denique quid de hac re ſenſerit Scotus.

Ad hoc ſuppoenendum eſt, nullam inter Catholicos eſſe controuerſiam de re quia omnes concedūt quod Deus ab eterno cognouit & voluit vnire duas naturas, humanam & diuinam, in vna diuina perſona, & quod ratione vnionis Deus eſt homo, & homó Deus, & quod in hac vnione nulla eſt facta gratia Filio Dei ſed humanæ naturæ. Eſt ergo quæſtio de ſermone & verificatione.

2. Supponendum eſt quod perſona diuina nō eſt prædeſtinata, quia effectus prædeſtinationis nō illi conueniunt. nā perſona diuina vt ſuſtentat naturā humanam fuit prædeſtinata, quia hæc conſideratio ſolum addit quādam relationem rationis. Neceſſario, ergo debet includi ipſa natura humana ad hoc quod propoſitio ſit vera.

Hoc ſuppoſito Caietanus oſtendit quomodo hæc propoſitio ſit verificanda & quomodo detur antecesſio dicens. Quod obiectum prædeſtinationis eſt Verbum incarnatum vt abſtrahit a vere & ſubſtantiali incarnatione, & a ficta incarnatione, quam hæretici fingunt. Terminum vero huius prædeſtinationis eſſe Verbum ſubſtantialiter incarnatum. Hæc doctrina voluntarium figmentum eſt. Nam ab extremis veris vt pote rationali & irrationali, abſtrahi poteſt aliquod commune, non vere exiſtens in re, habens tamen fundamentum in re; ſed ab homine vero & ficto qui nihil eſt, nihil commune abſtrahi poteſt habens fundamentum in re. Secundo quia Caietanus non aſsignat obiectum quod per prædeſtinationem ſit Filius, ſed vel nullum obiectum aſsignat, vel aſsignat ipſum Verbum, non vere incarnatum, vt ſit vera incarnatum. Et tunc Deus in mente ſua preconciperet Verbum ſic abſtractum aut non vere incarnatum quod rationi, & Theologiæ diſſonum eſt quia in Deo nō ſunt hę abſtrationes. Potius verificat propoſitionem precedentis dubii quam propoſitionem huius dubii aſsignans pro termino. Deū eſſe verum hominem. In hac autē propoſitione, pro obiecto eſt aſsignandus homo. Pro termino prędeſtinationis hominis, aſsignandus eſt Filius Dei. Dura certe & difficilis ſibi prouincia fuit verificare iſtam propoſitionem.

Ad explicandam hanc difficultatem conſiderandum eſt quod in hoc homine demōſtrato Chriſto eſt perſona diuina, & eſt natura humana, hæc natura humana poteſt conſiderari per ſe & ſecundum ſua abſoluta, vt ſic conſiderata nec illa eſt Filius Dei nec eſt Chriſtus, nec prædeſtinata vt ſit Filius Dei ſed prædeſtinata ad vnionem Filii Dei quia tunc ſignificatur vnio vt terminus & quod Verbo fuit vnitum, fuit natura humana de quo iam ſupra Cum ergo in Chriſto nō ſit niſi perſona diuina, & natura humana, inſuper vnio vtriuſque. Et perſona diuina nō ſit prædeſtinata, & prędeſtinatio naturæ non ſufficiat ad verificandam propoſitionem de qua grandis, & difficilis nobis ſermo impreſentiarum, difficile eſt aſsignare obiectum prædeſtinationis diſtinctum a termino prædeſtinationis, nēpe eſſe Filii Dei. Ad hoc aſsignandum ſciendum quod plurimi ſancti concedunt Verbum aſſumpſiſſe hominē, ſic. Auguſt. Ambroſ. in hymno. Tu ad liberandum ſuſcepturus hominem. & in Concilio Toletano 11. dicitur. Solam perſonam Filii verum hominem ſine peccato ex ſancta & immaculata Virgine aſſumpſiſſe. Quod plus eſt Paul. ad Hebr. 2 inquit. Nuſquam Angelos apprehendit ſed ſemen Abrahæ. Vbi vſus eſt non *Paul.*

abſtra-

*Caiet.*

abſtracto ſed concreto dicendo, Semẽ Abrahæ. Ideſt, hominem deſcendentem ab Abraham, genitum ex deſcendente ab Abraham. Dicendo ſic, factus eſt ve rificatio huius propoſitionis. Dicemus enim quod homo aſſumptus fuit prædeſtinatus. Sed hoc parum eſt, quia hoc, idem eſt quod dicere, humanitas eſt prædeſtinata. Quia in præ dictis locutionibus non ſignificatur vnio, vt in facto eſſe, ſed vt in fieri ideo homo & humanitas re vera idem ſunt.

Secundo conſiderare poſſumus humanitatem, vt aſſumptam & vnitam hic additur vnio ad perſonã. Vnitæ perſonæ eſt depẽdere e perſona, & habere participatam ſubſiſtẽtiam perſonæ, nam adhoc vnitur. Vt ſic vnita proprius quam in prægredenti notabili poteſt dici homo, quia iam concernit exiſtere proprium ſecundum noſtram ſententiam, & concernit ſubſiſtere in Verbo. Illud autem ſubſiſtere Verbi nõ includitur intrinſece ſecundũ ſe, ſed vt id e quo & in quo humanitas habet ſubſiſtere, vel exiſtere, ratione cuius iam dici poteſt homo. Hoc quod dixi manifeſto exemplo. Philipp. & alij Apoſtoli non videbant Verbum, nec vnionem ad Verbum, ſed humanitatem vnitam. Demonſtrato Chriſto dicere poterant, hic homo ambulat, hic homo eſt beatus, homo beatus erat filius Dei, ſed in illa propoſitione nõ includitur filius Dei ſecundum ea quæ ſunt Dei ſed ſecundum hominem. In iſta Hic homo eſt filius Dei naturalis, non ſolũ includitur vnio hominis ad Deũ ſed includitur ipſa diuina perſone de qua prędicatur, Deus, cuius modo eternaliter per generationem. Sicut igitur hic homo potuit videri oculis corporis, ſic potuit præcognoſci a Deo, & ordinari vt eſſet filius Dei. Et potuit dicere Philippus, Hic homo eſt dilectus a Deo. Et Pater dixit. Filius meus dilectus. Ergo dicere vere poteris hic homo fuit dilectus vt eſſet filius Dei, & prædeſtinatus filius Dei, nam hic homo eſt filius Dei & iſtud tantum homo non habuit ex natura ſua quod ſit filius Dei, ſed ex dono, ergo vere dicitur quod eſt prædeſtinatus filius Dei ideſt ſine prædeſtinatione non haberet quod ſit filius: ergo per prædeſtinationem habet, ergo eſt prædeſtinatus. Obſtas. Igitur ſupponis vnionem hã. vnionem vnde habuit? Certe per prædeſtinationem, ergo terminus prædeſtinationis fuit vnio. & antea nihil antecesſit niſi humanitas, non hic homo in. ate conſideratio, ſed eo modo quo loquitur Auguſt. ergo propoſitio non eſt propria, ſed impropria. Dico, quod ſi Deus ab æterno crearet hominem vnitum obiecto beatifico abſque vlla anteceſsione temporali, ille homo eſſet prædeſtinatus ad beatitudinem, quia haberet beatitudinem per prædeſtinationem. Vnde docemur aperte, quod ad hoc quod quis dicatur prædeſtinatus vere & proprie, non requiritur illa anteceſsio temporalis, ſed quod prædicatum, ideſt terminus prædeſtinationi ſibi conueniat ex diuina prædeſtinatione, ex diuino beneficio, ideo ſenſus huius propoſitionis. Chriſtus eſt prædeſtinatus filius Dei, eſt, in quãtũ homo, hic homo per prędeſtinationẽ habet quod ſit filius Dei quia prærogatiuus eſt eſſe filium Dei ex dono Dei, & diuina præordinatione.

Fauet Hierony. to. 9. ad Eph. 4. in illa verba. Sicut eſt veritas in Ieſu. Dicens. Vocabulum Ieſus, interdum, hominem ſignificat qui a Deo verbo eſt aſſumptus. Vbi hominem cum vnione ſignificat & infra Si quãdo dicit Ieſus, ego ſum via veritas & vita, iuxta id dicit quod eſt filius Dei cum autem ſcribit Paulus. Sicut eſt veritas in Ieſu, de templo corporis loquitur. *Ideſt de homine.* Vbi non loquitur de homine quem vniuit ſibi Dei filius ſed de iam vnito. Ideſt non vt in fieri, ſic humanitas fuit vnita, ſed de homine ſecundum noſtram conſiderationem. Sic Dominus ad Philipp. Ioan. 14. Qui videt me videt & Patrem. Ab homine viſibili incepit, & purum hominem exiſtimabat Philipp. ſecundum Auguſt. ſerm. 5. feriæ 4. Pentecoſt. & 1. 10. de Trinitate cap. 9 ille ergo homo fuit prædeſtinatus.

Ideo minus acute & docte expiicet hanc quæſtionem Medina loco allegato, qui preſſus argumẽti quinti confirmatione. fol. 531. col. 5. ad finem inquit. Ad confirmationem reſpondetur, quod prædeſtinatio non poteſt conuenire Chriſto, niſi ratione humanæ naturæ, & ideo humanitatem, ipſe præordinauit ſibi in vnitatem perſonæ adiungere, & ex hac præordinatione ipſe Chriſtus dicitur prædeſtinatus, nõ eſt opus, quod ſit inferior, &c. Si non eſt pluſquam denominatio reſultans ex prædeſtinatione humanitatis, vtrũque infertur ſimul. Primo, quod nulla ſit differentia quem conſtituit inter D. Tho, & Durandũ, nam ſic bene cõcedet Durandus quod Chriſtus fuit prędeſtinatus. Sic Deus denominatur mortuus. Sic (vt videbimus q. 10.) Chriſtus a Catholicis dicitur filius naturalis, & adoptiuus. Secũdo quod male negauerit naturã humanã eſſe prædeſtinatã, nã ſi ipſe fuit improprie prædeſtinata, & a prædeſtinatione humanitatis Chriſtus fuit prædeſtinatus. Ab humanitate eſt homo, ſi eſſet humanitas aliquid improprium, Chriſtus non eſſet homo proprie, explicatione rex indixet. Si dicas, ergo ponis duas prædeſtinationes. Nego illud ſed pono quod eodem actu natura ſit prædeſtinata ad gloriam ſecundum Scotum & in ordine ad gloriam prædeſtinata eſt ad vnionem, & ſic exiſtens in Deo prædeſtinatus eſt, vt eſſet filius Dei, homo ille. Et hoc vult Scotus cum inquit. Conſequentie probetur per ſimile de factione. Ideſt ſicut e factione peſſima concomitans ſecundum dici, a qua Verbum dicitur factum homo, & inde reſultat vera iſta Homo factus eſt Deus ſine aliqua præceſsione quæ non requiritur. Sic natura humana eſt prædeſtinata ad vnionem cum vera preceſsione, & eſt vera iſta, homo iſte eſt prædeſtinatus, quamuis non preceſſerit vnionem: ſed iam ſupponitur vnio. Cum dicimus quod natura humana præceſſerit, non intelligimus quod per aliquod tempus fuerit in ſe, & poſtea, fuerit vnita, ide de cognitione. Sed quia in hac, natura humana eſt prædeſtinata ad vnionem, ſub, obiecto prædeſtinationis non clauditur vnio, imo eſt terminus ad quem prædeſtinatur. In hac, homo Chriſtus, homo Ieſus, includitur modus vnionis, & ſubſiſtentia per vnionem, ſed quia non ſignificatur eſſe filij Dei formaliter, ſed hic homo, vt ſic formaliter conceptus, vera eſt iſta Chriſtus prædeſtinatus eſt filius Dei. Hoc intelligit S. Thom, quæſt. 24. art. 2. cum inquit, Chriſtus ſecundum quod homo eſt prędeſtinatus. Vnde male Medina in hac parte connumerat Scotũ tanquam diuerſum a S. Tho. Si dicas ſic dicere eſt ſolum ponere quendam denominationem. Dico eſſe falſum, nam quamuis factio cum mutatione non ſit in Verbo ſed in humana natura, adhuc quia vere de non habente humanitatem ſibi vnitam, habuit illam, non ſolum mera denominatione, ſed in veritate quæ ſufficit ad proprietatem ſermonis dici poteſt factũ, in adoptione nõ ſic proprie poteſt dici adoptatus. Quãuis ſine hereſi, de nominatione quadam extrinſeca denominari poteſt

adop-

adoptiuus ſecundum aliquos ab adoptione humanæ naturæ, de quo diſt. 10. Sed gratia non recipitur in Verbo ſicut humana natura quæ vere & immediate ei vnitur, ideo vere & proprie dicitur factus homo quamuis facto paſsio eum mutatione in humanitate ſit. Sic dicendum videtur quod non ſolum denominatione quadam extrinſeca e prædeſtinatione humanitatis, ſed proprietate quadam dici poteſt prædeſtinatus, & hoc forſan voluit Author cum dixit. Et huic naturæ humanæ in Chriſto Ideſt non ſolum prædeſtinatio conuenit naturæ humanæ, vt eſſumitur, ſed vt aſſumpte vt dictum eſt. Sed inſtas

*Obiectio not.* inquirendu in hac prædeſtinatione quid concepit Diuinus intellectus vt ſubiectum, & quid vt terminus prædeſtinationis: in hoc enim tota conſiſtit difficultas. Dico, quod diuinus intellectus voluit vnire humanam naturam Verbo, vt ſic homo ille eſſet Filius Dei. Ideo iſta eſt veriſsima. Iſte homo demonſtrato Chriſto, eſt prædeſtinatus filius Dei. Quia ex prædeſtinatione habet hanc gratiam, & hoc ſummum beneficium, & hoc videtur, velle Scotus ſecūda ſolutione cum inquit. Formaliter enim ille homo eſt Deus, & ſecundum illum hominem, & perſonam, vt exiſtentem in natura humana precedit prædeſtinatio, vt eſſet Deus ſicut ille homo, Deus factus eſt. In hac ſolutione vult quod ſi ly, ſecundū quod, teneatur reduplicatiue denotans cauſam inherentiæ prædicati ad ſubiectum non ſecundum quod homo eſt Deus per prædeſtinationem, ſed tantum ſi ſumatur ſpecificatiue.

*Sest. ad vnicū argument.*

Vltima inquit, quod proprie, nec ſecundum quod Deus, nec ſecundum quod homo, eſt prædeſtinatus, filius Dei. Quia hoc quod eſt prædeſtinari filius Dei includit duo puta prædeſtinari, quod aliquid temporale requirit. Includit ſecundo eſſe Filiū Dei, quod requirit aliquid æternum. Et horum duorum nihil idem eſt ratio amborum, ideo non poteſt proprie dici, ſecundū quod homo eſt prædeſtinatus filius Dei. Cum autem conceditur prædeſtinatus, & dicatur quod hoc proprie non ſibi conueniat ſecundū quod homo. Nec ſecundum quod Deus, eſt dicere quod mere contingenter conuenit illi homini, quod ſit Deus ex prædeſtinatione. Sicut ſiquis diceret quod Petrus eſt albus & hoc nec ſecundum quod rationalis, nec ſecundum quod animal ſed mere contingenter ſicut poſſet eſſe niger.

Sed hic ſunt duo dubia. Primum verū iſta prædeſtinatio præexigat neceſſario lapſum naturæ humanę ✱ quod videntur ſonare multe authoritates.

## ARTICVLVS II.

*Vtrum iſta prædeſtinatio præexigat neceſſario lapſum naturæ humanæ.* ✠

AD ſecundū ſic proceditur. Videtur quod neceſſario requiratur lapſus naturæ humanæ quia hoc videntur ſonare multæ authoritates, quæ ſonāt Filium Dei nunquam fuiſſe incarnatum ſi homo non cecidiſſet.

1. Matt. 18. Venit enim filius hominis ſaluare quod perierat. Lucę 19 Filius hominis venit ſaluum facere quod perierat. Ioannis 3. Sic Deus dilexit mundum vt filium ſuum vnigenitū daret, vt omnis qui credit in eū nō pereat ſed habeat vitā ęternam. Galat. 4. Miſsit Deus filiū ſuum factum ex muliere, factum ſub lege vt eos qui ſub lege erāt redimeret.* *• Additio Autoritatum. Matth. Ioann. Galat.*

Reſpondeo, quod ſine prçiuditio dici poteſt, quod cum prædeſtinatio cuiuſcunque ad gloriā præcedat ex parte ordinis naturalis præſcientiam peccati vel damnationis cuiuſcunque ſecundum opinionem vltimam dictam 41. primi lib. multo magis eſt verum de prçdeſtinatione illius animæ quę prædeſtinabatur ad ſummam gloriam. Vniuerſaliter autem ordinate volens prius videtur velle hoc ꝙ eſt fini propinquius: & ita ſicut prius vult gloriam alicui quam gratiam, ita & inter prædeſtinatos quibus vult gloriam ordinate, prius videtur velle gloriam illi quem vult eſſe proximū fini: & ita huic animæ Chriſti vult gloriam prius quam alicui alteri, velit gloriam. Et prius cuilibet alteri vult gratiam & gloriam quam præuideat oppoſitā iſtorū habituū ſcilicet gratiæ & gloriæ, ſcilicet peccatum & damnationem, ergo a primo, prius vult animæ Chriſti gloriam, quam præuideat Adam caſurum. *Probatio.*

Ad omnes authoritates, reſpondeo, quod poſſunt exponi ſic quod Chriſtus non veniſſet vt Redēptor niſi homo cecidiſſet: nec forte vt paſsibilis, quia non fuit aliqua neceſsitas vt illa anima a principio glorioſa cui Deus præoptauit, non tantū ſummā gloriam ſed etiam coxuā illi animæ quod vnita fuiſſet corpori paſsibili niſi redemptio fuiſſet facienda. Sed nec redemptio fuiſſet facienda niſi homo peccaſſet. Sed propter ſolam iſtā cauſā nō videtur Deus prædeſtinaſſe illā animam ad tantam gloriam, cum illa redemptio ſiue gloria animæ redimendæ non ſit tantum bonum quantum eſt illa gloria animæ Chriſti. Nec eſt veriſimile tam ſummū bonū in entibus eſſe tantū occaſionatum ſilicet propter minus bonū. Nec eſt veriſimile Deū prius præordinaſſe Adā ad tantū bonum quā Chriſtum quod tamē ſequeretur, imo vlterius ſequeretur abſurdius ſcilicet, quod Deus prædeſtinando Adam ad gloriam *Nota.*

prius

prius præuidiſſet ipſum caſurum in peccatum quam prædeſtinaſſet Chriſtũ ad gloriam, ſi prędeſtinatio illius animæ tãtum eſſet pro redemptione aliorũ. Quia redemptio non fuiſſet. Niſi caſus & delictus præceſiſſet. Poteſt igitur dici quod prius natura quam aliquid præuidebatur circa peccatorem. ſiue de peccato, ſiue de pena. Deus præelegit ad illam curiam cæleſtem omnes quos voluit habere Angelos & homines in certis & determinatis gradibus, & nullus eſt prædeſtinatus tantum quia alius præuiſus eſt caſurus, vt ſic nullum oporteat gaudere de lapſu alterius. Secũdũ dub. pro 3. art.

*Super d. 18. 7. q. 3. art. 2.*

IN corpore vna eſt concluſio particularis, quæ ex vniuerſali, quæ habetur ſoluendo authoritates, ſequitur. Generalis concluſio eſt. Nullus eſt prædeſtinatus ad gloriam, quia alius eſt præuiſus caſurus.

2. Concluſio particularis, reſponſiua queſtioni. Sine prejudicio dici poteſt quod anima Chriſti fuit prædeſtinata ante omnem præuiſionem peccati. Cõcluſionem cũ tanta modeſtia ponit: quia multæ authoritates oppoſitum ſonare videntur. Probat ſic. Prędeſtinatio cuiuſcunque ad gloriam precedit preſcientiam peccati, ergo prædeſtinatio iſtius animæ. Conſequentia tenet, quia hæc anima prædeſtinatur ad ſummã gloriam, id eſt prædeſtinatur ad hoc quod ſit magis propinqua fini. Antecedens probatur, quia prius eſt habitus viſus quam cecitas, & ſic prius eſt quod natura prius fuerit præmiſſa ſub iuſtitia quam habuit a Deo conditore, quam ſub peccato quod habuit ex ſua malitia. Rurſus prius vult Deus prædeſtinatis gloriam quam gratiam, & gratiam quam bona temporalia, igitur prius vult gloriam Chriſti quam gloriam omnium aliorũ. Antecedens probatur, quia vniuerſaliter, ordinate volens, prius videtur velle finem propter quẽ agit, & illa quæ magis propinqua & coniuncta ſunt ad illum finem Cõſequentia tenet quia adhuc modũ homo Chriſtus eſt propinquior Deo optimo fini omnium. Ergo a primo, (ſic obſcure eſt in textu) Id eſt a primo ad vltimũ, hoc eſt ex primo & ſecundo ſillogiſmo recte infertur quod prius velit animę Chriſti gloriam quem præuideat Adam caſurum per peccatum.

Soluendo autoritates probatur ſic: Non videtur veriſimile, tantum bonum ſicut eſt vita hominis Chriſti, eſſe bonum occaſionatum ex peccato, ordinatum ad minus bonũ. Tertio. Quia ſequeretur quod prius Adam eſſet præordinatus ad gloriam quam Chriſtus quod nõ videtur veriſimile. Quarto abſurdius ſequeretur quod prius eſſet præuiſum peccatum Adæ quam preordinaret Chriſtum ad gloriam. Vltimo quia tũc deberet Chriſtus gaudere de lapſu Adę. Ne ergo dicatur quod oporteat quẽ gaudere de peccato alterius, nõ eſt dicẽdũ, quod prius prȩuiderit lapſum Adæ quã prædeſtinauerit Chriſtũ, ideo queſtio eſt celeberrima, grauis ac difficilis graues & multas expoſtulans quæſtiones.

Dub. 1. *Num in Deo ſint prioritatis inſtantia, quæ conſtituit Scotus.*

QVia Scotus abſoluit præſentẽ queſtionẽ recurrendo ad quędã ſigna & inſtantia prioritatis breuiter de illis diſputandum eſt in preſenti, — diſputatur in 1. d. 12. q. 1. art. 2. Videndus eſt Pater Rada, controuerſia 5. Herrera diſput. 9. q. 5. Expoſitores S. Tho. 1. p. q. 42. art. 3. vbi ſanctus Doctor abſtinendo a prioritate, concedit in diuinis ordinem. Sententia fuit Henrici in ſumma art. 52. q. 3. Sequitur Durand. in 1. d. 9 q. vnica. Gregor. ibidem, his præmiſſis, concluſione 2. Gabriel. q. 1. Videtur eſſe Athanaſii in ſymbolo. In hac Trinitate nihil prius aut poſterius. Innumeras. Gregorii rationes ommitto, quia probant, illa eſſe priora naturæ, quorum vnum præcedit aliud & poteſt eſſe ſine illo. In ſuper quia hæc dubia ſunt veluti quędam notabilia ad principalem quæſtionem, ideo breuiter oportet procedere. Oppoſita ſententia eſt Scoti in 1 d. 12. q. 2. circa medium in 3. d. 1 q. 1. in quod q. 4. 8. & 14. Sequitur Marſilius in 1. q. 13. quæ ſententia, non re, ſed nomine tantum a S. Tho. differt. Notauit Caietanus ibidem. Antea Ochã in 1. d. 9. q. 3. ſequitur eos Torres 1. p. q. 42. art. 3, Expoſitores S. Tho. ibidem. — Rada. — Opinio Scot.

Ad explicationem notandum quod ordo vt inquit S. Tho. loco citato ſumitur per comparationem ad aliquod principiũ, alias nõ poteſt eſſe ordo ergo ſi ordo eſt, principiũ eſt, quia ordo valuti principii eſt affectus. Ordo autem (quemuis oppoſitam dicãt Thomiſtæ) intrinſece & eſſentialiter prioritatem & poſterioritatem includit, quia nullomodo eſt ordo, vbi non eſt principium. Principium dicit rationem prioris ad illud quod dimanat a principio, & hoc proportionabiliter. Si fuerit principium tẽporis erit prioritas temporis. Si principium vnde dimanat aliqua ratio & paſſio, erit prioritas naturæ vel rationis vt in ſubiecto & ſuis paſſionibus.

Omiſſa prioritate temporis quæ dicit antecesſionẽ cũ antiquitate, & prioritate eminẽtiæ quæ includit imperfectionem in vno extremo, & dicit excellẽtiã in alio. Omiſſa prioritate generationis quam etiã imperfectio concomitatur, quia priora generatione poſteriora ſunt perfectione, futurus eſt ſermo de prioritate originis, & de prioritate naturæ.

Ordo originis eſt ordo productionis, inter perſonam productam & producentem. Si productio eſt per intellectum, eſt ordo natiuitatis. Si per voluntatem eſt ordo proceſsionis, ſic Spiritus ſanctus procedit a Patre & Filio. Iſte ordo quaſi ſubdiuiditur. Quamuis enim perſonæ ſimul producant creaturas, tamẽ quia Pater habet principiũ a ſe Filius a Patre, adhuc eſt ordo originis. Iſte modus nititur ex primo. Subtilitas Scoti minima ſubdiuidere potuit. Ordo ſeu prioritas naturę (abſtrahendo ab eſſentiali dependentia, quæ inuenitur inter cauſam & effectum, inter ſubiectum & accidens) eſt quædam præſuppoſitio vnius rationis ad aliã quãuis re ſint idẽ. Hoc modo intellectus eſt prior voluntate. Sic dicimus quod Deus eſt æternus quia immutabilis, quia purus actus. quæ omnia in ſe ſunt vnũ. Hoc modo dicũt Theologi eſſentialia priora eſſe notionalibus, quia inintelligibile eſt quod perſonæ conueniãt & diſtinguantur, niſi eſſentialia præſupponantur notionalibus, ſicut vnitas præſupponitur pluralitati. Eſſentia vna eſt. perſonæ plures, ergo eſt ponenda hæc prioritas. Quæ conuenienter dicitur prioritas ſeu ordo naturæ, non originis, quia nulla hic eſt origo. Nec enim eſſentia producit perſonas, nec econuerſo. Et tamẽ eſſentia præſupponitur ad perſonas, ergo vtrunque

infertur ſimul, & quod ſit ponéda prioritas, & quod non ſit prioritas originis, quæ ſolum inuenitur inter perſonas. Cõuenit vtraqua prioritas in hoc quod nulla excludit æternitatem ſed ſtat cum æternitate. Sic intelligendo prioritatem non eſt differentia inter Thomiſtas, & Scotiſtas. Nec eſt aliquod periculum. *Aug.* Sic loquitur Aug. libro de triplici habitaculo dicens. Pater non præceſsit Filium tempore ſed origine, ergo eſt præceſsio originis. Et libro de gaudiis electorum inquit, In beata viſione videbimus quo modo Pater præcedit Filium origine non tempore. *Hugo.* Vtranque prioritatem ſimul admittit Hugo. 6. de Trinitate c. 6. dicens Prius & poſterius hoc loco intelligi volumus, non temporis ſucceſsione ſed ordine naturæ vel originis. Notanda ſunt verba Scoti in 1. d. 20 ad vltimum Diſtinguendo inter inſtantia originis non diſtinguitur inter durationem, ſed tantum a quo, quis ſit. Ideſt quod iſta perſona procedat ab illa. Ex dictis conſtat quod male Greg. & alii diſſiniant prioritatem naturæ pro eo quod poteſt eſſe ſine alio. Vnde inferunt quod Deus poſſet eſſe ſine ſue intellectione & Pater ſine Filio. Nihil horum eſt contra nos.

Sub ordine & prioritate naturæ ſeu præſuppoſitionis multa ſunt ſigna. Sicut in quantitate, multa puncta, in tempore, multa inſtantia. Sic in diuinis nõ ſolum inter intellectionem & volitionem ponimus hanc prioritatem, ſed in ipſamet intellectione ponimus inſtantia prioritatis. Nam Deus non intellexit ſe, intelligendo creaturas, imo econtra rei ſe habuit nam intelligendo ſe, intellexit creaturas, ergo in ipſa actione intelligendi, inuenitur præſuppoſitio eorũ quæ intelliguntur. Et propter hanc prioritatem loquimur de intellectione Dei & creaturarum vt de duobus cũ tamen tantum ſint vnum. Rurſus cum inter creaturas ipſas ſit ordo, & ſubſtantia non ſit propter accidens, nec animal propter herbam, ſed econuerſo. (Nõ obſcure in principio geneſ habetur, *Greg. homil. Epiphan.* & docet Gregor. Homil 10. dicens. Nec enim propter ſtellas homo ſed ſtellæ propter hominem) conſequens eſt, quod in ipſis rebus hæc inſtantia poſſunt poni. Nam non eſt dicendum quod in diuina cognitione, cognitio cecitatis, ſit ante cognitionem viſus. Similiter dicendum de voluntate. Iuxta quod in- *Chryſoſt.* quit Chryſoſt. hom. 4. de verbis Iſaie. Nõ aſſumpſit (ſcilicet verbum) corpus cæli, ſed corpus hominis, ergo omnia propter hominem fecit.

*Num Scotus recte ordinet prædicta ſigna.*

COgnita prioritate naturæ & originis de numero & ordine ſignorum quæ aſsignat Scotus futurus eſt nobis grandis ac per difficilis ſermo. Quia hinc maxime principalis quæſtio pendet. Hæc ſigna ponit Scotus in 3. diſt. 19. dicens. Primo intellexit ſe Deus ſub ratione primi boni. Secundo intellexit omnes alias creaturas. In tertio ſigno prædeſtinauit hos ad gloriam & gratiam. & circa alios habuit actum negatiuum, non prædeſtinando illos. in quarto præuidit illos caſuros in Adam. In quinto ordinauit de remedio quo redimerentur.

*Gregor. Arimi.* Hæc ſigna impugnat Gregorius Ariminenſis. Ocham & Gabriel. locis citatis. Quia in Deo ſolum eſt vnicus actus, ergo nulla eſt prioritas, nec ſignorum pluralitas, quia quãdo vnũ eſt prius alio eſt pluralitas.

2. Ad hominem arguit ſic. Differentia rationis nõ ſufficit ponere prioritatem naturæ vt docet Scotus in 1. ſed intellectio qua Deus intelligit ſe & creaturas non diſtinguntur ex natura rei, ergo non eſt prioritas naturæ.

3. Arguit Almainus in 3. d. 2. dubio 3 probans *Almai.* quod inter tertium, & quintum ſignum non mediet quartum, ſed quod iſta duo ſigna conſequenter ſe habeant. Deus in ſecundo ſigno intellexit creaturas. In tertio præordinauit ad gloriam & gratiam, ergo prius præuidit animas paruulorum decedentium poſt baptiſmum habituras gloriam, & gratiam baptiſmalem, quam præuideat Adam caſurum, ſed non præuidit habituras iſtã gratiam niſi per aliquod medium non autem videtur aliud medium niſi paſsio Chriſti, ergo prius præuidit Chriſtum paſſurum quã Adam caſurum, ergo inter tertium & quintum ſignũ non mediat quartum ſignum.

4. Sic. Chriſtus in tertio ſigno eſt primus omniũ prædeſtinatorum, quando non eſt caſus Adæ, per te in quarto, eſt caſus Adæ, & in quinto videtur Chriſtus paſsibilis in remedium peccati, ergo tertium ſignum variatur per quintum, tenet conſequentia quia ex non paſsibili videtur paſsibilis. Hæc ſentẽtia colligi videtur ex illo ad Coloſenſ. 1. In ipſo complacuit omnem plenitudinem diuinitatis in habitare. & per eũ reconciliare omnia in ipſum: ſiue quæ in terris ſiue quæ in celis ſunt. Apocalip. 5. Agnus qui occiſſus eſt ab origine mundi. Ergo noſtra prædeſtinatio non eſt ante præuiſionem paſsionis Chriſti.

In hac quæſtione vt ex argumentis conſtat, duo impugnantur. Primũ eſſe aliquem ordinem & prioritatem in diuina cognitione reſpectu cognitorum. Secundo dato quod ſit iſte prioritas, impugnatur diſpoſitio & ordo horum ſignorum. Primum impugnant Gregorius & Autores citati. Secundum im- *Opinio Caiet.* pugnat Caietanus 3. p. q. 1. art. 3. vbi admittens duo priora ſigna, loco tertii ponit quartum dicẽs. Quod ante omnem ordinem prædeſtinationis cognouit Deus naturam, poſtea ordinem gratiæ. Cognoſcendo vero naturam cognouit eam cum proprietatibus perficientibus naturam, & cum defectibus eiuſdem naturæ. Sed ſicut defectus naturæ ſenſitiuæ eſt ægritudo, ita defectus naturæ rationalis eſt peccatũ, igitur prius Deus cognouit peccatum quam vnionẽ hypoſtaticam, tenet conſequentia, quia vnio hypoſtatica pertinet ad ordinẽ gratiæ, & inter gratias eſt maxima gratia ſecundum Aug. In rebus per tempus ortis, &c. ergo ante prædeſtinationem Chriſti fuit præuiſio peccati, ergo quartum ſignum præcedit tertium Hæc ſentẽtia videtur eſſe Aug. libro 1. ad ſimplicianum. q. 2. Et in Enchiridion. c. 94. Et epiſtola 105. & 108. vbi docet prædeſtinationẽ factam fuiſſe poſt præuiſionem originalis. Vult ergo eſſe tres ordines rerum, nempe naturæ, gratiæ & vnionis hypoſtaticæ, Primus ſupponitur ſecundo vt fundamẽtum eius. Secundus tertio. Sub ordine naturę inquit contineri peccata. Tunc bene infert. ergo præuiſio peccati fuit ante myſterium incarnationis.

*Opinio et verba Scot.* Oppoſita eſt ſententia Scoti quo ad vtrunque, nempe, quod iſta ſigna ſint cõſtituenda, & quod nõ ſint conſtituenda ſicut conſtituit Caietanus. Quantum ad primum inquo, nobis lis eſt cum Gregorio, Ochã. & Gabriele, cõſtat quod iſta prioritas non eſt tẽporis, durationis, eminentiæ, naturæ, aut alicuius modi dicentis imperfectionẽ. Sed eſt præſuppoſitio ordinis, quem creaturæ habent inter ſe. Clare in 1. d. 35. In hoc 3. d. 32. art. 3. Cum igitur Deus rationabiliſ- *Ergo ex mente Scoti vnus eſt actus.* ſime velit, licet non diuerſis actibus, ſed tantũ vno, in quãtũ illo diuerſimode tendit ſuper obiecta ordinate. Primo vult finẽ. Secũdo vult alia que immediate ordinẽtur in ipſũ &c. Sed quia volita ordinẽ habẽt

inter

anterſe, ideo inquit. Quod prius vult hoc quam aliud. Vbi inſinuat aliqua eſſe velle propter hominem, quæ non propter beſtias. Similibus verbis loquitur Alexand. 3. p. quæſt. 3 in 5. vbi in principio Chriſtus ſit cauſa noſtræ prædeſtinationis loquit. Quod prædeſtinatio non habet cauſam quantum ad ſignificatum, habet tamen quantum ad connotatum. Ideſt habet quanſũ ad ipſa volita, quia vnũ eſt volitum in ordine ad aliud. Ad idem eſt Sanctus

*Alex.*

Doctor, 1. p q. 19. art. 5, vbi inquit. Sicut in Deo, intelligere cauſam, non eſt cauſa intelligendi effectus, ita velle finem non eſt cauſa volendi ea quæ ſunt ad finem. Sed tamen vult ea quæ ſunt ad finem ordinari in finem. Ecce quomodo negant iſti Autores prioritatem, quę requirit alium actum, quo intelligatur cauſa, & alium quo intelligatur effectus, non tamen negant ordinem & prioritatem volitorum ſub illo vnico actu. Et 1. contra gent. c. 87. errorem exiſtimat negare ordinem diuinorum actuũ. Seraphicus Bonauent. in 1. d. 41. art. 1. inquit, quod plus Deus propter noſtram vtilitatem. De opere redemptionis manifeſte habetur in ſymbolo. Propter nos homines & propter noſtram ſalutem. Hæc prioritas colligi videtur ex illo. Hierem. 1. Prius quam te formarem in vtero noui te, ante quam exires de ventre ſanctificaui te, & Prophetam in gentibus dedi te Ideſt cognoui te formandum, & naſcendum, atque Prophetã mittendũ. Hæc prioritas nõ eſt in actione diuina ſed in re cognita. In re ipſa vnum præcedit aliud. Denique cum conueniat Scotiſtarum, & Thomiſtarum ſchola non eſt immorãdum cum Gregor. Argumenta ſoluentur in fine.

*S. Thom.*

*Bonau.*

Quantum ad ſecundum de ordine horum ſignorum, mens Scoti eſt probare quod primo intellexit ſe Deus vt ſummum bonum, ergo nihil potuit immediatius cognoſcere & velle in ordine ad creaturas, quã velle ſummo modo communicare ſe illis, ideo interponere cognitionem peccati eſt interrumpere primariam Dei intentionem (modo noſtro intelligẽdi loquimur) quia peccatum non pertinet ad primarium aſpectum illius ſummæ bonitatis cui nihil eſt immediatius quam ſe communicare omni & ſummodo poſſibili, ideo permittere peccatum & redimere homines ab illo, cum ſic reſtituere hominem in priſtinum ſtatum ſupponit voluiſſe illum modũ communicationis. Recurrit Autor ad voluntatem dicendo, Primo intellexit ſe ſummum bonum. Nõ dixit intelligit ſe primum ac purum actũ, Primum ens. Primam vitam. Sed dixit. Summum bonum, Quia hæc eſt primum & immediatum caput ſe communicandi quod late proſequitur Dyoniſius de diuinis nominibus. Sed hanc ſuam intentionem non vnico ſed pluribus dubiis poſſumus proſequi. Nunc ad modum nouantis noualle nolentis ſerere ſuper ſpinas agamus contra Caietanum.

Contra illũ arguo ſic, intellectus cognoſcens perfecte & intuitiue rem, non habet cognitionem abſtractiuam, Deus perfecte & intuitiue ſcientia viſionis cognoſcit peccatum, ergo ſi cognoſcit intuitiue, & perfecte, non cognoſcit abſtractiue & imperfecte. Conſequentia eſt legitima minor vera, maior de ſe patet, & ad hominem vim habet. Nam hac ratione Thomiſtæ dicũt creaturam non poſſe videre vnam perſonam ſine alia, quia illa viſio eſt intuitiua, ergo ſi hoc in creaturis, a fortiori in Deo optimo maximo

*Hier. 4.*
*Caietan. impugnatur.*

2. Sic. Prioritas quam admittimus in Deo non ſe tenet ex parte Dei cognoſcentis (aliter vrgent rationes Gregor.) ſed ex parte rerum quæ cognoſcuntur vt dictum eſt, ſed cognoſcere peccatum ſub vna ratione abſtrahendo a cognitione peccati ſub alia ratione non eſt prioritas rei ad rem, ergo metaphiſica in intelligibilis eſt, dicere quod prius cognouit Deus peccatum quatenus corruptiuum naturæ non autem vt contrarium gratiæ. Manifeſtatur vis argumenti. Prioritas quæ ſe tenet ex parte abſtrahentis & conſiderantis vnum ſine alio, eſt imperfectionis, ex parte Dei eſt vnicus actus perfectiſsimus, ergo non debet poni iſte actus abſtractiuus.

3. Arguo ex principali ratione Autoris. Prius cognoſcitur habitus quam priuatio vt viſus quam cecitas, ergo prius cognita ſuit gratia Adæ quam peccatum quod eſt eius priuatio. Dicet Caietanus quod cognouit Deus peccatum quatenus defectũ naturæ & tũc prouidit de redẽptore. Cõtra, ergo incarnatio & paſsio Chriſti ordinata ſunt a Deo ad reſtituendam naturam in perfectionem naturalem, quam abſtulit peccatum quod eſt ægritudo naturæ rationalis, quod eſt ſalſum, quia Lucæ 2. manifeſte dicitur. Vocabis nomen eius Ieſum, ipſe ſaluum faciet populum ſuum a peccatis eorum. Malum peccati eſt receſſus a Deo iuxta illud Hierem. 2. Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, ergo vt vitam ſpiritualem haberent venit Chriſtus iuxta illud. Veni vt vitam habeant & abundantius habeant. Alias veniret vt redemptor ordinis naturæ, non ordinis gratiæ.

4. Arguo contra Caietanum. Inter peccata quæ cognouit Deus non minimum ſed grauiſsimum eſt peccatum crucifigentium Chriſtum quia digniſsima erat perſona Chriſti (Sic obſequium Marthe & Mariæ erat maximi meriti, præter hoc quod erat opus charitatis erat immediate in perſonam Chriſti. Et ſic erat virtus adorationis & latriæ circa preſentiſsimum obiectum) ſed non potuit hoc peccatum cognoſci niſi cognito Chriſto, ergo non totus ordo naturæ præcedit ordinem gratiæ. Conſequenter diſcurſus Caietani non eſt legitimus. Idem dicendum eſt de peccato Adę quia fuit tranſgreſsio præcepti poſiti ab ipſo Deo, & de ordinauit hominem ad finem ſupernaturali. Idem colligitur ſic. Mors naturalis eſt, & inter naturalia connumeratur, ſed mors prædeſtinati in tali tempore, cum talibus circunſtantiis, eſt effectus prædeſtinationis, ergo non totus ordo naturæ eſt ante ordinem gratię.

Tunc ſic. Totus ordo naturę, non præcedit ordinem gratiæ, & vt in particulari loquamur, non omnia peccata præcedunt ordinem gratiæ, ergo conuenienter ponitur quod poſt quam Deus intellexit naturam, prædeſtinauerit iuſtos ad gloriam, circa alios negatiue ſe habens. Ex qua negatione ſeu permiſsione peccati, ſequatur poſtea peccatũ quadam neceſſitate conſequentiæ vt docet Bañez 1. p. q. 23. art. 3. dubio 1.

5. Ex eodem fundamento Caietani infero ſentẽtiam Scoti. Si prius cognouit peccatum, quia peccatum eſt ægritudo naturæ & cognitio naturæ precedit ordinem gratiæ, ergo prius cognouit ordinem gratiæ quam peccatum. Conſequentiam probo. Gratia non ſolum habet ordinare hominem ad gloriam ſed perficere naturam vt ſit ſana non deficiens in actibus moralibus, quorum, temperantiæ actus conſeruant naturam, quos omnes non poteſt rectos elicere ſine gratia, ergo prius cognouit gratiam quatenus perficit naturam, quam peccatum quod eſt ægritudo naturæ. Nam peccatum eſt operatio

elicita a ſuppoſito. Intimius autẽ videtur quod Autor qui decreuit facere naturã ordinauerit illã ad perfectionem ſibi conuenientem, quam quod ipſa homo ſa deordinauerit per peccatum. Reuera prius ordinatus eſt Adam per gratiam ad vitam æternã. Per iuſtitiam originalem ad perfectionem naturæ, quam ſe deordinauerit per peccatum. Si ergo iuſtitia originalis erat idem cum gratia vt tenent Thomiſte. ſequitur quod prius præuidit Deus illum habitum vt rectificantem naturam quam peccatum quod eſt ægritudo eius, ergo ante quartum ſignum, in quo eſt peccatum, ponendum eſt tertium ſignum in quo eſt gratia. Idem probabo de vnione hypoſtatica inquirendo an natura aſſumpta cum preuiſa fuit in eſſe naturæ, preuiſa fuerit cũ propria perſonalitate, quæ complet hanc naturam ſecundum illum vltimũ modum quem nata eſt naturaliter habere. Non viſa eſt cum propria perſonalitate, ergo ſi in diuina intellectione damus abſtractiones, dicam ego quod præuiſa eſt vnio hypoſtatica, quatenus ſupplet deffectũ propria perſonalitatis. Nullo ergo modo placet iſte ordo ſignorum quem ponit Caietanus.

Alii ordinant iſta ſigna dicentes prius voluiſſe Deum creare homines vt fruerentur ipſo Deo. Secũdo, vt poſſet beatitudinem mereri voluit illis conferre iuſtitiam, & ſupernaturalia auxilia in Adamo. Tertio, voluit permitere peccatum Adæ. 4. Præuidit illud. 5. Voluit remedium. 6. elegit incarnationem vt optimum remedium. Iſte modus non videtur legitimus, nam in primo modo coniungit naturam cum præordinatione ad gloriam. Quare ergo ad mixto ordine naturæ cum ordine gratiæ nõ coniungit auxilia cum fine. Scotus enim ſecundo ſigno (quod iſta opinio facit primum, quia ommiſit primum Scoti, & incepit ab intellectione creaturarũ) ſolum numerat intellectionem creaturarum in eſſe naturæ. In ſequenti ſigno coniungit gloriam. & gratiam. Hęc opinio coniungit naturam cum gratia, & ex dimidio tertii ſigni Scoti facit ſuum ſecundum ſignum. Poſſet ergo conuenire cum Scoto. Inſuper tertium & quartum ſignum male diuidit, quia idem obiectum eſt vtriuſque, nempe peccatum. Hęc duo ſigna Scotus ſub quarto ſigno includit. Ideo ſi iſta opinio poneret primum ſignum Scoti, aut ſi Scotus ommitteret primum ſignum, parua vel nulla eſſet differentia. Quintum ſignum huius opinionis conuenit cum quinto Scoti. In 6. ſigno eſt differentia expreſſa, nam illud ponit Scotus ſub tertio ſigno. Iuſte quidem, nam incarnatio non ſolum eſt remediũ contra peccatum, ſed bonum hominis Chriſti. Quare ergo non prædeſtinatus eſt Chriſtus cum cæteris prædeſtinatis? Certe ſine cauſa ponitur non contineri inter alios prædeſtinatos, cum ſit primus omnium prædeſtinatorum vt videbimus. Si autem omnium prædeſtinatorum eſt primus, in primo & ſecũdo ſigno huius opinionis debet poni Chriſtus. Melius ergo Autor ipſum Chriſtum cõſtituit inter alios prædeſtinatos. Et poſt prĕuiſionem peccati conſtituit illum præordinatum redemptorem. Sicut humanus rex, qui, illum quem coram ſe habet, commota ſeditione, præordinat ducem, iudicem ſeu præfectũ contra rebelles & inquietos. Reducendo omnia ſigna ad vnum actum. Dic, Deus ex ſua bonitate prædeſtinauit Chriſtum cum cæteris electis ad gloriam & gratiam, conſtituens illum redemptorem peccati preuiſi, poſt volũtatem conferendi gloriam, & gratiã primam Adæ collatam. Ex cuius meritis aſſecu- 

*Nota Maxime.*

ti ſunt vltimam gratiam & ingreſſum glorię.

Ad primũ argumentũ, quod eſt Gregorii, patet quomodo in Deo ſit vnicus actus ſecundum rem, multiplex vero, ſecundum rationem. Patet etiã quomodo ſit ordo prioritatis mediorum & finis.

Ad 2. quod eſt ad hominem. Dico, quod diſtinctio mere rationis quæ eſt per intellectum, non ponit prioritatem, ſed illa quæ habet fundamentum in re iuxta quod dicimus quod quamuis ex parte diuinæ intellectionis ſit vnitas ſine diſtinctione. & pluralitate, quia tamen res cognite realiter diſtinguuntur inter ſe, & a Deo: dicimus quod Deus prius cognouit ſe. & cognoſcendo ſe cognouit creaturas diſtinctas a ſe & vnam prius alia. eomodo quo dictum eſt.

Ad 3. quod eſt Almaini in 3. Dico, quod prius eſt quod Deus velit alicui gloriã quam ordinet media, puta operationes bonas ad illam gloriam conſequãdam, ideo ante quam indiuidua comparentur ad peccata vel ad bona opera, eſt iſta volitio, in qua Scotus conſtituit prædeſtinationem. Viſo autem peccato Adæ, quod impediebat ingreſſum gloriæ, prouidit remedium, per quod homo aſſequeretur executionem illius primi decreti, & primæ voluntatis. Iſtud remedium fuit paſſio Chriſti. Artifex enim primo intendit rem integram facere, vt pote nauem, omni ex parte bitumine linitam, ne ſubmergatur. Videns autem pericula Maris nouum adhibet remedium. Sic Deus omnibus in Adam gratiam & iuſtitiam dedit. Contra peccatum Adæ hoc remedium inſtituit.

Ad 4. Similiter reſpondetur. Ad autoritates latius inſequentibus dubiis.

*Num ordo naturæ ſit prior ordine gratiæ.*

*Dubio. 3.*

IN primo dubio dictum eſt quid ſit ordo & prioritas in diuinis, ne ignorantia terminorum hallucinari nos faceret. In ſecundo contra proceſſum & ordinem ſignorum Caietani diſputatum eſt. Nũc de ipſo ordine ſignorum Scoti eſt agendum. Ponit enim ordinem naturæ precedere ordinem gratiæ, ideo ordinem naturæ in ſecundo ſigno conſtituit. Ordinem gratiæ in 3. quod videtur contra eundem Scotum in 3. D. 32. Vbi loquẽdo de Deo inquit. Primo vult finem, puta ſe ipſum. Secundo vult illa quæ immediate ordinantur in ipſum prædeſtinando electos, qui immediate attingunt ipſum. Tertio vult quę ſunt neceſſaria ad attingendum hunc finem. Quarto vult propter alios alia quę ſunt remotiora. Vbi omiſſo ſecundo ſigno tertium ſignum commemoratum ſecundo loco ponit. Igitur non ſibi cõſtat Autor. Secundo arguitur ex ratione principali Autoris in hoc articulo. Ordo gratiæ eſt maius bonum quam ordo naturæ, ergo eſt magis & prius volitum a Deo quam ordo naturæ, quia hic ordo eſt magis propinquus Deo. Ad hoc dubium ſciendum eſt, nullam rem creatam poſſe cognoſci a Deo vt futuram, niſi ſit volita a diuina volũtate. Diuinus nãque intellectus cognoſcit in eſſentia ſua omnes res poſſibiles ante omnem actum voluntatis, quæ repreſentatio rerũ, naturaliter eſt ab eſſentia. Sed quod iſta res ſit futura non illa, hoc procedit a diuina voluntate, quæ determinat, & vult eſſe futuram. Poſt illam determinationem, diuinus intellectus iam ſciẽtia viſionis, & non ſolum ſcientia ſimplicis intelligẽtiæ, res videt. Illa ſcientia dicitur viſionis, prędeſtinatio, præ determinatio, quæ eſt poſt actũ illũ voluntatis.

*Not.*

Sit concluſio. Primũ, quod Deus facere decreuit,

*Cõcluſio.*

& pri-

& primum quod videt ſcientia viſionis, fuit prædeſtinare electos. Concluſio clariſsime habetur in Autore infra d.32. Vbi loquendo de Deo inquit. Primo vult finem, puta ſe ipſum. Secundo vult illa quæ immediate ordinantur in ipſum prædeſtinãdo electos, qui immediate attingunt ipſum. Tertio vult quæ ſunt neceſſaria ad attingendum huoc finem. Quarto vult propter alios, alia, quæ ſunt remotiora. Hanc

Alber. ſententiam ſequitur Albertus Pygius libro 8 de libero arbitrio cap. 5. Et libro 10. in principio. Ambro

Cather. ſius Catherinus libro de prædeſtinatione Chriſti in principio. Videtur eſſe S. Tho. 1. p. q. 62. art. 6. vbi inquit. Quod gratia fuit data Angelis iuxta eorũ naturam, ideſt ſecundum quod decreuit dare maiorem gratiam dedit maiorem naturam. Et 3. p. q. 59. art. 3. ad finem inquit, omnes res humanæ ordinantur in beatitudinem, quæ eſt ſalus æterna ad quam homines admittuntur vel etiam repelluntur. Ergo beatitudo quæ eſt ex gratia, eſt finis ad quem ordinãtur res naturales. Hanc ſententiam videtur tenere Capreol. in 3. d. 1. q. 1. art. 3. ad 2. Scot. vbi inquit, Prius ſecũdum rationem vult maius bonum quam minus, vt gloriam gratia, & gratiam, prius, natura. Ecce quomodo conferendo gratiam cum naturæ inquit. quod prius vult gratiam quam naturam. Verum eſt quod poſtea negat prius voluiſſe gloriam animæ Chriſti quam gloriam aliorum. Sed de hoc poſtea erit ſermo, Hæc cõcluſio colligitur ea illo. 1 Cor. 13. vbi inquit

1. Cor. 13. Paulus. Omnia veſtra ſunt. Siue Cephas. Siue Apollo. Siue mundus. Vos autem Chriſti. Chriſtus enim Dei. Ecce quomodo ſicut Chriſtus dicitur eſſe Dei, ita omnia dicuntur eſſe prædeſtinatorum. Clare docet Hieronymmus ibidem. Ad Rom. 8. Expectatio

Hieron. creaturæ reuelationem Dei expectat. Vanitati enim omnis creatura ſubiecta eſt. Scimus enim quod omnis creatura ingemiſcit, & parturit vſque ad hinc. vbi Chryſoſt nomine creaturæ totam mundi machinã intelligit. Gemunt autem & expectant creaturæ, quia cum ſint formatæ propter hominem, qui vt inquit Ariſt 2. Phiſicorum test. com. 24. eſt finis omnium ſenſibilium (refert Scotus infra d. 32.) & homo non dum peruenerit ad finem, etiam ipſe creaturæ carent ſuo fine. Iden omnis illa ingemiſcit quaſi imperfecta, expectans perfici expleto miniſterio, poſt quã homo aſſecutus fuerit vltimum finem. Sic Geneſ. 2. omnia ſunt imperfecta. nec valde bona videntur vſque dum homo fuit creatus. Eo autem modo, ingemiſcere dicuntor, quo in Pſalmo dicitur de corpore Chriſti. Caro mea requieſcet in ſpe, quia tanquam imperfectam deſiderat animæ reuniri. Soto ſuper hunc

Scot. locum Pauli inquit. Ingeniolo meo hoc diuina hęc Philoſophia repreſentat, quod corporeus hic mundus, quem Philoſophi propter hominem eſſe docuerunt, tametſi ob totum genus humanum fuerit conditus, potiſsimum tamen ob prædeſtinatos. Et forſan cũ S. Thom. 3. p. q. 1 art. ad 4 inquit, quod prędeſtinatio ſupponit preſcientiam, ſolum vult quod ſupponat ſimplicem cognitionem rerum, aut quod prædeſtinatio ſit velut ſpecies minus communis & preſcientia velut genus, quia magis communis, ad plura ſe extendens, ideo prius agunt doctores cum magiſtro in 1. ad 35. de ſcientia & Dei prouidentia, quam de prædeſtinatione. Vel verum explicant eius expoſitores, loquitur de ordine executionis. Ordine vero intentionis prius fuit prædeſtinatio iuſtorum.

Dub. Sed quæris an non ſolum prædeſtinatio electorum ſit prior cæteris aliis rebus, ſed etiam ſit prior ipſis electis. Nam hoc non videtur intelligibile, quia ſubiectum præcedit ſua accidentia & proprietates, ergo ordinatio ad gloriam, præſupponit naturale eſſe prędeſtinatorum, alias quid præordinauit, quid prędeſtinauit? Dico quod quamuis hæc duo ſint maxime coniuncta & pene diſtingui non poſsint, ad huc poſſumus intelligere, quod cũ Deus ſe intellexit ſummum bonum, voluit communicare viſionem ſui creaturæ intellectuali, ideo prius ſecundum rationẽ, voluit ordinem gratiæ quam ordinem naturæ, ſicut ſi ſimitas eſſet bonum, prius intelligeremus Deum voluiſſe illud bonum quam voluiſſe ſubiectum. Sed quia illa non eſt dabilis ſine ſubiecto, ſtatim ex cõſequenti voluit ſubiectum. V. g. non eſt prius Deũ eſſe immutabilem quam ęternũ, nihilominus, quia nos ex mutatione corrumpimur, & in perpetuũ non duramus, recte dicimus, quod Deus eſt æternus, quia immutabilis. Et ſic immutabilitas eſt prior ſecundũ rationem. Sic bene intelligimus quod primum quod Deus voluit ex beneplacito ſuo, & miſericordia ſua fuit viſionem ſui communicare, vnionem ſui communicare, naturæ rationali, ſeu intellectuali. Ideo velle naturam, fuit quaſi ſecundum, poſitum tamẽ prius in executione. Quod eſt ſignum veritatis noſtre doctrinę. Sic enim, quamuis prius voluit alicui gloriam, prius dat gratiam. Ex hoc ergo quod illud ſit poſterius in executione, colligitur quod fuerit prius volitum e Deo, & prius viſum ſcientia viſionis, quæ eſt poſt actũ voluntatis, vt in præmiſſo notabili diximus, Ordo enim naturæ, eſt velut medium ad ordinem gratiæ, quia ordo gratie non conſiſtit ſine ordine naturæ. Sed quia gratia diſtinguitur a natura, bene datur quod primum, quod Deus voluit; fuit velle communicare viſionem & vnionem ſui. Et hoc probat ratio noſtra poſita in principio huius dubii.

Ad Scotum, qui aliter hæc ſigna videtur diſpõnere diſt. 19, & 32. not. quod circa ſecundum ſignũ eſt differentia. Nam d. 19. poſt primum ſignum quo Deus ſe intellexit, eſt ſecundum ſignum, in quo intellexit creaturas. Hoc ſecundum ſignum eſt quartũ d. 32. & tertium ſignum d. 19. eſt ſecundum d. 32. In ſuper d. 19. poſt tertium ſignum de prædeſtinatione, eſt quartum de preuiſione peccati quod non eſt diſtinc. 32.

Ad hoc dico, quod ſecundum diuerſas materias diuerſi mode ſigna iſta coordinantur, ſemper in ſenſu concordia exiſtente. D. 19. intendit Autor probare Chriſtum non meruiſſe omnibus quantum ad efficaciam, licet meruerit quantum ad ſufficientiam. Hoc autem proceſsit ex hoc, quod non obtulit ſuam paſsionem efficaciter, niſi pro electis. Nam ſi efficaciter offerret, eſſet ſine dubio exauditus pro ſua reuerentia. Quod autem non obtulit efficaciter niſi pro electis, ratio eſt, quia ſua voluntas erat maxime cõformis voluntati Dei, qui ſolum efficaciter voluit ſalutem electis. Ideo incipit narrare ordinem voluntatis diuinæ in eterna illa prædeſtinatione. Et quia hos prædeſtinauit, & non illos, ideo poſt tertium ſignũ prædeſtinationis, meminit caſus Adæ, ratione cuius indiguerunt paſsione redemptoris. Diſt. 32. Non loquitur de paſsione oblata pro electis, nec de præuiſione peccati, ſed de dilectione qua Deus diligit hęc inferiora. Dilectio autem vt liquido conſtat cum ſit actus voluntatis, ſupponit actum intellectus. & ſciẽtiam ſimplicis intelligentiæ, ideo partim quia de ſe hoc conſtabat. partim quia iam hoc d. 19. dixerat. d.

32 nihil de hoc dicit. Sed ſtatim poſt quã dixit, quod Deus in primo ſigno ſe diligit, inquit, quod in ſecũdo vult quæ immediate ordinantur in ipſum, prædeſtinando electos, & in tertio ſigno vult quæ ſunt neceſſaria ad attingendum hunc finem, qualia ſunt bona gratiæ. Quæ duo ſigna ſub vno 3. ſigno complexus eſt d. 19 dicendo copulatiue. In tertio prædeſtinatos ad gloriam & gratiam habens actum negatiuum circa alios. d. 32 quia dõ non erat ſermo de paſſione oblata in re ordinem peccati, nunc meminit de peccato & caſu Adæ vt dictum eſt: vtraque autẽ coordinatio deſeruit ad principalem quæſtionẽ huius artic. Patet etiam quod ante actum voluntatis in iſta vel illa coordinatione debet neceſſario præcedere actus ſimplicis intelligentiæ, ideo illum poſuit Scotus diſt. 19 Inde non colligitur quod ordo naturæ ſit prior ordine gratiæ, quia hic quærimus quid ſit

Nota. prius a Deo volitum & præuiſum ſcientia viſionis, quæ eſt poſt actum voluntatis, ideo cũ diſt. 19 cognitio creaturarum præcedit prædeſtinationem, non dicit Scotus Præuidit Deus ante præ diffiniuit. Sed dixit. Intellexit. Scientia viſionis prius voluit illos ſaluare, & finaliter dare gratiam & gloriam, quam ſcientia viſionis viderit illos ſaluandos. Sed ſcientia ſimplicis intelligentiæ prius præuidit illos quam ipſos per voluntatem prædeſtinauerit. De hac ſcientia ſimplicis intelligentiæ poteſt explicari locus Pauli ad Rom 8. Quos preſciuit & prædeſtinauit conformes

Rom. 8. fieri imaginis filij ſui. Quos autem prædeſtinauit hos & vocauit, hos & iuſtificauit. Idest, quos præcognouit poſſe ſaluari & reuera voluit ſaluare & prædeſtinare, hos vocauit, id eſt dedit media ad ſalutem, vt ly. & copulet actum voluntatis cũ actu ſimplicis intelligentiæ idest præſciuit poſſe ſaluari (quod eſt cõmune damnatis) & voluit ſaluare (quod electorum eſt) hos ad ſe vocauit quibus iuſtitiam & cuncta media dedit ad conſequendam ſalutem.

Dub. 4. *Num Chriſtus Dominus ſit primus omnium prædeſtinatorum, in tertio ſigno prædeſtinatus.*

DVbio præcedenti duo priora ſigna ad inuicẽ ſunt collata. Nunc quærimus an Chriſtus Dominus contineatur ſub illo tertio ſigno prædeſtinationis, in quo cæteri electi fuerunt prædeſtinati. Habet ſedem in corpore articuli, vbi manifeſte Autor probat quod Chriſtus Dominus fuerit propinquior Deo, & primus omnium prędeſtinatorũ, ideo pertinet ad 3. ſignum in quo prædeſtinantur electi. Quam ſententiam non recipiunt, ſed reiciunt Thomiſtæ 3. p. q. 1. art. 3 ad 4. Caietan. ibidem Capreol. in 3 d. 1. ad 1 argumentum contra primam concluſionem. Fundamentum huius ſententiæ eſt, quia pri-

Fundament. opinionis. mum motiuum incarnationis, fuit remedium peccati ideo arguunt ſic Incarnatio Chriſti ordinata eſt in remedium, ergo omnia iſta prius ſunt volita quã incarnatio, ergo incarnatio Chriſti non pertinet ad 3 ſignum Sed debet eſſe poſt quartum ſignũ ſimul cum quinto Ideo male diuiditur tertium a quinto quantum ad Chriſtum attinet. Conſequentia videtur legitima, antecedens ſuadetur ex ſacris literis. Matthei 18. & Lucæ 19 dicitur. Venit filius hominis quærere, & ſaluũ facere quod perierat. Ioann 3. Sic Deus dilexit mundum vt filium ſuum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in ipſum nõ pereat ſed habeat vitam æternam. Ad Galat. 4. Miſit Deus filium ſuũ factum ex muliere factum ſub lege vt eos qui ſub lege erãt redimeret. 1. Timot 1. Venit Ieſus peccatores ſaluos facere. Hoc ſignificatũ eſt Lucæ 15. in parabola de paſtore, qui relictis nonaginta nouẽ ouibus venit ad quærendum ouem perditam. Figuratum eſt in Moyſe miſſo ad liberandum populum Iſrael commorantem in Egypto. In Elia & Eliſeo euntibus ad ſuſcitandum pueros mortuos. 3. Regum 17. & 4. Regum 4.

Id ipſum probatur ex Concilio Niceno vbi aperte dicitur, Qui propter nos homines & propter noſtram ſalutem deſcendit de celis, ergo prædeſtinatus eſt Chriſtus in remedium peccati. Et ſic non in 3. ſed in quinto ſigno poſt preuiſionem peccati fuit prædeſtinatus.

2. Arguitur ex Auguſt. ſerm. 8. de verbis Apoſtoli vbi inquit. Si homo non periſſet, filius hominis non veniſſet Et ſerm. 9. Nulla cauſa fuit veniendi Chriſto domino, niſi peccatores ſaluos facere. Hierony. in cap 7. Eccleſ. inquit. Quia homo infixus in limo peccati indiguit maiori auxilio, ideirco venit ipſa ſapientia. Ambroſ. lib. de Dominicæ incarnationis Sacramento. Quæ erat cauſa incarnationis niſi vt caro quæ peccauerat redimeretur. Cyril. Alexand. libro 5. Theſauri cap. 8. Sciebat nos mortales futuros propter peccatum, ideo ante ſecula conſtituit vt verbum ſuum homo fieret, renouaret quæ hominem. Vbi manifeſte docere videtur quod poſt preuiſionem peccati decreuit humanam ſummere naturam. Quod magis vrget eſt Athanaſius libro de humanitate Chriſti vbi inquit. Vt ſcias ea cauſa noſtra deſcenſus illius occaſionem rationem quæ fuiſſe, preuaricationem quæ noſtram Verbi acceſſiſſe clementiam vt ad nos deſcenderet. Et ſermone 3. contra Arrianos, exponens illud Prouerb. 8. Dominus creauit me, inquit. Neceſſitatem indigentium quæ noſtram anteriorem eſſe quam natiuitatem Chriſti, qua ſublata carnem non induiſſet. Idem habet Leo Papa ſer. 3. Pentecoſtes. Greg Nazianzenus oratione 36. inquit. Humanitatis ſuſceptæ, cauſa noſtra eſt. Quid enim aliud cauſa eſſe potuiſſet. Ireneus libro 3. cap. 20. & 21. inquit Si non haberet caro ſaluari nequaquam Verbum Dei, caro factum eſſet, & ſi non haberet ſanguis iuſtorum inquiri, nequaquam ſanguinem habuiſſet Dominus. Greg lib. 4. in 1. Reg. c 1. Niſi Adam peccaſſet redemptorem noſtrum carnem ſuſcipere noſtram non oporteret. Vltimo facit quod canit Eccleſia. O certe neceſſarium peccatum Adæ, quod Chriſti morte erat delendum.

Aug.

Athan.

3. Arguitur. Deus non aſſumpſit naturam Angelicam ſed naturam humanam (vt eſt veritas fidei & docet Paul. Ad Hebr. 2. dicens. Nuſquam Angelos apprehendit ſed ſemen Abrahæ.) Sed nulla videtur eſſe cauſa niſi quia natura humana erat redimenda, ergo prius fuit preuidere peccatum quam prædeſtinare Chriſtum Conſequentia videtur legitima, maior eſt de fide, minor probatur, ex Tertuliano libro de carne Chriſti vbi inquirens quare Deus noſtram naturam non Angelicam ſumpſerit aſsignat pro cauſa, Quia noſtra non Angelica erat redimenda

4. Status innocentiæ fuit conſtitutus, & inſtitutus independenter a Chriſto & Adam fuit conſtitutus caput ſolius naturæ, ergo ſi ad huc non peccante Adamo Chriſtus iã prædeſtinatus & futurus erat. ergo eſſent duo capita quod videtur abſurdum.

Propter

Propter hæc argumenta Thomiſte dicunt Chriſtum Dominum fuiſſe prędeſtinatum poſt preuiſum peccatum, quia fuit prædeſtinatus in remedium peccati. Fuit prædeſtinatus vt medicus & medicina: Quemadmodum autem medicina nõ paratur niſi contra morbum, ſic non fuiſſet prædeſtinatus Chriſtus, niſi præuideretur peccatum. Et quia Sacra ſcriptura non aſſignat aliam cauſam incarnationis, niſi redemptionem generis humani, ſine dubio nulla eſt alia. Alias Sacra ſcriptura eſſet diminuta occultando nobis potiſsimam cauſam. Hac enim ratione colligitur tantum vnũ fuiſſe conditum mundum, & nõ duos, quia ſcriptura docet vnũ ſolum eſſe conditũ.

Opinio Scot. Oppoſite ſententia eſt Scoti hic & d.19. & 31. vbi docet Christum Dominum eſſe prædeſtinatum ante preſcientiam peccati, ideſt non ſolum fuiſſe prædeſtinatum in remediũ peccati, ſed propter ſeipſum. Quia Deus ex bonitate ſua communicauit ſe creaturis, & quia hæc eſt maxima communicatio & manifeſtatio ſue bonitatis non eſt querenda alia prior ratio, ſeu motiuum diuine prædeſtinationis. Imo ſic eſt dicendum quia ſic totum refertur in diuinã bonitatem ſine aliqua alia ratione motiua ſeu impulſiua.

Concluſio. Chriſtus Dominus fuit primus prædeſtinatus, in quo omnes prædeſtinati ſunt electi, hæc concluſio probatur ad Epheſ. 1. Elegit nos in ipſo ante mundi conſtitutionem vt eſſemus ſancti & immaculati. Et ſubdit. Qui prędeſtinauit nos in adoptionem filiorum per Ieſum Chriſtum: & in fine illius capitis inquit. Ipſum dedit caput ſuper omnem Eccleſiam, Rom. 8. Quos præſciuit, & prædeſtinauit conformes fieri imaginis filii ſui. Ergo ipſe eſt primus prædeſtinatus ad cuius exemplar cæteri prædeſtinãtur. Vnde in Concilio Tridentino ſeſſ. 6. cap. 7. dicitur, quod cauſa finalis noſtre iuſtificationis eſt gloria Dei & Chriſti. Ergo Chriſtus eſt primus prædeſtinatus, tenet conſequentia, quia finis ſemper eſt prior his quæ ſunt ad finem. Significauit Paulus 1. Cor. 3. Omnia veſtra ſunt, vos autem Chriſti. Chriſtus autem Dei.

2. Concluſio. Chriſtus fuit prædeſtinatus ante omnem præuiſionem peccati, ideo præciſe ratio & motiuum prædeſtinandi Chriſtum non fuit remedium peccati, ſed excellentis ipſius myſterii, quod voluit Deus ex ſũma ſua bonitate. quod infra manifeſtius fiet. Hæc concluſio, in noſtra ſententia reuera non diſtinguitur a præcedenti, quia cum dicimus, quod Chriſtus Dominus fuerit primo prædeſtinatus, intelligimus quod fuerit prædeſtinatus ante Adam, & ante omnem preuiſionem peccati. Eſſe ad mentem Autoris conſtat ex diſpoſitione ſignorum, que iam ſupra commemorauimus. Clariſsime hic in corpore vbi inquit. Prius vult Deus huic animæ Chriſti gloriam quam alicui alteri. Quod non fuerit prædeſtinatus poſt pręuiſionem peccati, docet dicens. Non eſſe veriſimile tantum bonum in entibus eſſe occaſionatum. Ideſt eſſe prædeſtinatum poſt preuiſionem peccati. Sed quia Thomiſte cõcedunt primam, negant iſtã, vt eſt videre apud Metinã 3. p. q. 1. art. 3. cõcl. 2. & 3. Vbi cõcedit præcedentẽ, negat iſtã, quia Chriſtus nõ fuit prædeſtinatus, niſi poſt preuiſionẽ peccati, in remedium illius. Sed certe non bene coherent iſta duo. Si enim fuit primus prædeſtinatus ergo reuera fuit prædeſtinatus prius quam Adã. Nam nõ intelligitur, quod fuerit primus prædeſtinatus, ideſt precipuus inter prædeſtinatos quia habuit maiora dona, ſed prius ordine, eo modo quo de prioritate & ordine ſumus locuti. Si autem non fuit prædeſtinatus niſi poſt preuiſionem peccati, ergo non fuit prædeſtinatus prius quam Adam. Nam iam preintelligitur Adam iuſtus, & gratus atque in vitam æternam ordinatus, in cuius remedium mittitur Chriſtus vt reſtituat illum in gratiam & amiciciam Dei, vt iterũ gratus per Chriſtum, vitam conſequeretur ęternam.

Metina. Huc obiectioni reſpondet Metina 3. p. q. 24. art. 3. Solutione ad primum. Quod Deus noſtro modo intelligendi prius preuidit peccatum & morbum humani generis, & ſtatuit mittere Chriſtum in remedium generis humani in communi, non prædeſtinãdo aliquem in particulari. Et hoc nõ ſufficit ad hoc quod quis dicatur prædeſtinatus. Et quia ſtante hoc ſtatuto Deus prædeſtinauit Chriſtũ. Vtrunque ſtat ſimul. & quod Chriſtus ſit primus prædeſtinatus & quod fuerit prædeſtinatus poſt præuiſionem peccati. Bene locutus eſt ſi probaſſet. Sed vere multipliciter deficit. Impugnatio. Primo quia ante peccatum preuiſus eſt Adam in gratia. Quãuis enim peccatũ, exiſtentis in peccato non priuet hominem gratia, quia iam illam non habet, nihilominus peccatum Adæ, & cuiuſcũque hominis exiſtentis in gratia, vtriuſque eſt priuatio, nempe gratiæ & rectitudinis debite in eſſe, ergo preuidit lapſum hominis particularis. & in illo lapſum totius humani generis, ergo non miſit Chriſtum in remedium generis humani in communi, ſed in remedium Adę, & omnium in illo. Sicut dedit gratiam Adæ, & omnibus in illo. Concinit Paul. ad Galat, 2. Dilexit me & tradidit ſemetipſum pro me, ergo in particulari. In ſuper non miſit Chriſtum vt redimeret & reſtitueret Adam in ſanitatẽ naturæ, ſed in illam antiquam amiciciam, & in antiqua opera meritoria ad conſequendã vitam æternam. Sic illud Lucæ 1. Ipſe ſaluum faciet populum ſuum: Sic illud ſymboli. Propter nos homines & propter noſtram ſalutẽ. Ergo iam ſupponitur prędeſtinatio ideſt volitio finis. Hoc eſt decretum quo Deus voluit hominem ſaluare. Certe ſi incarnatio, & Criſti paſsio remedium & medicina eſt, iam volita eſt ſalus, cui hæc medicina paratur. Et minimius eſt quod Deus optimus maximus. Autor naturæ ordinet naturam in ſuum finem. quam quod cognoſcatur mala operatio ſubiecti ſingularis, per quam de ordinatur ab illo fine in quem illam ordinauit Autor naturæ. Merito, ergo reiicit Metina iſtam ſolutionem.

Secunda ſolutio, quam ibi aſsignat (quæ apud ipſum eſt tertia in ordine) eſt, quod quamuis Chriſtus fuit prædeſtinatus in remedium peccati, non ſequitur quod Adam fuerit primus prædeſtinatus, nam Chriſtus Dominus fuit prædiſtinatus vt cauſa gratiæ & gloriæ ipſius Adæ, Et ordinate volens, prius vult cauſam quã effectum. Hæc ſolutio prout ponitur ab Authore diminuta eſt, quia contendimus probare quod Adam prius fuit prædeſtinatus quã preuiſum fuerit peccatum. Nam noſtro modo intelligendi, in illo priori cum Deus preuidit Adam futurum aliquid preordinauit de Adam. Mirabile profecto, quod viderit Adamũ determinantem ſe in peccatum, & non ſe vidit ordinantem Adamum in aliquem finem? Si ergo ante quam Adã ſe determinaret in peccatum, Deus prædeſtinauit Adam, & poſtea fuit preuiſus ſe determinare & eligere peccatum & poſt peccatum fuit prædeſtinatus Chriſtus, non poteſt Chriſti prędeſtinatio eſſe cauſa prædeſtinationis Adæ quæ fuit ante peccatum Adę. Nam ſecundũ

varieta-

veritatem (quod iſte Autor concedit) ordinate volens, prius vult cauſam quam effectum. Sed iam ante peccatum Adæ, erat prædeſtinatus Adam. Poſt peccatum prædeſtinatus eſt Chriſtus, ergo ſi prædeſtinatio Chriſti eſt cauſa prædeſtinationis Adæ effectus fuit ante cauſam quod rationi diſſentaneũ & a philoſophia alienum eſt. Ergo vel dicendum quod Chriſti prædeſtinatio non eſt cauſa prædeſtinationis Adæ, vel dicendum quod Chriſtus fuit prædeſtinatus ante præuiſionem peccati.

Omnia iſta fugit Autor iſte ſolutione ad vltimum argumentum, dicendo, quod ante peccatũ dedit Dominus Adæ gratiam, ſed illa gratia data Adæ ante peccatum non pertinet ad prædeſtinationem, quia non quæcunque gratia pertinet ad prædeſtinationem, ſed illa tantum per quam homo efficaciter ordinatur ad vitam æternam. Manifeſtum fit in gratia quæ nonnunquam conceditur hominibus reprobis. Illa enim non eſt effectus prædeſtinationis, quia nõ eſt medium conſequendi vitam æternam, ſed eſt effectus diuinæ prouidentiæ communis circa ſupernaturalia. Cum ergo hæc gratia ad prædeſtinationem non pertineat, bene ſequitur quod in toto illo priori ante peccatum non intelligatur Adã prædeſtinatus, ideo præuiſo peccato, potuit prædeſtinari Chriſtus per quem ordinauit Deus dare Adæ, & alijs electis gratiam quæ perduceret ad vitam æternam. Vnde talis gratia non ſolum pertinet ad communem prouidentiam, ſed ad prædeſtinationem, & ſic manifeſte apparet quomodo Chriſtus prædeſtinatur poſt peccatum Adæ præuiſum, & ſit cauſa noſtræ prædeſtinationis.

Sed iſta ſolutio non ſolutio ſed euaſio eſt, omnino non rei innixa. Ipſi enim nomine prædeſtinationis non intelligunt volitionem dandi gloriam poſt actum ſimplicis intelligentiæ, ſicut intelligit Scotus in 1. d. 40. ſed intelligunt præordinationem mediorum quæ eſt poſt illum actum voluntatis. Ideo ab iſto Authore quærendum eſt, decretum illud ſeu voluntas diuina, quæ antecedit ſine dubio (illis hoc concedentibus) actum intellectus quem appellant prædeſtinationem. Negare enim non poſſunt quia antequam Deus præordinauerit domini incarnationem & paſſionem in remedium & ſalutem Adæ, & aliorum præceſſerit voluntas diuinæ de ſaluendo Adamo. Nam irrationabile eſt ordinare media ante volitionem finis, ergo ante præuiſum peccatũ Adæ, quod ipſe proprio actu commiſit, volunt Deus ſaluare Adamum ſiue illa voluntas dicatur prædeſtinatio ſiue non, modo id non curo. Tunc quæro, an ſimul voluerit perducere humanam Chriſtũ ad gloriam. Si tunc voluit hoc, voluit hoc myſterium, ergo ex vi illius efficacis voluntatis hoc myſterium eſſet futurum, ſiue Adam peccaret ſiue non peccaret, ergo hæc ſolutio, non eſt ſufficiens, nam cum hac ſolutione ſtat quod ante peccatum primi parentis præuiſus fuerit gratus cui ante peccatum voluit Deus gloriam, licet illa gratia non pertineat ad prædeſtinationem vt ipſi dicunt, ergo in eodem ſigno in quo ante peccatum voluit Deus Adæ gloriam potuit velle Chriſto & velle hoc myſterium, ideo dicendo quod reuera non voluit illud niſi poſt peccatum aſſignanda eſt alia cauſa quare pro eodem ſigno nõ voluerit hoc tantum bonum niſi poſt occaſionem peccati. Quid minus eſt, quare cum voluit Adæ non voluerit Chriſto. Quare vni ſine occaſione & non alteri? Certe nulla aſſignari poteſt niſi principale fundamentum Thomiſtarum, nempe quod ſcriptura videatur inſinuare quod venerit propter remediũ peccati, & ſic quod ex libera Dei voluntate, quæ per ſcripturã reuelatam, innoteſcit nobis, fuit hoc myſterium volitum (abſtineo a prædeſtinatione). Poſt peccatum præuiſum non antea & ex eadem Dei libera voluntate, habuit Deus voluntatem ſaluandi Adã ante quam peccaret, ad quam voluntatem exequendam poſt præuiſum peccatum inter alia media prædeſtinatio, ordinatum & volitum fuit hoc myſterium per quod habuit Adam gratiam & iuſtificationem, & ſic fuit prædeſtinatus in eo ſenſu quo Thomiſtæ accipiunt prædeſtinationem. Et tunc redit quæſtio ad fundamenta ipſa Scoti & S. Tho. de quibus ſtatim.

Prius Meinæ Euaſio impugnanda eſt & probãdum quod gratia illa collata Adæ pertineat ad Prædeſtinationem, nam omnis adultus perueniens ad vſum rationis tenetur ſe referre in Deum diligendo illum, vt docet S. Tho. 1. 2. q. 10. art. 2. Bañez ibidẽ, & q. 44. art. ad 3. Soto de iuſtitia & iure lib. 2. q. 3. art. 10. 2. de natura & gratia, c. 12. & 13. Adam fuit creatus in ſtatu, & in adulta ætate, quia præcepti fuit capax. Secundo quia ſcientia perfectus rebus nomina impoſuit. Docet Aug. de peccatorum meritis & remiſſione libro 1. ad finem habetur tomo 7. *Auguſt.*

Ergo ante quam peccaret meruit diligendo Deum *tom. 3.* quod apparet in Eua qui ſerpenti dicenti. Cur præcepit ne comederetis ex omni ligno, reſpondit quod nõ *lib. 6.* omnes ſed vna ſola arbor erat ſibi prohibita. In quo ſine dubio meruit, quia fuit confeſſio & defenſio veritatis. Confirmatio in gratia dependebat ex obſeruatione illius præcepti diuini ſpecialiter ſibi impoſiti vel negandum eſt quod confirmarentur ex ſola obſeruatione illius præcepti. Tunc ſic, ergo illa opera quæ fecerunt tunc in gratia reuixerunt cum poſtea reconciliati ſunt Deo per gratiam Chriſti, cõſequentia tenet quia opera facta in gratia quamuis per ſuperueniens peccatũ mortificentur, tamẽ reuiuiſcunt. Quia non ſibi imputatur quod cum adultus fuerit Deũ non dilexerit, meruit ergo diligendo. Ergo illa gratia ad prædeſtinationem pertinet. Huius igitur prolixi diſcurſus ſit ſumma quod difficile aſſignant Thomiſtæ quo nam pacto Chriſtus ſit primus prædeſtinatus, ſi non fuit prædeſtinatus niſi *Cyrill.* poſt permiſſionem & præuiſionem peccati.

3. Probo ex Cyrillo lib. 5. Theſauri cap 3. contra Arrianos vbi ſic arguit. Si vt hæretici dicunt, vt nos produceret Deus, Filium produxit, erit ipſe propter nos factus. Nos non propter ipſum. Cur ergo nobis non eget gratiæ, qui propter nos eſt? Erit etiam ipſe gloria noſtra vt fœmina viri. Non enim vir creatus eſt propter fœminã, ſed fœmina propter virũ. Ac ſi dixiſſet. Certe ſi non eſt prædeſtinatus Chriſtus niſi præuiſo peccato Adæ in remedium eius, nobis *1. Cor. 11.* debet gratias agere. Ipſe erit gloria noſtra ſicut fœmina eſt gloria viri, & vir gloria Dei quod docet Apoſtolus. 1. ad Cor. 11. dicens Vir non debet velare caput quoniam imago & gloria Dei eſt. Mulier autẽ gloria viri eſt. Non enim vir ex muliere eſt, ſed mulier ex viro. Totum quod diximus breuiter docet Scotus, hic dicens. Prius eſt habitus quam priuatio. Ergo prius vult alicui gloriam & gratiã quam præuideatur peccatum, ergo a fortiori prius prædeſtinatur Chriſtus quam præuiſum fuerit peccatum.

Omnia iſta ſequuntur ex hac ratione quod videtur ordo turbatus inuerſus, & peruerſus, velle minus bonum

bonum abſolute, maius vero bonum non niſi propter minus bonum. Hoc eſt velle Chriſti prædeſtinationem ſolum propter redemptionem Adæ & filiorum eius, cum ſit maius bonum gloria & vita animi, q redimēdo. Docet autor hic ſoluendo autoritates Seraphicus Bonau. in 3. d. 32. q 1. S. Thom. 3. p. q. 20. ar. *Bonau.* 4. ad primū, & q. 25 art. 6. ad 4. ante illos Anſel. (quē refert Seraph. Bonau loco citato) lib. 2. cur Deus homo c. 14. Adducit autor infra d. 20. dicto quarto.

2. Probatur, ex inconuenienti Autoris. Nam tunc hoc myſterium quod eſt ſummum bonum in entibus eſſet occaſionatū id eſt non per ſe intentum, ſed ex ſuppoſitione & præuiſione mali, quod eſt inconueniens. Quia Deus ex liberalitate ſua in gloriā ſui & bonum noſtrum, voluit cætera, ergo cum in hoc myſterio maxime appareat Dei bonitas quę ſummo & vltimo modo ſe communicauit, nō eſt dicendū voluiſſe hoc myſterium ſolum in remedium peccati. Si enim prædeſtinatio Chriſti non fuit cauſa, vt Deus nos ordinaret in gloriam, ſed quod voluerit dare effectus prædeſtinationis, ergo a fortiori peccatum non debet poni motiuū prædeſtinandi Chriſtum. Sed deueniendum eſt ad aliquem prædeſtinatū mere liberaliter ex ſummo amore ſine aliquo motiuo. Nullus alius eſſe debet niſi Chriſtus qui eſt caput omnium, ergo. Pro hac veritate faciunt loca ſcripturæ concluſionis ſequentis.

3. Concluſio. Non ſolum Chriſtus dominus eſt primus omnium prædeſtinatorum, ſed eſt caput & finis omnium operum Dei, ita vt omnia alia quæ Deus fecit, ex amore Chriſti fecerit, in quem cuncta ordinauit. Hæc concluſio non eſt expreſſa in Autore, ſed colligitur ex ipſo aperta conſequentia. Nā infra d. 32. art. 3. docet quod prius voluit omnes prædeſtinatos. Poſtea bona gratiæ. Deniquæ voluit propter electos hunc mundum. Sed hic docet quod Chriſtus ſit primus prædeſtinatus, ergo de primo ad vltimum, ſi hunc mundum voluit propter electos, & inter electos primus & magis dilectus & prędeſtinatus eſt Chriſtus, ſequitur quod omnia voluerit propter Chriſtum. Quia cum hoc quod Deus ſit finis vltimus, ſtat, quod omnia fuerit propter Chriſtū. Hāc *Xuarez.* concluſionem docet optime Xuarez. 3. p. q. 1. art. 3. & 4. diſputat. lectione 2. Docuit antea optime & elegāter. Men. loca ſunt quotlibetis. Antiqua veritas eſt apud Rabinos. Nam vt refert Galatinus lib. 7. de ar- *Galatin.* canis cap. 2. & 4. communis eſt traditio Hebræorū Deum propter amorē Meſsiæ omnia creaſſe. Chryſoſt. hom. 71. in Ioann. dicit Patrem omnia operari propter gloriam Filii. Docet hanc veritatem Roper- *Rupert.* tus Abbas, vir doctiſsimus & acutiſsimus lib. 3. de gloria & honore filii hominis in Mattheū. & lib. 13. de gloria Trinitatis, & proceſsione Spiritus ſancti, vbi inquit. Regię ſcilicet dicendum reuerenterque audiendum, quia propter hunc hominem gloria, & honore coronādū: Deus omnia creauit. Et infra. Rectius dicitur, nō hominē propter Angelos, ſed propter quēdā hominē Angelos quoque factos eſſe & cętera omnia. Hinc docet citatus Cyril. Qui docet, quod nos facti ſumus propter Chriſtū. probatur ex Paul. omnia ve- *1. Cor. 3.* ſtra ſunt, vos autem Chriſti, Chriſtus autē Dei. Vbi quę ratione omnia dicuntur prædeſtinatorum, ipſi prædeſtinati dicuntur eſſe Chriſti, & ipſe Chriſtus eſſe Dei, vt verificetur illud, Prouer. 16. Omnia propter ſemetipſum operatus eſt Dominus. Cum quo, vt docet Scotus d. 32. ſtat, quod Chriſtus poſsit eſſe finis eorū. Quia illud quod eſt propinquius fini vltimo

conſueuit dici finis eorum quę ſunt remotiora. Hinc alacreſcit 2. ratio Scoti. Omnis ordinate volens finē. *Ratio* Id eſt. Quemadmodum qui ordinate vult, prius vult *Scoti not.* finē quā media ad finē, & inter ipſa media media propinqua magis vult quā remota, & prius vult alicui gloriā quā gratiā. & inter prædeſtinatos quibus vult gloriam prius videtur velle gloriam illi, quem vult eſſe propinquius fini. Id eſt nō eſt rationi conſentaneū quod prædeſtinatum minus dilectum voluerit independenter a magis dilecto, & quod prædeſtinatum magis dilectum voluerit pendenter a minus dilecto, & ſic poſt minus dilectum. Probo a ſimili, & paritate rationis primæ partis antecedentis. Media ordinata ad finem ſunt minus bona quam finis in quem ordinantur, ideo irrationabile eſt plus velle media quam finem, ergo a ſimili irrationabile eſt primum prædeſtinatum voluiſſe pendenter, & præciſe propter ſecundum prædeſtinatum. Hæc probatio Scoti a ſimili tenet, ideo bene vtitur Scotus aſſumpto principio quicquid dicāt Thomiſtæ, & Xuarez diſput 5 ſect. 2. fol. 91 colum. prima. Hæc eadem veritas manifeſte probatur ex illo. Epheſ. 1. Elegit nos in ipſo ante mūdi conſtitutionem. Id eſt elegit Chriſtum ante quam decerneret, & ſtatueret eligere nos, & ante quam decerneret mundum conſtituere. Nam ſi ſolum loqueretur de hac exteriori mundi creatione nil magnum & abſconditū Paulus diceret. Loquitur ergo de Mūdo pro vt eſt architecti ratiocinatio cogitantis mūdum condere. Verba ſunt deſumpta ex Philone eru- *Philon.* ditiſsimo Iudæorum libro de opificio mundi. Vbi nomine Mundi, non ſolum intelligit hunc mundum viſibilem, ſed mundum pro vt eſt in mente artificis & ſuperoi architecti, qui eſt Deus optimus maximus. Legendus eſt Origenes homil. in diuerſa, vbi ſuper Euang Ioann. 1. exponens illa verba. Illuminas omnem hominem venientem in hūc mundum, ex mente antiquorum, tres conſtituit mūdos. Fauet locus Ioann. 17. vbi Chriſtus ad Patrem. Clarifica me Pater apud te metipſum claritate quā habui prius quā mundus fieret apud te. Super quę verba inquit Aug. Cum videret, prædeſtinatæ ſuæ glorificationis veniſſe iam tempus, vt et nunc fieret in redditione, quod fuerat in prædeſtinatione iam factum, orauit dicēs. Et nunc clarifica me tu Pater. Notandum eſt illud *Nota.* verbum. Prius quam mundus fieret. Vbi rationem architectonicam exiſtentem in Deo qui ab æterno determinauit mundum condere, factionem mundi Appellat. Notanda quoque ſunt verba Aug. dicentis. Quod fuerat in prædeſtinatione iam factum. Ergo eſt ſermo de homine Chriſto prædeſtinato, in cuius gloriam, & propter quem ante quam ſtatueret, & decerneret mundum condere, determinauit omnia facere, illum, finem omniū conſtituendo. Manifeſtauit eleganter Paulus loco allegato dicens. Prædeſtinauit nos per Ieſum Chriſtum in ipſum. Vbi illę due particulæ diuerſas habitudines cauſæ demonſtrāt. Ly. per. demōſtrat cauſam meritoriam. Ly. in. cauſam ſeu rationem finalem. Si abſtinere vis a cauſa. In Cōcilio Tridentino ſeſſ. 6. c. 7. Chriſtus dicitur cauſa finalis noſtræ gratiæ, & iuſticiæ, & cauſa meritoria. Vnde poſſumus colligere quod ſit finis aliorum rerum. Nam natura eſt propter gratiam quod concedit Medina 3. parte quæſt. 1 art. 3. ad primam. folio 80. colum. 1. Ergo ſi Chriſtus eſt cauſa finalis noſtræ gratiæ, de primo ad vltimum eſt finis totius noſtræ naturæ Hoc ipſum colligitur ex c. 8. ad Roman. 8. Quos præſciuit, & prædeſtinauit conformes

Be ſieri

fieri imaginis filii ſui vt ſit ipſe primogenitus in multis fratribus. Vbi cum dixit, conformes fieri, indicauit cauſam exemplarem. Cum dixit. Primogenitus. Indicauit quod ſit primus prædeſtinatus a quo cuncti accipiunt, & in quem cuncta ordinantur. Nam iſte locus non eſt intelligendus de Chriſto vt Deo, (vt interpretantur D. Tho. Adamus, dicentes, quod filii adoptiui debent imitari filium naturalem, ideo de filio ſecundum diuinam naturam loqui Paulum aſſeuerant). Sed de homine Chriſto loquitur Paulus, qui homo Chriſtus eſt vere filius Dei naturalis propter communicationem Idiomatum. Hebr. 1. Locutus eſt nobis in filio quem conſtituit hæredem vniuerſorum. De homine Chriſto loquitur Paulus, quia homo Chriſtus locutus eſt nobis. Sed quia vere per communicationem idiomatum ille homo erat filius Dei, modo quæ ſunt deitatis exprimit dicens. Per quem fecit & ſecula. Modo quæ ſunt humanitatis dicens. Quem conſtituit hæredem. Sic duo hic coniungit, nempe imaginis filii ſui, & quod ſequitur, vt ſit ipſe primogenitus in multis fratribus. Per hæc verba appoſita manifeſtauit quod loquebatur de homine Chriſto, qui eſt filius Dei naturalis dicente Gabriele. Vocabis nomen eius Ieſum, hic Ieſus erit magnus & filius altiſſimi vocabitur. Et ſecundum humanam naturam
*Chriſoſt.* omnes iuſtos habet fratres. Sic explicat Chryſoſt.
*Hieron.* Hieronymus, & Anſelmus, qui inquit. Vt ſit primogenitus. Ideſt primatum habens in collegio ſanctorum, et hæreditatem Patris ſuo iure optinens, vt aliis fratribus diſtribuat. Secundum hoc explicabimus
*Rom. 8.* locum Pauli ad Roman. 8. Conformes fieri imaginis filii ſui. Ideſt conformari illi tanquam exemplari omnis bonitatis & ſanctitatis. Iuxta quem modum inquit Paul. 1. Corinth. 15. Portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem Cæleſtis. De gloria corporis inquit ad Philip. 3 Reformabit corpus humilitatis noſtræ configuratum corpori claritatis ſuę iuxta quod Auguſt. ferm. 25. Natiuitatis. Homo ſequendus non erat, qui videri poterat. Deus ſequendus erat qui videri non poterat, vt ergo exiberetur homini, & qui videretur ab homine, & quem homo ſequeretur, Deus factus eſt homo: ac ſi clarius dixiſſet Aug. factus eſt homo, vt eſſet exemplar, & imago omnis bonitatis. Huic imagini fecit conformes electos. Iuxta quod Chriſtus ad Diſcipulos ſuos Ioann. 13. Quemmadmodum ego feci ita & vos faciatis. Sic Matth. 11. Diſcite a me. Hæc erat imago cui debemus fieri conformes. Docet aperte Origenes libro 7. ſuper epiſtolam ad Roman. Vbi per imaginem filii, animam Chriſti intelligit quæ ſpecialiratione dicitur imago, quia illum integre ſuſcepit, illū perſecte refert. Sic illud Ioann. 14. Philippe, qui videt me videt & Patrem meum. Et tamen nec illum in ſua diuina natura videbat nec Patrem in ſua. Sed quia vere erat filius Patris, imago eius, denotauit quod in carne nihil maius faceret Pater. Ideo bene repræhendit Philippi deſiderium, deſiderantis videre Patrem tanquam maiorem Referēdo enim verba ad totum ſuum eſſe, aperte ſe Patris imaginem compellauit, non verbo ſed re. Ideſt ſi non eſſet imago Patris, non valeret. Qui videt me videt Patrē. Quomodo illa natura erat imago Patris? ergo omnis homo erit imago Patris, & videndo quemlibet hominem videbimus & Patrem? Abſit. Ad totum retulit, non ad hominem ſolum, & quia virtus Patris quę erat in filio, corruſcabat in homine quem Philipp. videbat, illi ſoli conuenit, quod etiā in illa natura ſit imago exprimens eandem virtutem eandem potentiam quam habebat Pater. Accepi hunc ſenſum ex Auguſt. Conſonat Cyprianus prologo Natiuitatis *Aug.*
dicens: Nec in hac viſione plena poteſt eſſe ſuffi- *Cyprian.*
tientia, donec in ſplendoribus ſanctorum agnoſcatur ratio gignentis & geniti. Vbi inſinuat quod in viſione carnis erat imago Patris, perſecte videnda cum videretur eſſe diuinum in ſe. In Chriſto enim hoc eſt peculiare, quod propter vnionem Dei & hominis, quæ ſunt Dei, dicuntur de homine & vice verſa. Et quæ conueniunt Deo ſecundum ſe, dicuntur de homine ſecundum ſimilem metaphoram. Dicitur de Filio Dei quod eſt lumen de lumine, quia ipſe Deus lux eſt. & in eo tenebræ non ſunt, lux inaccesſibilis, 1. Thimit 6. Lucem In habitat in acceſsibilem, ipſe homo Chriſtus dicitur lux mundi, Ioann. 1. Erat lux vera. Non ſolum intelliguntur iſta ſecundum naturam diuinam, ſed humanam. Secundum naturam diuinam, non ſecundum humanam; dicitur Col. 1. Imago Dei inuiſibilis. Ideſt ſine omni ratione materiæ Deum repræſentans. Sic ſecundum naturam humanam, ſi non verbis, re dicitur. Qui videt me videt & Patrem. Quia nil maiori virtute faceret Pater in natura aſſumpta. Ergo erat eius imago. Sic Paul. vocat eum filium, quia eius habebat naturam. Vocat eum imaginem & primogenitum in multis fratribus, loquendo de humanitate. Ad denotandum quod coniunctim loquitur de homine Deo qui vno nomine dicitur Ieſus Chriſtus. Conſonat Beda hom. 2. Natiuitatis dicens, Dei filius in carne apparens iuxta diuinitatis excellentiam vnigenitus a Patre, & iuxta Fraternam ſocietatem primogenitus eſt omnis creaturæ. de hac dicitur Roman. 8. Quos præſciuit & prædeſtinauit conformes fieri imaginis filii ſui, vt ipſe ſit primogenitus in multis fratibus. Ergo vnigenitus in ſubſtantia deitatis, primogenitus in ſubſtantia humanitatis. Sic in Concilio Epheſino tomo. 1. cap. 4. & 5. & tomo 4. cap. 26. Chriſtus dicitus vnigenitus vt Deus. Primogenitus vt homo. Sic idē Paul. ad Coloſ. 1. Qui eſt imago Dei inuiſibilis, primogenitus omnis creaturæ. Imago inuiſibilis ſecundum rem idem eſt, quod filius ſecundum diuinam naturam. Primogenitus idem eſt quod filius in humana natura. Qui vt ſic eſt primogenitus, non tempore, ſed honore, vt inquit Hieronymus ibidem. Quo honore? Explicat Paulus dicens. Quoniam in ipſo condita ſunt vniuerſa, & ipſe eſt ante omnes, & omnia in ipſo conſtant, & ipſe eſt caput corporis Eccleſiæ. Ac ſi dixiſſet Paul. ipſe eſt volitus ante omnes & omnia ſunt volita propter illum, vt inquit ad Hebr. 2. Eum propter quem omnia. Quibus locis videtur, Paulum expoſuiſſe, & deſumpſiſſe ſenſum illius loci. Ec- *Eccleſ.*
cleſiaſt. 24. Ab initio & ante ſecula creata ſum. Et iterum. Ego ex ore altiſsimi prodiui primogenita ante omnem creaturam. Vbi eſt ſermo. de Chriſto ſecundum humanam naturam. Nam ſecundum diuinam, non eſt primogenitus, quia nullum ibi habet fratrem, ſed vnigenitus iuxta illud Ioann. 1. Vnigenitus qui eſt in ſinu Patris. De humana natura intelligit hunc locum Auguſt. ſerm. 22. de natiui- *Aug.*
tate, vbi inquit. Dominus Ieſus prædicatur vnigenitus de Patre. Primogenitus a mortuis. Vbi intelligendo hūc locū de humana natura fecit Aug. alluſionē ad locū Epheſ. 1. vbi Chriſtus dominus vocatur primogenitus ex mortuis, quia reſurrectio ad vitā

eſt ve-

eſt veluti generatio quedam. Qua ratione illud. Pſal. 2. Dominus dixit ad me filius meus es tu ego *Paul.* hodie genui te. Explicat Paulus Actarum 13. de reſurrectione, quia vt dicebamus hæc reſurrectio ad vitam beatam, glorioſam & immortalem, ſymbolum habet cum illa generatione æterna, ſecundum quam ſine omni metaphora, & ſymbolo eſt intelligendus locus. Idem eſt ſenſus illorum verborum. Prouerbiorum 8. vbi dicitur de ſapientia. Dominus poſſedit me in initio viarum ſuarum. Vbi eſt ſermo. de ſapientia incarnata ſecundum Clemētem Romanum libro 5. conſtitut Apoſtoli cap. 19. Concil. Hiſpalenſ. 2. q. 13. Athanaſ. ſerm. 3. contra *Athan.* Arrianos. Et in expoſitione fidei. Ambroſ. 1. de fide *Ambr.* ad Gratianum cap. 7. Vbi ponderat quod non dixit ſcriptura. Pater. Sed Dominus. Nam ſi filius vt Deus loqueretur non diceret, Dominus poſſedit me. Sed Pater. Vt denotaret conſubſtantialitatem. Sic Matt. 11. inquit Chriſtus. Confiteor tibi Pater, Domine cæli & terræ. Diſtinxit enim paternitatem a dominatione. Ideo ſi ibi filius vt Deus loqueretur non poſſet ei conuenire verbū, poſſedit Sequitur. Non dum erant Abyſſi, ego jam concepta eram.

Supponendo eſſe communem expoſitionē omnium ſanctorum arguo ſic. Iſta ſapientia incarnata ſiue Chriſtus ſecundum quod homo, de quo loquitur Paul. & patres citati, non præceſsit re & executione omnem aliam creaturam, ergo præceſsit ſecūdum prædeſtinationem. Et ne ſit æquiuocatio de prædeſtinatione infero. Ergo præceſsit ſecundum propoſitum, voluntatem, & decretum condendi, & creandi cætera omnia, quæ in mundo ſunt. Neſcio quid poſsint Autores contrariæ opinionis reſpondere teſtimoniis tam apertis. Reſpondet Medina 3. p. q. 1. art. 3. fol. 80. col. 1. ad primum contra quartam concluſionem, quod in genere cauſe finalis eſt verū, ſed in genere cauſæ materialis. & veluti occaſionaliter præſupponitur peccatum, in cuius remedium Chriſtus eſt prædeſtinatus.

Contra. Ipſa etiam permiſsio peccati redundat in gloriam Chriſti, dum videmus ſic paſſum & crucifixum fuiſſe pro inimicis redimēdis, hoc magnificat & extollit Paulus Rom. 5, dicens. Commendat autem Charitatem ſuam Deus in nobis quoniam ſi cū adhuc peccatores eſſemus ſecundum tempus Chriſtus pro nobis mortuus eſt. Et Rom. 9. Quod ſi Deus ſuſtinuit in multa patientia vaſa iræ apta in interitum vt oſtenderet diuitias gloriæ ſuæ in vaſa miſericordiæ quæ præparauit in gloriam. Vbi inſinuat Paulus quod ſuſtinendo malos demonſtrat patientiam. & quod ipſa condemnatio & reprobatio malorum, quæ eſt ſecundum Dei iuſtitiam, manifeſtat ſanctorum gloriam, qui ab ipſa tali miſeria liberantur. Verba ſunt S. Thomæ qui ita explicat ibidem. *S. Thom.* Aug. 11. de ciuitate Dei cap. 18. & ſuper Pſal. 54. in- *Aug.* quit. Ne putetis malos gratis eſſe in mundo, omnis malus ideo viuit vt corrigatur, aut vt per illum bonus exerceatur. Si corrigitur hoc cedit in gloriā Chriſti, qui etiam malis confert miſericordiam ſicut apparet in Paul. Si bonus exercetur etiam cedit in gloriam Chriſti ex cuius meritis datur illi virtus & gratia ad patienter ſuſtinendum. Sic dictum eſt Paulo. Sufficit tibi Paule gratia mea. Ergo reuera cum præuiſum fuit peccatum, iam erat volitus Chriſtus. Patet. Peccatum fuit permiſſum veluti medium glorificandi Chriſtum, ergo iam Chriſtus erat volitus vt finis, in cuius gloriam permittebatur peccatum. Nam non eſt exiſtimandum Deum permittere mala, vt inde velit bona. Nam hæc volitio eſſet occaſionata. Et hoc contendit Scotus eſſe falſum, maxime de illo ſummo bono inentibus volitis a Deo, quale eſt hæc *Nota.* vnio. Sed intelligere debemus quod vult bonum ex prima intentione, & tunc non inconuenit ſed ſapientiæ & prouidentiæ ſuæ eſt conſentaneum mala permittere in executionem boni. Vult Deus alicui conferre gloriam martyru, tunc permitit perſecutorem eximere rompheam & gladium vtraque parte acutum. Intelligere quod permiſsit perſecutionem, vt inde moueretur ad martyrium & gloriam martyrii volendam: non eſt diuinæ ſapientiæ, nec rationi naturali conſentaneum, Ideo Seraphicus Bonauēt. in 3. d. 1. art. 2. q. 2. inquit. Quod noſtra opinio eſt *Bonau.* ſubtilior, rationi naturali magis conformis.

Secundo contra iſtum Autorem arguo. Si peccatum fuit occaſio incarnationis, ita quod ſi non eſſet peccatum, incarnatio non eſſet futura, ergo reuera remedium peccati eſt finis incarnationis, ergo implicat quod incarnatio ſit finis, quia ipſa eſt medium ita præciſum, quod nullo modo eſſet futurum hoc myſterium, niſi eſſet futurum remedium peccati. Si ergo remedium peccati ordinatur in gloriam Chriſti tanquam in finem, repugnat repugnantia, quod ipſum remedium peccati ſit finis præciſus, ita quod ſi ipſum nō eſſet, incarnatio non eſſet. Dicēdo, quod Deus ex ſolo motiuo ſuæ bonitatis voluit hoc myſterium, & poſtea ex appoſitione, voluit Chriſtum non alium eſſe redēptorē. Sic bene intelligitur quomodo peccatum ordinetur in gloriam Chriſti, quatenus ex ſumma obedientia factus eſt obediens vſque ad mortem Crucis, quatenus ex ſumma charitate gaudebat mori, Quatenus ex ſumma miſericordia noluit in corpore eſſe beatus, vt per omnia fratribus aſsimilatus miſericors fieret, & fidelis Pōtifex Hebr. 2. Sed ſi remedium peccati, eſt præciſus finis, *Hebr.* & incarnatio medium, male poſtea poteſt remedium eſſe medium & incarnatio finis.

3. Arguo. Epheſ. 1. inquit Paul. Prædeſtinauit *Epheſ.* nos per Ieſum Chriſtū, in ipſum. Vbi indicat Paul. cauſam meritoriam, & finalem. Hæc prædeſtinatio, aut eſt electio, & propoſitum dandi gloriam per Chriſtum, vel ſi eſt ordinatio mediorū, ſaltim ſupponitur illud propoſitum dandi gloriam, ergo voluit nos in gloriam Chriſti, & ſic iam præceſsit voluntas & propoſitum huius myſterii, alias non apparet quomodo ab initio & ante ſecula eſſet creata iſta ſapientia incarnata. Et quomodo ſit principium viarum domini, vt deducitur ex loco allegato. Dominus poſſedit me in initio viarum ſuarum.

4. Ad hoc tendit ratio Authoris quam ponam in pricipali dubio.

Ad argumenta. Ad loca ſacræ ſcripturæ dico, quod ibi ſolum dicitur quod venit propter noſtram ſalutem, ad quod ſufficit quod hac intentione venerit, & quod hæc de ſe ſufficeret vt veniret, quando alia cauſa & motiuum non eſſet. Cum hoc bene ſtat quod ex alio motiuo decreuerit Deus, quod veniret. De excluſiua non loquuntur ſcripturæ. Secūdo dico. quod ſcripturæ prouocantes nos ad Dei amorē loquuntur de myſterio iſto vt factum eſt in executione, & vt ſic iam in carne paſsibili factum eſt in remedium peccati. Vidende ſunt autoritates concluſionis primæ dubii ſequentis. vbi explicatur, & ſoluitur fundamentum Thomiſtarum in hoc dubio.

Ad Autoritates omnium ſanctorum dico ſimiliter, quod ipſi loquuntur copulatiue de hoc myſterio in carne paſſibili, & tunc bene dicunt, quod hoc decreuit Deus propter peccatum. Attente conſiderētur eorum verba & inuenietur verum quod dicimus. Aug. Manifeſte dicit lib. 1. de peccatorum meritit c. 26. Non aliam ob cauſam in carne veniſſe, ac forma ſerui accepta, factum obedientem vſque ad mortem. Ergo ſimul coniungit aduentum cum forma ſerui. Ideſt totū hoc ſine dubio fuit propter peccatum. Et libro 3. hypog ... cit. a principium apte inquit. Quid opus erat Deo ſi ſtatus integer naturæ maneret humanæ, carnem ſuſcipere noſtram, contumelias ſuſtinere mortem perpeti. Ergo copulauit vtrunque ſcilicet carnem ſumere, & mortem perpeti. Quod pro nobis ſit, principali dubio, concluſione 1. oſtendam Quod eodē modo loquatur Gregor. patet dubio ſequenti concluſione 1.

Ad illud Athanaſii dico, quod libro de incarnatione Verbi, poſt verba citata, inquit. Illius enim incarnationis & humanitatis nos occaſio fuimus. Ideſt incarnationis eo modo quo facta eſt, nempe in carne paſſibili, nos occaſio fuimus. Sic dicendū, loqui alibi, cum rem obiter tangit. Ad Leonem dico, quod eodem modo loquitur, nam inquit. Quod ſi homo non peccaret creator mundi creatura non fieret. Nec ſempiternus tēporalitatem ſubiret, aut æqualis Deo patri, formam ſerui & ſimilitudinem carnis peccati aſſumeret. Ecce quomodo loquitur de carne paſſibili. Sic ad Ireneum dicendum eſt. Ad illud Eccleſiæ dico, quod fuit neceſſarium peccatum, ad oſtenſionem iuſtitiæ Dei, Ideſt conuenienter ſic fuit manifeſtata. Nullomodo, puniendo totum mundum, potuit ſic manifeſtari. Hoc illud. Proprio filio ſuo non pepercit. Aliquid manifeſtauit in paſsione filii quod in paſsione non filii manifeſtare non poteret. Lege loca ſcripturæ 1. concluſionis dubii ſequentis.

Ad 3. dico, quod ſic Deus dilexit mundum. Et itarum. Delitiæ meæ eſſe cum filiis hominum cōmendet Deus charitatem ſuam, quia cum inimici eſſemus. In ſuper erat cauſa quam aſsignat Scotus art. ſequenti.

Ad vltimum dico, quod Chriſtus abſolute & independenter Prædeſtinatus eſt caput hominū a quo homines acciperent gratiam: non ex meritis paſsionis ſicut modo, ſed ex amore, & meritis eius. Stante innocentia acciperent e Chriſto mediante generatione ex Adamo, qui erat velut mediū morale quia cōmunicatio gratiæ ex recto vſu liberi arbitrii eius pendebat, & erat medium naturale, quia Chriſtus nō erat habiturus filios carnales. Peccante Adamo Deus ex amore & meritis Chriſti non quomodocūque, ſed ex meritis paſsionis oblate in remedium confert nobis gratiam. Et Chriſtus qui noluit nec decuit filios habere carnales, vt ſpirituales habaret, ſacramē inſtituit, ne mediū applicandi & communicādi nobis gratiam deeſſet. ideo ſi non peccante Adamo veniret, non eſſent duo capita.

*Num in eodem ſigno quo Chriſtus fuit prædeſtinatus fuerit præordinatus hominum redemptoris.*

DVbium hoc ſedem habet apud Autorem ſolutione ad autoritates adductas in principio præcedentis dubii, vbi inquit, quod Chriſtus non veniſſet vt redemptor niſi homo cecidiſſet. vnde, vt eſt videre d. 19. clare docet quod prius puta in 3. ſigno fuerit prædeſtinatus. poſtea in quinto fuerit præordinatus redemptor. Cōtra quod ergo ſic: Chriſtus eſt prędeſtinatus in tertio ſigno ante præuiſionem peccati. poſt præuiſionem peccati. quod eſt in 4. ſigno. præordinatur redemptor in quinto ſigno, ergo tertium ſignum variatur per quintum, quia in 3. non videtur paſsibilis ergo.

2. Prædeſtinatio verſatur circa res ſingulares cū circunſtantiis earum, ergo non potuit in vno ſigno prædeſtinari, in alio cum tali circunſtantia præordinari. Sed totum factum fuit ſimul. Ideo bene dicunt Thomiſte quod poſt præuiſionem peccati, eſt prædeſtinatus, quo ad ſubſtantiam & circunſtantiam.

3. Supra arguendo contra diſpoſitionem & modū quo Caietanus aſsignat iſta ſigna diximus, quod in iſtis ſignis non eſt admittenda abſtractio eiuſdē rei, ſed ordo. & prioritas vnius rei in ordine ad alteram. Sed diuidere ſubſtantiam myſterii a circunſtātia eiuſdem, videtur abſtractio, igitur nullomodo talis abſtractio eſt admittenda.

In hoc dubio tota difficultas eſt in primo argumēto, nam ſi cum prædeſtinauit Chriſtum in 3. ſigno illum prædeſtinauit paſsibilem iam præceſsit cognitio peccati. Si prædeſtinauit impaſsibilem, ergo debuit poſtea mutare decretum & decernere nouo decreto mittere illum paſsibilem. Vix ergo intelligi poteſt quomodo prædeſtinauerit illum in illo ſigno & decreto, & in quinto ordinauerit mittere illum paſſibilem.

Concluſio. Primum motiuum & ratio propter quā Chriſtus dominus venit paſsibilis, fuit remedium peccati. Videtur iſta cōcluſio aperte haberi Iſaiæ 57. Propter ſcelus populi mei percuſsi eum, & ibi. Seruire me feciſtis in peccatis veſtris. Rom 8. Deus filiū ſuum mittens in ſimilitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum. Roman. 4. Traditus eſt propter delicta noſtra Ad Hebræos 6. Rurſum crucifigentes ſibi metipſis Filium Dei. Vbi inſinuat Apoſtolus manifeſte crucifixum fuiſſe propter peccatum. Hebr. 10. Hoſtiam & oblationem noluiſti corpus autem aptaſti michi holocauſto mata & pro peccato non tibi placuerunt, tūc dixi ecce venio. Vbi aperte indicat Paulus quod paſsio Chriſti fuit verum holocauſtum pro peccato generis humani. Ad Galat. 3. Chriſtus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum. Ad Col. 2. Delens chirographum, ibi. Affigens illud cruci. Zachae. 9. Tu quoque in ſanguine teſtamenti tui emiſiſti vinctos tuos. Hanc veritatem docet aperte Greg. lib. 3. moral. c. 11. dicens. Qui patri eſt equalis per diuinitatem venit propter nos ad flagella per carnem, quæ nimirum flagella non ſuſciperet, niſi formam damnati hominis, redimendo ſumpſiſſet. Idem docet poſtea dicens. Niſi primus homo delinqueret ſecundus ad paſsionum probra minime veniret. Notandum quomodo cum ſcriptura loquitur de paſsione filii Dei, de effuſione ſanguinis, ſemper premittit peccatum. & offenſam in Deum. Suadet ratio, nam nulla alia apparet cauſa tam acerbe mortis, niſi peccatum. Notandum quod aliter concedunt iſtam concluſionem Thomiſte aliter Scotiſte. Illi dicunt quod ita venit paſsibilis propter peccatum, quod aliter non veniret omnino. Nos dicimus quod ſic venit paſsibilis propter peccatum quod licet non eſſet peccatum ad huc veniret, licet non paſsibilis. Docet Autor ſoluendo autoritates. Apertiſsime citatus Gregor. Notandum quod Gregor. non dixit, quod niſi homo peccaret, Chriſtus

*Iſai.*

*Nota Greg.*

*Nota.*

Chriſtus non veniret, ſed quod non veniret ad paſſionum probra. Duo igitur docet nampe quod propter peccatum venit paſsibilis. Secundo quod aliter non veniret paſsibilis.

2. Concluſio. Chriſti paſsio vſque ad quintum ſignum non fuit ordinata in ſalutem & remedium hominum. Probatur. Peccatum non fuit præuiſum vſque ad quartum, ergo ſi paſsio ordinata eſt in remedium eius, non fuit ordinata & volita niſi poſt quartum & ſic in quinto. Antecedens probatur. Peccatum auertit ab amicitia Dei finis ſupernaturalis, & peccatum Adæ (in cuius remedium ordinata fuit paſsio Chriſti vt deleretur originale quod ex peccato Adæ contrahunt omnes) fuit priuatio gratiæ quam prius habuit Adam, ergo prius fuit ordinatus ad gloriam & gratiam quam permitteretur, & præuideretur peccatum. Ergo ſignum gratiæ, antecedit ſignum remedii ad ipſum peccatum. In Angelis qui non ceciderunt prius anteceſsit ſignum gloriæ & gratiæ quam ſignum meriti. ergo in Adamo & malis angelis qui ceciderunt, prius fuit ſignum gratiæ quam demeritum. Eluceſcit Scotus dicens. Prius eſt habitus quam priuatio. *Scot.* Comparetur ergo vniformiter ſignum gloriæ & gratiæ, & ſignum meriti, & demeriti, & inuenies quod paſsio in remedium peccati, optima ponitur in quinto ſigno, & prædeſtinatio Chriſti in tertio quando alii ſancti & Angeli ſunt prædeſtinati, nam Chriſtus Dominus eſt caput, non ſolum hominum, ſed Angelorũ. Si caput eorum qui non ceciderunt, ergo ante Angelos eſt volitum hoc myſteriũ. Niſi dicas etiam Angelos eſſe volitos poſt caſum Adæ vt illum docerent. Aſſumptum probatur ex Paulo ad Coloſ. 2. Qui eſt caput omnis principatus & poteſtatis. Ad Philip. 2. vt in nomine Ieſu omne genu flectatur. Caput influit in membra, ideo ſi Angeli receperunt gratiam ex amore, & dilectione Chriſti, euidens eſt quod eſt volitus ante illos. Et cum in illis non fuerit peccatum euidens eſt quod gratia Adæ fuit ex meritis Chriſti ante peccatum, & ſic antea fuit volitus Chriſtus. Vtrũque negãt Thomiſtæ Concedunt tamen (nobis hoc ſufficere videtur) quod Chriſtus influit in Angelos, illuminatione & doctrinam Sic Dyonyſius 7. de cæleſti hierarchia, vbi inquit illam quæſtionem. *Dyoniſ.* Iſai. 63. Quis eſt iſte qui venit de Edom. Eſſe factam ab Angelis quos illuminauit Chriſtus dicens. Ego qui loquor iuſtitiam. (ommitto alios actus quos exercet Chriſtus in Angelos tanquam caput eorum). Pro hac ſententia faciunt omnes autores qui docent peccatum Angelorum fuiſſe nolle ſe ſubiicere homini Deo, quem Deus adorandum propoſuit. Sic Alexander 3. p. q. 2. *Alex.* Memb 13. putat eſſe Bernard. ſerm. 1. de aduentu, & ſerm. 21. ſuper Cantica Rupper. Ioann. 8. Iacobus de Valentia Pſalm. 81. Surge Deus. Catherinus libro de gloria bonorum Angelorum, & ſuper illud geneſ. 3. Serpens erat callidior cunctis animantibus. Male a multis modernis citatur. Cyprianus ſerm. de inuidia & liuore. Quia ibi loquitur de illa exteriori tentatione quæ proceſsit ex inuidia. *Nota.* Tum iam peccatum erat commiſſum. Niſi dicas illam tentationem in paradiſo, fuiſſe executionem illius inuidiæ quam habuit cum ſibi oſtenſum fuit, Deum non apprehendere Angelos, ſed ſemen Abrahæ. Sic interpretari poteſt illud Sap. 2. Inuidia Diaboli mors intrauit in orbem. Sed ſi aliud fuit peccatũ, bene datur quod poſt illud ex inuidia tentauerit Protoparentes.

3. Concluſio. Hęc diſtinctio ſignorum recte intelligitur conſiderando actũ complexum diuinæ prædeſtinationis, dicendo, quod Deus ſuppoſita ſcientia ſimplicis intelligentiæ (quæ neceſſario ſine dubio eſt ſupponenda) habuit actum prædeſtinandi Chriſtũ caput omnium prædeſtinatorum, & ordinauit illum in remedium peccati Adæ. Sic videmus quod cum quis ex mera volũtate ſua decreuit mittere aliquem ad aliquem locum abſque aliquo motiuo ſi ſuperuenit ſcientia alterius rei etiam mittit illum ad illud negotiũ denouo ſuperueniens. Iuxta quod Geneſ. 28. Iacob ex timore Eſau fratris ſui exiuit de domo patris ſui. *Geneſ.* Ex amore adiuit domũ Labã potius quam domum alterius. Deus ex bonitate ſua voluit hoc myſterium, dilexit illud & ordinauit electos ad gloriam. Præuidens peccatum, hunc hominem Chriſtum quem diligebat, deſtinauit in redemptorem ex miſericordia quæ maxima eſt virtus in Deo ſecundum S. Thom. 2. 2. q. 30. art. 4. Infirma ſunt omnia exampla creaturarũ vt diximus d. 1. q. 1. art. 1. dubio vltimo. Primo Mach. dixit Iudas ad fratrẽ ſuum. Elige tibi viros, & vade in Galileam libera fratres tuos. *1. Mach.* Iam ſuum fratrem diligebat. Videns autem ſuorum calamitatem, ordinauit illum ducẽ. Ita eum qui iam erat dilectus, ordinauit Deus in redemptorem, & liberatorẽ eorum, qui erant in manifeſto periculo. De Paulo inquit Dominus. Actor. 9. Vas electionis eſt mihi iſte vt portet nomen meum coram gentibus & Regibus, & filiis Iſrael. Non eſt intelligendum quod ſi nõ eſſet portaturus nomen eius nõ eligeret illum. Sed quod elegit illum ad gloriam. Et propter electos ordinauit & miſsit illum inter gẽtes. Ecce actum complexum diuiſibilem in plura ſigna, & inſtantia. Et quod iſta miſsio, & electio in Apoſtolatum fuit ex additione ad electionem prædeſtinationis. Non enim exiſtimandum eſt, Deum permiſiſſe peccatũ gentium, & tunc prædeſtinaſſe Paulum in doctorẽ ſed prędeſtinaſſe Paulum, & gentes ſaluandas. Et videns illas non habere notitiã Euãgelii. Paulum iam volitum, ordinauit in Doctorem, 1. Cor. 2. inquit Paul Non enim iudicaui me ſcire aliquid inter vos, niſi Ieſum Chriſtum, & hunc crucifixum. Certe quamuis nõ eſſet crucifixus Chriſtus diligeret illum. Igitur diligebat Chriſtum, & Chriſti crucem. Etſi videret Chriſtum ſine cruce, illum diligeret. Sic Deus dilexit Chriſtum & homines ſaluandos. Et voluit crucem Chriſti propter eorum ſalutem. Cum quo ſtat quod etiam ſi non vidiſſet illud peccatum adhuc voluiſſet. De quo dubio ſequẽti. Conſidera igitur in prædeſtinatione Chriſti, actũ compleum ſicut in electione Pauli, & inuenies veram ſententiam Scoti. *Nota.*

5. Concluſio. Voluiſſe incarnationem ex motiuo peccati (quamuis alias voluiſſet illam, quia hæc non fuit præcipua ratio,) ſufficit ad hoc vt dicatur quod Chriſtus venit propter nos. Patet. Venit ad peragendum officium redẽptoris, ergo re vera venit propter nos. Eſt ratio, quia illa alius primarius finis, ſtat cum illo fine ex appoſitione, & additione. Et illa additio non tollit primarium finem. Ergo mentione non facta de fine primario, confici poteſt propoſitio, in qua explicetur illa ſecundus finis, quia abſtrahentiũ non eſt mendacium. Sic 1. Reg. 16. Mittens Deus Samuelem vt vngeret David in Regem, timens Samuel Saulem dixit. Quomodo vadam? audiet enim Saul, & interficiet me. Reſpondens Deus dixit. Accipe vitulum & dic ad ſacrificandum Domino veni. Ideſt ad finem primo intentum, appone alium nempe ſacri-

immalidũ Domino. Ex primo ſecũdũ, tace primũ. Vnde fieri potuit ſine mēdacio, & ſine diſpenſatione in mendacio (quod indiſpenſabile eſt ſecundum Thomiſtas). Ad hunc modum 2. Reg. 7. c. loquitur Dominus ad Dauid dicens. Suſcitabo ſemen tuum poſt te. Poſt pauca. Miſericordiam autem meã non auferam ab eo, ſicut abſtuli a Saul quem amoui e facie mea. Vbi alia tranſlatio habet. Quem amoui a facie tua, ideſt amoui propter perſecutionẽ quam exercebat in te. Conſtat autem quod præcipua cauſa erat quia non percuſſerat Regẽ Agag 1. Reg. 15. Abraham etiã Egyptum ingreſſus dixit ad Sarrã. Dic ergo quod ſoror mea ſis. Hoc ipſum Iſaac Geneſ. 26. Erat quidem verum, quia conſanguinei dicebantur fratres, ideo prætermiſſo vinculo matrimonii, potuit propinquitatem conſanguinitatis referre, Sic cum quis adit ciuitatem, alicuius negotii cauſa: & ſimul intendit viſitare aliquem, inquit. Veniſſe vt videret illam. Et ſi duo fines ſimul occurrerent quorũ vterque eſſet cauſa mouendi agentem ad agendum, vtrunque ſtat ſimul, & quod ſi vnum illorum non occurreret, adhuc ex alio motiuo moueretur ad opus, & quod facit propter vtrunque motiuum, ſuppoſito quod ambo concurrerũt. Vltimo loca ſacre ſcripturæ non excludunt aliam cauſam, ſed dicũt Deum adhoc veniſſe, ergo male infertur quod nullo modo veniſſet, niſi eſſet peccatum. quia potuit venire ex alio fine, cum quo ſtat verum veniſſe propter peccatum.

Ad Argumenta. Ad primum dico, quod Deus vnico actu voluit eligere electos ad gloriam, & ordinare Chriſtum primum electum, & prædeſtinatum in remedium aliorum prædeſtinatorum. In hoc actu vnum fuit volitum independenter ab omni alio motiuo, ſed ſolum a diuina bonitate puta ipſum myſterium. Quod veniret paſsibilis ſimul, voluit pendẽter ex peccato. Bona ex parte patet hoc in primo Adam, qui cum natura ſua erat paſsibilis, ex dono factus eſt impaſsibilis, pendenter ex obedientia, ideo ei dictum eſt. In quacunque hora comederis morte morieris. Tunc poſſumus dicere quod in 1. ſigno voluit illum impaſsibilẽ, in ſecundo poſt commiſſum peccatum voluit paſsibilem. Hic non eſt mutatio decreti in Deo, ſed aſsignatio cauſe noui effectus. Docet aperte hoc Athanaſius libro de incarnatione Verbi,

Athan.

dicens. Deus hominem fecit & per ſe manere immortalem voluit (ecce primum ſignum). Verum homines per negligentiam atque contemptum auerſi a Dei cogitatu, alium renerũt ſibi mala, exceperunt quæ prius intentatam ſententiam mortis. Nunquid, qui ſymbolum myſteria fidei explicãdo, ordinauit, vult docere quod ſententia Dei ipſa ſit mutata? Ab ſit: ſed docet quid Deus decreuerit pendenter ex obedientia Adæ, & quid eſſet ſi non peccaret, & quid fuit quia peccauit. Hinc multiplicamus ſigna dicendo, quod Deus omnia ſimul vidit, ſed noſtro modo intelligendi in vno inſtanti vidit naturam eſſe paſsibilem. In alio, impaſsibilem ex dono. In alio paſsibilem, & mortalem ex peccato. Et quia hoc pendebat ex hoc, & non ex illo, vera eſt iſta conditionalis. Si Adam conſeruaret gratiam eſſet Immortalis. Quia mortuus eſt propter peccatum, Sic Deus habuit hũc actum. Volo Chriſtum. Volo incarnationis Myſterium. Et ordino illud in remediũ peccati. In illo appoſito voluit illum paſsibilem. Sed quia prime volitio fuit independens e peccato, dicimus, quod fuit prædeſtinatus prima intentione, abſtrahendo a paſsibili vel impaſsibili. Vel quod ſi non eſſet futurum peccatum prædeſtinaretur impaſsibilis. Iuuat exemplum ex 1. Reg. Prius Deus dixit ad Samuelẽ vt iret vngere Dauidem. Poſtea ordinauit vt acciperet vitulum, & diceret. Ad ſacrificãdum veni. In Deo omnia fuerunt vnum. Diſtinguuntur ergo ex ſioibot, & congrue poſſumus aſsignare in Deo diuerſa inſtãtia ex connexione rerum, & quia in actu dantur hæc tria velle Chriſtum & ordinare paſsibilem propter peccatũ, bene inquit Scotus quod primo voluit gloriam, & gratiam. Secundo cognouit peccatum in his quibus voluit gloriam, & quia propter peccatũ voluit vt pateretur dicitur, quod poſt peccatum voluit paſsibilem. Sic intelligendus eſt Rupp. lib. 13. de gloria Trinitatis, & proceſsione Spiritus ſancti, cap. 20. Rupp.

vbi inquit. Illud enim Charitatis propoſitum non euacuauit ex aduerſo veniens peccatum, ſed ſtatim ac mortui ſumus, eius paſsio ordinata fuit. Iuuat hiſtoria Pauli quem Deus elegit independẽter, a ſalute gentium. Eſſe autem doctorem vt portaret nomẽ fuit pendenter agentibus in ſecundo ſigno. Conſidera Athanaſium ad primum Adam. Rupp. ad ſecundum, vtrunque loquentem pro ſignis Scoti. Si Obiectio.

inſtes, in illo 1. inſtãti an voluit illum paſsibilẽ. Dico, quod voluntate antecedenti voluit impaſsibilem id eſt, abſolute voluit myſterium, & ſine paſsione voluiſſet, niſi peccatũ eſſet futurum: quod eſt dicere. Voluntas myſterii fuit ſine dependentia alicuius. Voluntas paſsionis fuit cum dependentia ex peccato. Si inſtes quid voluit in illo ſigno voluntate efficaci de paſsione. Dico, quod in rei veritate voluit illum ex ſuppoſitione peccati, ideo voluit illam poſt peccatum. Et intelligendo ſane ſigna aſsignata recte dicitur, quod ad primum ſignũ ſolum pertinet ſubſtantia myſterii, & voluntas ſaluandi alios electos, (hæc enim duo quamuis alii diuidunt, Autor nõ diuidit). Paſsio eſt poſt peccatum, & peccatum mediauit inter myſterium & paſsionem. Iuxta iſtum ordinem ſignorum ſecundũ rem, fuit actus complexus. Illum enim voluit, & redemptorẽ in peccatum ordinauit. Eſt exemplum. Aaron vnico actu generauit filium ſuum Eleazarum. Poſtea ex voluntate Dei ordinauit in ſacerdotem. Demus quod ſuum intelligere & velle eſſet efficax adproducendum. Tunc actus eſſet iſte. Volo filium meum, & ordino illum Sacerdotem. vt offerat hoſtiam pro peccatis. Velle filium eſſet in 1. ſigno ex puro amore. Ordinare illũ ſacerdotem eſſet poſt intelligentiam peccati, in remedium ipſius peccati. Thomiſte male aſsignabũt hũc actum totalem bene ordinatum, inſtituendo Chri- Nota.

ſtum vltimum prædeſtinatorum, & primum in excellentia: ſicut Ioſeph.

Ad 2. Dico, quod Deus ſimul voluit rem cũ omnibus ſuis circunſtantiis, ſed quia circũſtantie vnius rei poteſt velle ex circunſtantia alterius, & ſubſtantiam rei ex nullo alio motiuo, ſed ex ſola liberalitate ſua. Videmus in Adã quẽ voluit ex mera liberalitate ſua, & ſine meritis Chriſti (vt dicunt Thomiſte) immortalitatem tamen eius voluit ex circunſtantia obſeruationis illius primi præcepti. Propter iſtã dependentiam ponimus diuerſa inſtantia vt dictũ eſt.

Ad 3. Dico ſimiliter, quod ſicut in nobis eſt conſiderare ſubſtantiam, & circunſtantiam, nempe peccatum, ita in Chriſto ſubſtantiam myſterii, & circũſtantiam, nempe paſsionem. Et quia paſsio fuit ordinata in remedium peccati, ideo paſsio eſt integrum medium ordinatum ad effectum noſtræ redemptionis, &

nis, & ſic habet rationem rei, & redemptio rationẽ effectûs. Vnde hæc noſtra abſtractio longe diſtat ab abſtractione Caietani conſiderantis peccatum abſtractiue ſine ordine ad aliquem effectum, ſed mere abſtractiue.

*Num ſi Adam non peccaret, Chriſtus aſſumeret carnem humanam.*

GRadatim aſcendendo, ventum eſt ad grauiſſimam & difficilem quæſtionem, inter Thomiſtas, & Scotiſtas controuerſam, a multis agitatam, a paucis, ob eius difficultatem, recte expoſitam. Pro parte negatiua arguitur. Quæ ex Dei voluntate pendẽt, ex ſacris literis ſolũ cognoſcere poſſumus, ſed in ſacris literis ſemper dicitur quod Chriſtus venit propter peccatum, vt ſupra allegatum eſt, ergo Adamo non peccante Chriſtus non veniret.

2. Si Adamo non peccante Chriſtus ſumeret carnem humanam, hoc fieret propter exaltationem naturæ (ea ſuppoſitione propter peccatum eſſe non poſſet) ſed hoc non, quia magis videtur pertinere ad vniuerſum, Angelus, qui eſt incorruptibilis. Si dicas, quod aſſumpſit ad decorem vniuerſi: hoc nõ, quia hic homo eſt Deus, & Deus non eſt de vniuerſo, ſed ſupra vniuerſum. Si ergo non aſſignas pro cauſa, peccati redẽptionẽ, nulla apparet ratio quare potius aſſumpſerit naturam humanam quam Angelicam.

3. De facto non videmus ipſum incarnatum ſine peccato nec prædeſtinationem quam ponit Scotus; ergo reuera incarnatio Chriſti non fuit niſi ex præuiſione peccati.

4. Contra diſcurſum Scoti arguit Caietanus. Inter magis volitum, & volibile eſt differentia, ergo quãuis vita hominis Dei ſit bonum magis volibile a Deo, non ſequitur quod ſit magis volitũ. Antecedẽs probatur. Salus omnium hominum eſt magis volibilis quam paucorum, tamen de facto ſalus paucorũ eſt magis volita.

5. Quamuis id quod ſe habet vt finis, ſit prius natura volibile quam medium, quia poteſt eſſe volitum ſine tali medio, & poſſet Deus velle gloriam ſine illo vel illo medio, & ſic poſſet velle incarnationem ſine peccato: non tamen conſtat quod de facto ſit a Deo volita ſine tali medio, & occaſione, & in hoc deficiunt argumenta Scotica. Si Scotus affirmat quod finis etiam de facto eſt prius volitus, eſt petitio principii, quia quod ex alio eſt probandũ & inferendũ, aſſumitur vt certum, quod conſtat eſſe vitium, hic commiſſum. Cum ergo ex ſacris literis nõ ſit manifeſta nobis niſi incarnatio redemptiua. Melius S. Tho. quam Scotus philoſophatur.

6. Prioritas quæ eſt in Deo ſolum eſt ſecundum rationem, non ſecundum rem, ergo ex hac prioritate ſecundum rationẽ male infertur prioritas in ipſis effectibus, alias iſta eſſet bona conſequentia. Deus prius cognouit ordinem gratiæ in genere cauſæ finalis, quam ordinem naturæ, ergo etiam ſi non eſſet futurus ordo naturæ futurus eſſet ordo gratiæ. Ita Bañez 1. p. q. 13. art. 2. dubio 1. not. 4. *Bañez.*

7. Arguit Medina 3. p. q. 1. art. 3. ſoluendo argumenta Scoti dicens. Argumenta Scotica non habent tantum ingenium, nec ſunt tam acuta ſicut apparent. Fundantur enim in duobus. Primo in hoc quod prædeſtinatio hominum eſt ante præſcientiam peccati, quod eſt falſum, quia peccatum pertinet ad ordinẽ naturæ. Secundo fundatur, in hoc quod id quod eſt prius præuiſum, ſit prius futurum etiam ſi nihil eorum quæ poſtea præuiſa ſunt ſit futurum, quod eſt falſum, quia Deus prius præuidit Ioannis gloriã quã gratiam, & tamen ſi non habuiſſet gratiam non habuiſſet gloriã, ergo ex ratione Scoti nihil colligitur.

8. Arguit. Ex opinione Scoti ſequitur quod etiã ſi nulla creatura eſſet futura nec vniuerſum, quod etiam Chriſtus veniret.

9. Sub prima concluſione, arguit contra ſolutionẽ, quam aſſignat Scotus locis ſacræ ſcripturæ nempe quod non veniret in carne mortali. Nam ex hac ſolutione ſequitur, quod ſi ſcriptura aperte diceret, quod non veniret in carne niſi propter peccatum hominis, poſſet dici & explicari, quod non veniret in carne mortali.

10. Ingens temeritas eſt contraire vniuerſis Patribus, ſed vniuerſi patres dicunt quod ſi Adam nõ peccaſſet Deus non fuiſſet incarnatus, ergo hæc gloſſa intolerabilis eſt. Minor manet probata ſupra dubio quarto.

11. Inſurgit Almainus in 3. dicens. Ratio Scoti concludit quod illa anima eſſet beatificanda quia hoc vidit prius quam caſum Adæ. Sed non probat quod prius viderit coniunctionem ad Verbum. Nec apparet quomodo Scotus poſſit impugnare dicentem oppoſitum.

12. Eſt dubiũ commune vtrique opinioni. Quomodo id quod maius bonum eſt ordinatũ fuerit ad minus bonum. Puta, vita Chriſti ad redimẽdum genus humanum, nam hoc manifeſte videtur eſſe contra diſcurſum Scoti. *Dubium.*

De propoſito dubio, quod celeberrimum eſt in Theologia, videndi ſunt Doctores ſcholaſtici in hoc 3. variis in locis. Seraphicus Bonau. d. 1. art. 2. Albert. Mag. d. 20. art. 4. Gabriel. d. 2. q. vnica. Almainus d. 2. dub. 5. Marſilius q. 1. art. 3. Alii in hac d. Alexander Aleńſis 3. p. q. 2. M. 13. S. Thom. 3. p. q. 1. art. 3. ibidem eius expoſitores, qui de hoc varie loquuntur explicãdo ſuum Authorem, Conueniunt cum illo in parte negatiua, quod ſi non peccaret Adam, Chriſtus non non ſumeret carnem.

Hæc opinio fundatur in 1. argumento huius dubii. Secundo fundatur in quinto argumento, nempe quod Deus voluit hoc myſterium pendenter ex peccati præuiſione. Sicut voluit gloriam Petri pendenter ex meritis eius. Si ita eſt, abſque dubio ſi non peccaret non ſumeret carnem. Duobus igitur modis defenditur hæc opinio D. Tho. Primo dicẽdo, quod hoc myſterium non fuit volitum ante præuiſionem peccati, ſed poſt præuiſionem peccati, quia prius præuidit ordinem naturæ quam gratiæ. peccatum pertinet ad naturam hoc myſteriũ ad gratiam, ergo prius præuidit peccatum. Sic dicit Caietanus contra quem ſupra diſputatum eſt. Nam tunc etiam cognoſceret prius peccatum Adæ quam gratiam eius, quod eſt falſum, quia peccatum Adæ nõ ſolum fuit defectus naturæ ſed priuatio gratiæ. Inſuper diximus quod peccatum crucifigẽtium Chriſtum, non potuit cognoſci niſi cognito prius hoc myſterio.

Ideo alii tenentes concluſionem D. Thom. & Caietanum deſerentes, dicunt quod prius fuit Chriſtus volitus in genere cauſæ finalis, & Adam ordinatus ad gloriam quam eius peccatũ præuiſum. Sed ad hoc non ſequitur, quod ſi non peccaret Adam, Chriſtus non veniret, quia voluit illum vt redemptorem, & ſic pẽdenter ex peccato. Et quando eſt pendentia inter

ipſa

ipſa volita, non poteſt verum poni in executione, ſine alio, ideo conditionalis falſa eſt. Et ex tali antecedenti male infertur conſequens; & hoc tangunt 4. & 7. argumentum in vltima ſui parte. Nam in 2. ſequitur modum Caietani.

*Opinio Scoti.* Oppoſita ſententia eſt Scoti quam ſequuntur Autores citati in 1. concluſione quæ per oppoſitũ fundatur in hoc quod prius eſt quod Deus præordinet aliquem ad gloriam & gratiam quam quod præuideat peccatũ per quod homo ſe deordinat a Deo fine naturali, & ſupernaturali. Si ergo hoc voluit ex diuino amore, & beneplacito ſuo, afortiori eſt verum de Chriſto, quem Deus præ omnibus diligit. Sed hoc iudicio meo non ſufficit ad inferendam concluſionem, niſi addatur contra ſecundum modum defendendi opinionem S. Thom. quod voluit Deus hoc myſterium independenter a peccato, & omni ratione extra Chriſtum. Aliis enim voluit Deus gloriam mere liberaliter, ſed media ad illam conſequendam, voluit illis pendenter ex Chriſto, quem ordinauit redemptorem. Ipſum vero Chriſtum omnino independenter ab alio voluit. Hanc independentiã ſignificauit Scotus cum dixit, eſſe inconueniens, quod hoc tantum bonum eſſet occaſionatum, id eſt pendenter volitum ex alio minus volito. Potuit ſic voluntas, quia ad executionem huius myſterii ſolum requiritur Dei voluntas, quæ efficax eſt, & natura aſſumenda, quæ eſt in potentia obedientiali, vnde nil aliud concurrit ad executionem huius myſterii. Ad conſecutionem gloriæ nimirum quod requirantur opera & merita Chriſti primo & maxima dilecti. Sed cum in omni genere ſit deueniendum ad vnũ primum, nimirum quod voluerit hoc primum mere liberaliter. Et cum ad aſſumptionem paſsiuam humanitatis, quæ ſimul fuit aſſumpta & formata, ipſa nõ poſsit aliter cooperari, nimirum quod independenter a propriis operibus, & ab alienis meritis, ſiue demeritis, Chriſtum prædeſtinauerit. Secus eſt de gloria, ad cuius conſecutioné neceſſario requiritur actus fidei ac charitate.

2. Notandum, quod Thomiſtæ ex locis ſcripturę allegatis dubio 4. quibus dicitur Chriſtum veniſſe in redemptionem hominum, inferunt hanc eſſe præcipuam, & præciſam cauſam, ita vt aliter non veniret, arguentes ſic. Natura prior eſt gratia, ergo peccatum prius eſt gratia, & vnione hypoſtatica, vtraque conſequentia tenet, quia peccatũ pertinet ad naturam. Hoc eſt velut fundamentum. Tunc inferunt. Scripturæ diuinæ aſſerunt Chriſtum veniſſe in remedium peccati, ergo ſolum venit propter peccatũ, cuius cognitio fuit prior quam volitio huius myſterii, quia ex ſacris literis ſolum habetur incarnatio redemptiua.

Nos dicimus quod ibi committitur fallacia conſequentis, quia plus infertur in conſequenti quam aſſumitur in antecedenti. Nam in antecedenti ſolum habetur quod venerit propter hoc, ſed non habetur quod non veniſſet, niſi propter hoc. Veniſſet enim propter alia, nam Ioann. 8. dicitur. Ad hoc natus ſum in mundo, vt teſtimonium perhibeã veritati. Ioann. 13 Exemplum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis. Ad Titum 2. Apparuit gratia Saluatoris erudiens nos. Antea Iſaiæ 61. Ad annunciandum manſuetis miſit me. 1. Petri. 2. Chriſtus paſſus eſt pro nobis vobis relinquens exemplum, vt ſequamini veſtigia eius. Mala erit argumentatio. Ergo præciſe venit vt pateretur & nobis relinqueret exemplum. Ex particulis igitur denotantibus finem non poſſunt excludi alii fines. Ergo præcipuus, & præciſus finis aliunde eſt inueſtigandus. Ideo autor recurrit ad inſtantia & prioritates, vt viſum eſt dubiis præcedentibus. Iuxta quod Seraphicus Bonauen. in ipſo titulo quæſtionis punctum controuerſiæ tãgit, quærens, quæ fuerit incarnationis cauſa præcipua. *Bonau.* *Nota.* In determinatione quæſtionis recurrimus ad rerum præuiſioné inquirentes vtrũ iſta prædeſtinatio requirat neceſſario lapſum naturę humanæ, & ſic quęritur ab Autore. Communiter vero quæritur de effectu, an ſi Adam non peccaret, &c.

1. Concluſio. Firmiter credendũ eſt quod Chriſtus dominus venit in redemptorem noſtrum. Quia hoc paſsim docent Scripturæ. habetur in ſymbolo Niceno. Qui propter nos homines & propter noſtram ſalutem. Eſt contra Abailardum hæreticum dicentem, Chriſtum Dominũ non veniſſe in remedium generis humani. Contra hunc eſt Bernard. epiſtola 190 Caſtro verbo Chriſtus hæreſ 8. Conuincitur ex illo Lucæ. 19. Filius hominis venit ſalũ facere populum ſuum. Denique nil manifeſtius eſt in ſacris literis.

2. Concluſio. Probabiliſsimum eſt quod etiam ſi Adam non peccaret Chriſtus ſumeret carnem, hæc eſt Scoti hic, quam ſequuntur plurimi autores ſupra commemorati, Catharinus libro de eximia Chriſti prædeſtinatione, Iacobus de buſio 2. p. ſermone 4. Clare docet Bernard. (quem refert Alexander 3. p. q. 2. M. 13) qui ſuper illo Ionæ 2. Si propter me orta eſt hæc tempeſtas, inquit. Vidit dæmon rationalem creaturam aſſumendam a diuino ſuppoſito, & inuidit homini, & hæc inuidia fuit cauſa tentandi hominem. Si hoc oſtenſum eſt ante omne peccatum, ſequitur quod futura eſſet ante omne peccatum. *Bernar.* Paul. ad Hebr. 2. Nuſquam Angelos apprehendit, ſed ſemem Abrahæ. Id eſt hoc vult ante omnia & ante omnem lapſum hominum & Angelorum. Et 20. ſerm. ſuper Cantica inquit. Ego hanc arbitror præcipuã inuiſibili Deo fuiſſe cauſam, quod voluit in carne videri, & cum hominibus homo conuerſari, vt carnalium qui niſi carnaliter videre non poterant, cunctas a primo ad ſuæ carnis ſalutarem amorem, affectiones retraheret, vt ita gradatim ad amorem perduceret ſpiritualé. Athanaſius de incarnatione Verbi. Voluit per corpus apparere Verbũ, vt in ſe atque in amorem ſui, traduceret homines, eorum quæ in ſe caperet ſenſus, eiſque iam cernentibus ſibi ſimilé ea operibus perſuaderet, ſé nõ hominem ſe eſſe ſolum, ſed Deum quoque. & Dei veri Verbum. *Athan.* Ad idem eſt Aug. tomo 4. libro vnico de Catechizandis rudibus vbi inquit. Quæ maior cauſa aduentus Domini niſi vt oſtenderet Deus dilectionem ſuam in nobis, quia cũ inimici eſſemus Chriſtus pro nobis mortuus eſt. Et ſubdit. Maxime propterea Chriſtus aduenit, vt cognoſceret homo quantum eum diligit Deus, vt inardeſceret in eius dilectionem, videtur docere, néque de facto veniſſe in redéptoré, nihilominus quod veniret vt ardentius eum homo amaret. Concluſio probatur ratione Autoris. Omnis ordinate volés finem. Habetur dub. 4. pag. 217. De nouo notandũ.

Quod non procedit diſtinctio Caietani de magis volibile, & magis volito, vt nobis obiicit argumento. Quia reſpectu Dei vt docet Scotus infra d 32. art. 3. ad finem, nulla eſt in creatura bonitas, niſi quam ſibi vult Deus conferre, ideo inequalitas diuini amoris non eſt propter bonitatem præſuppoſitam in

obiectis

obiectis, quæ ſit velut ratio volendi; ſed ratio eſt in ipſa voluntate diuina, quia ſicut ipſa acceptat alia in gradu, ita ſunt bona in tali gradu, & non econuerſo. Ergo ſi Deus voluit Chriſto maius bonum, non ſolum fuit magis volibile, ſed magis volitus a Deo. Conſequenter prius volitus, quia oppoſitum eſſet in ordinatio, quæ in Deo inueniri non poteſt, ergo etiā ſi Adam non peccaret ſumeret carnem. Probo conſequentiam ex principio Scoti. Voluit hanc vnionē independenter a peccato, & prius quam peccatum, & voluntas Dei eſt efficax, ergo reuera haberet efficaciam, etiam ſi Adam non peccaret. Maxime pendēt omnia iſta ex dubio 4. vbi dictū eſt quod Chriſtus Dominus fuit primus omnium prædeſtinatorum. Nunc ſuadetur ſic. Adam fuit electus ad gloriam ante peccatū, ideo in illo feliciſſimo ſtatu dedit illi Dominus gratiam & iuſtitiam, vt conſeruaretur in bono, & operaretur meritorie ad conſequēdam vitam æternam, nam vt probatum eſt opera facta mediante illa gratia ante peccata reuixerunt, ergo ante peccatum fuit electus, & volitus ad vitam æternam, ergo & Chriſtus qui eſt primus omnium prædeſtinatorū. Manifeſtatur hoc. Multi Angeli non ceciderunt, nec dereliquerunt ſuum domicilium, ergo illi prædeſtinati ſunt ad gloriam independenter ab omni peccato, ergo & Chriſtus in quo non eſt inuentum peccatum, ergo plana via eſt quod Deus prædeſtinatos qui nunquam peccauerunt, & eos qui peccauerunt ſimul voluit ad vitam æternam. Sed quia aliquos vidit peccaturos, ideo in illos ordinauit remediū, quia ſine remedio non poterant conſequi vitam ad quā illos ordinauerat. Cum ergo Chriſtus nunquam peccauerit, & fuerit primus omnium prædeſtinatorum, ſequitur quod ante omne peccatum illum prædeſtinauit. Nam videmus omnes effectus gratiæ, & ipſam permiſſionem peccati, in gloriam Chriſti redundare, & omnem creaturam deſeruire electis atque diſpoſitionem & gubernationem creaturarum ordinari ad electos, ideo omnis creatura ingemiſcit & parturit vſque dum adimpleatur numerus electorum, quorū Chriſtus princeps eſt, & caput vt ſæpe docet Paulus, ergo non pēdenter volitus fuit propter illa, imo econtra illa omnia propter Chriſtum, vt dictū eſt. Iuuatur veritas ex inconuenientibus Scoti. Nam non videtur veriſimile tantum bonum eſſe occaſionatum, ideſt volitum pendenter ex peccato. Ratio eſt, quia merita habent ordinem, & proportionem ad finem conſequendum, ideo mirum quod præordinet aliquem ad gloriam pendenter ex meritis. Sed qui non peccauit, ad quid prædeſtinetur pendenter ex peccato alterius? Quod aperte docet Rupp lib. 13. de gloria Trinitatis c. 20. vbi inquit. Si teſte Auguſt. abſurdum eſſet dicere Adam non peccante, generationes omnium non fuiſſe futuras, ac ſi propter homines vt naſcerentur, peccatum fuiſſet neceſſariū, quid de iſto capite, & rege omnium electorum, Angelorū & hominum ſentiēdum, niſi quod & ipſe, maxime omnium neceſſarium non habuerit peccatū vt homo fieret ex hominibus. Iuxta quod idem S. Thomas 3. p. q. 8. ar. 1. docet quod etiam ſi non eſſet futurum peccatum, futuræ eſſent hominum generationes, alioquin peccatum hominum fuiſſet valde neceſſarium, ergo a fortiori hoc eſt verū de Chriſto Domino. Anſelmus lib. 1. cur Deus homo cap. 18. probat homines futuros fuiſſe beatos etiam ſi Angeli non peccaſſent, quoniam alias gaudendum eſſet homini hoc quod peccauerūt Angeli. Vnde vniuerſaliter cōcludit nullam animam eſſe in cælo, quæ ſibi perſuadeat non fuiſſe glorificandam ſine peccato alterius. Ergo a fortiori de Chriſto. Hoc inconueniens inſinuat Scotus in fine totius articuli.

Dicunt, peccatum non eſſe medium ordinatū ad beatitudinem ex natura rei, bene tamē ex diuina permiſſione ſic diſponente. Contra hoc ſunt inconuenientia & autoritates adductæ. Ratione ſic. Peccatū euertit a fine vltimo in quem homo ordinatus eſt a Deo, ergo iam erat volitus a Deo illi ille finis, ergo illud peccatum non eſt ſibi medium ad conſequendum finem, imo euertit ab illo, ergo nec erit mediū Chriſto cui data eſt gratia, & collata viſio beatifica ſine aliquo medio ſed immediatiſſime. Iuuat hiſtoria Achab, cui dixit Dominus Pete ſignum a Domino. Cum callide, ne domino daret gloriam reſpōdiſſet, Non petā & non tentabo Dominum. Dixit Dominus. Propter hoc, &c. Iſai. 7. — *Reſponſio Thom.*

3. Concluſio. In caſu noſtræ ſententiæ prædeſtinatio Chriſti eſſet principaliter in gloriam Dei liberaliter ſe communicantis illi naturæ, ita quod licet eſſent alii fines appoſiti, & quaſi ſuper additi huic aſſignatio, vt manifeſtare nomen Patris ſicut habetur Ioann. 17. Pater manifeſtaui nomen tuum hominibus (niſi dicas hunc eſſe præcipuum) & prouocare nos in exemplum & amorem Dei vt dictum eſt ex Bernard. Iſte tamen eſſet præcipuus independēter ab aliis ita quod etiam ſi non eſſent futura iſta bona & fines appoſiti, adhuc carnē ſumeret. Nec eſt alia ratio niſi quia ſic voluit ſe communicare mere liberaliter & independenter ab omni alia re, huic naturæ & huic animæ.

4. Concluſio in caſu noſtræ ſententiæ Chriſtus nō veniret paſſibilis. Probatur Iſai. 53. Propter ſcelus populi mei percuſſi eum. Latius dubio præcedēti. Nunc dicimus quod quemadmodum Saul valde diligebat Ionatham cui omnia reuelabat occulta, & ipſe procedebat ad prælium pro defenſione Iſrael. Et quemadmodum Matathias diligens filios ſuos, & zelans legem, Symonem in patrem, Iudam inducem fratribus præfecit. Sic imaginandum eſt quod Deus dilexit Chriſtum, & hoc myſterium incarnationis, & videns peccatum, & ruinam populi (ſicut Matathias videns populi ſui ruinam) ordinauit Chriſtum in redemptionem. Hæc ordinatio fuit appoſitio ad primum & non oppoſitio. Quia non eſt neceſſe mutare præcedens ſignum. Ideo quintum & 3. ſignum Scoti non ſe habent ex oppoſitione vt cōtendunt autores cōtrariæ opinionis, ita quod vnum mutetur per aliud. Sed ſe habēt ex appoſitione vnius ad aliud. Ideo conditionalis eſt vera. Si non occurreret ſecundum, haberet executionem primū. Quia ſecundum non eſt cauſa primi. Nec primum augetur ex ſecundo. Sic dicimus quod ſi per impoſſibile in diuinis tantum eſſet vna perſona poſſet producere Mundum, quia pater a ſe non a filio habet virtutem productiuam. Idem poſſumus ſumere ex hiſtoria Ioſeph. & ex multis aliis hiſtoriis. Prius enim voluit Deus conſtituere Ioſeph principē ſuper fratres ſuos, quam præuideret peccatum eorum, ideſt independenter a fratrum ſuorum peccato, & ſic vidit manipulum ſuum creſcere, & vndecim ſtellas illum adorare. Videns autem famem futuram in Paleſtina, & abundantiam futuram in terra Egypti, permiſit peccatum, vt Ioſeph Iſmaelitis venditus, deſcenderet in Egyptum, & eſſet Saluator Iudæorum fratrū, & gentium, nempe Egyptiorum, & ſimul reuelaret ſomnia, & abſcondita quæ viderat Pharao, Quod fuerit ſalus gentium Geneſ. 41. Et vocauit eum lingua Egyptiaca Saluatorē mundi. Quod fuerit ſalus Iudæorum Geneſ. 45. Pro ſalute enim veſtra miſit me Deus ante vos in Egyptum. Non veſtro conſi-

Margin notes: *Scot.* *Rupp.* *S. Thom.* *Leg. fol. 29. col. 2.* *Nota terminos.* *Geneſ.*

lio, ſed Dei voluntate huc miſſus ſum, qui fecit me quaſi patrem Pharaonis. Ideſt peccatum fuit mediũ ad quandam gloriam, & exaltationem meam. Sic dicimus quod oſtenſio iuſtitiæ diuinæ, iuxta illud. Ad oſtenſionem iuſtitiæ ſuæ Oſtenſio nimiæ charitatis Dei, iuxta illud. Cõmẽdat Deus charitatem ſuã in nobis. Exaltatio in nomine, iuxta illud Philip. 2. Obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis, propter quod exaltauit illum, ſi erunt pendentes ex peccato. Conſequenter poſt peccatum, quia ex appoſitione ſe habuerunt ad prædeſtinationẽ principalis myſterii. Intelligere autem, Deum non voluiſſe Ioſephũ conſtituere principem, Nec hoc myſterium voluiſſe, ſed permiſiſſe peccatum, & poſtea voluiſſe, Ioſeph principatum, & carnis myſteriũ irrationabile videtur. Nam ad minus iam voluerat ſalutẽ Iacob, & fratrum, ſi ad figuram attendamus. Et ſalutem Adæ, & aliorum in cuius remedium Chriſtum prædeſtinauit, Quare ergo non ſimul Chriſtum voluit, qui eſt primus & omniũ prædeſtinatorum caput, vt dictũ eſt:

Philipp.

Concluſio, hæc noſtra ſententia ex ettat ad deuotionem ſicut præcedens. Hæc eſt Seraphici Bonauẽturæ, in d. 1. art. 1. q. 2. Si enim dixeris veniſſe propter peccatum, non neu latur charitas Dei qui cum adhuc inimici eſſemus dilexit nos, In noſtra ſententia apparet bonitas mere liberaliter ſe communicantis. Amor in nos quia deliciæ eius eſſe cum filiis hominum ad illos erudiendos.

Bonau.

Ad fundamentum D. Tho. dico, quod ex ſacris literis habemus plures finẽs quorum vnus eſt redemptio a peccatis, non tamen excluſiuam quod aliter nullo modo veniſſet. Et cum plures habeamus fines optime recurrimus ad diuinam ſapientiam, & bonitatem, inquirentes quod ſit magis bonum & magis volitum Ad autoritates ſanctorũ dub. 4. reſponſum eſt. Ad 2. Reſpondeo per tertiam concluſionẽ. Principaliter iſta prædeſtinatio fuit ex bonitate Dei volẽtis ſe mere liberaliter in gloriam ſuam ſummo modo huic animæ communicare. Exaltatio vniuerſi & ceteri fines ex diuina bonitate, & ſapiẽtia apponuntur. Quod autem potius voluerit hominẽs quam Angelos redimere, eadem bonitas eſt in cauſa, dicẽte Saluatore Matth. 11. Ita Pater quoniã ſic placitũ fuit ante te. Peccauit Angelus ex ſuperbia, placitũ fuit Deo non illum redimere. Redemit hominẽ quia ſic Deus dilexit mundum Quære Scotum infra d. 20. argumento 1. & ſolutione ad illud, vbi adducit cauſas quare Angelus non fuerit redemptus, homo vero fuerit redemptus. Solutio aſsignata maxime vera eſt ſi peccatum Angelorum fuit inuidia myſterii incarnationis & nolle ſubiicere ſe homini Chriſto adorando illum quod tenet Rupp. Ioann. 8. Alexand. 3. p. q. 2. M. 13. & exiſtimat eſſe ſententiam Bernard. ſerm. 1. de Aduentu, eandẽ habet. Iacob. de Valentia. Pſalm. 101. Catherinus libro de gloria bonorum Angelorum. Sicut enim præter voluntatem Dei quæ in omnibus præcipua cauſa eſt, adducuntur aliæ rationes congruẽtiæ, ſic indigni fuerunt vt redimerentur per Chriſtum. Sed quia Chriſti crucifixores, potuerunt redimi, & non debemus dicere temerarie nullum eorũ aſſequutum fuiſſe fructum redemptionis, dicendum, quod præcipua cauſa eſt Dei miſericordia cui ſic placitum eſt. Ad hoc poteſt ſtare adducta ratio, quia Chriſti crucifixores ex ignorantia fecerunt. Angeli ex malitia de quo diſt. 20.

Rupp.
Alex.
Bernard.

Ad 3. Dico, quod de facto in Deo fuit vnicus actus. Et complexe, totum fuit prædeſtinatum (vt late dictum eſt dubio 4. & 5.) & de facto totum vidimus. Inde non ſequitur aliquid contra noſtram conditionalem. Nam Pater non produxit mundum ſine filio & ſancto Spiritu, & tamen conditionalis eſt vera. Si per impoſsibile nõ eſſet Filius Pater poſſet, & produceret, quia Pater nec bonitatem ad ſe communicandum, nec potentiam ad ſuum decretum exequendũ, accipit a filio. Si non eſt vera illa ſolutio dicat Thomiſta quomodo ſit verum quod nunc aliqui ſaluantur qui non ſaluarentur in ſtatu innocentiæ. Quod docet S. Tho. quot 5 q. 5. art. 8.

Ad 4. Quod eſt Caietani concl. 2. in probatione concluſionis diximus quod non ſolum hoc myſterium fuit magis volibile, ſed magis volitum quod oſtenſum eſt late dub. 4.

Ad 5. Dico, peccatum non fuiſſe medium ad prædeſtinationem Chriſti, ſicut nec ad prædeſtinationẽ aliorum, Ideo cum peccatum non poſſit habere maiorem rationem prædeſtinationis quam merita, & merita non ſint ratio volẽdi finem, ſed aſſequendi finẽ, iam finis eſt volitus. Ergo ſic prædeſtinatio Chriſti erat volita ante peccatum. Et cum non ſit medium ad aſſequendum finem, non pendet executio finis ex peccato ideo ſtat conditionalis vera. Et vtimur diuina Sapientia pro principio, inde inferentes, quod non vult magis volitum pẽdenter ex minus volito, quando non eſt neceſſaria connexio. Ideo non eſt petitio principii. Quia ex manifeſtis, occulta, ex magis notis, minus nota colligimus.

Ad 6. Dico quod Deus ordinẽ naturæ creauit propter ordinem gratiæ. Ideſt viſibilem mundum propter hominem. Cælum vt eſſet domicilium beatorum, hominem & Angelum vt eſſent beati. Ideo ordo gratiæ in executione pendet a natura. Nã quis haberet gratiã niſi natura intellectualis eſſet grata? At vero prædeſtinatio ſummi dilecti, in quo Deus ſibi bene cõplacuit non pẽdet ex peccato alterius.

Ad 7. Dico, quod fundamentum Scoti ad hoc ſtat, quia dubio 2. infirmatus eſt diſcurſus Caietani, (quẽ ſequitur Medina) cuius eſt hoc argumentũ, dicentis, peccatum pertinere ad ordinem naturæ. Ad ſecundã partem huius argumenti reſpondetur ſicut ad 6.

Ad 8. Dico per tertiam concluſionem quod veniret, etiã ſi nulla creatura eſſet futura ex qua non pendet executio Chriſti aduentus, vt eſt eius mater, &c. Quod eſt dicere. Tu admittis quod prædeſtinatus eſt independenter ab hac creatura, ergo ſtat conditionalis vera quod etiam ſi non eſſet, veniret.

Ad 9. Quod eſt etiam Medinæ dico quod ſi illa excluſiua haberetur expreſſe in ſacris literis, nullo modo nos diceremus oppoſitum, quia ſcriptũ eſt Apoc. vltimo. Siquis diminuerit de verbis libri Prophetiæ huius. Sed quia ſcriptum eſt quod nemo apponat, & hæc excluſiua non apponitur per bonam conſequẽtiam, audemus dicere, vanam eſſe conſequentiæ pulcritudinem. Nam plus infertur in conſequenti quam aſſumitur in antecedenti. Apoc.

Ad 10. Reſpondi dubio 4. omnes ſanctos loqui de incarnatione pro vt facta eſt in remedium peccati. Repetitur nunc ad complementũ quæſtionis:

Ad 11. Dico quod vidit beatificandam in ſummo, pendenter ab vnione, quia non tantã gloriã dediſſet non vnitæ, ideo videns vnũ vidit aliquã vnde hoc pẽdebat. In via Thomiſtarum, vnio eſt primum ad quod prædeſtinatus eſt Chriſtus. Arg. Almai.

Ad 12. dictum eſt, quod prædeſtinato Chriſto, ex appoſitione ordinatus eſt in Redẽptorẽ generis humani, quod cedit in gloriã eius, ſicut qui mittitur cõponere pacẽ inter principes, aut ſuperare regẽ fortẽ, poteſt ordinari in gloriam illius, qui ſic mittitur ad peragendum. Vnde quamuis prima facie ipſa videatur

ordinatã

ordinari in illud negotium, re vera non ordinatur, imo ipſe eſt finis illius, quia executio illius negotii tandem tandem reſultat, & ordinatur in gloriã illius. Ego facio aliquid ob ſanitatem recuperandã, vel ſcientiã acquirendã. Non ſcientia eſt finis mei, imo ego ſum finis, quia in me denique ordinatur, & in gloriam meã cum iſte ordo amor concupiſcentiæ ſupponit amorẽ amicitiæ. Quãuis ergo ordinatur ſit Chriſtus in redẽptione noſtra tanquam ad huc non ſequitur quod noſtra redemptio fuerit vltimus finis, nec maius bonũ quã vita Chriſti quia hæc omnia ordinabantur in gloriã Chriſti. Nam ex hoc maxime commendatur charitas Dei, & amor Chriſti, qui cum inimici eſſemus pro nobis mortuus eſt. Sic maxime comendatur obediẽtia Chriſti qui pro nobis factus eſt obediens vſque ad mortem, mortem autem Crucis. Propter quod Deus exaltauit illum Sic Apoſtolus inquit. Gloria mea vos eſtis. Sic totum hoc eſt gloria Chriſti, ideſt redundãs in gloriam Chriſti. Ergo gloria Chriſti conſequenter ipſe Chriſtus fuit finis vltimus noſtræ redemptionis. Sic Filius ſapiens eſt gloria Patris, &c.

Secundum dubium eſt an prius præui debatur huic naturę vnio eius ad Verbũ.

## FVNDATVR ARTICVLVS III.

*Vtrum prius præuiſa fuerit vnio huius naturæ ad Verbum quam ordo ad gloriam.*

Reſpondeo dicendo, quod cum in actione artificis ſit contrarius proceſſus in exequendo ei qui eſt in intendendo, & Deus prius ordine executionis vniuit ſibi naturam humanam, quam contulerit ſibi ſummam gratiam, vel gloriam, econuerſo poteſt poni in intendẽdo, vt ſic Deus primo voluit aliquam naturam nõ ſummam habere ſummã gloriam, oſtendens quod non oporteret eum conferre gloriam ſecundum ordinem naturarum. Et quod, ſecundo voluit illam naturã eſſe in perſona Verbi, & ſic Angelus non ſubeſſet puro homini,

*Super d.ſt.7.q.3.art.3.*

Ariſte erat dubium in fine totius quæſtionis, & diſtinctionis. Supponendo, vnum poſſe ordinari in aliud, quærit an vnio beatifica habuerit rationem finis in hac prædeſtinatione Chriſti, & vnio hypoſtatica rationem medii,

In litera prima concluſio eſt affirmatiua. Suadetur dupliciter Primo ex his quę videmus in nobis, in quibus ordo executionis contrarius eſt ordini intentionis, ſed ordine executionis prius vniuit ſibi naturã quam contulerit ſummam gloriam. ergo prius præordinauit naturam ad ſummam gloriam. tenet conſequentia, quia ordo intentionis contrarius eſt ordini executionis. Suadetur concluſio ſecundo, nam ſic oſtenditur quod gloria non datur ſecundum ordinẽ naturarum, ſed ſecundum gratiam & diuinum beneplacitum.

2 Concluſio Conuenienter ſumma gloria, & ſumma gratia non fuit poſita in puro homine, ſed in homine filio Dei, ne Angelus ſubeſſet puro homini. Iſta habetur in calce articuli.

*Num per prius fuerit Chriſtus dominus prædeſtinatus ad gloriam quam ad vnionem.*

De propoſito dubio videndus eſt Caietanus. 3 p. q. 24. art. 1. Metina ibidem, dubio 2. Et q. 34 art. 1. vbi recitando ſententiam Autoris in hoc loco minus modeſte loquens inquit. Hæc damnabilis phantaſia reprobatur ab Euangeliſta, & ab vniuerſis conſiderantibus altitudinem dominicæ incarnationis. Vnio enim hypoſtatica eſt finis, & efficiens reliquorum donorũ quę habet anima Chriſti. Quod innuit Ioan. 1. dicens. Vidimus gloriam eius gloriam quaſi vnigeniti a Patre. Vbi ad vnionẽ ſe contulit, tanquam ad altiſsimam radicem omniũ donorum & gratiarum. Paulus quoque ad Rom. 1. eſſe filium Dei videtur ponere terminum in hac ſingulari Prædeſtinatione Chriſti dicens. Qui prædeſtinatus eſt Filius Dei in virtute. *Caiet.* *Ioann. 1.*

2. Prædeſtinatio eſt præordinatio ad dona gratuita, ſed vnio hypoſtatica eſt maius donum, ergo habet rationem finis. Maior eſt vera conſequentia legitima, minor patet. Per hanc vnionem homo Chriſtus eſt Filius Dei, filiatio naturalis melior eſt quam adoptiua de quo iam ſupra d. 2. Aug quoque 10. de ciuitate Dei cap. 29. & 13. de Trinitate cap. 19. In rebus per tempus geſtis, nulla maior fuit gratia quam quod homo ſit Deus.

3 Prædeſtinatio eſt præordinatio ad aliquem effectum gratuitum reddendum pro meritis, ſed gloria, & gratia in Chriſto ſunt debita ratione vnionis, & ſequuntur ex vnione hypoſtatica tãquam paſsiones, quod habet. S. Thom. 3. p. q. 6. art. 6. & q. 7. artic 13. in corpore. & ſolutione ad 2. Vbi dicit quod gratia ſequitur vnionem ſicut ſplendor ſolem. Et q. 34. art. 1. in corpore in quibus locis fundatur opinio D. Tho. ergo Chriſtus non primo prędeſtinatus ad gloriam, ſed ad vnionem, tenet conſequentia quia hac ratione non dicitur homo prædeſtinari ad gratiam corporis, quia conſequitur gloriam animæ.

Vltimo contra rationem Autoris arguo. Id quod eſt primum in intentione, poteſt eſſe primum in executione, ergo ratio Autoris nulla eſt Conſequentia eſt legitima antecedens probatur. Agens naturale prius intendit producere ſubſtantiam quam accidens, ſed hoc ita accidit in executione, nã accidentia poſteriora ſunt ſubſtantia, ergo falſum eſt quod priora intentione poſteriora ſint executione.

Quæſtio iſta maxime pẽdet ex dub. 2 q. 6 art 1 d. 1. an vnio beatifica ſit melior ſecundum ſe, ſiue non, ſine dubio eſt melior huic, ideſt confert bonum ſibi conuenientius, vtilius, & appetibilius, ideo mirũ quod Deus qui prædeſtinat aliquem in bonum ſui, prædeſtinauit Chriſtum ad gloriam, per prius, quam ad vnionem hypoſtaticam. Vnio autem hypoſtatica fuerit medium conferendi tantam gloriam quia naturæ non vnitæ non dediſſet tantam gloriã. Quemadmodum ergo reſpectu aliorum prædeſtinatorum merita ſunt media conferendi tantam gloriam. ſic ſecundum Autorem vnio hypoſtatica reſpectu Chriſti. Docet Scotus hac q. art. 1 in principio Si enim ſecundũ Thomiſtas vnio hypoſtatica fuit medium, & remedium peccati, ita quod ſi non eſſet peccatum non eſſet vnio. Quid mirum. quod nos, qui dicimus quod iam ante peccatum fuit præ electu

 dicamus

dicam it ipſam vnionem fuiſſe mediũ reſpectu pro prię gloriæ. Probat ratio Autoris. Secundo ſic, Chriſtus eſt vniuoce homo nobiſcum, ergo eius prædeſtinatio, eſt eiuſdem rationis cum prædeſtinatione noſtra, ſed noſtra eſt ad gloriam, ergo & prædeſtinatio Chriſti. 3. Si Deus aſſumeret naturam & non bearet illam, parum liberaliter ageret cum illa: ſemper enim illa natura appeteret videre Deum, quod latius probatum eſt ſupra diſt. 2. Ergo cum Deus per prædeſtinationem intendat bonum creaturæ, ſequitur quod principaliter illum prædeſtinauit ad gloriam. Coniectura ſumitur ex omnibus congruentijs quibus probetur nũ fuiſſe conueniens, vt ſummeret naturam irrationalem incapacem fruitionis beatę, ergo ſignum eſt quod ad ſummã vnionem aſſumpſit vt ſummè illam bearet. Cõtra Thomiſtas eſt quod vnio beata conſiſtit in actione intellectus beati, ergo nõ dimanat ex vnione hypoſtatica ſed habetur per ſpecialem efficientiam Dei concurrentis cum beato. Non ergo dici poteſt quod non fuit prædeſtinatus ad gloriam quia illa dimanat ex vnione.

Oppoſita ſententia eſt Thomiſtarum dicentiũ, quod vnio hypoſtatica eſt melior, & excellentior beatifica. Inde colligunt quod principaliter ſit prædeſtinatus ad vnionem, quia prædeſtinatio Chriſti eſt ſingularis. Ex quo colligunt quantum ad modum loquendi quod Chriſtus non ſit prædeſtinatus ad gloriam, quamuis ex prædeſtinatione habeat illam, quia hoc fuit ſecundario, & conſequitur ad primum, ſicut gloria corporis ad gloriam animæ. Pro hac ſententia faciunt argumenta adducta.

Ad primũ ex loco Ioann. dico, quod volens Deus dare ſummam gloriam, aſſumpſit naturam ad perſonalem vnionem Filij Dei, ideo inquit. Gloriam quaſi vnigeniti. Ideſt non eſſet congruum tantam gloriã dare, niſi vnigenito. Sic ſummam gratiam puræ creaturæ, non niſi matri Dei. Sic palmam & laureolam ſummam martyrij, non niſi martyrium patienti, ſic qui vult dare alicui ſua bona adoptat illum, & adoptatio ordinatur ad conferenda bona.

Cyrill. Legendus eſt Cyril libro 1. in Ioannem capit. 17.
Origenes. Origenes hom. 2 in Matthenm, vbi plenitudine gratiæ ad plenitudinẽ diuinitatis, quæ in carne apparuit per mira opera referunt, quos ſequitur Chryſoſtom. hom. 11. in Ioannem. Iuxta hos ſanctos Patres ſenſus erit. Vidimus gloriam eius gloriam quaſi vnigeniti a Patre plenum gratiæ & veritatis. Ideſt cũ mageſtate, & propria autoritate patrandi miracula, quæ oſtendebat eſſe in eo potentiam, & virtutem primi principij, quã Pater principiũ ſine principio, habet. Hoc oſtendit Paul. loco allegato dicens. Prædeſtinatus eſt filius Dei in virtute. Ne exiſtimares ly. Quaſi. A mageſtate diuinę filiationis aliquid inferius dicere ſubiungit. Plenum gratiæ & veritatis. Ideſt, habens gratiã vnionis, nulla in eo exiſtente vmbra aut figura ſicut in Moyſe. Vt declararet hoc ipſum amplius ſubiungit: Et de plenitudine eius nos omnes accepimus, & gratiã pro gratia. Ideſt pro lege Moyſi, quę gratia fuit, quia nõ fecit taliter omni nationi (ſic pro fide & ſpe viſionem, & poſſeſſionẽ accipiemus) Euãgelicã. Probat hoc ſacer Euãgeliſta. Vt hoc probaret ſubiũgit. Quia lex per Moyſe data eſt, gratia & veritas per Ieſum chriſtũ facta eſt. Ideſt lex Euãgelica.
Moyſes. (quæ gratia dicitur Rom. 6. Non enim eſtis ſub lege ſed ſub gratia) nullam habens vmbram ſed omnem veritatem, non per Moyſen, ſed per Chriſtum eſt facta, & ore prolata. Vt omnem dubitationis motum tolleret, & rem luce clarius fidei lumen habentibus oſtenderet ſubiungit. Vnigenitus qui eſt in ſinu Patris enarrauit. Vtrunque ſignificauit ſimul, & quod ſine diminutione erat vnigenitus, & quod legem Euangelicam, clare, & diſtincte ſine velamine enarrauerat, quia erat in ſinu Patris clare videns.

Si obijcias nobis Damaſc lib. 3. orthodoxe fidei c. 21. dicentẽ. Ditata eſt illa humanitas propter vnionem ad Verbum omni ſapientia, & gratia. ergo prius mo ad vnionem poſtea ad gratiam fuit illa anima ſeu natura prædeſtinata. Dico, quod gratia & ſapientia ſunt media ad gloriam, ideo nimirum quod prius ad iſtam vnionẽ quam ad gratiam fuerit natura prædeſtinata, ſecus eſt de gloria quæ eſt aggregatio omnium bonorum. Secundo dico, quod etiam ſi Damaſcenus, & cæteri ſancti dicerent. Ditata eſt illa natura ſumma gloria propter vnionem, adhuc nihil ſequitur contra nos, Nam dicemus illud ſic fuiſſe in executione, non in intentione. Sic coronantur martyres laureola propter martyrium, & tamen prius fuerunt prædeſtinati ad laureolam quam ad martyrium.
Solutio eſt Autoris hac q art. 1. in corpore vbi inquit Prædeſtinata eſt huic naturæ vnio in ordine ad gloriam, quia non tanta gloria fuiſſet ſibi conferenda ſi non eſſet vnita, ſicut modo collata eſt. Nullo ergo modo negat Scotus quin vnio fuerit ratio congruitatis, vt daretur gratia, & tanta gloria, ſed negat fuiſſe finem præcipuum. Vltimo, cum ſecundũ Scotum vnio hypoſtatica fuerit medium ad tantam gloriam, quia non tantam dediſſet naturæ non vnitæ, ſimul ſtat, quod gratia quæ fuit medium ad tantam gloriam, fuerit conueniens ornatus vnionis quæ etiã ad gloriam ordinabatur, & hoc fuit ſpeciale in Chriſto. Scot.

Ad 2. Quod eſt fundamentum contrariæ ſententiæ dictum eſt ſupra diſt. 2.

Ad 3. dico, quod beatitudo conſiſtit in actu ideo non poteſt dimanare ex vnione hypoſtatica, ſed ex propoſito debet effici ab agente, conſequenter inté di, quia omne agens agit propter finem. Si hoc prius intendebatur ex gratia non potuit eſſe debitum ratione vnionis ex iuſtitia.

Ad vltimum dico, quod intentio agentis non eſt producere ſubſtantiam ſolum, nec accidens ſolũ, ſed ſubſtantiam ſingularem perfectam. Et quia accidens perficit ſubſtantiam, & ad hoc prius debet prę exiſtere in ſubſtantia, inde eſt quod prius exiſtit in ſubſtantia, & vltimum eſt quod perficiat illam. Hęc ſubſtantia ſic perfecta, eſt vltimum in executione, & primum in intentione. Ideo adhuc ſtat ratio Scoti, quæ apparenter ſatis hoc argumento infirmabatur.

## POST PRAEDICTA inquiri debet, &c.

## DISTINCTIO VIII.

Circa iſtam diſtinctionem in qua Magiſter agit de incarnatione, quantum ad idiomatum communicationem, queritur de filiatione Chriſti. Et circa hoc queruntur duo. Primo, vtrum in Chriſto ſint duæ filiationes reales. Secundo. Vtrum filiatio realis ex tempore, ſit eadem

dem fundamento,ſcilicet naturæ acceptæ per generationem.

## ARTICVLVS I.

*Nũ in Chriſto ſint duæ filiationes reales.*

AD primum ſic proceditur. Videtur quod non ſint duæ relationes quia filiatio conſtituit filiũ,ergo duæ filiationes duos filios,ſed Chriſtus nõ eſt duo filii, ergo nec in eo ſunt duæ filiationes reales.

2. Præterea. Secundum Anſelmum filius eſt incarnatus,non alia perſona,ne fieret cõfuſio in proprietatibus,ergo modo non eſt illa confuſio quæ eſſet ſi Pater eſſet incarnatus,ergo modo filius nõ eſt filius aliqua alia filiatione quam æterna, alioquin non minus eſſet confuſio proprietatum propter incarnationẽ filij quam propter incarnationẽ Patris, quia non magis vnica filiatio.

3. Præterea. Non eſt filiatio realis ad matrem,niſi propter relationem realem quam habuit ad matrem, iſtam relationem non habuit in morte,quia ſoluta fuit tunc illa vnio , ſcilicet animæ ad corpus , ex quibus vnitis,eſt natura,ergo tũc non habuit illã filiationem. Aut ergo in reſurrectione illã habuit, & hoc videtur inconueniens , quia reſurrectio fuit alia acceptio illius eſſe,quam generatio,& ita aliud eſſe acceptum. Aut nõ habuit eam in reſurrectione, & tũc non eſſet modo filius Marię,ſicut ante mortẽ

4. Præterea. Non oportet ponere in Chriſto aliquam relationem realem ad matrem niſi ſaluando ipſum eſſe verum filium eius,ſed hoc ſaluatur non ponẽdo in eo aliquam relationem realem ad eã,ſicut Deus,eſt Dominus realiter creaturę.& tamen relatio dominij non eſt in eo relatio realis.

5. Præterea. Deus producit creaturas inquantum artifex, hoc tamem ſolũ eſt inquantum habet relationem rationis, quia ſcientia ſua eſt ars in quantum cauſat in ſe ideas per actũ rationis,ergo ipſum eſſe artificẽ,& potentẽ creare dicit in eo tantũ relationẽ rationis,ergo multo magis Chriſtũ eſſe filiũ Mariæ dicit tantum in eo relationem rationis, quia videtur magis neceſſariũ quod illa habitudo.quæ præſuponitur alicui rei,ſit realis ,quam iſta quę conſequitur rem.

6. Pręterea. Si eius ad matrem eſſet relatio realis,tũc eſſet realiter ęqualis matri ſecundum naturam humanã. Conſequens eſt falſum, quia æqualitas fundatur ſuper vnitatem vnionis,non eſt autẽ ibi realis vnitas vnionis ad matrẽ, ſicut patet diſcurrendo per omnes vniones reales,igitur,&c.

Sed contra. Si Pater fuiſſet incarnatus fuiſſet Filius,nũ filiatione æterna, ergo temporali:ſed proprietas æterna filii ita abſtrahit ab omni creatura, vt termino, ſicut proprietas Patris,ergo filius Marię filiatione ęterna nõ habet reſpectum ad matrem,vt propterea dicatur eius filius, ergo ſecundum aliam.

2. Præterea Philoſopus.5.Metaph.c. de ad aliquid infert pro inconuenienti quod idem bis dicatur, ſed ſi eſt inconueniens hoc, maxime erit de eodem fundamento & ſuppoſito,& relatione eadẽ ergo Chriſtus,eadem relatione non poteſt dici relatiue ad matrem & patrem.

Reſpondeo quod hic dicitur,quod nõ ſunt in Chriſto duæ filiationes reales,& hoc propter duas rationes: vna eſt quia filiatio eſt per ſe ſuppoſiti,non naturæ. Hic autem nũ eſt niſi vnum ſuppoſitũ, ergo non niſi vna filiatio. Contra iſtam poſitionem,&eius rationem arguo,quia ſi filiatio tantũ eſt perſone, ſic quod nõ poſsit plurificari licet fundamẽtum plurificetur,aut ergo hoc conuenit ſibi vnde relatio abſolute,aut vnde relatio talis originis. Non primo modo quia tũc ſi Chriſtus fuiſſet albus non fuiſſet realiter ſimilis alii albo , nec fuiſſet realiter æqualis alii habenti tantam quãtitatem quantã ipſe habuit. Tũc etiã in ſuppoſitis creatis relationes nõ poſſent plurificari plurificatis fundamẽtis. * Si ſecundo modo hoc falſũ eſt,quia nõ magis repugnat relationẽ originis plurificari in ſuppoſito,quam ipſã originationẽ quę præcedit ipſam relationem originis,vt proxima ratio fundandi eam : ſed origines plurificantur in eodem ſuppoſito ſecundum Dam.lib.3.c.7. Duas generationes Chriſti veneramur.

*Henr. quod 4. q.3. S. Bonauent. hac d. art. 2. q.2. S. Thom. 3.p.q.35. quot 1. articulo. 2. quot 9. art.4. Impugnatur opinio Dam.*

Præterea Pater æternus,& ſi ſit vnum ſuppoſitum, tamen habet duas relationes originis,ad filium ſcilicet,& Spiritũ ſanctum,& ita ſuper idem ſuppoſitũ, & idem fundamentum,fundantur duę relationes originis actiuę , ergo multo magis ſuper duo fundamenta diuerſa poſ-

ſunt fundari duę relationes originis paſſiue. 3. Item ſecundum Dam. lib. 3. c. 7. Chriſtus habet duas operationes, relatio autē nō magis reſpicit ſuppoſitū quam operatio, quia ſuppoſiti eſt operatio 1. Metaph. igitur &c. Ex hoc etiā de operatione poteſt argui ad propoſitū, quia ſicut Chriſtus operabatur naturaliter quibuſdam operationibus naturæ humanæ quia comedit & bibit ita ſi genuiſſet duos filios, realiter habuiſſet duas paternitates ad illos propter duas generationes actiuas, ergo modo propter duas generationes paſſiuas habet duas filiationes. 4. Item, quod cōpeti Chriſto pręciſe ſecundum rationem perſonalitatis ęternę, non dicitur de eo in quantū homo, vnde hæc eſt falſa. Chriſtus in quantū homo eſt perſona igitur. Et hęc, Chriſtus in quantum homo eſt filius, ſi filiatio tantummodo diceretur de eo ſecundum rationem perſonalitatis æternæ.

*Metaph. in proemio.*

Alia ratio quę ponitur pro prima opinione eſt quia duæ diſpoſitiones eiuſdē ſpeciei non poſſunt poni in eodem, ergo nec duæ filiationes. Antecedens declaratur ab aliis ſic, tum quia potentia eſt per ſe ad formam, non autem per ſe ad hanc formam, quia eſt hęc per hoc quod recipitur in iſta. ergo ſi poſſet eſſe in actu ſecundum vnā formam, & in potentia ſecundū aliā non idē ſecundū idē, puta ſecūdū formam cui vt ſic accidit eſſe hāc vel illam. eſſet primo in potentia, & in actu: Tū quia omnis diſtinctio aut eſt per naturam diuiſionis. aut per naturam oppoſitionis, per naturā oppoſitionis nō poteſt eſſe diſtinctio in eadē ſpecie. nec per naturam diuiſionis. vbi eſt idē ſubiectum, quia accidentia non habent diſtinctionē numeralē, niſi a ſubiectis, ſicut nec entitatē. Et confirmatur quia non poſſunt eſſe plures proprietates abſolute eiuſdē rationis in diuinis, quia ille nō diſtinguerentur, nec per oppoſitionē nec per diuiſionem niſi eſſentia diuina. in qua ſunt diuideretur. quod eſt incōueniens, ergo, &c. Cōſequentia declaratur, quia omnis generans primo actu generandi acquirit paternitatē ad primū filiū, ſecundo actu generādi nullā paternitatem nouā acquirit, ſed per eandem paternitatem ſe habet ad filium ſecundum. Sicut igitur ibi non poſſunt eſſe plures paternitates, quia ſunt formę eiuſdem ſpeciei: ita nec plures filiationes propter eandem rationem.

*S. Thom. 3. p. q. 35. Henric. quol. 94. & 4.*

Contra iſtā rationem ſecundā, maior videtur falſa, & minor ſimiliter. Quod maior, probatur. Quia in omni ordine eſſentiali cum vnitate prioris eſſentialiter poteſt ſtare pluralitas poſterioris naturaliter, non per ſe, nec adæquate inhęrentis priori: ſubiectum eſt prius eſſentia iter in illa diſpoſitione quę ponitur ſibi in hærens, quę nec per ſe ei in hęrēt nec adæquate, ergo. Maior probatur per ſimile in cauſa & effectu, quia vna cauſa poteſt eſſe reſpectu plurium effectuum, & licet ibi effectus non inſit cauſę, non tamen eſt maior repugnantia in illis poſterioribus quę in hærēt, ſi tamen nō per ſe in hęreant quā in aliis quę per ſe exiſtunt, quia tunc vnus nō eſt cauſa intrinſeca alterius. ita quod ad vnitatem eius ſequatur vnitas alterius & maxime ſi nō ſunt adæquata, ita quod vnum eorum in actualitate completa determinet potentialitatem receptiui. Nō eſt ergo contraditio plura abſoluta eiuſdē rationis per accidens ineſſe eidem, cui nullum eorū adęquatur.

*Impugnatur opinio S. Thom.*

Illud etiam probatur de facto, quia plures ſpecies phantaſticę ſunt in eodē organo phantaſiæ, alioquin deleta vna ſpecie vnius imaginabilis non poſſet aliquis perfecte imaginari aliquod imaginabile, & patet ꝙ iſte ſpecies ſūt eiuſdē ſpeciei ſicut & obiecta a quibus generantur, & ſunt in eadē parte organi, quia organum non poſſet in tot partes minimas diuidi, quæ poſſent per ſe informari tot ſpeciebus imaginabilibus ſeparatim exiſtētibus, ꝙ poſſunt ſimul eſſe in toto organo. ergo oportet quod eis non correſpondeant diſtinctę partes organi. Et ſi obiiciatur, quare ergo nō poteſt per operationem naturæ eadem quantitas alterari ad plures qualitates ſimul habendas quę ſunt eiuſdem rationis. Reſpondeo, quod cum in ſubiecto ſint plures potentiæ ad plures formas eiuſdem ſpeciei, ſi non inducatur aliquis actus continens omnes actus, qui poſſunt illi perfectibili ineſſe, non terminatur tota potentia ipſius ſuſceptiui, & ideo non eſt contradictio quod aliqua alia forma ſimilis inſit, tamē de facto inducitur alia per agēs naturale, quia ipſum intēdit formā pręexiſtentem imperfectam perficere, inducit

*Probatur quod plura accidētia ſint in eodē ſubiecto.*

*Obiectio.*

tit enim aliquam realitatem quę nata eſt eſſe pars cum realitate prçexiſtente, & vnit eam realitati prçexiſtenti vt partẽ parti, & ita non inducit formam omnino aliã, nõ eſſet tamẽ repugnantia, quod ipſa eſſet alia, ſubiecto propter hoc non diuerſificato, quia ſubiectum habens potentialitatem ad plures formas eiuſdem ſpeciei eſt illimitatũ ad illas, & illimitatum ad aliqua, non oportet eo multiplicari illis. Hęc ratio dicta procedit de pluribus abſolutis in eodem perfectibili: & licet ipſa non concluderet propoſitũ de relationibus eiuſdem ſpeciei, tamẽ illud idem facilius probatur, primo quia ſicut paternitas fundatur ſuper genuiſſe, ita hęc paternitas ſuper hoc genuiſſe, & hęc filiatio ſuper hoc genitum eſſe. Pater ergo hac paternitate primo reſpicit hunc filium hac filiatione. Præterea correlatiua ſunt ſimul natura ita quod deſtructo vno deſtruitur & reliquũ, ergo deſtructa hac filiatione in hoc filio deſtruitur hæc paternitas in hoc patre. Cum ergo maneat pater reſpectu ſecundi filii mortuo primo, ſequitur quod alia paternitas fuit ad ſecũdum filiũ ab illa quæ fuit ad primũ, nã nulla noua relatio aduenit per hoc quod primus filius corrumpitur ſicut nec noua generatio aduenit ponẽdo quod ſecundus filius fuiſſet genitus viuente primo filio. Præterea quando aliquid eſt in aliquo vltimate tale non poteſt illud manere in ipſo, niſi ipſum habens illud ſit ipſo tale: ſicut non poteſt albedo manere in ſuperficie niſi ipſa ſuperficies ſit alba, & maxime ſi ſuperficies ſit vltimate alba albedine, ſed relatio eſt qua habens eſt vltimate ad aliud igitur non poteſt manere eadem in eo, niſi illud in quo manet ſit per illam ad aliud, igitur non manet eadẽ paternitas deſtructo illo termino ad quem habens dicitur formaliter tale relatione illa. Prçterea pater aliquo modo aliter reſpicit hunc filium, & illum, ſi alia relatione habetur propoſitũ: ſi nõ alia relatione, ſed alio reſpectu eiuſdẽ relationis: iterũ habetur propoſitũ, quia illi reſpectus erũt eiuſdem rationis, quia fundamẽta eiuſdem rationis ſunt: ſimiliter hoc eſt falſũ quia reſpectus non ſemper fundatur in relatione, vt aliud ab ea, quia ponere talia duo eſt ſuperfluum: quod ſi reſpectus ſit idem relationi in qua fundatur, ergo idẽ eſt dicere reſpectũ plurificari, & relationem plurificari, ergo habetur propoſitum.

Præterea diſtinctio prioris naturaliter concludit diſtinctionem poſterioris, ſed non tantum ſuppoſitum relatũ præcedit relationem, ſed etiã fundamentũ, ergo multiplicato fundamẽto multiplicatur relatio: & ita in propoſito cũ ſint duo fundamenta, duæ erunt relationes. Præterea minor illius rationis eſt falſa, quia filiatio æterna, & filiatio temporalis non ſunt eiuſdem rationis; quod maxime verum eſt ſecundum eos, quia ipſi negant aliquod eiuſdem rationis poſſe dici de æterno & temporali. *Impugnatur minor S.Thom.*

Ad quęſtionẽ ergo dico quod alia eſt filiatio ad patrem * & alia ad matrem * & vtraque eſt realis. Primũ probo, quia filiatio eſt habitudo producti naturaliter ſimilis producenti in natura intellectuali. * Iſte particulæ patent quia ſicut paternitas eſt habitudo producentis: ita filiatio producti. * Naturaliter etiã nam propter defectũ huius particulę Spiritus ſanctus nõ eſt filius, ſimilis producẽti: & propter hoc vermis non eſt filius ſolis. In natura intellectuali, ideo ignis nõ eſt filius ignis, nec plãta plantæ, nec propriè bos, bouis. Quod ſi omnino contendas brutum eſſe filium bruti, vt vitulum eſſe filium bouis. tũc filiatio eſt habitudo producti naturaliter ſimilis producenti in natura intellectuali vel ſenſitiua. In iſta deſcriptione nihil per ſe, & primo reſpicit ſuppoſitum niſi ratione productionis paſſiuę, quia omnia alia addita reſpiciunt naturam, vel in producente, vel in producto, vel in vtroque: filiatio ergo ratione nullius magis determinat ſibi vt ſit ſuppoſiti quam generatio paſſiua, ſed generatio paſſiua plurificatur ad plurificationem ipſarum naturarum actualiter exiſtentium acceptarum per ipſas generationes, ergo & ipſa filiatio plurificatur ad plurificationem earundem *Propria ſententia Scoti.*

Idemquod argutum eſt ex fundamentis probatur ex terminis, quia ad duos terminos non poteſt eſſe eadem relatio, quia tũc eadem ſimul eſſet, & non eſſet.

Præterea propoſitũ magis in ſpeciali quantum ad primũ oſtenditur ſic, quia quæcunque proprietas perſonalis diuina æque non reſpicit aliquod creatum pro termino, ergo ſicut paternitas æterna nõ

poteſt

poteſt eſſe relatio qua pater diceretur pater temporaliter: ita nec filiatio æterna qua filius diceretur filius tēporaliter.

*Relatio teporalis realis.*

Secundum videlicet quod vtraque ſit realis, patet de æterna quia realiter eſt filius æternus: probo de temporali, quia illa relatio eſt realis quę conſequitur extrema ex natura extremorū ſine actu intellectus, poſita autē matre generante: & ita ſuppoſito habēte naturā per generationē ex natura extremorū ſine actu intellectus ſequitur hic filiatio, ſicut ibi maternitas. Quod ſi quis fingat ibi intellectū operari ad cauſādū relationē, hoc improbatur quia ſi Maria genuiſſet purum hominē, fuiſſet vere mater, & ille filius relatione realis ſed non minus egit modo quam tūc egiſſet: nec Chriſtus vt homo minus realiter accepit naturam ab ipſa quam purus homo accepiſſet, ergo ita ex natura extremorū eſt modo filius ſicut tunc fuiſſet: & ita æque realis relatio modo ſicut tunc.

¶ Sed eſt vnum dubium. Pro 2. art.

Ad argumenta, ad primum dico, quod filius filiatione eſt filius ſicut Pater paternitate eſt Pater, ſed propter hoc non ſequitur ad plurificationem filiationum plurificatio filiorū, quia concreta nō plurificantur, niſi plurificentur tam forma quā ſuppoſitum: ſola enim plurificatio formę non ſufficit, maxime vbi plures formæ ſunt eiuſdem rationis, ſiue eodē nomine expræſſę vt hic, poſſunt eſſe in eodē quemadmodum Chriſtus non eſt plures volētes licet habeat plures voluntates ſecundum Damaſ. Vnde in forma arguendi, filiatione eſt filius, ergo alia filiatione eſt alius filius, eſt fallatia conſequentis a deſtructione antecedentis.

*Lib. 3. c. 14.*

Ad ſecundum dico, quod ſi Pater fuiſſet incarnatus, fuiſſet confuſio quia filiatio temporalis diceretur de eadem perſona in qua eſſet paternitas æterna: & ita confuſe poſſet illa perſona nūc dici Pater, nunc filius vtraque filiatione, cū ergo nunc abſolute dicitur filius, diſtincte intelligitur de eadem perſona de quacūque filiatione fuerit ſermo; ſed tunc cū diceretur filius, non diſtincte intelligeretur vnica perſona, ſed nunc vna nūc alia in diſtincte ſecūdum quod ſermo fieret de filiatione hac vel illa. Similiter argumentum eſt ad oppoſitum quia non eſſet tunc confuſio quę non eſt nunc, niſi quia pater tunc aliqua filiatione, & non relatione ſua æterna diceretur filius matris, ergo & modo filius dicitur filius filiatione alia quam filiatione æterna.

Ad tertium. Patet ex dictis in ſolutione dubii, quia Chriſtus poſt reſurrectionem eſt filius Mariæ eadem filiatione qua prius, quia filiatio fundatur ſuper eſſentia naturæ acceptę per generationē abſolute, cui accidit interruptio dūmodo exiſtentia ſit eadem, & ideo quandocunque illa exiſtētia eſt eadem, & aliud extremum idem & filiatio eſt eadem, & eadem actione qua fundamentum redit idem, & relatio redit eadem. Et cū arguitur quod alia productione accepit eſſe in reſurrectione, dico, quod illa non tollit filiationē quę fundatur ſuper illud eſſe acceptum primo per generationem, ſed tantum ſunt duæ relationes continētes duas productiones paſſiuas quæ fuerunt ad idem eſſe, & vna fuit interrupta ſicut & eſſe fundamenti: altera tunc primo eſt noua.

Ad 4. Dico, quod non tantum realiter, & vere dicitur Chriſtus ſic filius Mariæ, ſicut Deus realiter, & vere dicitur dominus creaturæ: ſed reali generatione paſſiua accepit illam naturam actualiter exiſtentē, propter quod ſequitur, ipſum reali filiatione eſſe filium.

Ad 5. etiam dico, quod ſi Deus dicatur formaliter creator relatione rationis vel etiam nulla relatione ſed de nominatione reducta ad genus relationis in quātum ſcilicet terminat relationem in creatura ſicut dictū fuit diſtinctione 30. primi lib: tamen nō eſt creatiuus per relationem rationis, & hoc intelligendo nō de eo quod formaliter importatur per hoc nomen creatiuus, ſed de fundamento, ſicut aliquod dicitur caleſatiuum calore, vt fundamento potentiæ caleſactiuæ, & nō relatione fundata in calore. Et ratio ad hoc poſſet tangi, quia nulla relatio rationis poteſt eſſe formalis ratio qua aliquid poteſt producere ens reale, quia ens rationis non eſt in aliquo niſi vt tantum habet eſſe in intellectu ſicut cognitum in cognoſcente. Hoc autem eſſe, eſt diminutum reſpectu eſſe exiſtentię realis, & ideo ſecundū iſtud eſſe, non poteſt eſſe cauſa alicuius ſecundū aliquod eſſe realis exiſtentiæ quod eſt eſſe perfectius neque producti naturaliter, nec artificia-

liter

liter. Et cū probatur in propoſito quod Deus non eſt potens creare, niſi vt artifex. Reſpondeo quod ſcientia Dei quæ eſt in Deo quædam perfectio abſoluta eſt in eo ex natura rei, ſed ipſa non dicitur ars niſi ex reſpectu ad alia obiecta vel aliquorū obiectorum ad ipſam, licet ergo Deus producat creaturas vt artifex, hoc tamen non eſt vt in ſcientia fundatur reſpectus rationis qui ſit ratio qua poteſt producere, ſed tantum vt ille habitus abſolutus qui dicitur eſſe ars in eſt ipſi Deo: ita quod in forma arguendi eſt fallatia accidētis, Deus vt artifex eſt productiuus: per relationem rationis eſt artifex, ergo per relationem rationis eſt productiuus, maior enim eſt vera prout medium nō accipitur pro ipſa relatione quā importat artifex, ſed pro fundamento ipſius relationis, & minor eſt vera tātum pro ipſa relatione formaliter. Exēplū calidū potentia calefactiua eſt calefactiuū, potentia calefactiua eſt relatio, ergo relatione eſt calefactiuum, maior eſt vera de potētia ſumpta pro eo quod dicitur potentia calefactiua, ſiue pro fundamēto ipſius relationis, non autem pro ipſa relatione potentialitatis, & minor eſt vera ſolum pro ipſa potentialitate & relatione in ſe importata per ipſam, & non pro ipſo abſoluto in quo fundatur. Qualiter autem ſcientia Dei abſoluta, & vt abſoluta poſſit ſufficienter habere totam rationem artis in quantum ipſa terminat relationes omnium creaturarū vt artificiatorū ad artificem dictum eſt diſt. 35. & diſt. 36. primi lib. in materia de ideis.

Ad vltimum concedo quod filius eſt realiter æqualis matri ſecundum naturā humanā vel excellentior. Et cum arguitur de illa vnione, probo quod iſta poſitio accepta ſcilicet quod equalitas fundatur ſuper vnitatem vnionis eſt falſa, quia vnio eſt relatio, nō enim poteſt intelligi ratio vnionis ad ſe: quęro tūc quę relatio, aut eadem quæ æqualitas, & tūc idem fundabitur in ſe, aut eſt alia, & ſi alia aut illa fundabitur ſuper vnum, & quæro ſuper quam vnitatē, ſi ſuper vnitatem & nō ſuper vnitatē vnionis, idē poteſt dici de æqualitate: ſi ſuper vnitatē vnionis, eſſet proceſſus in infinitum. Et ſi dicas quod iſta vnio non eſt materiæ ad formā, neque aliqua multarū vnio num manifeſtarū, ſed eſt vnio paritatis, hoc videtur exponere vnum vocabulū per aliud eiuſdem ſenſus. Idē enim eſt æqualitas, & talis vnitas paritatis: negare, ergo qualitatē in diuinis eſſe realem quia nō eſt ibi vnitas paritatis eo modo quo antecedens poteſt habere aliquē intellectum probabilem, eſt negare idē per idē, vt quod ęqualitas nō ſit relatio realis quia nō eſt æqualitas. Et φ additur ad iſtam concluſionem, quod oporteret eſſentiam bis accipi, non autem bis accipitur niſi vt habens vnitatē vnionis. Improbatur per hoc quod eſſentia fundat relationes originis quę ſunt reales, & tamen non eſt bis accepta ex natura rei. Quod ſi dicatur ipſam bis accipi in producente & producto, contra, quęro quid eſt bis accipi ex natura rei, aut habere aliqua aliquo modo diſtincta ex natura rei, & abſoluta, & hoc falſum eſt in propoſito: aut tantū habere relationes diſtinctas ex natura rei, & tunc eſſentiam fundare ex natura rei relationes originis diſtinctas: quia bis accipere ex natura rei eſt ipſam fundare relationes realesquod nihil eſt. Ad argumentū ergo dico, quod ſuper vnitatem non vnionis, fundatur ęqualitas: ſed illa vnitas in creaturis non eſt entis ſingularis, ſed naturæ de qua duplici vnitate tactū eſt ſatis in quæſt. de indiuiduatione. 2. lib. d. 3. & ita in propoſito vnitas fundans æqualitatem, nō eſt vnitas perſonæ ſed naturæ, nec illā oportet diſtingui vel bis accipi ad hoc quod relatio ſit realis, ſed ſufficit quod ipſa exiſtente eadē, extrema realiter diſtinguātur ſicut & in relationibus originis.

Et tunc ad propoſitum dico, quod in natura humana in Chriſto eſt vnitas aliqua realis minor vnitate numerali, & ſimiliter vnitas realis in Maria, & iſta vnitas eſt fundamentum mutuę equalitatis in Chriſto & Maria ſi ponatur fuiſſe æquales in natura humana.

*Super Diſtinct. 8. Quæſtionē vnic. artic. primo.*

Auctor in litera duo facit. Primo refert opinionem S. Thom. dicentis quod in Chriſto non ſunt duæ filiationes. Secundo reſpondet queſito ex propria ſentētia impugnata opinione S. Tho.

Opinio D. Thom. eſt, quod in Chriſto non ſunt duæ filiationes. Ratio eſt quia filiatio eſt propria ſuppoſiti, ſuppoſitum eſt vnum, ergo vnica filiatio.

Secundo: Duo accidentia ſolo numero differentia, non poſſunt eſſe in eodem ſubiecto. ergo in vna perſona filii Dei non poſſunt eſſe duæ filiationes reales. Iſta opinio concedit in Chriſto duas relationes filiationis, negat tamen eſſe duas relationes reales.

Autor redarguit vtramque rationem. Contra primam arguit probando quod natura poſſit eſſe fundamentum relationis, quia ſi illi repugnat fundare filiationem, aut hoc eſt ratione filiationis, aut vt realis relatio eſt. Non vt relatio, nam iſta natura eſt eadem cum alia eiuſdem ſpeciei, & eſt æqualis alteri habenti eandem quantitatem & ſimilis alteri habenti eandem albedinem. Nec quatenus talis relatio, quia iſta natura eſt fundamentum nouæ originis, & nouæ natiuitatis, ergo nouæ filiationis, conſequentia tenet. quia filiatio eſt origo viuentis a viuente. Et origo, & natiuitas eſt via ad filiationem. Si ergo iſta plurificantur, neceſſarium quod ſint duæ filiationes. Secundo. quod competit Chriſto præciſe in quantum Deus, non illi conuenit in quantum homo: ideo iſta eſt falſa. Chriſtus in quantum homo eſt perſona. Ergo iſta in quantum homo eſt filius. Ergo ſi filiatio competit ſub ratione perſonæ æternæ, etiam erit falſa iſta Chriſtus in quantum homo eſt filius. Ergo ſi eſt filius Virginis, noua filiatione in humana natura fundata, eſt filius. Iſta eſt vltima ratio impugnationis primæ rationis S. Thom. Secundam rationem impugnat, quia cum vnitate prioris ſtat pluralitas poſteriorum, ergo in vno ſubiecto poſſunt eſſe plura accidentia, ſicut ab vna cauſa ſunt plures effectus. Sic plures ſpecies phantaſticæ eiuſdem obiecti ſunt in eodem organo phantaſiæ. Vltimo redarguitur minor ſecundæ rationis. Nam filiatio æterna, & temporalis non ſunt eiuſdem rationis, ergo ſub iſta maiori Duo accidentia non poſſunt eſſe in eodem ſubiecto, male ſubſumitur quod iſtæ duæ filiationes ſint eiuſdem rationis. Adde ex penultima contra 2. quod non vnum ſed duplex ſit ſubiectum. Ex quo appatet ſecunda ratio contra primam rationem D. Thom. Si enim in perſona Patris eſt duplex relatio ad filium, & Spiritum ſanctum, multo melius in Chriſto, vbi eſt duplex natura, poterit eſſe duplex relatio filiationis ſeu originis paſſiuæ.

Vltimo proponit ſuam ſententiam quæ conſtat duabus concluſionibus, vel vna bimembri. In Chriſto eſt duplex filiatio. 2. Concluſio. Vtraque filiatio eſt realis. Probatur 1. concluſio, quia filiatio eſt habitudo producti naturaliter ſimilis producenti in natura intellectuali. Probatur ſecundo. Quia ſicut paternitas æterna non poteſt eſſe relatio qua prima perſona diuina dicatur pater temporaliter, ita etiam nec filiatio æterna poteſt eſſe ratio quare Chriſtus dicatur filius Mariæ. Ergo noua, & ſecunda filiatio eſt ponenda. Secunda concluſio probatur. Quia iſta relatio cõſequitur diſtincta extrema ex natura rei ceſſante omni operatione intellectus, ergo. Declaratur veritas antecedentis. Si Maria genuiſſet purum hominem eſſet vera mater. ſed modo non minus egit, ergo cum relatio conſurgat ex natura extremorum, ſequitur ꝙ non minus egit, ergo ſequitur quod non minus ſurgat modo quam ſurgeret tũc, ergo vtraque eſt realis. Denique probatur rationibus quibus impugnatur ſententia D. Thom.

*Num filiatio ſit propria ſuppoſiti.*

DE filiatione Chriſti ad matrem, triplex eſt modus dicendi. Alii dicunt Chriſtum referri ad matrem, non relatione filiationis temporalis, ſed relatione increata, ideo vnam tantum in Chriſto ponunt filiationem. Hæc eſt ſecunda quam S. Doctor 3. p. q. 35. art. 5. in corpore refert. Eſt Henrici quot. 4. q. 3. Amplecti videtur Alexand. 3. parte queſt. 10. M. 3. ad argum. Fundamentum huius eſt, quia relatio nõ attenditur ſecundũ terminos ad quos refertur, (alias idem filius vna relatione referretur ad patrem, & alia ad matrem) ſed ſecundum ſubiectum. Sed in Chriſto vnum eſt ſubiectum & ſuppoſitum, quod terminando humanam naturam eſt terminus generationis Mariæ, ergo. Reiicit iſtam S. Thom. negando fundamentum. Pluralitas enim relationis non eſt attendenda ex vnitate, vel pluralitate cauſæ, vnde immediata relatio conſurgit. Et quia in eodem ſubiecto, poteſt eſſe cauſa paternitatis naturalis, & paternitatis per adoptionem, mirum quod non eadem ſed vna & altera relatione paternitatis, referatur quis ad filium naturalem, & ad filiũ adoptiuũ. Ergo a ſimili, duabus, & nõ vna relatione filiationis, Chriſtus refertur ad Patrem æternũ, & ad Virginem ſacratiſſimam in tempore. Contra iſtam opinionem, eſt prima concluſio Authoris. Alex.

Secunda ſententia eſt S. Thom. qui reiecta præcedenti opinione, & præmiſſa prædicta concluſione, quam ſtatuit contra illam, nempe quod ſint duæ relationes. Ex propria ſententia, neminem impugnando docet quod ſola relatio ad Patrem eſt relatio realis Relatio vero ad matrem eſt rationis, fundamentum huius opinionis eſt, quod natura non eſt fundamentum filiationis, igitur filiatio eſt propria ſuppoſiti, ſed in Chriſto ſolum eſt vnũ ſuppoſitũ, igitur in Chriſto ſolum eſt vna relatio realis filiationis. Sed quia Chriſtus realiter dicitur filius matris relatione creata, non vna, ſed duæ ſunt relationes in Chriſto Et in hoc differt iſta opinio a prima, quæ prima facie videbatur concidere cum illa. Iſta autem ſecunda relatio cointelligitur relationi maternitatis ad Chriſtum. Declaratur exemplo. Creatura relatione reali refertur ad Deum, qui realiter eſt Dominus. Sed quia dicitur Dominus non relatione reali quæ eſt in ipſo, ſed relatione qua creatura ſubiicitur apud Deo, vtrunque ſtat ſimul, & quod realiter ſit Dominus, & quod illa relatio non ſit realis, ſed rationis. Ita impræſentiarum, in Chriſto eſt relatio realis qua ad æternum Patrem refertur, vt naturalis eius filius. Præter iſtam relationem, eſt alia filiatio qua refertur ad matrem. Sed iſta non eſt realis, quia dicitur filius ex relatione reali maternitatis ad Chriſtũ. Habet D. Thom in calce corporis art. Hoc fundamentum probatur ex denominatione, quæ velut iudex huius litis & interpres huius veritatis conſtituitur. Natura enim non dicitur filius nec filia, ergo relatio filiationis in illa non eſt. Ergo ſolum reſtat quod ſit in filio Dei, ſed filius Dei non eſt capax nouæ relationis realis ergo vel cum prima opinione dicendũ eſt, quod non eſt duplex relatio, vel cum hac ſecunda. quod ſi eſt duplex relatio, iſta, quæ eſt ad matrem, non eſt realis, ſed rationis. Hanc ſententiam ſequitur Seraphicus Bonauent. hac diſt. a. 1. q. 2.

Scotus Henrici opinione præter miſſa, illius quæ S. Thom. eſt ſolum mentionem fecit. Aut quia illa

iam

Iam forſam omniuo erat improbabilis. Aut quia opinioni S. Thom. vicina, eodem fundamento infirmabatur. Hæc opinio docendo vnum, vtrumque infirmat ſententiam. Docet namque duas in Chriſto eſſe filiationes reales. Et quod fundamentum huius filiationis temporalis, eſt humana natura, vel hic homo Chriſtus ratione humanæ naturæ. Hoc fundamentum expreſſe habet Scot. ſecunda ratione cōtra primam rationem D. Thom. & in corpore reſpōdendo ad quæſtionem ex propria ſententia. Hanc ſententiam ſequitur Richard. hac d. art. 2. q. 2. quot e. q. 4. & 5. Durand. hac d. q. 3. Gebriel. hac d. q. 5. art. 2. co rclui. 3. Marſil. in 3. q. 17.

In hac quæſtione contra primam opinionem, commune fundamentum Scot. & S. Thom. eſt ſupponendum, nempe in Chriſto domino duas eſſe filiationes. Hoc fundamentum ſeu concluſio prima probatur argumento ſed contra. Si Pater aſſumpſiſſet carnem eſſet filius virginis, ſed non eſſet filius relatione paternitatis, ergo noua relatione, ergo modo filius non æterna filiatione qua refertur ad Patrem refertur ad matrem. tenet cōſequentia quia proprietas filii ita abſtrahit ab omni creatura ſicut proprietas Patris, Secundo Ariſt. 5. Metaph. text. com. 20. docet quod idem non refertur bis, id eſt quod eadem relatione quis referatur ad duo correlatiua, vt pote quod albedine dicatur quis ſimilis, & æqualis, ſed neceſſe eſt ponere duo fundamenta, & duas relationes, ergo non poteſt eadem filiatione æterna Chriſtus referri ad Patrem æternum, & matrem temporalem. Nam ad matrem non refertur, niſi mediante generatione temporali Ad Patrem vero mediante generatione æterna, ideo ſicut ſunt diuerſe rationis duę generationes, ne ſunt ponende duæ filiationes. His duobus argumentis, maxime primo intendit Autor tollere cauſam æquiuocationis ex vnitate nominis: oſtendendo quod in re multum differt vna filiatio ab altera. 3. Arguitur ex primo argumento contra primam rationem D. Thom. quod habetur in ſumma tex. 4. Arguitur ex 2 contra eandem primam rationem. Nam Pater æternus duabus relationibus refertur ad filium, & Spiritum ſanctum, ſi ergo ſuper idem ſuppoſitum mediis duabus actionibus puta generatione actiua, & ſpiratione actiua fundantur duæ relationes, a fortiori in eodem ſuppoſito habente duo fundamenta media generatione æterna & temporali fundabuntur duæ filiationes. Hic breuiter ad notare poterit Theologus quod ſicut illa duplex relatio non conſtituit duas perſonas, ſic noua filiatio in Chriſto non conſtituit nouum filiū. Quia Deus & homo vnus eſt Chriſtus. Nihilominus eſt noua relatio realis, vt dicemus ſtatim 5. Arguitur: Chriſtus habet duas operationes ſecundum Damaſ. 3. orthodoxe fidei, ergo poteſt eſſe terminus noue actionis, conſequenter fundamentum noue relationis, tenet conſequentia, quia potius operatio requirit nouum ſuppoſitum quam relatio, quia operari eſt ſingularium exiſtentium, ergo ſicut ſunt duæ operationes ratione duarum naturarum, etiam erunt duæ relationes. 6. Si Chriſtus Dominus genuiſſet duos filios conſurgeret in illo duplex paternitas, ergo ex duplici generatione paſſiua conſurgit in eo duplex filiatio, conſequentia tenet ex probabili antecedenti, quod aſſumit Autor. Quod conuenit Chriſto in quantum Deus, non illi conuenit in quantum homo, ergo non eadem filiatione qua refertur ad Patrem debet referri ad matrem, quia proprietas perſonalis diuina non reſpicit aliquid creatum pro termino. Iſta eſt vltima contra primam rationem S. Thom. & habetur in ſumma tex. Hæc veritas, & ratio declaratur, nam in triduo mortis Chriſtus non dicebatur filius Mariæ, ergo ſignum eſt quod non refertur ad matrem filiatione diuina, ſed temporali.

2. Concluſio. Iſta filiatio temporalis eſt realis, & eiuſdem rationis cum aliis filiationibus creatis. Ad probationē huius concluſionis ex d. 4. ſuppono, matrem non concurrere actiue ad generationem ita S. Thom ibidem, & 3. p. q. 31. art. 3 in corpore non obſcure ſed aperte ſatis docet quod Maria naturalis fuit mater. Ratio ibi aſsignata eſt quia corpus Chriſti nō eſt de cælo allatum, vt dixit Valentinus, ſed de puriſsimis ſanguinibus virginis formatum. Hinc, non aliud ad rationem maternitatis requiritur, ex his fundamentis ab ipſis conceſsis infero. Ergo mulier dicitur mater, quia ſolum adminiſtrat materiam ex qua corpus fuit formatum. Sed ſic eſt quod in præſentiarum corpus Chriſti fuit formatum ex puriſsimis ſanguinibus virginis, ergo eadem prorſus ratio eſt in hac matre, & in hoc filio quę in aliis Stant in ſuo fundamento dicentes, quod in matre conſurgit relatio realis, quia eſt capax illius, non in filio, quia natura non eſt capax, ideo denominetur filius ex relatione reali maternitatis. Contra hoc fundamentum arguo Plus ponitur in filio de nouo quam in matre, ergo potius mater ſumere debet denominationem a filio quam filius e matre. Declaratur vis argumenti. Creatura realiter refertur ad Deum quia per actionem creandi acquirit nouum eſſe. Deus nō ſic quia nihil acquirit. Sed ſic eſt quod hic nouum quid producitur, ergo non ſolum ex relatione matris dicendus eſt filius, ſed ratione naturæ acceptæ. Hoc amplius declaratur. Deus dicitur, Dominus & creator ex relatione creaturæ, ideo relatio creaturę quaſi retrocedit ponēdo relationem rationis in principio creādi, in quo nihil de nouo poni poteſt. Si ad hunc modum argueret D. Thom. dicendo, quod ex relatione filii ponitur quædam relatio in matre bene argueret a ſimili, ſed dicendo, quod ex relatione matris denominatur filius male arguit, quia in matre de nouo ſolum ponitur genuiſſe. in filio vero ponitur integra natura humana quæ fuit terminus formalis, & intrinſecus, qui ſucceſsit deſitioni materiæ ſumptę ex Mariæ habitus per actionem Spiritus ſancti, & Matræ, ſi actiue fuit cooperata, ergo ab illo poſitiuo quod eſt terminus generationis Mariæ dicitur Chriſtus filius non ex relatione maternitatis. Conſequentia tenet ex S. Tho. 3 p q. 33. art. 4. ad primū vbi inquit. Chriſtus dicitur naturalis filius hominis, in quantum habet naturam humanam veram, ergo in ipſo eſt nouum fundamentum iſtius noue relationis, & hoc fundamentum eſt reale, ergo & relatio eſt realis, & ex ipſo & non ex matre ſumitur, & cum in matre de nouo ponatur noua actio generandi. Et in filio nouus terminus generationis non eſt ſicut in Deo, & in creatura vbi ſolum in creatura eſt aliquid nouum, non in Deo. Vnde nulla eſt ſimilitudo in qua argumentum fundatur. Ex hoc confici poteſt argumentum contra S. Thom ipſe ponit veram & realem relationem maternitatis in virgine. Et contra Heretic... ponit non vnicam ſed duas filiationes in Chriſto Ergo vtraque ponenda eſt realis. Tenet conſequentia quia in Chriſto ponitur duplex generatio paſsiua, ergo duplex per ſe terminus vtriuſque ge-

natura a Verbo dimiſſa eſſet iterũ a Patre ſeu Spiritu ſancto aſſumpta, licet poſſet virgo dici mater alius hominis formaliter: non tamen proprie poſſet dici mater ſpiritus ſancti quia cum habuit actionem generandi, non habuit circa naturam ſimul vnitã illi perſonæ. Quod requiritur ad huiuſmodi communicationem idiomatum, aut ſaltem nõ eſſet ita proprie. Hac ratione dicitur mater Dei, quia cum concepit hominem, ſimul concepit Deum. Si vero dimiſſa natura, iterum non aſſumitur, abſolute dicitur mater alius hominis, quia vel perſonalitas ſolum addit ſupra naturam ſingularẽ modum ſubſiſtendi. Vel quia id quod addit, cauſatur ex vnione partium naturæ, ideo ex vi generationis matris cauſatur. Vnde ad illã optime refertur.

Ad primum Autoris, quod conſequenter ad prædictum ſe debet habere. Dico, quod quãuis duplex ſit filiatio in eodem, non ſunt duo filii, nam ad hoc requiruntur duo ſuppoſita. Ad hoc quod ſit duplex filiatio ſolum requiritur nouum fundamentum. In eodem autem ſuppoſito, & perſona, poteſt eſſe multiplex forma & ratio fundandi plures relationes, puta quantitas, albedo, calor, & ſic eſt quod in Chriſti perſona, eſt humana natura fundans iſtam nouam relationem.

Ad 2 dico, Quod ſi Pater ſumeret carnem, eſſet confuſio, nam idem diceretur pater & filius, & exiſtimaretur quod vna perſona eſſet duplex, & quod in diuinis non eſſent tres perſonæ. Modo non eſt talis confuſio, quia ſemper dicitur filius. Ex termino autem correlatiuo vt pote dicendo filius hominis, dignoſcitur de qua filiatione eſt ſermo.

Ad 3. Vbi inquiritur, an adhuc duret, & perſeueret illa relatio filiatio, quæ ceſſauit in morte ex corruptione fundamenti: inquit Autor quod adhuc durat, quia illa relatio fundatur in humana natura, quæ eadem numero, & ſingularitate ſurrexit, quod etiã nobis erit commune iuxta illud Iob. Quem viſurus ſum ego ipſa, & non alius, ideo etiam conſurgit eadem relatio. De hoc agit Autor artic. 2.

Ad. 4. Vbi probatur quod ſicut Deus relatione rationis dicitur dominus, ita poſſit dici filius realiter ſimili relatione rationis. Iam dictum eſt quod eſt diſpar ratio, quia hic ponitur nouum genuiſſe, noua proceſſio, noua natiuitas, nouaque natura, ideo ponenda etiam eſt noua relatio realis.

Quintum formatur ſic, Deus ſcientia ſua, quæ eſt ars qua cauſat ideas per actum rationis, eſt artifex quadam relatione rationis, ergo multo magis Chriſtus relatione rationis erit filius, tenet conſequentia quia magis reale videtur eſſe quod precedit rẽ quam id quod conſequitur, ſcientia quæ eſt ars præcedit in artifice, & inde reſultat ſolum relatio rationis, ergo a fortiori iſta relatio quæ conſequitur. Ad hoc argumentum inquit Autor quod licet Deus relatione rationis dicatur, vel denominetur creator, non tamen eſt creatiuus id eſt potens creare per ens rationis, ſed per naturam & potentiam ſuam, quæ eſt aliquid reale. Similiter, quamuis ſcientia dicitur ars ex reſpectu quem dicit ad obiecta, tamẽ cum Deus operatur per ſcientiam ſuam, tamen ille reſpectus nõ eſt ratio operandi, ſed ipſa ſcientia, quæ noſtro modo intelligendi eſt velut habitus. Vnde cum arguitur, Deus ſcientia ſua eſt artifex. Concedo. Sed per relationem rationis eſt artifex, nego minorem. Sed denominatur artifex relatione rationis, non tamen eſt artifex illa relatione, ſed abſoluto in quo fundatur illa relatio, vt dictum eſt. Eſt exemplum. Calidũ potentia calefactiua eſt potens calefacere, non prout potentia calefactiua eſt relatio, & dicit ordinem ad id quod poteſt calefieri, ſed pro vt dicit aliquid abſolutũ, puta calorem, quo potens eſt calefacere. Cõmittitur igitur fallacia accidentis, quæ contingit cũ *Fallacia accidētis.* id quod conuenit alicui ſecundum vnam rationem tribuitur eidem ſecundum aliam, vt ſi dicamus. Album eſt diſgregatiuum viſus, corpus eſt Album, ergo vt corpus eſt diſgregatiuũ viſus, eſt falſum, quia non diſgregat vt corpus, ſed vt album.

Ad 6. & vltimũ, quod probat quod ſi eſſet relatio realis Chriſti ad matrem eſſet æqualitas inter eos, & quod fundamentum huius æqualitatis eſt vnitas vnionis. Reſpondet Autor iſtidendo iſtam vnitatem vnionis dicens, quod ſufficit ad iſtam relationẽ vnitas in ſpecie, quę vnitas in ſubſtantia facit idem, in quantitate, æquale, in qualitate, ſimile. Vnitas vnionis inuenitur vt credo inter humanam naturam, & Verbum, inter materiam, & formã, & reliqua huiuſmodi, quę vnione ſunt vnũ, aut forte nulla talis eſt.

Ex dictis conſtat quomodo in Chriſto ponenda *Damaſ.* ſit duplex natiuitas, ęterna, & temporalis, ita Damaſ. *Maximus.* 3. orthodoxe fidei c. 7. Maximus etiam Epiſcopus, & plures alii ſancti hom. Natiuitatis. Adducit & aſſumit hoc Autor ad inferendum duas eſſe filiationes, quia hæc duo conſequenter ſe habent. Vnum eſt via & fundamentum alterius. Vnum ſignificatur vt proceſſio, alterum vt relatio. Videndus eſt Alexander *Alexan.* 3. p q. 10. Seraphicus Bonau. hac d. art. 1. q. 2. S. Tho. *Bonau.* 3 p. q. 35. art. 2, vbi hoc ipſum docet Caietanus ibidem art. 2 qui inquit, quod cum S. Tho docet, quod generatio competit perſonæ, debet intelligi de ſubiecto denominationis, non de ſubiecto inheſionis.

Dubium hinc oritur an Chriſtus fuerit bis natus. Attingit hoc dubium S. Tho. loco citato ſolutione ad vltimum. Expoſitores ibidem. Eleganter Alexãder Alenſis 3. p q 10. M. 2 Seraphicus Bonauent. hac d. art. 2. q. 1. Ratio Dubitandi, quia iſte terminus numeralis Bis requirit interruptionem & geminationẽ eiuſdem termini cui apponitur. Si enim ego fui Romæ per menſem, non bis ſed ſemel fui. Si autem per diem fui romę, & inde exi die ſecundo, poſtea vero rediui die 3. dicitur quod fui ibi. bis. Vnde minori tempore poſſum eſſe pluribus vicibus, quam alius qui ſemper ſtat. Requiritur etiam quod ſit geminatio eiuſdem rei, nam ſi modo diſputo, poſtea lego, non poteſt dici quod legi bis, nec quod diſputaui, bis. Sed ſic eſt quod natiuitas ęterna ſemper durat, & nunquam fuit interrupta, natiuitas temporalis nõ eſt eiuſdem rationis, ergo quamuis in Chriſto fuerit duplex natiuitas, ipſe non poteſt dici, bis natus. Propter hoc argumentum. Durand. docet hanc locutionem non eſſe verã. Nihilominus omnes Autores ſupra citati docent oppoſitum cum Magiſtro hac d. Seraphicus Bonauent. probat ex Aug. de fide ad Petrũ vbi inquit Vnigenitus Dei filius primo & ſecundo natus eſt. Semel ex Patre. Semel ex Matre.

Ad argumentum dico, quod Deus & homo vnus eſt Chriſtus, & quia non vna ſed alia, & alia natiuitate natus eſt idem homo Chriſtus, & hę natiuitates conueniunt, non vnitate ſpecifica ſed anologa, bene poteſt dici Bis natus.

Dubium etiam eſt an eſſentia diuina poſſit dici nata de virgine, Videndus eſt Richard. & Seraph. Bonau. hac d art. 2 q. 1. S. Thom. 3. p. q 35. artic. 1. ad primum. Ratio dubitandi deſumitur ex Aug. de fide

ad Petrum c. 4 vbi inquit, Natura æterna atque diuina, non poſſe concipi, & naſci ex humana natura, niſi ſecundum veritatem humanæ naturæ igitur dici poteſt nata. Secũdo ſumitur ex Damaſceno libro 3 orthodoxe fidei, vbi concedit quod diuina natura eſt incarnata, ergo nata, nam quod incarnatum eſt de Virgine natum eſt de virgine. Dico, quod ad intra non poteſt ſine errore dici, quod diuina natura eſt nata quia generatio & natiuitas dicit relationem realem, & ſic requirit diſtinctionem, ſed eſſentia diuina eſt communis omnibus perſonis, ergo non poteſt dici nata. Poteſt tamen dici, & ita neceſſe eſt, quod fuerit communicata, quia communicatio ſancti ctum dicit relationẽ rationis de quo latius in primo,

Dico ſecundo quod non poteſt dici nata de virgine, quia cui competit natiuitas cõpetit proceſsio Natura diuina a nullo procedit, igitur nullo modo ſibi competit naſci. Secundo quia humana natura non poteſt dici æterna in abſtracto, ergo ſimiliter natura diuina non poteſt dici nata.

Ad primum dico, quod Aug. vtitur abſtracto pro concreto ſicut cum dicit Hylar. quod pater eſt principium totius diuinitatis, id eſt omnis perſonę diuinę quæ producitur.

Ad 2. ex Damaſceno. Dico, quod incarnatio denotat vnionem cũ alio, ideo poteſt cõpetere diuinæ naturæ, ſed natiuitas dicit de ſe proceſsionem quæ cõpetere nõ poteſt diuinę naturæ, vt dictum eſt. Si dicas quod etiam competit Deo eſſe immortalem, & tamen dicitur mortuus. Dico, quod illa prædicata conueniunt Deo in concreto quia non denotatur quod competant diuinæ naturæ ſecundum ſe ſed ratione alicuius exiſtentis in Deo. Sed in abſtracto denotatur quod competat diuinæ naturæ ſecundũ ſe, quod eſt falſum. Lege S. Thom. 3. p. q. 16. art. 5. vbi docet quod ea quę ſunt vnius naturæ non poſſunt prædicari de alia in abſtracto.

Circa ſecundam rationem S. Thom & impugnationem illius rationis, mouenda erat Metaphiſica quæſtio, an ſint. vel eſſe poſſint plura accidentia abſoluta, aut ſaltem relatiua in eodem ſubiecto. Sed ſuper ſedemus ab iſta quæſtione, quia eſt Metaphiſica non ancilla Theologiæ, & quęſtio Theologica non pendet ex iſta. Secundo nos non ponimus ambas filiationes in eodem ſubiecto inheſionis, ſed ponimus duo ſubiecta inheſionis nempe perſonam diuinam, & naturam humanam, vnum ſolum denominationis, vt dictum eſt.

Sed eſt vnum dubium. Vtrum iſta filiatio.

## ARTICVL. II.

*Vtrum iſta filiatio realis ſit eadem fundamento ſcilicet naturæ acceptæ per generationem.*

AD ſecundum ſic proceditur. Videtur quod ſit eadẽ, quia reſpectus creaturæ ad Deũ vt ad cauſam efficientem, eſt idẽ fundamento ex d. 1. 2. ergo & reſpectus *quæſt. 5.* ad proximum efficiẽs eſt idem effectui, conſequentia probatur, quia omnes cauſæ efficientes ordinatæ habent rationem vnius cauſę totalis. vna & eadem relatio non eſt eidem conſubſtantialis, & non conſubſtantialis igitur, &c.

Reſpondeo, quod iſta relatio non eſt eadem fundamento, quia ſicut contradictio eſt aliquid manere idem in re non manente illud quod eſt ſibi idem realiter, ita contradictio eſt aliquid eſſe realiter idem alicui ſine quo manente poteſt illud manere idem, ergo ſicut relatio prima alicuius ad illud ſine quo ipſum non poteſt eſſe, eſt idem relato: ita relatio ad quodcunque ſinequa relatũ poteſt eſſe eſt non eadẽ relatio, ſed iſta natura poſſet eſſe eadem natura fuiſſe creata immediate a Deo, quia quidquid mediante cauſa ſecunda poteſt, immediate per ſe poſſet. Etiam eadem natura poſſet fuiſſe habita per generationem tẽporalem alterius matris. ſicut actum fuit 1. lib. d. 10. q. 2. vbi dictum eſt, quod idem qui eſt filius vnius patris, potuit fuiſſe filius alterius patris, ergo, &c.

Si obiicias quia licet natura potuiſſet produci in eſſe: ita quod nõ fundaretur in ea illa filiatio, tamen ex quo ipſa filiatio fundata eſt, non videtur natura poſſe manere ſine hac filiatione, imo videtur quod ſit contradictio quia habentẽ hanc naturam eſſe filium, eſt ipſum eſſe genitũ ab hac matre in hac natura, ſed quia genitus ab hac matre in hac natura, non poteſt eſſe non genitus ab hac matre in hac natura: quodcunque enim pręteritũ non fuiſſe, includit contradictionẽ, ergo habentem hanc naturam a generante acceptam, non eſſe hunc filium hac filiatione, includit contradictionem, quod nõ eſſet ſi filiatio accideret huic naturę. *Argum.*

Reſpõdeo, aut filiatio eſt pręciſe relatio fundata ſuper generationem paſsiuam quæ iam præteriit, vt ſiue in re, ſiue in intellectu dicatur aliquis eſſe filius. quia aliquando fuit genitus, ita quod eſſe filium non prædicet aliquid de pręſenti realiter, licet vocaliter. Sed tantum aliquid de præterito ſicut Sortem eſſe curſurum, licet cõpoſitio videatur eſſe de præſenti, tamen realiter non prædicatur aliquod niſi pro futuro, quia æquiualet iſti. Sortem curret: ita hic, Sors eſt genitus ęquiualet iſti Sors eſt filius, & hoc modo filius dicit relationẽ realem. Sed non ſecundum eſſe ſimpliciter, ſcilicet actualiter exiſtentiæ, ſed ſecundum eſſe

præ-

præteritum, quod eſt eſſe reale ſecundũ quid. ſicut Sortem eſſe futurum. Vel magis quemadmodum potentia ante actũ in natura potentiali dicit relationẽ realem vno modo, ſed ſecundum diminutam entitatem rei. Secundum hunc modũ videtur obiectio illa procedere, quia ſecundum iſtam viam, quicunque fuit aliquando filius, nunquam poteſt non eſſe filius. Sicut quod fuit non poteſt non fuiſſe, quemadmodum quod quandoque eſt poſsibile, non poteſt non eſſe poſsibile, quamuis non ſit actu præſens. Secundum iſtam viam oporteret dicere, quod Ioãnes ſi eſſet annihilatus, ad huc eſſet filius Zebedei, nec Deus poſſet deſtruere iſtam relationem, quãtumcũque fundamentum annihilaretur ſecundum exiſtentiam actualẽ. Nec plus realitatis diceret filiatio de filio exiſtente quam non exiſtente.

Aliomodo poſſet dici quod filiatio *Variimo di ſatis aperti.* dicit relationem producti paſsiue cõplete manente exiſtentia actuali naturæ acceptæ per generationem ſine interrũptione, & hoc modo Chriſtus vſque ad mortem fuiſſet filius Mariæ. Sed poſt reſurrectionem non, quia exiſtentia actualis naturę humanę acceptę per generationẽ Mariæ fuit interrupta per mortẽ, & ipſã exiſtentiam vt ſecundo acceptam per reſurrectionem conſequebatur alia relatio ad Deum reſuſcitantem. Secundum hoc etiam nullus eſſet filius alicuius poſt reſurrectionem generalem. Et hæc opinio videtur abſurda.

Tertio ergo modo videtur mediandũ inter iſtas duas vias extremas, videlicet quod filiatio dicat habitudinem geniti ad generans fundatam ſuper exiſtentiã actualem naturæ acceptæ per generationem, vel ſuper ipſam naturam acceptam ſic naturaliter exiſtentem, & hoc ſiue cõtinue habitam poſt acceptionem ſine interruptione, ſiuè eandẽ habitã cũ interruptione, ita quod vtrũque accidat ſibi. *Argum. obiectionis.* Et hoc modo poteſt reſponderi ad argumentũ, & poteſt dici, quod licet hęc natura accepta per hanc generationem nõ poſsit habere idẽ eſſe numero quod accepit non fundando iſtam eandẽ relationem numero, non tamen ipſa relatio eſt ſibi conſubſtantialis, quia poſſet abſolute eadem exiſtentia fuiſſe numero habita ſine iſta relatione, puta ſi accepta fuiſſet immediate a creante, vel ab alio generante.

Ad argumentũ dico, quod relatio naturę ad primum efficiens eſt ei conſub- *Argum. principale.* ſtantialis, quia non poſſet eadem natura eſſe, niſi haberet relationem ad primum efficiens, ſed ad ſecũdum efficiens eſt relatio tantum accidentalis, quia poſſet natura manere eadem ſine habitudine ad quodcunque efficiens ſecundum. Et de iſta materia dictum eſt diffuſe. 1. d. 2. lib. quomodo relatio creaturæ ad Deum efficientem eſt eadem creaturæ, & quomodo non eſt eadem, quia eadem vere realiter, non eadem formaliter. Neque multo magis ſic ſunt eadẽ ſubſtantia, & ipſa ratitudo vel firmitas fundamẽti. Neque iſta contradicunt: licet enim entitati abſolute ſit idẽ realiter veritas & bonitas, & huic entitati hæc veritas, & hæc bonitas, non tamẽ formaliter et quãtitatiue, quia veritas & bonitas ſunt quaſi paſsiones entis. 4. Metaph. Ita etiã eſt de rea- *Tex. com. 17. & 18* litate, a qua accipitur differentia, & ſimiliter de quidditate & entitate indiuiduali, & aliis multis de quibus frequenter tactum eſt de iſta differẽtia ex parte rei, quia hæc realitas non eſt formaliter illa, licet ſit identice illa. Nec etiam eſt contradictio, ſecundum dicentẽ, reſpectum veſtigialem eſſe ratitudinẽ fundamenti, aliquid eſſe idem fundamẽto, quod cõceſſum eſt in ſecundo lib. de relatione creaturæ ad Deum, & tamẽ non ſic idẽ, quod ſit ratitudo fundamenti, quod negatum eſt lib. 1. d. 3. q. de veſtigio, quia ipſa ponit omnem relationem eſſe eandem fundamento, nec tamen omnem ratitudinem fundamẽti, ſed diſtinguit reſpectum veſtigialem ab aliis in hoc.

*Super Diſt. 8. quæſt. vnic. art. 2.*

IN iſto art. vna eſt concluſio reſponſiua quæſito. Relatio non eſt eadem ſuo fundamento, quia natura non eſt ſine relatione. Ergo. Secundo quia ſi immediate produceretur a Deo non diceret relationem ad generantem.

De veritate iſtius art. lege Scotus in 2 d. 1. q. 5 quæ ſimul per tractatur com 4. Ideo breuiter ad argumentum deſumptum ex loco citato. Dico, quod creatura non poteſt conſiderari ſine ordine ad Deũ, ideo minus diſtinguitur illa relatio a ſuo fũdamẽto quam relatio quæ eſt ad cauſam ſecundã, quia poteſt eſſe ſine ordine ad illam. Sed obiicis poſt quam iſta natura ſeu filius aut effectus productus eſt ab iſta cauſa, vel genitus ab hac matre, non poteſt eſſe quin fuerit genitus, ergo iam neceſſario dicit ordinem ad cauſam

ſam ſecundam ſicut creatura ad Deum. Vltima ſolutio, quam amplectitur Autor eſt quod relatio filiationis fundatur ſuper exiſtentiam, quatenus accepit eſſe per generationem. Neceſsitas autem ex ſuppoſitione, non tollit contingentiam rerum, & quod vna poſsit eſſe ſine alia, ideo nunquam eſt ille intrinſecus, & neceſſarius ordo, qui eſt inter Deum, & creaturam.

## PRAETEREA INVEſtigari oportet.

### DISTINCTIO. IX.

Circa iſtam diſtinctionem 9. in qua Magiſter agit & inquirit. Vtrum caro Chriſti debeat adorari quæruntur quatuor. Primo, quid ſit latria. Secũdo, qualiter debeatur Deo. Tertio. Vtrũ Chriſto debeatur latria ſolum ſecundum naturam diuinam. 4. Vtrum Chriſto ſecundum naturam humanam ſolum debeatur hyperdulia.

#### ARTICVL. I.

*Vtrum latria ſit reuerentia Deo debita.*

*Argum. quære, art. 3.* Reſpondeo dicendo, quod ſicut reuereri aliquem actu interiori, eſt bona propria reputare parua reſpectu bonorũ illius quem reueretur, cuius bona reputat magna, & eſt actus virtutis: ita extollere in corde bonitatem alicuius tanquam ſummam reſpectu bonitatis ſuę, & a quo ipſe magnificans habet totam bonitatem ſuam, eſt actus quidẽ laudabilis, dũ modo habeat obiectũ ſibi cõueniens, illud ſcilicet cuius bonitas excedit bonitatem illius reuerentis, & a quo ipſe reuerens habet bonitatem ſuam.

Hęc reuerentia ſumma in actu interiori reſpicit ſolum Deum, pro obiecto cõuenienti, vt ſũmũ bonum, vel ſummum dominum. Huic actui interiori correſpondent aliqui actus exteriores qui ſunt ſigna huius actus interioris, puta in quacũque lege aliqua ſacrificia, vel aliqui ritus, vel genuflexiones proteſtãtes iſtam reuerentiam ſummo Domino exhibendam, & ſummam eſſe dominationẽ in eo cui talia exhibentur, & ſubiectionem eſſe ad illum exhibentem. Exiſtis actibus interioribus frequenter elicitis, & ſimiliter ex actibus exterioribus poteſt generari quidam habitus inclinans ad faciliter, & prompte eliciẽdũ tales actus; & ſicut tales actus erant boni quando erant debite circunſtantionati: ita habitus generatus ex talibus actibus frequenter elicitis eſt bonus. Sic ergo hoc nomen latria poteſt æquiuoce accipi vno modo pro cultu ſiue reuerentia exhibita Deo in actu interiori, vel pro habitu inclinante ad talem actũ. Et ille habitus cum ſit conſonus rationi recte, virtus eſt, & non Theologica, quia non habet pro obiecto immediato bonum increatum, ſed honorem deferendum Domino increato. Eſt ergo virtus moralis, & potiſsime continetur ſub iuſtitia, qua redditur ſuperiori, quod ſibi debetur. Quęſtio autem iſta non eſt de latria virtute, ſed de actu, quia tentio vel debitum, non eſt proprie pertinens ad virtutem, ſed ad actum aliquem, virtutis generatiuum, vel a virtute elicitũ, quia iſte eſt Immediate in poteſtate noſtra. De ſecundo articulo qualiter. Pro 2. articulo.

*Super Diſt. 9. q. vnic. art. primo.*

IN litera ſex ſunt concluſiones. 1. Reuereri aliquem actu interiori eſt bona propria reputare parua in comparatione illius quem reueremur, quæ ſi ſumma eſt. ſummũ bonum debet habere pro obiecto. Et tunc eſt actus virtutis.

2. Concluſio. Hæc reuerentia eſt actus interior, cui correſpondent actus exteriores.

3. Concluſio. Ex prædictis actibus generatur habitus virtutis.

4. Concluſio. Latria aliquando pro habitu, aliquando pro actu interiori, aliquando pro exteriori accipitur.

5. Concluſio. Latria ſub iuſtitia continetur. Habet pro obiecto honorem deferendum Deo, ideo nõ eſt virtus Theologica.

Vltima Concluſio. Hic nõ agimus de latria prout eſt habitus, ſed prout eſt actus.

*Num latria ſit habitus virtutis.*

QVanuis vltima concluſione moneamur non de habitu ſed de actu latriæ eſſe ſermonem, de habitu eſt nobis breuiter agendum. Ratio autem dubitandi eſt, quia naturale eſt nobis vnã primam cauſam, & primum principium adorare, & venerari, ſed circa naturalia non ponitur habitus; quia habitus eſt ad inclinandam & determinandam potentiam in bonum. & circa naturalia potentia eſt ſatis determinata, qua ratione in Deo non ponitur habitus. Primo, quia nullum in eo eſt accidens. Secundo, quia ex ſua natura eſt bonus, ſicut ignis ex natura ſua eſt calidus. Secũdo latria eſt ſeruitus, ergo non virtus, tenet conſequentia, quia virtus eſt habitus ex actibus liberis, & voluntariis generatus. Antecedens probatur ex Aug. 10. de ciuitate Dei c. 1. vbi inquit quod latria eſt ſeruitus.

Quia diffinitio quid nominis maxime confert ad cognoſcendum quod quid eſt rei, & habitus ex actibus

bus cognoſcitur, a ſignificatione actus latriæ incipiendum eſt nobis qui de honore Dei & ſanctis debito agere intendimus. Exhibemus enim reuerentiã & honorem omni excellentiæ. Deus excelſior cunctis eſt, cælos altiſſimos habitans. Sancti quoque qui montes dicuntur, quia in montẽ ſanctum eius ſicut Moyſes aſcenderunt cæteris hominibus excelſiores facti honorantur a nobis. Reges etiam, qui Deum cuncta regentem repræſentant, & duces ab eo miſſi honore & prætio habentur. Deorque omnes indignate conſtitute & aliqua excellentia præditi a nobis venerantur. Quæ reuerentia debetur homini Chriſto qui penetrauit cælos, & excelſior Cælis factus ſedet ad dexteram Dei 3 & 4. declarabit articulus. Iuxta differentiam eorum qui venerantur, diſtinguitur honor, & hinc vocis æquiuocatio habet ortum. Græci variis vtuntur nominibus, vt pote Theuſebia, quæ peculiari ratione cultum Dei ſignificat, quem virtuti religionis aſcribimus. Aug. in Enchiridio latius hoc nomine vtitur, prout comprehendit omne opus virtutis, quo colitur Deus. Secundum nomen eſt Euſebia, pietatem erga Deum & parentes ſignificans, quo etiam vtuntur. Autores ad ſignificanda opera miſericordiæ. Tertia, vox eſt Thriſia, quæ religionem, ceremonias quæ religioſas ſeu ſuperſtitioſas ſignificat. Hic agendum eſt de latria & dulia, quæ nomina licet ex prima ſua impoſitione ſignificent ſeruitutem, ex vſu Eccleſiæ, & ſanctorũ, quos Scholaſtici Autores ſunt ſecuti, iam ſunt accommodata ad ſignificandum cultum & honorem Deo optimo maximo, & ſanctis eius exhibendum. Latria e latreuo greco dicitur: latreuo autẽ componitur ex verbo treuo, quod idem eſt quod metuo aut tremo, & dictione La. quæ licet per ſe nihil ſignificet, in compoſitione tamen ſignificationem verbi cum quo componitur auget, & vehementiã exprimit, inſtar ſigni omnis, quod licet per ſe nihil ſignificet, nominis tamen, cui adiungitur, ſignificationẽ auget. Erit igitur latria adoratio ſeu honor maximus magno cum timore & tremore exhibitus. Ex quo conſtat ſolum Deo tremendæ mageſtatis deberi. Præcipiebat Dominus Deus dicens Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies. Vbi in Græco dicitur. Latreuſis, ideſt ſoli Deo latriam exhibebis. Quia ſicut Deus ſolus & nullus alius ſupremus eſt Dominus, ſic illi ſoli honor & reuerentia ſumma eſt exhibenda. Hanc dicimus latriã, ſiue hoc ſignificet ex prima nominis impoſitione, ſiue poſtea autoritate maiorum ex vocis accõmodatione. Dulia dicitur a duleuo, quod ſignificat ſeruitutẽ quam ſerui dominis debent. Qua voce ſcholaſtici Autores vtuntur ad ſignificandum cultum Sanctorum. Cũ enim in ſanctis ſuis Dominus mirabilis ſit, atque laudari poſsit, ratione magnificæ gloriæ Dei, quæ in ipſis ſplendet, nos ipſos inferiores æſtimãtes & agnoſcentes, ex charitate ſubiecti, non coacte ſicut ſerui, ſed ſpontaneo hilari vultu, alacri animo ſicut filii, ſanctis ſeruimus ſectatores effecti Pauli dicentis. Sed per charitatem ſeruite inuicem. Pro ſeruite. Græce eſt verbum duleuete. Vnde male Ayala opuſculo de traditionibus p. 3. conſideratione 7. c. 1. §. Tertio quod circa finem, negauit hoc nomen poſſe ſeruituti Sanctorum adaptari, quia ſolum ſignificat ſeruitutem mancipiorum, reſpectu dominorum ſuorum. Non enim ſolum hanc, ſed ſeruitutem liberam & ſpontaneam ſignificat. Male quoque valla, cuius ſententiam refert Ludouicus Viues libro 10. de ciuitate Dei, cap. 1. Docet Latriam, & Duliam non differre, nam quamuis latreuo ſeruitutem ſignificet, ex accõmodatione vocis iam ſignificat ſeruitutem ſummã Deo debitam. Vnde optime Alanus copus dialogo 5. c. 8. quem ſecutus eſt Caniſius libro 5. de Beata Virgine capite. 15. impudentiæ notauit Caluinum hæreticum dicentem, diſtinctionem Latriæ, & Duliæ ex imperitia linguæ Græcæ ortum habuiſſe.

Galat.

Secundo notãd. ex Thom Vuald libro de Sacramentalibus titulo 13 c. 118. eſſe differentiam inter hæc nomina, honorare, reuereri, venerari, colere, laudare, & glorificare, ad extremum adorare. Hæc omnia vicina & propinqua ſunt, quæ ſe habent ſicut ſubſtantia & circunſtantia ſicut magis & minus, ſicut abſtractum & connotatum. Honor enim interioris æſtimationis eſt inditium, excellentiæ alterius teſtimonium, & præmium excellentiæ debitum. Prima inuentibus excellentia, quod latius art. 2. manifeſtabimus, eſt diuina natura tremendæ mageſtatis ideo excelſior Pſal. 28. Deus mageſtatis intonuit, vox domini in virtute, vox domini cõfringentis cedros Pſal. 46. Dominus excelſus terribilis rex magnus ſuper omnem terram. Omnia attributa omnes quæ perfectiones quæ homines excellentes mirabiles quæ reddant, in identitatem illius naturæ tranſeunt. In hominibus, in quibus, eſſe diſtinguitur a virtutibus, quæ communicant intellectuali creaturæ, ex dono, non a natura inſunt, prima excellentia moralis, (propter excellentiam naturæ ei animata obediunt atque deſeruiunt ei) vnde homo homini honorem debet, eſt virtus & morum compoſitio, animæ, quæ hominis præcipue pars eſt, conueniens ornatus. Ex ſubiecto virtutis, et coniunctione ad Deum omnium entiũ excellentiſſimum, virtutis excellentiam venamur. Cum charitas in voluntate ſit, & Deo nos coniungat atque perfectionis ſit vinculum, optimus enim eſt motus, ex qua de cauſa nomine veſtis nuptialis in ſacris literis ſignificata, ideo ſanctitas (omnitto Dei maternitatem, & ſacerdotum dignitatẽ) omni creata excellentia maior eſt. Ex quo apparet, quod ad hoc honor ſit debitus non oportet quod honorandus excedat honorantem, ſed ſufficit, quod in ſe habeat cauſam honoris. Per hunc modum inter equales poteſt eſſe mutuus honor, quia in quolibet eſt aliqua excellentia, ratione cuius, alter alteri debeat honorem Honoramus inquit S. Thom. 2. 2. quæſt. 103. artic. 2. ad finẽ, æquales, & eos qui nos non excedunt. Hinc Paulus Roman. 12. equales alloquitur. Honore inuicem preuenientes. ideſt, ſi Dux Duci, Comes, Comiti, Doctor, doctori, obuius fuerit, iſte illum, ille iſtum (vt ſic ſimul ſe honorent & ſalutent) debet prius honoris oſtendere ſigna. Nam honorem nimis affectare, & velle ab alio ſemper honore preueniri, ſuperbiæ & elationis inditiũ manifeſtum eſt. Hic pane dicimus. Es hombre de reſpectos. Reſpectus ſignificat honorem eius exhibitum cum quadam magna attentione, & conſideratione, ita vt non ſolum honoremus quantũ coram nobis eſt Sed quod præmatura meditatione intenti ſimus quid ille placeat. Nõ ſolũ inferior ſuperiorẽ, & equalis equale honorat, ſed etiam potentes, ac ſuperiores nobiles, inferiores honorant. An quia fortes duces, quia literatos, quia bene morigeratos & virtute præditos. Quod ex ſuperbia, non ſepe contingit multipliciter fit. Aut concedendo illis ſedem, ſic Pharao Ioſeph currum ſuum ſecun-

Vualdẽſ.

S. Thom.

Rom. 12.

dun conceſſit Aut dando illi munera, ſic Nabucho munera multa, & Balthaſar torquem aureum Danieli contulit. Aut conſtituendo a dextris, ſi. Salomon, *Dan 5.* Berſabe matrem ſuam Denique Chriſtus Dominus, qui homines virtute prædictos gloria, & honore coronat ſimilem honorem, Iacob, & Ioanni in matre denegauit.

*Venerari* Venerari aliquid addit ſupra honorem, quia honor inter æquales inuenitur, veneratio non niſi inter inferiorem, & ſuperiorem eſſe poteſt. Sic dicimus quod iuuenis debet venerari ſeniores, & ſeniores venerabiles appellamus, atque Hiſpane dicimus, Hazer li venia.

*Reuereri* Reuereri vt docet S. Thom. 2.2. q. 103. art 2 ad. 1. ſignificat quondam genus timoris gratuiti & voluntarij. Sepe namque aliquem honoramus, & veneramus quando nullum in nobis timorem, & tremoré ſentimus. Ex præſentia namque, & mageſtate eius quem honoramus quã iam in nobis ipſis paſsioné ſentimus & commoto ſanguine, verecundia, & rubor in facie apparet, & non niſi vultu demiſſo, capite humiliato coram ipſo ſtamus, & quaſi balbutientes verba promimus. Balbus Moyſes, ſed ea quo locutus eſt ad illum Dominus impeditioris linguę fuit Exod. 4. Heſter etiam pre magnitudine reuerentiæ includentis timorem corã Aſſuero corruit. Sabbea quoque. Salomonem, ſilentio prius quam verbis eſt venerata. Hiſpane dicimus. Tiene vn aſpecto que haze temblar. Vnde bene Deus, dicitur tremende mageſtatis Reuerentia igitur incrementum magne venerationis cum quadam animi paſsione denotat, Quam animi paſsionem, non ſemper in omni adoratione ſentimus, maxime quando Deum vt Patré, & ſponſum alloquimur. Tunc pędictę paſsioni deuotionis dulcedo ſuccedit. Hinc eſt plus eſſe quod quis inter monachos, dicatur, reuerendus quam venerandus. Multi quidem alios honorant & venerantur non tamen proprie reuerentur quia niſi rehonorentur & reueuerentur, longe late quæ omni abiecto timore extéto collo audacter audét opponere ſe illis, qui ipſos non ſunt reuenerati & rehonorati. Vbi autem audacia eſt, procul eſt omnis timor ſecũdum Ariſt. Timor iſte ſanctus permanés in ſeculum ſeculi, ſine corporali paſsione, abſque dubio in Angelis reperitur Nobis in eſſe. ſupra dicta corporis figura demonſtrat. De hoc dubio 3 ad finé dicemus,

Laus honor a lingua eſt, ideo laudare, eſt verbis, *Laus.* excellentiam alicuius commendare. (quamuis in pręſentia quoque fieri poſsit). Adeo enim aliquem honorare deſideramus, quod ab alijs honorari concupiſcimus, cum ignotus ſit, ex abundantia cordis oe audiétibus loquitur, vt eum quem honoramus, omnibus notus ſit Sic Chriſtum Ioannes, & Ioannem Chriſtus in abſentia laudabat, vt audientes, incognitionem ignote excellentiæ deuenientes laudarũ honorarét, & venerarentur. Dauid ad Deum. Pſal. 108. Deus laudem meam ne tacueris.

*Glorificare.* Glorificare addit ſupra laudare, ſicut magnificétia ſupra liberalitatem Eſt enim gloriam alicuius ſpiritu feruido, alta voce, frequenti repetitoque ſermone, vbique locorum prædicare, vnde glorificatio eſt longe lateque laudem alicuius prædicare. Et gloria eſt clara cum laude notitia ſecundum auguſt. libro 83 quæſt. quæſt 31. Ambroſ. Rom. 1. Eſt effectus laudis ſecundum S. Thom. 2.2. q 103. art. 1. Ex hoc enim quod aliquem laudo magnopere quę glorifico, eſt notus ab his qui illũ ignorabãt, & ſic apud illos habet gloriam, & æſtimationem, etiam ſi ignotus & abſens ſit. Differunt ab honore & alijs actibus ratione ſubiecti, ex quo colligimus differentiam non omnino nobis notam, non tamen omnino ignotam. Poſſumus autem non nunquam aliquem laudare, nolentes excellentiæ teſtimonium abſcondere ſeu veritatem negare, quem corporis vultu ve geſtu, & ſubmiſsione, profitentes inferioritatem nolumus adorare, colere aut venerari, forſam ex odio, vel ambitione nimia, aut noſtra æſtimatione maxima omnibus alijs nos longe æſtimantes digniores. Indignatus eſt Saul, non quia virgines Hieruſalem per choreas diuiſe plaudentes manibus Dauidem laudarét, ſed quia pluſquam ipſum Saulem, Dauidem laudarent. Et illum ipſi preferrent. Si enim laudarent, & Saulem Dauidi preferrent. ipſe quoque Saul qui filiã in vxoré promiſſerat laudaret. Maria quoque non negauit Moyſem laude & gloria eſſe dignum, ſed peſſimo vulnere liuoris, & inuidiæ ſauciata dixit. Num per ſolum Moyſem locutus eſt Dominus, nonne & nobis ſimiliter eſt locutus. Quaſi diceret. Laude, & gloria Moyſes dignus eſt, quia illi locutus eſt Deus. Sed nos quoque, puta ipſa, & Aaron, ſimiliter eque digni. Manifeſtando in æqualitatem, & oſtendendo excellentiam Moyſi ad cunctos alios Dominus iratus dixit. Siquis fuerit inter vos Propheta Domini in viſione apparebo ei, vel per ſomnium loquar ad illum: at non talis ſeruus meus Moyſes, qui in omni domo mea fideliſsimus eſt: ore enim ad os loquar ei, palam, & non per ænigmata, & figuras Deum videt. *Num. 12.*

Poteſt laus eſſe inferioris ad ſuperiorem, & ſuperioris ad inferiorem, & æqualis ad æqualem. Si laudamus Chriſtum vt Deum. ęqualis eſt Patri. Si vt hominem, minor eſt Patre, Viceuerſa dici poteſt de Patre quod ſit maior, vel ęqualis filio. Pater de Filio. Hic eſt Filius meus dilectus, in quo michi bene complacui ipſum audite Filius ad Patrem Ioann. 17. Pater venit hora clarifica filium tuum, vt filius tuus clarificet te. Clarificaui ſuper terram. &c. Clarificauit quidem filius, longe lateque, quia in Iudæa miracula. in Arabia & Per ſide Stella fulgentiſsima, in Egypto conticuerunt oracula. Ad Romanos per preſides fama peruenit, ideo ſi ex oraculis & Prophetis notus in Iudæa Deus, per Chriſtum etiã ante prædicationem Apoſtolorum maxime cognitus fuit Deus. Clarificauit Pater filium, quando in morte tenebræ ſunt facte. Poſtremo in aduentu Spiritus ſancti & pędicatione Apoſtolorum, Ratio huius eſt, quia laus & glorificatio ſolum eſt teſtimonium verborum, non ſubmiſsio & ſubiectio, ideo poteſt eſſe ſuperioris ad inferiorem, vel æqualis ad æqualem, a fortiori inferioris ad ſuperiorem.

Adorare, formaliter vel virtualiter, includit cæteras cuncta maxime loquendo de adoratione latriæ. Quem enim adoramus, veneramur, honoramus, & reueremur, atque opere vel animó laudare, & glorificare parati ſumus. ideo aliquid excellentius, & diuinius prædictis cunctis exprimit. Vnde cum aliquẽ honoramus reuerenter quæ tractamus, & plus honoris appetere ſentimus non iniuſta querimonia quodam murmure dicimus. Que quiere, quiere ſer adorado. Explicuit optime D. Aug. 10. de ciuitate Dei vbi dicens quod homines ſunt colendi, & venerãdi, inquit. Si anté eis multũ addideris, & adorandi. Ecce quomodo teſte Aug omni exceptione maiori adoratio latriæ Deo debita in vniuerſũ eſt maximus honor.

nor. Si adoratio duliæ maximus qui exhiberi poteſt hominibus, ſic latriæ maximus qui Deo poteſt et debet exhiberi. Ex quo patet quod id quod eſt adorandum, eſt honore nimium reuerendum, & venerandū, & ad huc maiori æſtimatione habendum, conſequéter adoratio erit ſpecies vel genus maximæ æſtimationis. Vel deffinatur ſic. Adoratio eſt honor vel reuerentiæ talis, ſicut homo eſt animal tale puta rationale. Reueretur quidem & honoret filius patrem, non tamen illum adorat. & hoc forſam Mardocheus ſuperbo negabat Aman. Colere commune nomen forſam eſt, includens omnia illa, quę in diuinum honorem & miniſteriū apparātur, ea agricultura desumptum, Agricola enim volens agrum colere, & ſemé ſuum ſeminare, ferrum acuit, lignum dolet iugum curuat, funiculum triplicem qui difficile rumpitur teplicat, vt vincta animalia teneat, primitiasque terræ fructus Deo cuius eſt plenitudo terræ offert, o mnium horum vſus laborioſus dicitur cultus. Ad hūc modum Euangelicus cultor, ædificat Eccleſias erigit altaria, petat organa preparat veſtes deportantur aromata, conficiuntur varia genere odoramentorū conſecrantur vesa aurea & deargentata reſonant vniuerſa genera muſicorum, vt pompa celebri apparatu magnifico diuino et ſacro, plus quam regio aa caali, Deo ſupremo principi, digne vt poſſumus laudes decantemus atque ſeruiamus. Omnium horum vſus in honorem Dei, ſacer dicitur cultus, id eſt ſacrū miniſterium. Ignat Priſcianus, qui Adoro, exiſtimat fuiſſe dictum, ab ador id eſt frumento ſacrificiis deſtinato. Cultus igitur eſt honor qui tribuitur Deo in diuino miniſterio ac ceremoniis ſacris, quod precipue fit & antiquitus fiebat, cū offertur Deo mundum ſacrificium, quamuis nunc accommodetur ad quencunque diuinum ac ſacrum miniſterium, negetamen non poteſt quin de ſe dicat ordinem ad ſacrificium & ſacerdotium.

Ex hoc apperere videtur quod reuerentia latius patet quam adoratio, quia diſcipulus magiſtrum, filius patrem quem non adorat reueretur, adeo vt eſſe differunt aut ſaltem aliquid connotat reuerentia in nobis quod non dicit adoratio, puta timorem & ruborem.

Vltimo notandum adorationem & latriam differre ſicut habitum & actum. Latria namque ſecundum S. Thom. 2. 2. q 84 art. 1. idem eſt quod religio quę eſt genus ad plures ſpecies honoris. Vel dic quod religio eſt genus, latria ſpecies cuius actus eſt adoratio ſicut fortitudo & martyrium, téperentia & virginitas. De quo latius in ſequētibus Denique cū huiuſmodi voces propinquam habeant ſignificationem, dicemus cum Auguſt. 1. retractationum, quem allegat & adducit Scotus in hoc 3. d. 6. q 1 ad finé corporis, quod quando res conſtat, non eſt vis facienda in nomine. Secundum rem, agimus hic de honore & cultu quo Deum, Chriſtum, ſanctos que atque eorum imagines & reliquias veneramur.

Sit concluſio. Latria eſt habitus virtutis. Probatur. Virtus ſecundum Ariſt 2. Ethicorum c, 5. eſt bona qualitas animæ quæ habentem perficit & ad bonum inclinat. Cum autem circa Dei adorationem poſſit homo recte, & non recte, bene, & male ſe habere, faciliter & cum difficultate actum adorationis exercere, & ille actus ſit honeſtus rationi recte conſentaneus, conſequens eſt ad tales actus ponere habitum, qui ex ipſius actibus poteſt generari vt concluſione 3. habetur. Oſtendit veritatem os Domini Deut. 6. dicentis. Dominum Deum tuum adorabis & illi ſoli ſerui es quæ verba allegat Dominus Chriſtus Matth. 4. Sed precepta non dantur niſi de actibus virtutum, igitur eſt virtus. Tertio. Reddere vnicuique, quod ſuū eſt, eſt actus virtutis, ſed latria eſt habitus ad reddendum Deo adorationem & reuerentiam debitam, igitur eſt virtus.

Ad primum dico, quod circa omnino naturalia, quorum principium eſt neceſſarium, non ponitur habitus: adorare autem Deum licet ſit maxime ſecūdum naturam, poteſt tamen potentia libera, bene & male ſe habere circa huiuſmodi actum ideo neceſſarius eſt habitus.

Ad 2. dicendum, quod latria eſt ſeruitus voluntaria, quia libere nos ſubiicimus ei quem maiorem, & digniorem reputamus.

*Num latria Theologica virtus ſit.*

HAbito quod ad colendum Deum, habitus virtutis poni poſſit, querendum eſt in ſpeciali an ſit Theologica virtus. Quod eſt querere, an habeat Deum pro obiecto. Quæſtio habet ſedé apud Autorem concluſione 5. vbi dicitur quod continetur ſub iuſtitia, quæ moralis non Theologica virtus eſt. Quod ſit Theologica ſub iuſtitia non contenta probatur. Charitas eſt virtus Theologica, quia eius obiectum eſt diuina bonitas, ſed latrię obiectum eſt diuina mageſtas, ergo etiam eſt Theologica. Conſequentia legitima eſt & ad hominem tenet, nā Scotus concluſione 1. inquit. Reputare bonitatem alicuius tanquam ſummam, ſolum Deum debet habere pro obiecto. Ratio formatur ſic. Summa reuerentia non debetur niſi ſummæ & ſupremæ mageſtati, ſed ſuprema mageſtas non eſt niſi Deus igitur, & Deum habet pro obiecto, & Theologica virtus eſt.

Secundo. Virtus moralis conſiſtit in medio rationis prout vir ſapiens determinauerit 2. Ethicorum c. 6. ſed in colendo Deum non poteſt eſſe ſuperabūdantia, ergo nec mediū, ergo non eſt virtus moralis.

3. Ad hominem ſic. Latria ſecundum Scotū pertinet ad primum preceptum, ergo eſt virtus Theologica, tenet conſequētia, quia primum preceptum, fide quæ eſt virtus Theologica impletur.

Non eſt facile rationem, & cauſam aſſignare, quare latriæ non ſit virtus Theologica, quia vt docet S. Tho. 2. 2 q. 81. art. 5 maxime cōiuncta eſt virtutibus Theologicis. Ad hoc, oſtendum eſt quid requiratur vt virtus ſit Theologica. De qua re videndi ſunt expoſitores. S. Thom. 2. 2. q. 17. art. 5. Marſil. in hoc 3. q 8. art. 2. vbi inquit. Ad rationem virtutis Theologicæ non ſufficere habere Deum pro obiecto immediato, ſed vltra hoc requiri quod ſit virtus infuſa, nam Metaphiſica habet Deum pro obiecto immediato, quæ tamen non eſt Theologica, eo quod non eſt infuſa, igitur habere Deum pro obiecto immediato non ſufficit niſi addatur quod ſit infuſa. Secundo docet hæc opinio quod hæc virtus habet Deum pro obiecto immediato, ſed non eſt Theologica, quia non eſt infuſa.

Oppoſitum huius docet Scotus hic, expoſitores S. Thom vbi ſupra dicentes quod de ratione virtutis Theologicæ, eſt habere Deum pro obiecto immediato ſub aliqua ratione ſuper naturali, ideo fallus fuit Durandus in 3. d. 26 q. 2. dicens. quod ſpes eſt virtus Theologica. quia licet non habeat Deum pro obiecto immediato, habet illum pro obie-



Colere.

Dii multi, Dii gentium dæmonia) eſt ſpecialis iniuria & irreuerentia tribuendi non Deo, quod debetur Deo: quæ iniuria non fit, ſi adorando ipſum verum Deum. tranſgreditur quis aliquod præceptum, cõmittendo vitium contra aliquam ex prædictis virtutibus. ſicut nec Principi fit iniuria contra obſeruantiam & duliam, ſi quis contra eius mãdatum aliquid faceret: fieret autem maxime ſi ipſo poſt habito aliũ vt regem veneraretur, igitur irreuerentia, quæ ſi eſt contra honorem Dei dicitur idololatria, eſt ſpeciale vitium, & latria ſpecialis virtus. Tertio Si actibus illarum trium virtutum vel omnium aliarum, coleretur Deus, ſequeretur, quod ſicut actus exterior eſt quædam exterior adoratio, puta actus fidei, vel temperantiæ, ita etiam interior affectus circa illum actũ eſſet interior adoratio, quod eſt falſum. quia, actus latriæ eſt adoratio, & adoratio eſt ſubmiſsionis nota. quæ non in omnibus operibus virtutum oſtẽditur, ſed ſolum in flectendo genua, inclinando corpore, humiliando capita & cæteris ſimilibus. Vnde ad huiuſmodi actus ſpecialiter prouocamur ab Eccleſia & Propheta regie dignitatis dicentibus. Venite adoremus, & procidamus ante Deum ploremus corã Domino. Humiliate capita veſtra Deo, &c.

Ad primum argumentum patet ex not. D. Bonaueaturæ.

Ad confirmationem dico, quod religio non eſt virtus ſpecifica, ſed generica, continens ſub ſe plures ſpecies, & modos colendi Deum, vt pote orationem qua a Deo aliquid petimus, ſacrificiũ quod eſt proteſtatio facta Deo tanquam autori, & Domino vitæ & mortis: ipſe enim mortificat, & viuificat. Votum quod eſt promiſsio, & obligatio voluntaria, aliquid faciendi. Vnde ſicut non valet, eſt animal, ergo eſt homo, bene vero valet econuerſo, ita etiam non valet eſt actus religionis, ergo adorationis, valet vero econuerſo eſt actus adorationis, igitur religionis. Quia igitur votum eſt promiſsio facta Deo, & poſſumus promittere facere hoc & illud opus bonum, inde eſt quod quodcunque opus virtutis poſsit eſſe materia voti, quod eſt actus religionis. Cum vero adoratio ſit nota ſubmiſsionis, cuius actus interior eſt affectus habendi Deum principem, ſuperiorem, autorem, cuius mageſtati vult exibere ſigna ſubiectionis, nõ quodcũque opus poteſt eſſe eius materia.

Ad 2. reſpondetur, ſicut ad primum, quod Deus actibus illarum trium virtutum colitur generaliter, ſed non proprie ſeu propriſsime. Secũdo dico. Quod Samaritani actibus exterioribus ſine anima, & ſpiritu intelligentiæ ſuis diis ſimulis facti colebant falſos Deos qui habebant os, & non loquebantur. Iudæi adorabant in ſpiritu intelligentiæ verum Deum qui ſpiritus eſt, ideo dixit. Nos (ſupple Iudæi) adoramus quod ſcimus. Sed Iudæi adorabant ſignis, & ſacrificiis adumbrantibus verum ſacrificium quod dicitur myſterium fidei, ſic Iacob adorauit faſtigium

Heb.11. virge Ioſeph. Euangelici adoratores contra Samaritanos adorabunt in ſpiritu. Contra Iudæos adorabunt in veritate. & ſic adorabunt in ſpiritu & veritate ſimul. Duo ſimul coniungit, in ſpiritu & veritate: his, duo opponuntur, nempe corpus & vmbra, ſeu non veritas. Nomine non veritatis non intelligitur falſitas, ſeu mendacium morale, ſed negatio ipſius rei exiſtentis, quæ ſignificatur nomine vmbræ

Chryſoſt. & figuræ Deſumpſi ex Chryſoſtomo hom. 32. ſuper Ioannem vbi inquit. In veritate oportet adorare; quia priora figura erant, & circuncíſio, holocauſtomata, & thymiamate. Et iterũ. Et ſi olim volebat eos veteribus immorari. cõceſsit eis figuram: hoc tamẽ fecit, eis condeſcendens, vt per hoc ad veritatem inducantur. Loco igitur allegato nõ excluduntur actus exteriores, qui etiam in nobis eſſe debent, ſed eos querit adoratores qui vero & interiori affectu ex toto corde eum querant cognoſcant & adorent.

Ad confirmationẽ dico, quod ratio obiecti adorationis non poteſt actu fidei attingi, quia de ratione adorationis eſt, quod ſit nota ſubmiſsionis: actus autem fidei eſt aſſenſus firmus veritatis diuinitus reuelate.

### *Num a timore & humilitate diſtinguitur.* Dub. 4.

IN præſenti dubio, ratio dubitandi deſumitur ex propinquitate & affinitate virtutum. Adorans enim, ſe humiliat, & mageſtatem eius quem adorat veneretur, ideo difficile eſt huiuſmodi virtutes diſtinguere, quia videtur quod vna in alia includatur. Dico, quod timoris obiectum eſt malum. Seruilis timor reſpicit malum penæ, filialis, malum culpæ, quia ex amore erga patrem quem diligit offendere timet, & ab eo per offenſam ſeperari et que exheredari. Timor Domini ſanctus qui in beati permanet in ſeculum ſeculi, non timet a Deo quem videt, cuius gloriæ poſſeſsionem tenet, ſeparari, ſed malum reputet, & vt malum fugit Deo ſe equalem iudicare, & vt equalem æſtimare, & habere, & in fuge huius mali ratio timoris conſiſtit. Huic propinquũ eſt mageſtatem ſuperioris admirari, & quaſi attonitum & ſuſpenſum manere (quod Sabbea coram Salomone paſſa eſt, Heſter quoque coram Aſſuero) & tũc ex timore non audemus accedere, ſed pudore ſuffuſi elonge ſtamus, tunc proprie eſt reuerentia, quæ directe non eſt mali fuga. Sic columne cœli cõtremiſcũt & pauent adnutum Dei, & Seraphin, admodum erubeſcentis, velant faciem ſuam. Inſinuauit vtrunque Gregor. ſuper Iob dicens. Ipſe virtutes cæleſtium, quæ hunc ſine ceſſatione conſpiciunt, in ipſa contẽ- Greg.
platione contremiſcunt. ſed idem tremor ne eis penalis ſit, non timoris eſt ſed admirationis, quia ſcilicet admirantur Deum vt ſupra ſe exiſtentem. Quod ſic poſſumus interpretari. In beatis timor non eſt cum penali paſsione corporis ſicut contingit in nobis, ſed malum reputantes, & vt malum fugientes maiori ſe coequari, eius admirantur mageſtatem, & ex ſe non auderent accedere. Tunc moderantur, & cohibent nimium appetitum propriæ excellentiæ, (qui appetitus impedit ſe ſubiicere alteri) & in hoc præciſe & formaliter actus humilitatis conſiſtit. His præcedentibus, ſequitur complacentia & voluntas habendi illum principem & ſuperiorem, quæ ſigna ſubiectionis exhibet. Si reuerentia & adoratio interior idẽ omnino ſint facilius eſt diſtinguere timorẽ, humilitatem, & adorationem. Videatur. D. Tho. 2.2. S.Thom. 2.2.q.19 art.11.

### *Num latria ſub iuſtitia contineatur.*

HAbito qualis ſit virtus, nempe quod nõ Theologica ſed moralis, queritur genus virtutis. Occaſio inquirendi eſt quia virtutum moralium, non ſimplex ſed multiplex eſt genus puta iuſtitiæ Temperantie, & Prudentia. Ratio dubitãdi pro parte negatiua deſumitur ex diffinitione iuſtitiæ, quæ reddit vniquique quod ſuum eſt. Sed Deo non poſ-

& aliquid generis, igitur ſicut ad idem pertinet genus, ſic in eodem ponitur ſubiecto. Secundo quicquid eſt in intellectu, eſt apprehenſio ſimplicium, vel compoſitio, aut iudicium ſeu ſententia de re particulari, nihil horum videtur eſſe adoratio, ſeu latria, quia habendo tale iudicium poteſt quis nolle adorare, & ita aiterei in ſuccerationata quod dicebāt quidam. Nolumus hunc regnare ſuper nos igitur non eſt in intellectu, ſed in voluntate. Hæc ſententia colligitur ex S. Thom. 2. 2. q. 82. art. 2. vbi docens deuotionem eſſe actum voluntatis quæſt. 84. art. 2. inquit Adorationē conſiſtere in interiori affectu & de-

S. Thom.

Lactant. uotione. Colligitur ex Lactantio libr. 4. diuinarum inſtitutionum c. 4. vbi inquit. Non poteſt religio à ſapientia ſeparari, nec ſapientia à religione ſecerni, quia idem Deus & intelligi debet, quod eſt ſapientiæ, & honorari quod eſt religionis. Sed ſapientia præcedit, religio ſequitur. Ac ſi dixiſſet. Neceſſa eſt vt præcedat ſapientia & rectum iudicium rectè ęſtimantis de Deo, ſed ratio latriæ & religionis formaliter conſiſtit in bono affectu volūtatis Si, quod maxime notandum eſt, declarari debet Scotus in capite huius articulum inquit, ſi ut reuereri aliquā actu exteriori eſt boni propria reputare parua, & c ita extollere in corda, &c. Ac ſi dixiſſet: Reuereri duos includit actus, nempe actum intellectus rectè æſtimantis & iudicantis, & iſte præcedit. Sed præcipue conſiſtit in actu voluntatis, quæ cor dicitur, complacentis in bono diuino, atque in excellentia eius, quem honorat. Vel dic quod reuerentia ab adoratione ſeu latria diſtinguitur. & quod Scotus vnum ponit in intellectu alterum in voluntate, de quo ſupra vn la copulatiue dicit Sicut reuereri, &c. Ita extollere, &c. Sed hoc forſan multi negabunt. Quod in volūtate ſit tecū ſū Scotū. ſu mma tact. petet concluſio ie 2. vos inquit quod debet habere pro obiecto Deū. vt ſummum bonum. bonitas autem voluntatis eſt obiectum. & habitus ſpeciem ſummunt ex obiectis. Obiecta diuerſa postulant potentias. Hanc ſententiam ſequuntur communiter Doctores. Corduba libro 1. q. 5. dub. 2. Vbi pro hac ſententia citat Metinam Complutenſem Codica de oratione dubio 1. Occurrit Vazquez, libro 1. de adoratione cap. 2. in principio dicens, quod Metina ſolum loquitur de oratione Sed venerabilis ſenea attente legit, quod Vazquez minus attente inſpexit, nam quamuis pręcipue ibi agit Metina de oratione, quam male in voluntate ponit, nihilominus in calce illius capitis pertractando ſecundum dubium inquirit ad quam virtutem pertineat oratio dicens. Si ex dilectione proximi fiat ad charitatem. Si ex animo recognoſcendi Dei potentiam, & miſericordiam, ad latriam quæ eſt in voluntate. Metina, vtrunque ſimul docuit. & quod pertineat ad latriam, & quod latria in voluntate ſit ergo male iuuenis ſenem taxauit & notauit.

Gabriel. Gabriel. hac d. art. 3. inquit quod latria interior eſt triplex ſecundum triplicem actum quem habet. Primus eſt quo credo Deum eſſe omnium optimum & ſummum principium, & iſte pertinet ad fidem. Secundum eſt dictamen quod Deus eſt colendus, & iſte pertinet ad prudentiam, vltimo voluntas vult colere eum in quo videt excellētiam, & iſte pertinet ad religionem. Ecce quomodo latriam in voluntate & bono affectu conſtituit. Iuxta quod inquit Ariſt. 8 Ethicorū. Amicis propinquum eſt ei quod eſt honorari, vnde manifeſte videmus quod male affectus in aliquem, non ſolum non eum honorat ſed illi detrahit, ne alii eum honorent.

Notandum autem quod ponendo latriam in voluntate, non requiritur alius habitus virtutis in intellectu, quia prehabito ſi ſa habetur iudicium quod Deus eſt honorandus, & illo habitu ſufficienter inclinatur voluntas. Fides autem etiam ſuppoſita charitate requiritur, quia credere de ſe difficultatem habet, & intellectum ſuperat. Ad fundamentum primæ opinionis dico pre requiri actum intellectus.

*Num latria in actu interiori vel exteriori conſiſtat.*

DE dubio hoc quod ſedem habet apud Antonem concluſione 2. videndus eſt Alexander. 3. p. q. 30. M. 1. § 3. S. Thom. 2. 2. q. 84. art. 2. Corduba libro 1. q. 5. Quod in actu interiori cōſiſtat probatur, quia Spiritus eſt Deus, & veri adoratores adorabunt Patrem in ſpiritu & veritate Ioann. 4. igitur in actu interiori animæ noſtræ quę ſpiritus eſt conſiſtit adoratio. Alex.

Pro explicatione huius notandū quod cū omnis virtus ſit bona animæ qualitas quæ bonum reddit habentem, & bonum creaturæ intellectualis ſit bene ſe habere circa dilectionem, & debitum ſui creatoris quod non ſit ſine vſu rationis, & beneplacito volūtatis neceſſe eſt omnē virtutē ab affectu interiori pendere. Nihilominus, quod maxime notandum eſt, ille virtutes dicuntur in actu interiori conſiſtere, quæ interius ſine actu exteriori conſummantur de quibus agit Thom. 2. 2. q. 2. & 83. huiuſmodi ſunt deuotio, oratio quæ licet voce exprimi poſsit, totum quod ad rationem orationis pertinet interius completur. Indicat Apoſtolus 1. Cor. 14. Orabo ſpiritu orabo & mēte. Illa dicūtur in exteriori actu cōſiſtere quæ ſine actu exteriori non conſummantur ſecundū omnem ſuam perfectionem, eo quod pro obiecto habent opus externum, & actus interior tendit ad opus. In quo ſenſu non incongrue dicemus opus exterius addere aliquam bonitatem actui interiori, quia addit aliquod complementū actus interioris. Huiuſmodi ſunt adoratio ſacrificia, decimæ, omnia ſub religione continentur, de quibus videndus eſt S. Tho. 2. 2. q. 84. vbi adorationem numerat inter actus religionis exteriores. Nec eſt ſibi contrarius cum q. 103. dicit honorem relatum in Deum non poſtulare actū exteriorem, ſed in ſolo interiori reperiri. quia vt diximus honor vniuerſalius accipitur quā adoratio. honoratur enim Deus oratione quę vt diximus actu interiori conſumatur. Inter virtutes quæ ſub religione non continentur liberalitas videtur ad perfectionē ſui pullulare actum exteriorem, quia de ſe & ex ratione ſua actus interior dicit ordinem ad exteriorem qui eſt dare quando oportet, & ſicut oportet. Hac ratione accedens tentator ad Chriſtum Dominum dixit Hæc omnia tibi dabo ſi cadens adoraueris me petiuit enim actum adorationis perfectum, & conſummatum. Hūc actum prohibuit Dominus Exod. 20. Nō adorabis nec coles ea. Vbi nomine actus exterioris in quo conſummatur actus interior, ipſum interiorem prohibet. Ad hunc actum ſe prouocabant filii Iſrael dicentes, cum ceperunt Iudæa dicentes, hi ſunt filii tui Iſrael. Ideſt ſaltantes atque ludentes perfecto actu exteriori vitulum hūc honoremus. Duo quoque altaria iuſsit Dominus in templo fieri. Vnū in quo offerebantur animalia ſignificans exterio-

rem

quoque altaria iuſſit Dominus in templo fieri. Vnū in quo offerebantur animalia ſignificans exteriorem cultum. Alterum in quo offerebantur thymiamata ſignificans interiorem affectum deuotionis quæ dirigitur ſicut incenſum in conſpectu Domini. Elicere eſt locus Pauli dicentis. Flecto genua mea ad Patrem Domini mei Ieſu Chriſti. Id eſt habeo actus perfectos adorationis. Ratio ad concluſionem deſumitur. Ex Aug. 10. de ciuitate Dei, c. 4. Et Damaſceno libro 4. cap. 13. Conſtamus vtraque natura ſpirituali, & corporali, igitur vtrunque actū debemus Deo exhibere. Peccauit Marcellinus, Deum interius adorando, ſacrificando Diis. Sic debet intelligi Scotus cum concluſione 3. inquit. Huic actui interiori correſpōdēt aliqui actus exteriores. Eodem modo intelligendus eſt Damaſc. oratione 1. de imaginibus, vbi per ſignum externū diffinit adorationem dicens, quod ſit ſubmiſſionis & honoris nota.

*Paul.*

*Aug.*

Dices. Quem actum exteriorem habebunt celeſtes illi ſpiritus. qui humilitate profunda reuerentia maxima Deū adorant. Dico, quod Angeli audiunt, & loquuntur, ideo non ſolum poſſumus intelligere in illis affectum interiorem, ſed ſuo modo exteriorē.

Ad argumentum dico quod actus interior eſt ſicut anima, vita & radix actus exterioris, nihilominus actus exteriores ſunt velut complementū actus interioris, ideo cum actus interior de ſe dicit ordinem ad actum exteriorem communiter dicimus quod in illis, non in interioribus conſiſtit exercitium & actus illius virtutis.

*Num latria habeat actus proprios.*

Qvi de actibus adorationis præcipue ſuturus eſt noſter ſermo, vt concluſione vltima monemus duo nobis ſub hoc dubio inquirenda ſunt. Primo quiſint iſti actus adorationis. Secundo an aliquis eorum ne ſit proprius diuinæ adorationis, quod non ſit indifferens ad diuinum & humanum honorē. De qua re videndus eſt Corduba lib. 1 q. 5. dubio 6. Gabriel ſuper Canonem lectione 49. Medina 3 p q 25 art. 2. poſt q. am corripit Laurentium Vallā. Pro explicatione huius notandū quod S. Tho. 2. 2 q 84 art 1. pro eodē ſumit latriā & religionē hoc modo ſortaſſe ſumpſit Scotus, cum dicat quod latria ſub iuſtitia continetur. Si enim latria a religione diſtinguitur, ſicut homo ab animali, latria immediate ſub religione, non ſub iuſtitia continetur. Si autē omnino idē ſunt, immediate ſub iuſtitia cōtinetur. Quod inde apparet probabile quod concluſione 3. inquit. Hoc nomen latria poteſt æquiuoce accipi, vno modo pro cultu, &c. Sed cultus ad plus ſe extendit quam adoratio, quia includit ſacrificiū, oblationem, & ſuſceptionem Sacramentorum. Templorum conſtructionem, feſtorum inſtitutionem, quorum nonnulla commemorat concluſione 3. dicens. Huic actui interiori correſpondēt aliqui actus exteriores, puta in quacunq; lege aliqua ſacrificia, vel aliqui ritus vel genuflexiones prætendentes iſtam reuerentiam, &c. Ex quo iterum ſumitur perſuaſio quod Scotus pro eadem ſumpſit latriam, & religionem, quia ſimul coniungit ſacrificiū, quod ad religionē pertinet, & genuflexiones, quę ſigna ſunt adorationis preciſe. Cum quæſtio de acceptione nominis ſit, & ſic accepere videantur grauiſſimi iſti Autores, non male locutus eſt Corduba, venerabilis Senex, qui loco allegato inter actus latriæ connumerat ſacrificium, oblationem, & ſuſceptionem Sacramentorum, petitionē veniæ, petitionem gratiæ, templorum conſtructionem inſtitutionem feſtorum, vota denique, & iuramenta, quæ ſunt quidem religionis, ſed non adorationis, nec latriæ, ſi latria idem eſt quod adoratio. Connumeraret martyrium quod difficilius eſt oſtendere quomodo pertineat ad religionē, cum ſit opus fortitudinis & charitatis: Dicendum quod ſuſtineri poteſt animo honorandi Deum.

*Cordvba*

*S. Thom.*

Secundo poſſumus dicere quod latria idem eſt quod adoratio. Tunc certum eſſe debet quod differt a religione, ſicut Species a genere, ex quo ſequitur quod pauciores continebit actus, quia minus vniuerſale. Actus adorationis ſeu latriæ hoc modo erunt, corporis inclinatio, genuflexio, proſtratio, percuſſio pectoris, palmarum coniunctio, & alia huiuſmodi. Quantum ad 2. dubium dico nullum eſſe actum exteriorem propriū diuinæ adorationis, bene vero religionis. Prima pars patet quia ſigna exteriora ſignificant ad placitum ideo ſicut poſſunt ſignificare ſeruitutem debitam Deo, ita etiam ſeruitutem debitam hominibus. Hanc defendunt Authores in principio huius dubii citati.

Secunda probatur ex Lactantio 2. lib. diuinarum inſtitutionum c. 1. vbi inquit Cum homines iurant cum optant, cū gratias agunt: non Iouem aut Deos multos, ſed Deum nominant. Si quis ad extremam mendicandi neceſſitatem ductus victum precibus expoſcit, Deum ſolem obteſtetur & per eius diuinū ac vnicū nomen hominū miſericordiā ſibi quærit, &c. Quemadmodum ergo homo poſitus in conflictu naturaliter dolet ac gemit, ita videtur quod poſitus in afflictione leuatis oculis in cælum, nullo facto diſcurſu, ſed mere naturaliter ſtatim a Deo veniam aut auxilium petit, ex illa ſcientia qua ſcit vnicum eſſe Deum ergo videtur quod huiuſmodi actus licet ex malitia fingi poſſunt, aut iuxta Aug. 10. de ciuitate Dei cap 48. & 10. ex adulatione & ambitione peſtifera hominibus poſſint exiberi, Deo ſint proprii. Nam gemitus qui naturalis eſt ex malitia hominum fingi poteſt. Sufficit igitur quod huiuſmodi actus nempe, leuare oculos in cœlum, pectus tūdere veniā petere, de ſe naturaliter fiant & in Deū referantur ex ſuppoſitione quod talis homo ſit in conflictu conſtitutus. Hic autem actus, potius orationis & pœnitē ſunt, quam adorationis. ideo non ad adorationē, ſed ad religionem pertinent.

*Lactant.*

De ſecundo articulo. qualiter & quando debeat hoc debitum reddi, Dico quod de iſto actu. ✠

## FVNDATVR ARTICVLVS II.

*Vtrum de actu latriæ fuerit ſemper præceptum.*

Reſpondeo dicendo, quod de iſto actu ✠ bono eſt pręceptum affirmatiuum: rationabile enim eſt creaturam intellectualem obligari ad aliquādo recognoſcendum & reuerendum ſummum Dominum ſuum. Hoc autem pręceptum ſicut alia præcepta affirmatiua obligant ſemper ſed non ad ſemper.

*Concl.*

2. Et

3. Et poteſt poni quod obligatio ad iſtum actum pertinet ad primũ præceptum primæ tabulæ, non habebis Deos alienos, &c. 4. Quod præceptũ non eſt tantum negatiuum de prohibendo adorationem exhiberi alicui cui non conuenit, ſed affirmatiuum vt habeatur Deus verus, & vt tanquam Dominus adoretur; quod bene exprimit illud Deuter. 6. quod allegat Saluator Math. 4. Dominum Deum tuum adorabis & illi ſoli ſeruies. Vbi ponitur præceptũ affirmatiuum de adoratione & tum excluſione adorationis ſeu ſeruitutis exhibendæ alicui ſicut & ibi, non adorabis Deos alienos, prohibetur idolatria.

4 Hoc autem præceptum affirmatiuum non poteſt perpetuo impediri ab executione actus quaſi nunquam occurrat opportunitas exequendi actum huius præcepi, ſicut de illo præcepto hono ra patrem, poteſt enim perpetuo non occurrere opportunitas neceſſaria honorandi parentes, & ita poteſt illud præceptum obſeruari perpetuo ſine tranſgreſsione, & ſi nunquã actus huius præcepti fiat quia non eſt obligatio ad actũ illum niſi tunc quãdo opportunitas occurrit. Nihil autẽ poteſt excludere pro ſemper opportunitatem adorandi Deũ: & ideo ſimpliciter ad actũ huius præcepti affirmatiui aliquando eliciendum tenetur quilibet adultus.

5. Et pro tempore legis Moſaycæ videtur determinatio fuiſſe facta ad actũ huius præcepti per illud tertiũ præceptũ Sabbatum ſanctifica. Quod etiam fuit præceptum tempore legis naturæ vt ſcilicet aliquo tempore vacaret homo ab operibus ſeruilibus, & in hac ſola negatione non eſſet obſeruatio præcepti, ſed in actu poſitiuo in ſanctificando, id eſt magnificando Deum.

6. Pro tempore vero legis Euangelicæ, cultus ille exhibendus Deo in ſanctificatione Sabbati determinatur exhibẽdus die Dominico, & etiam determinatur quantum ad actum illum ſecũdũ quem debet exhiberi, puta in oblatione illius ſũmi ſacrificii ſcilicet eucharıſtiç quam debet ſacerdos offerre pro ſe & pro populo. Et in illa oblatione populus etiam offert ſpiritualiter ſcilicet qui tenetur audire Miſſam totam, die Dominico ſecũdũ illud de cõſecratione d. 1. Miſſas.

7. Et ſi aliqua neceſsitas excuſſet ab executione huius actus quem determinauit Eccleſia neceſſe eſt implere illum in aliquo æquiualente vt ſaltem die illo ſpecialiter deputato cultui diuino aliquis actus habeatur relatus immediate in Deum ad eius reuerentiam.

Vtrum autem aliquo alio tempore teneatur quis ad actũ huius præcepti ſcilicet ad actum adorationis præter quam in tempore illo determinato in lege naturæ, & poſtea in lege Moſayca in Sabbato, & iam in tempore Euangelii in die Dominico dubium eſt? tamen hoc eſt certum quod iſtis diebus ſaltem videtur adoratio aliqua neceſſario exhibenda. *Dubi.*

*Super diſt. 9. q. vnic. art. 2.*

IN litera 7. ſunt concluſiones. Prima, de adorando Deum eſt præceptum naturale, & diuinum. patet Deut 6. Dominum Deum tuum adorabis. Quod ſit naturale probatur. Quia rationabile eſt rationalem creaturam obligari ad re cognoſcendum ſuum creatorem, primumque principium.

2. concluſio. Hoc præceptum obligat ſemper, ſed non pro ſemper.

3. Concluſio. Hoc præceptum pertinet ad primũ præceptum primæ tabulæ, Non habebis Deos alienos.

4. Concluſio. Hoc præceptum non eſt tantũ negatiuum ſed affirmatiuum. Patet Deut. 6. & Math. 4. vbi affirmatiue ponitur.

5. Concluſio Hoc præceptum non poteſt perpetuo impediri ab executione, ſicut preceptum honorandi parentes, ideo ſimpliciter tenetur homo elicere aliquando actum huius præcepti.

6. Concluſio. Determinatur huius præcepti tempore Moyſi, facta fuit per obſeruantiam Sabbati quod etiam fuit in lege naturæ. Nũc lege Euangelica determinatur per diem dominicum.

Vltima concluſio. Qui neceſsitate excuſatur ab hoc præcepto, neceſſe eſt vt adimpleat in æquiualẽti.

Vltimo, dubitatur in tempore legis naturæ vltra tẽpus determinatum obligaret alio tempore.

*Num Deum adorare ſit præceptum.*

IN toto hoc art. nõ de habitu, ſed de actu eſt ſermo, quia præcepta nõ dantur de habitibus, ſed de actibus. Sine argumentis reſpondeo affirmatiue. Quia natura docet quod ſit vnus ſupremus dominus & principium, vnde omnia pendent: naturale autẽ eſt inferiora ſubiicere ſe ſuperioribus, a quibus pendent. Lege D. Bonauent. in 3 d, 37. art. 2. q. 3. Legẽdus, vterque Thomas. 2. 2. q. 85 art. 1. Quod ſit diuinũ ſufficienter probatur in litera. Et ad Thimoth. 1. Soli Deo honor & gloria.

Dubium eſt ſtando ſolum in lege naturç, quando obligaret hoc præceptum. Dico, quod non obligaret ſolum ſemel in vita, quia ridiculoſum videtur hoc. Obligaret ergo quando eſſet debitum orandi, vt quando homo eſt in magno periculo: quando tenetur ad contritionem & Dei dilectionem: tunc reuerenter debet ſe habere circa Deum. Legendus eſt pater Soto 2, de iuſtitia & iure q 3. art. 10. In ſu- *Soto.*

iam adoraſſent Deum ſolum in decalogo prohibetur adoratio aliorum deorum, nam multæ nationes vt Romani, cum illo Deo quem verum exiſtimabant, Deos aliarum nationum venerabantur ſic filius regis Sichem. Sic Salomon. Sic Samaritani 4. Reg. 17. Concluſio. Conuenienter primum præceptum ponitur ſub trina negatione. Primo, quia quæ negatiue dicuntur maiori energia præcipiuntur, & magis prouocat ad timorem qui eſt initium ſapientiæ. Ideo ſi cætera ſint paria, magis videtur puniri tranſgreſſio præcepti negatiui quam affirmatiui, quod manifeſte apparet in tranſgreſſione Adæ, iuxta contextus literæ. Vbi poſt trinam negationem ſtatim ſubiungitur. Sum Deus Zelotes viſitans iniquitatem patrũ in filios. Secundo, ſub trina negatione eſt difficultas ad intelligendum præceptum: in ſcriptura autem debent eſſe aliqua difficilia ad noſtrum exercitium. Iuxta quod dixit Saluator. Scrutamini ſcripturas, ipſæ teſtimonium perhibent de me. magis ad propoſitũ videtur S. Tho. 22. q. 122. ar. 2. ad 2. vbi docet

S.Thom. Quod Romani & aliæ nationes, ſine imagine Deos ſuos coluerunt. Hic cultus prohibetur cum dicitur. Non habebis Deos alienos. Alii Deos ſuos ſub imaginibus colebant, ideo contra hos dicitur. Non facies tibi ſculptile. Et quia idolum facere, ordinatur ad idolum colendum (iuxta quod filii Iſrael primo dicunt. Facimus Deos. Poſtea adorauerunt eum: ſurgentes ludere.) ideo dicitur. Nec adorabis, alias non ſufficienter obuiaret ſcriptura omnibus modis idololatriæ. Idem docet Abulenſis Exod. 20.

Abulen. 2. Concluſio. Primum præceptum formaliter eſt negatiuum, virtualiter autem affirmatiuum, quia legiſlator prohibendo negationem intendit affirmationem. Ita S. Thom. 1. 2. q. 100. art. 4. ad primum Seraphicus Bonauent. d. 37. art. 2. q. 2. ad penultimũ. Richard. ibidem art. 2. q. 1. & 4. Soto 2. de iuſtitia & iure. q. 4. art. 2. ad finem. Scotus in reportatis inquit. Iſtud præceptum eſſe prægnans, quia non eſt ſola negatio, ſed etiam eſt incluſa affirmatio. Idem docet hic dicens. Non eſſe tantum negatiuum ſed affirmatiuum. Ab his doctoribus recedit Caietanus. Exod. 20. Vbi docet primum præceptum abſolute eſſe affirmatiuum, imo quod in illis verbis, Ego ſum Dominus Deus tuus. includitur præceptum Fidei, Spei, & Charitatis. Prima pars probata eſt concluſione præcedenti. Secunda probatur. Si homo nunquam Deum adoraret & coleret, abſque dubio eſſet reus huius præcepti, ergo reuera præcipitur adoratio veri Dei. Vnde Chriſtus Dominus, vt dicitur in litera, affirmatiue illud allegauit. Secundo exhibere reuerentiam Deo, eſt actus iuſtitiæ, vt docet Scotus artic. 1. Sanctus doctor 2. 2. q. 122. art. 2. in corpore, ſed actus iuſtitiæ non adimpletur negatione nouæ tranſgreſſionis, ſed affirmatione & exhibitione operis, alias qui non acciperet nihil viginti ſoluere poſſet decẽ quæ debet, quod eſt abſurdum, ergo reuera affirmationem includit. Qui enim tempore ſchiſmatis diceret, iſte eſt Summus Pontifex ne adoretur alius ab iſto, expreſſe vel virtualiter diceret. Iſte eſt adorandus, ergo ſi Deus dicit. Ego ſum Dominus Deus tuus. & ſtatim ſubiungit trinam negationem, expreſſe, vel virtualiter, aut prægnanter, vt dicit Scotus,

2. & 3. concluſ. Scoti declaratur præcipit affirmationẽ. Non ergo videtur in hac parte eſſe controuerſia inter S. Thom. et Scotum. Ex hac doctrina declarata manet. 3. Concluſio, ex qua facile intelligitur ſecunda. Cum enim hoc præceptũ affirmatiuum & negatiuum ſit, quatenus negatiuũ obligat ſemper, & pro ſemper, quia in nullo tempore nec pro vita totius mundi ſeruanda, debemus adorare Deos alienos. Quatenus vero affirmationẽ includit & obligat Deum adorare & venerari, obligat ſemper, id eſt obligat vt ſemper in habitu & animi præparatione ſimus parati adorare Deum. Sed nõ obligat pro ſemper. Id eſt nõ obligat vt ſemper exhibeamus actualem reuerentiam & adorationem, quia corpus quod corrumpitur aggrauat animam quominus hoc facere poſſimus, ideo impoſſibilis eſt nobis continua actualis adoratio. Et hac ratione non eſt ſub præcepto, quod de re impoſſibili nunquam datur.

*Num præceptum latriæ, determinetur per ſanctificationem Sabbati.* Dub. 4.

QVæſtio ſedem habet apud Autorem concluſione 6. Pro parte negatiua arguitur. Tertiũ præceptum ſecundum Autorem eſt determinatio primi præcepti, quod vt vidimus eſt affirmatiuum, vel includit virtualiter affirmationem, ergo ſanctificatio Sabbati nõ eſt tertium præceptum determinans primũ. tenet conſequentia, quia præceptum annualis confeſſionis ex præcepto Eccleſiæ, nõ eſt diſtinctum præceptum, a præcepto confeſſionis quod præcepit Chriſtus.

2. Lex & præceptum differunt ſicut vniuerſale & particulare. Dilectio enim proximi multis præceptis explicari poteſt dicendo. Non furtum facies. Nõ occides, &c. Sed vnum præceptum quod eſt velut ſingulare quoddam, amplius determinari non poteſt, ergo præceptũ latriæ determinari non poteſt per aliud præceptũ. Falſum ergo docet Autor concluſione 6.

De pœnitentiæ ſacramento non eſt nobis agendum in præſentiarum, ſed ſupponendum Chriſtum Dominum inſtituiſſe confeſſionem auricularem, quam ſacramentum confeſſionis dicimus. Inſtituit autem Ioann. 20. Quorum remiſeritis peccata, vel Matth. 18. Quæcunque alligaueritis ſuper terram, de quo latius in 4. Fuit autem conueniens hoc, vt nullũ eſſet malũ etiam interius, quod non ſubiaceret ſententiæ iudicis etiam in terris. Modo dicimus quod poſt iſtam inſtitutionem, & præceptum Chriſti, nihil de nouo inſtituit Eccleſia niſi frequẽtationem eiuſdem præcepti, tali, vel tali tempore. In ſanctificatione vero Sabbati, & obſeruatione Dominicæ diei, aliquid noui præcipitur a præcepto adorationis, & ſic plus eſt quam determinatio latriæ quæ per primum præceptum debebatur. Præcipitur enim ceſſatio ab omni opere ſeruili ad quod non tenemur ceſſante hoc præcepto. Sed ſufficeret non adorare Deos alienos. & aliquando Deum verum adorare. Nunc in die Dominica tenemur audire Miſſam, quod eſt nouum præceptum Eccleſiæ. Vnde non habens copiam ſacerdotis vt audiat, tenetur ad aliud nempe ceſſare ab opere ſeruili. In annuali vero cõfeſſione nihil de nouo additur ipſi præcepto confeſſionis, vt ita loquar. Sed præcipitur quod nunc exerceatur ſicut præcepta fuit a Chriſto, & prædicata ab Apoſtolis. Per hoc patet ad primum.

Ad 2. dicendum, præceptum adorationis nũ eſſe abſolute velut indiuiduum determinatum non reſolubile, vel determinabile per aliud, quia multis modis poſſumus Deum colere, ideo multa poſſunt poni præcepta. Sic in decalogo, non ſolum dicitur. Non

adulterabis, ſed nono præcepto dicitur, Non concupiſces. Ideo ſi aliquis extra Sabbatum, vel diem Dominicum, eſſet in graui periculo conſtitutus, vel acciperet magnum beneficium, vel videret honorem Dei periclitari, tenetur Deum honorare non ex vi huius tertij præcepti, ſed ex præcepto naturali, & ex primo præcepto, vbi præcipitur, ne alius, ſed Deus ſolus adoretur, igitur hoc præceptũ non eſt velut ſingulare determinatum, ſed velut vniuerſale, vel vagum quod amplius determinari poteſt.

Dub. 5. *Num Sabbatum ſanctificare, ſit tertium præceptum.*

DE propoſita quæſtione videndi ſunt Doctores ſcholaſtici d. 37. Sanctus Doctor 1. 2. q. 125. 2. 2. q. 100. Quod nullomodo pertineat ad decalogum, probatur. Eſt ceremoniale, ergo non pertinet ad decalogum, conſequentia tenet, quia præcepta decalogi ſunt moralia. Antecedens probatur, quia fuit mutatus in diem Dominicam: moralia non mutantur, ergo ſimul vtrunque infero & quod nõ pertineat ad decalogũ, & quod male dicat fuiſſe mutatũ in diẽ Dominicam, quia moralia quæ pertinent ad decalogum non ſunt mutata. Confirmatur Deut. 31. dicitur. Videte quod Sabbatum meum cuſtodiatis quia ſignum eſt inter me & vos. Ezechiel 20. Sabbata mea dedi eis in ſignum. Vbi Gloſſa Fruſtra gloriantur Iudæi obſeruatione Sabbati, cum illud ſit ſignum. Si ſignum, ergo non eſt præceptum morale, ſed ceremoniale & figuratiuum.

Yſichius. De propoſita quæſtione videndus eſt Yſichius Leuitici 26 aliquantulum poſt medium. Vbi explicans illa verba. Decem mulieres in vno clibano coquant panes, hoc præceptum excludit a decalogo. Probat argumento poſito in principio. Vt decẽ præcepta in decalogo poneret, dixit, primum præceptũ decalogi haberi illis verbis, Ego ſum Dominus Deus tuus. Secundum præceptum erant tres negationes. Non adorabis Deos alienos. &c. Hæc opinio videtur eſſe Hieronymi c. 10. ſuper Oſeam, vbi explicãs illa verba. Propter duas iniquitates, inquit. Hæ duæ iniquitates contra duo præcepta decalogi ſunt, in quibus dicitur, Ego ſum Dominus Deus tuus, & nõ erunt alij dij præter me. Si ergo hæc ſunt duo præcepta, ſequitur quod ſanctificatio Sabbati non pertinet ad decalogum vbi præcepta moralia ponuntur. Vel dicendum, eſſe vndecim præcepta, imo tredecim, ſecundum Caietanum, Exod. 20. qui dicit ibi eſſe præceptũ Fidei, Spei, & Charitatis, & Iuſtitiæ. Hãc

Alex. ſententiam impugnat Alexander. 3. p. q. 29. M. 2. art. 3. §. 1. Poſt ipſum Sanctus Doctor. 1. 2. q. 100. art. 4. Soto 2. de iuſtitia & iure. q. 3. art. 4. Origenes, hoc præceptum non excludit a decalogo, non tamen conſtituit tertium, ſed quartum præceptum, quia conſentit præcedenti opinioni in hoc, quod primũ præceptum habetur in illis verbis. Ego ſum Dominus Deus tuus. Ne tranſcendat numerum denarium, duo vltima præcepta Non concupiſces domum proximi sui. Nec concupiſces vxorem eius. confundit duo. Eſſe vnum præceptum. Opinio fuit Ioſeph libro. 3. antiquitatum c. 6.

Oppoſita ſententia eſt Autoris hic, Docent Autores commemorati. Eſt communis. Nota. hoc præceptum eſſe morale quatenus præcipit diuinum cultum, & eſt determinatio naturalis præcepti, colendi Deum Deducitur ſic. Colere Deum qui eſt ſummũ bonum, & principium vnde omnia procedunt naturale eſt. ergo inſtituere diem quo ab omnibus in republica colatur ſecundum naturalem rationem eſt. Erat autem ceremoniale, quatenus potius fuit ſignatus iſte dies Sabbati in quo Deus requieuit ab omni opere quod patrarat, quam alius. Legendus Alexander. 3. p. q. 32. M. 2. Sanctus Doctor 1. 2. q. 100. art. 3. ad 2. 2. 2. q. 122. art. 4. ad 1. Alij Autores d. 37. huius. Soto 2. de iuſtitia & iure. q. 4. art. 4. & vbi ſupra. Quia vero ceremonialia aliquid ſignificabant ſciendum, quod hoc præceptum in ſenſu literali ſignificabat diem in quo Dominus requieuit ab omni opere quod patrarat. Expreſſe habetur Exod. 20. Mora-

Aug. liter ſignificabat ceſſationẽ a peccatis. Ita Aug. libro de decem chordis. Epiſt. 119. Hal 32. ſermone 1. Pſal. 91. ſuper Ioann. tractatu 3. de cap. 2. & 12. Habetur tomo 9. libro de vera innocentia. Sermone 4. de Pentecoſtes. Hugo ſuper Exod. 20. Primum locum allegat S. Thom. 2. 2. q. 122. art. 4. ad 4. Soto de iuſtitia & iure. q. 4. art. 4. Allegorice ſignificat quietem Domini in ſepulchro, vbi fuit die Sabbati per totum diem. Iuxta illud Caro mea requieſcet in ſpe, Pſam. 15. Anagogice ſignificabat quietem cæleſtis Hieruſalẽ. Ita Auguſt libro de lapſu mundi, vbi hanc & præcedentem ſignificationem tangit dicens. Tertium præceptum quod Iudæi carnaliter celebrabant, nos ſpiritualiter obſeruamus, in quo dominus requieuit, quod ſic dictum intelligas, vt poſt bona opera ſcias requieturum. Ecce ſenſum anagogicũ. Libro de vera innocẽtia cap. 278. inquit. Obſeruatione Sabbati quæ vacatione vnius diei figurabatur, ablata, perpetuum Sabbatum obſeruat, qui ſpe futuri quietis ſanctis operibus eſt intentus. 22. de ciuitate Dei inquit. In vita æterna erit maximum Sabbatum non habens veſperam.

Concluſio. Sanctificatio Sabbati excludi non poteſt a decalogo. Probatur. Secundum rationem naturalem eſt, aliquem diem determinare cultui diuino, quod & barbaræ nationes fecerunt, ergo Deus hoc intendebat in decalogo quando declarabat, & dabat legem Moyſi (quamuis vt diximus determinatio huius diei potius quam alterius ceremoniale eſſet) alias diminute decalogum proponeret,

Secundo illa, verba. Ego ſum Dominus Deus tuus, ſolũ ſunt præparatiua & declaratiua iuſti præcepti, Ne Iudæi durum exiſtimarent arceri a cultu aliorum Deorum, Sicut ſi rex imponendo iuſtum pretium rebus diceret. Ego rex conſeruans iuſtitiam, iubeo vt iuſto pretio vendantur omnia, certe non duo ſed vnum præceptum poneret. Confirmatur. Hæc verba bis ponuntur. Primo enim præcedunt trinam negationem. Poſtea ſubſequuntur. Si præceptũ eſſent, non eſt veriſimile quod bis ponerentur, 3. Poſitis alijs præceptis aliquid additur tanquam ratio iuſti præcepti, vel tanquam comminatio, vt ſeruentur ergo ſimiliter in hoc præcepto debuit fieri. 4. Dato quod eſſet præceptum, non debuit poni aliud, a præcepto trium negationum, quia affirmatio & nega-

Rom. 9. tio pertinent ad idem genus, ſic Paulus Rom. 9. Veritatem dico non mentior, Vnum dixit non duo.

Ioan. 1. Ioann. 1. Omnia per ipſum facta ſunt. ſine ipſo factum eſt nihil. Addendo ſine ipſo factum eſt nihil id ipſum quod dixerat explicatius manifeſtauit. Ad hunc modum dicendo honora me, & non honores alium, idem prorſus præcipitur. Sic pater familias dicit ſeruo. Sta in domo ne extras foras Ergo non eſſent

ſent in decalogo decem præcepta. ſi ſanctificatio Sabbati non eſſet tertium. Ex eo ſtem principio improbatur Origines. Petet ergo quomodo ſanctificatio Sabbati ſit tertium præceptum, & primum ſit non adorare Deos alienos, vbi virtualiter & incluſiue præcipitur adoratio vnius Dei, vt iam diximus & ſic maxime declaratur litera Scoti. Lege 20. caput. Exod.

Dub. 6. *Num die Sabbati tenerentur Iudæi habere aliquem actum erga Deum.*

QVæſtio habet ſe lem apud Autorem ſub conclusione 6. vbi inquit quod in ſola negatione non eſſet obſeruatio huius præcepti. Ex

Thom. imponunt falſa Scoto. quibus verbis occaſionem ſumunt Thomiſtæ impu-tandi Scoto multa falſa. Primo quod ſecundum Scotum homo in feſtiuis diebus teneatur habere actum dilectionis Dei ſeruando modum charitatis. Secundo quod teneatur conari vt habeat illum actum. Tertio quod ſeruile opus a quo eſt requieſcendum, ſecundum Scotum, eſt peccatum. 4. Quod qui die Dominico delinquit committit duo peccata formaliter, nam ſecundum cum peccato quod committit, peccat contra religionem. Multaque alia falſa ſibi ſupponunt hic

Caiet. & d. 17. Caietanus, qui ſemper melius quam alii Thomiſtæ intelligit Scotum, videns non eſſe formaliter in Scoto, nec colligi recte ex ſua ſententia. 1. 2. q. 122. art. 4. non nominat illum. Venerabilis Magiſter

Soto. Soto, eſt qui nominat & tribuit. 2 de iuſtitia & iure. q. 4

Scot. art. 4 falſo tamen, quia Scotus ſolum inquit, quod in ſola negatione non eſſet obſeruatio illius præcepti, ſed in actu poſitiuo, ſanctificando id eſt magnificando Deum. Conſtat autem quod poſſumus Deum magnificare & laudare extra charitatem D. 17. art. penultimo ſolum docet præceptum dilectionis non tantum obligare ad oppoſitum fugiendum, nempe non odire Deum, ſed ad poſitiue amandum. Poſtea ſubiungit. Quando hoc futurum ſit (id eſt quando debeat amare Deum) forte determinauit illud præceptum diuinum. Sanctifica Sabbatum, & Eccleſia ſpecificauit quantum ad Miſſam audiendam die Dominico de conſecrat. d. 1 c. Miſſas Ecce verba Scoti ex quibus omnia prædicta deducit Soto multiplicans innumera argumenta ea falſa intelligentia. Nam Scotus ſolum vult quod ſicut nunc Eccleſia præcipit audire Miſſam determinando illud præceptum dilectionis, ſic antiquitus præceperit Moyſes ſanctificare Sabbatum. Sed ſicut nunc Eccleſia non præcipit Miſſam audiri in gratia, & ex charitate, ſic nec tunc ſanctificare Sabbatum Sicut enim concluſio non ducitur ex principio ita clare Scoti eſt ipſum principium, ſic. ſi tenemur diligere Deum ex charitate, non ſequitur quod ſi Eccleſia præcipit audire Miſſam, vel aliquid aliud determinat illud præceptum, vt exerceamus in actibus dilectionis, quod deſcendat eadem obligatio, ita vt teneamur facere illud ex charitate. Voluntaria igitur eſt calumnia quam hic patitur Scotus. Eum liberat Pater Corduba libro 1. q. 5 dubio 8. ad finem diffi-

Notatur Scoto. cultate. 3. lege Scotum in 4. d. 4 q. 5 ad finem. Vbi docet præceptum impleri in peccato. Idem in 1. d. 28 contra Henricum.

Ommiſſa calumnia, videndum eſt an Iudæi non ſolum tenerentur ceſſare ab operibus ſeruilibus, ſed tenerentur ad aliquem actum interiorem latriæ ſiue alicuius alterius virtutis ſicut nunc tenemur audire Miſſam & habere actum interiorem prærequiſitum ad audiendam ipſam Miſſam, qui eſt velle audire & habere attentionem præ requiſitam, quod etiam concedit Soto & omnes, quia id nullus negare poteſt. De hoc dubio videndus eſt Caietanus loco citato, vbi tenet partem negatiuam cuius verba ſunt. Præceptum de ſanctificatione Sabbati ad literam non eſt de interiori, ſed exteriori Dei cultu datum. Explicans quis eſſet iſte actus exterior inquit. Colebatur ſiquidem Deus Sabbato in ipſa exteriori quiete ab operibus ſeruilibus, quia quieſcebant ad repræſentandam diuinam quietem a creatione mundi. His verbis docere videtur quod ipſo facto quod ceſſabant ab operibus in memoriam Dei qui ceſſauit a creatione mundi, ſeruabant hoc præceptum, quia ſic colebant Deum. Sicut ſi nunc ceſſaremus ab operibus ſeruilibus in memoriam alicuius inſignis victoriæ, abſque alio actu veneraremur ducem, vel Regem.

Oppoſita ſententia eſt Scoti, hic & infra d. 17. vbi vult quod ad aliquem actum interiorem tenebantur, quamuis iſte actus vt diximus non eſſet formalis: tempore enim legis Euangelicæ, non ſolum tenemur ceſſare ab operibus ſeruilibus, ſed tenemur audire Miſſam, qui actus exterior aliquem interiorem præ requirit vt patet. Cum autem tunc non eſſet Miſſæ ſacrificium, & animalium ſacrificium ſolum in Hieruſalem liceret offerre, non extra, quia extra Hieruſalem ſolum erant Synagogæ vbi conueniebant audire legem Moyſi per omne Sabbatum, ſequitur, quod actus communis quem ponit Scotus obligare omnes, non poſſet eſſe ſacrificium, ſed magnificare Deum, vel audire legem, ſicut nunc audimus Miſſam. vt docti euaderent, & leuarent mentem in Meſſiam venturum qui promittebatur in lege. Bene commutatur in Miſſam audiendam in qua commemoramur iam veniſſe. Sic intelligendus videtur

Sententia Scoti.

Scotus, Pro hac ſententia eſt Cyrillus ſuper Ioannem lib. 4 c. 51. vbi comparans primum & tertium præceptum inquit. Negatiue dictum eſt. Non adorabis Deos alienos, De Sabbato non ſic, ſed memento vt diem Sabbati ſanctifices. Quam ob rem Quoniam iam eductus a Deo alieno tempus non aderat id vtco ad actum eo impellit. Ac ſi Clarius dixiſſet. Legitimus fuit ordo Decalogi. Primo remouentur a cultu aliorum Deorum, per negationem, poſt quam vero remouentur ab illo malo non debuit in tertio præcepto præcipi ſola negatio, ſed affirmatio vt Deum colerent, alias nullum in decalogo eſſet præceptum affirmatiuum pertinens ad Deum, Sed omnes eſſent negationes. Declina a malo fac bonum dixit Dauid. Sic Pene, alias ſi omnes eſſent negationes, vix intelligi poſſet quomodo tertium præceptum eſſet determinatio primi. Ad idem eſt libro 4. c. 24 vbi inquit. Sabbatum inſtitutum fuiſſe vt ceſſarent ab operibus ſeruilibus: ſimul autem vt vacantes ab occupatione circa materialia, ad Deum adducerentur in Pſalmis, & hymnis, in canticis ſpiritualibus, & meditationibus diuinarum ſcripturarum vniuerſum ſeptimum diem conſumentes. Lyranus Exod. 2. explicans illa verba. Diem Sabbatum ſanctifices, inquit. Diuino cultui totaliter applices. Et explicans illa verba Exod. 16. quæ allegat Scotus d. 17. Maneat vnus quiſque veſtrum apud ſemetipſum, inquit. Cogitans de diuinis beneficiis gratias agens. Eandem ſententiam ſequitur Dyoniſius Carthuſianus Exod. 20.

Cyrill.

Lyran.

Dion.

Ratione Autoris probatur ſic Iſtud præceptum eſt affirmatiuum. ergo in ſola negatione non poteſt obſeruari. tenet conſequentia, quia præceptum dandi, non obſeruatur, non furando, ſed dando. 2 Foetius arguit ſic. Homo ante legem tenebatur ali-

quando Deum adorare, & probabile eſt quod reſpublica tenebatur inſtituere aliquem diem ad hoc faciendum (ſiue hoc eſſet ſemel in menſe, vel minus frequenter hoc non determino) ergo cum Deus dederit legem Moyſi ad perficiendos homines, ſequitur oportere, quod illud idem præceperit maiori cũ frequẽtatione, ſcilicet vt eſſet ſemel in hebdomada, alias hoc ſuum præceptum, legis naturalis declaratiuum, nihil de nouo præciperet, ſed obligationẽ adorandi Deum commutaſſet in negationem nõ laborandi quod videtur falſum, & improbabile, vel dicẽdum, quod præcepit de nouo iſtam negationem, relinquendo immutatum ius naturale adorãdi Deum ſicut antea erat, quod non eſt probabile. Sed credendum eſt, quod multiplicãdo beneficia præcepit actũ laudandi, & ſanctificandi Deum ſicut nunc præcipitur celebratio Miſſe quam aliaudire tenentur: ſic credendum eſt fuiſſe in illa antiqua lege, quod colligitur Actuum 15. vbi dicitur quod Moyſes a diebus antiquis habebat in ſingulis ciuitatibus qui eum prędicabant, & ita loquit Paulus. Quę per omne Sabbatum leguntur. Prędictum argumentum colligitur ex Scoto hic vbi inquit hoc præceptum tempore legis naturæ obligara pro aliquando ad actum poſitiuum & ſtatim ſubiungit deſcẽdendo ad legẽ Moyſi. Nec in ſola negatione eſſet obſeruatio præcepti, ac ſi clarius dixiſſet. Antea obligabat ad actum poſitiuũ pro aliquando, ergo nunc quando determinatur ad diem Sabbati, cum illa affirmatiua determinatur alias vt dixi non eſſet iuris naturalis determinatio tunc inſert, ergo in ſola negatione non erat obſeruatio præcepti nam ſi negationem ſolum præciparet negatiue quidem diceret, ne operamini tali die.

3. Quando negatiue dicitur. Non adoretis Deos alienos, includitur affirmatio conſentientibus ipſis Thomiſtis, ergo a fortiori hic quando expreſſe dicitur Sabbata ſanctifices. In ſuper ceſſare ab opera, non videtur opus morale, ſed indifferens, niſi aliud ibi pręcipiatur, quia furari eſt nput malum morale, etiam ipſum quod eſt abſtinere a furto eſt bonum morale, quia affirmatio & negatio pertinens ad idẽ genus: ſed ipſum quod eſt operari eſt indifferens ad bonum & malum, ergo ipſum quod eſt abſtinere

1.Cor.7. abillo opere videtur indiferẽs, niſi ordinetur ad applicandam intentionem ad bonum. Sic Paulus. Niſi forte ex cõſenſu ad tempus vt vacetis orationi. Ergo legiſlator aliud ſimul intendebat. non ſicut finem tantum, ſed ſicut præceptum. Vltimo ex ſimilitudine ſancti Thomæ qua vtitur ad dicendum primum præceptum eſſe negatiuum non affirmatiuũ, & ex autoritate Cyrilli arguo ſic. Deus noluit ſerere ſuper ſpinas, & tribulos. Iã nõ valle notauerat impedimentum idololatrie extirpauerat, debuit ergo veri Dei cultũ ſerere plantare & præcipere. Si ita fuit conſequens eſt conſiderare quomodo Deus in vno actum iuſtitię præcipiebat, in ceſſatione ab opere, indulgentiæ laboris intendebat loquo ad benignitatem prouocamus.

Dub. *Num dies Sabbati mutatus fuerit in diem Dominicum.*

QVæſtio ſedem habet apud Authorem concluſiona 6. Pro parte negatiua arguitur. Inſtitutio Sabbati fuit a Deo, non a Moyſe: licet per Moyſem, ergo mutari non potuit ab Eccleſia quę non habet poteſtatem ſupra ius diuinum.

2. Vbi eſt eadem ratio præcepti debet manere idem pręceptum, ſed ratio quare Deus pręcepit diẽ ſeptimum celebrari, fuit quia in ipſo ceſſauerat ab omni opere quod patrarat, hæc manet, ergo debuit manere idem præceptum.

Quomodo ſanctificatio Sabbati, quæ Exod. 31. pactum dicitur ſempiternum, mutari potuerit a Deo, non eſt preſentis loci, id enim dictũ eſt q. 2. prologi contra Iudæos, Hic quæritur vnũ, ſupponitur aliud, tangitur dubium ſcitu dignum. Supponitur ſanctificationem Sabbati fuiſſe ſub præcepto, vt conſtat Exod. 20. Quæritur an iſte dies mutatus fuerit in diã Dominicum. Partem affirmatiuam tenent omnes Doctores. Aug. epiſtola 86. ad Caſulanum. Sanctus Doctor in opuſculo quem refert Aloiſius, Olipomanus. Exod. 20. Abulenſis Exod. 20. Burgenſ. p. 1. ſcrutinii. d. 8. c. 14. ad finem. Doctiſſimus Couarruuias variarum reſolut. lib. 4. c. 19. concl. 8. Ratio iuſta aſſignatur. Determinare iſtum diem potius quam alterum. fuit ceremoniale, non morale: fuit enim in memoriam beneficii creationis, ſed maius beneficiũ eſt redemptio per mortem Chriſti qui ſurrexit tertia die, ergo conuenienter illa dies mutata fuit in Dominicam, quando Chriſtus reſurrexit. Ioannes Maior d. 37. applicando 3. preceptum, dubio 2. quinque rationes adducit. Primo debuit mutari vt ceſſarent figuræ, 2. ne videremur Iudaizare vt faciebant quidã de conſecratione, d. 3. c. Peruenit. 3. Quia in die Dominico mundus creatus eſt. Vbi inſinuat quod ſit memoria creationis, non quietis, vt antea erat Sabbatum. 4. quia die Dominico Chriſtus eſt natus. 5. Propter reſurrectionem. — Aug. / Couarr. / Nota.

Circa tertium, ad ſolutionem primi argumenti, eſt opinio multorum Doctorum, quod dies ſint feſtiui iure pontificio non diuino. Sic ſanctus Thomas 2. 2. q. 122. art. 4. ad 2. Florantinus 3. p. titulo. 9. cap. 9. Archidiaconus c. 1. de conſecratione cap. 3 Maior d. 37. q. 22. videtur idem ſentire. Soto 2. de iuſtitia & iure q. 4. art. 4. ad 2. Idem videtur ſentire. Burgẽſis loco allegato. — Dub.

Oppoſitã ſententiam docet Angelus verbo feriæ §. 3. Syluester verbo. Dominica. Quantũ ad diẽ Dominicam conſtanter defendit Vualdenſis de ſacramentalibus titulo 16. cap. 140. Quia iſta dies habetur ex traditione Apoſtolorum, vt patet ex Concilio Apoſt. can. 10. de conſecratione. d. 3. can. Omnes fideles. Patet ex 1. ad Cor. 16. De collectis quę fiunt in ſanctis ſicut ordinaui Eccleſiæ. ita & vos facite per vnam Sabbati. Super quę verba inquit Chryſoſt. Vna Sabbati Dominica dies eſt, ſicut in Euangelio dicunt. Dominum vna Sabbati reſurrexiſſe. Aug. epiſt. 119. ad quæſtiones Ianuarii c. 13. inquit. Dies Dominicus non Iudæis, ſed Chriſtianis reſurrectione Domini declaratus eſt. Hieronymus inquit. Dominicam diem Apoſtoli ideo religioſa ſolemnitate ſanxerunt, quia in eodẽ. Redemptor Dominus noſter a mortuis reſurrexit. Si ergo Domini autoritate, Apoſtoli hunc diẽ introduxerunt, ſatis conſtat quomodo quamuis Sabbatum fuerit a Deo datum, mutari potuit, quia Chriſtus Dominus Deus & homo, amplioris glorię pre Moyſe habitus Heb. 3. legem Moyſi datam mutare potuit per Apoſtolos, vel Apoſtoli autoritate Chriſti. Quod dies Dominica ſit de iure diuino ſuadetur probabiliter, quia in lege antiqua imperfecta quæ euanuit, voluit Deus ex iure diuino dare diem feſtiuum, ergo credendum eſt quod conſeruando quod erat morale inſtituit eodem iure diuino alium diem in lege Euangelica. Mirum quidem, ob memoriam creationis inſtituiſſe: diem

ſolemni

ſolemnem, & non in memoriam reſurrectionis & conſummationis myſteriorum Chriſti. Si hoc ita eſt, colliget quod ſummus Pontifex non poteſt diem Dominicam mutare, & de Eccleſia tollere, quod negat Soto 2. de iuſtitia & iure, q. 4. Secundo dico, quod quamuis dies Dominica nō ſit de iure diuino potuit diē Sabbati Eccleſia mutare vt docet Maior d. 37. Burgenſis loco allegato, quia quod erat morale, nempe eſſe deputatum vnum diem ad diuinum cultum, non mutauit Eccleſia. Quod magis eſſet iſta dies quam illa ceremoniale erat, ſuper quod autoritatem habet Eccleſia. Si obiicias contra iſtam ſecundā

Obiectio. ſolutionem. Ratio præcepti de ſanctificatione Sabbati non erat figuratiua, ſed memoratiua beneficii creationis, hanc retinere memoriā vtile eſt, ideo in principio Symboli dicitur, Creatorem cæli & terræ, ergo in Pontifice non fuit autoritas mutandi Sabbatum. Dico quod illa memoria non erat præceptū ſed ratio præcepti, hæc maior erat vt diximus die Dominica, ideo Eccleſia potuit mutare, ſicut magnus œconomus, vel procurator principis, poteſt commutare rem Domini ſui pro alia equiualenti vel meliori, nam ad hoc habet voluntatem præſumptam. cū ergo Eccleſia non mutet quod morale eſt, autoritate ſibi tradita ad vniuerſalem gubernationem fidelium hoc poteſt. Secundo dico, quod erat ceremonialis, & eſt non moralis, quia celebrare tali die ex tali cauſa non colligitur ex principiis naturę. In ſuper memoria illius beneficii, commemoratio erat futurorum beneficiorum, quorum illud erat primum.

Ad 2. argumentū dico, quod ratio præcepti non eſt de eſſentia præcepti, niſi ex ea pendeat bonitas præcepti.

*Num Dei cultus, quantum ad actum exhibendum, determinetur in oblatione Euchariſtiæ.*

TRanſlato ſacerdotio neceſſe eſt vt legis & ſacrificii tranſlatio fiat. Tranſiuit lex, dies Sabbati mutata eſt in diem Dominicam, quæritur an ſic ſacrificia mutata fuerint, ita vt nunc Dominica die non teneamur iam ad aliū actū adorationis niſi ad offerendum realiter hoc ſacrificium vel ſpiritualiter, ſicut offerunt fideles audiendo Miſſam.

Ad hoc ſciendū quod ſacrificium ſemper fuit Deo debitum & à principio mundi ſemper oblatum. Pri-

Auguſt. mum teſtatur Aug. hom. & libro contra aduerſariū legis & Prophetarum c. 18. vbi inquit. Vnum ſciant inſipientes, tardi ad intelligendum, quod dæmon ſibi ſacrificiū nō exigeret, niſi vero Deo deberi ſciret. Et lo. de ciuitate Dei c. 4. ad finem inquit. Nullus hominum eſt qui audeat dicere ſacrificium deberi niſi ſoli Deo. Ratio eſt quia ſacrificiū proprie ſumptum de quo loquimur eſt actus exterior ſacerdotis proprius offerentis Deo aliquid in remiſſionem peccati quod delere curamus, vnde ab aliis oblationibus quas non ſacerdos offert diſtinguitur (lege Aug. quæſtionibus ex veteri teſtamento c. 18) ideo quātumque voluerunt ſibi ſacrificium offerri, Deos ſe eſſe æſtimauerunt. Ita Aug. contra aduerſarium legis & Prophetarū c. 18. vbi inquit. Rariſsimi commemorantur qui ſibi vt ſacrificaretur (cum regiæ poteſtatis poſſint, aut ſi fuerint imperare: quamquam tamē euſi-ſunt propter hoc ſe Deos haberi voluerunt. Quod ſemper à principio mūdi ſacrificiū fuerit Deo oblatū patet in Abel & Cain. Tēpore Moyſe innumera fuerūt ſacrificia, de quibus omnibus diſputare quēſit longū videtur, inquit Aug. loco citato. Omnia autē huius noſtri ſacrificii figura erant: ſicut enim res vna multis locutionibus & linguis ſignificari poteſt, ſic vnum & ſingulare ſacrificium multis eſt antea ſacrificiorum ſignificatum figuris. Vbi Aug. loquitur iuxta Apoſtolum Hebr. 10. Multifariam multiſq; modis olim loquens Deus in prophetis nouiſsime locutus eſt nobis in filio. Ad hunc modum c. 10. iuxta preſentem materiam inquit. Hic autem vnam pro peccatis offerens hoſtiam, in ſempiternum ſedet in dextera Dei. Et iterū. Vna enim oblatione conſummauit in ſempiternum ſanctificatos. Vbi nomine oblationis, vt antea dixerat intelligit oblationē corporis Chriſti, quæ oblatio, modo cruēto ſemel fuit, & nō iteratur Hinc cauſam ſumit Lutherus dicendi, quod nunc non eſt verum ſacrificium apud nos, quia tantum fuit illud ſacrificium quando Chriſtus ſeipſum obtulit. Vnde infert, Miſſam non eſſe ſacrificium, ſed commemoratio Dominicæ cœnæ, ideo non prodeſt viuis nec defunctis. Ad confutandum hunc errorem & manifeſtandam præſentem veritatem, ſupponendum eſt Deum inſtituiſſe tēpore cœnæ verum ſacramentum in ſpecie panis & vini iuxta illud Pſalm. 109. Tu es ſacerdos ſecundum ordinē Melchiſedech, qui vinum & panem obtulit. Sub illis ſpeciebus continetur vere & realiter. Et diſcipulis, quos ſacerdotes inſtituit, corpus ſuum tradens dixit: Hoc facite in meam commemorationem Lucæ 22. Vbi notandum, hoc ſacramentum non eſſe tantum commemoratio aut memoria Chriſti, ſed ſimul eſt veritas rei exiſtentis ſub hoc ſacramento, vt late probatur in 4. hoc, hic eſt ſupponendum, aliter nō poteſt hæc veritas probari.

Hoc ſuppoſito probatur ſic. Chriſtus eſt ſacerdos ſecundum ordinem Melchiſedec qui etiam ſacerdotes inſtituit qui aliquod ſacrificium offerrent pro populo, nullum autem ſacrificiū aliud videtur niſi hoc ſacrificiū Maior eſt veriſsima, minor probatur. Non offerunt Chriſtum, nec offerre poſſunt modo cruēto ſicut ipſe ſeipſum obtulit, quia iam mors illi vltra non dominatur. nec offerunt decimas & primitias, quia hæc laici offerre poſſunt, at aliquod ſacrificium peculiare debent offerre ſacerdotes ad hoc peculiariter inſtituti, quod commune fuit omni reipublicæ, ergo cum nullum ſit aliud, niſi ſacrificium Miſſæ ſequitur quod ſit verum ſacrificium. nam nullum eſt aliud in Eccleſia quod offeratur à ſacerdotibus ſub ſpecie panis & vini vt ſacerdotium à Chriſto inſtitutū. Negando autem ordinem ſacerdotum ac Pontificum, qui in lege veteri & in omni republica ſemper fuerūt, vt Lutherus fecit, nihil mirum ſi ſacrificium etiā negetur. Iſta veritas habetur de ſumma Trinitate & fide catholica c. firmiter vbi dicitur. Vna eſt fidelium vniuerſalis Eccleſia extra quam nullus omnino ſaluabitur, in qua idem ipſe ſacerdos, eſt ſacrificiū Ieſus Chriſtus, cuius corpus & ſanguis in ſacramento altaris ſub ſpeciebus panis & vini veraciter continetur. Ecce quomodo de ſacrificio cruento loquitur primo poſtea de vera preſentia corporis Chriſti, quem nos quotidie offerimus ſub ſpeciebus panis & vini. Iſidorus libro de diuinis officiis cap. 18, inquit. Sacrificiū quod à Chriſtianis Deo offertur, primū Chriſtus Dominus noſter & magiſter inſtituit, quādo cōmendauit Apoſtolis corpus & ſāguinē ſuū prius quā traderetur. Hoc ergo ſacrificiū chriſtianus celebrare præcep-

tum

tum eſt relictis ac finitis iudaicis victimis, Lege concil. Apoſt. can. 9. vbi oblatio id eſt ſacrificium dicitur. Ad maiorem declarationẽ ſciendum quod prophetiæ de Aduentu Chriſti in natiuitate eius adimpletæ ſunt, quæ de eius morte erant, quando ſe obtulit Patri, ſcilicet in paſsione eius, ideo tũc dices conſumatum eſt, tradidit ſpiritum. Quia tamen ſic conſumare voluit, vt legem ſimul impleret, circuncisionem ſuſcepit. Et ſic voluit diſcedere, vt ſemper nobiſcum maneret, non ſolum vt Sacramentum, ſed vt ſacrificium quod poſſemus offerre, a Diſcipulis diſcedens, primo typice ſe Patri immolauit comedens agnum paſchalem iuxta præceptum. Exod. 12. Secundo per modum Sacramenti, Patri gratias agẽs benedicens ac frangens panem; dedit ſe diſcipulis ſuis, quia illũ iam conſecrauerat. Et ſe ipſum ſumpſit ſub ſpeciebus, quia Sacerdos conſecrans debet communicare. Denique in cruce ſeipſum cruentum ſacrificium obtulit. Secundo modo nos offerimus, non primo modo, quia iam euanuit omnis figura. Nec 3. modo, quia ſemel ſe offerẽdo cõſumauit omnia. Ex his patet ad quæſtionem, quomodo iam nũ aliud ſacrificium quod ſacerdos debet offerre. Fidelis vero Miſſam audire tenetur de conſecratione d. 1. can. Miſſas.

*Num die Dominico impeditus, non potens audire Miſſam, teneatur referre aliquem actum in Deum.*

QVæſtio mouetur propter vltimam concluſionẽ Authoris quam ſequitur Abulẽſis Exod. 20. explicando 3. preceptum, & alij quos refert Pater Corduba libro 1. q. 5. dubio 8. difficultate 3. Videtur pars affirmatiua, quia qui tenetur ſoluere centum, ſi non poteſt ſoluere niſi 20. tenetur illa ſoluere, ergo a ſimili, ſi non poteſt exterius audire Miſſam tenetur habere actum circa Deum.

Ad hoc dico, quod verbum Autoris, neceſſe, poteſt exponi vt idem ſit quod cõueniens, nam ſi intelliget quod teneamur ſub mortali nõ videtur vera opinio, nec hoc aliquis in confeſsione interrogat. Si primo modo intelligat verum eſt, quia ad hoc inſtituti ſunt dies feſtiui. Nec contra hoc facit argumentum, nam qui tenetur ſoluere 100. tenetur ſoluere quodlibet exillis, ideo tenetur ſoluere 20. Diem feſtum colere reputatur vnum indiuiſibile, ideo ſi legitime eſt impeditus, ad nihil aliud tenetur ſub mortali. Locus eſſet diſputãdi quę eſſent impedimẽta, quæ excuſare poſſunt ab audienda Miſſa. Quæ ſint opera ſeruilia quæ prohibetur. Sed non eſt in animo plures quęſtiones mouere quam illas quæ ad expoſitionem Scoti ſunt neceſſariæ. Videatur Caietanus 22 q. 122. art. 4. ad finem. Soto 2. de Iuſtitia & iure q. 4. art. 4. ad finem. Summiſtæ ſuis locis.

## ARTICVLVS III.

*Vtrum Chriſto debeatur latria ſolum ſecundum naturam diuinam.*

*Argumẽta quæ erant in principio Diſt.*

AD tertium ſic proceditur videtur quod ſolũ debeatur ſecundum naturam diuinã, quia latria eſt cultus debitus ſoli ſummo Domino ratione ſummi Domini, ſed Chriſtu ſolum modo ſecundum naturam diuinam eſt ſummus Dominus, ergo, &c.

2. Præterea Chriſtus ſecundum naturam humanam adorauit, quia orauit, ergo ſecundum iſtam habuit ſuperiorem, & ita propoſitum.

3. Præterea quantuncunque iſta natura humana ſit vnita Verbo, ipſa tamẽ creata eſt, nec excedit limites creaturæ, ergo nec cultus debitus Chriſto ſecundum iſtam naturam debet excedere cultum debitum cuicũque creaturę, huiuſmodi eſt latria, igitur, &c.

4. Præterea ſuper illud pſalmi. Adorate ſcabelũ pedum eius dicit Glo. Non illa adoratione latriæ quæ ſoli Deõ debetur.

5. Præterea ſolum illud eſt ſic adorãdum quod eſt ſuper omnia diligendum quia idem & ſecundum eandem naturã eſt ſummus Dominus & finis vltimus, ſed Chriſtus tantum ſecundum naturam diuinam eſt ſumme diligendus quia ſolum ſecundum eam eſt ſummum bonũ, & finis vltimus, ergo, &c.

Sed contra Magiſter in litera adducit autoritates.

Reſpondeo dicendo quod cum quæritur an latria debeatur Chriſto ſolũ modo ſecundum naturam diuinam, ly ſolũ modo poteſt accipi dupliciter, ſcilicet cathegorematice vel ſyncathegorimatice. *Diuiſio bimem.*

Primo modo concedo quod ſic quia ſufficiens ratio ſummi adorabilis eſt in Chriſto conſiderato ſecundum ſolã naturam: ſi autem teneatur ſyncathegorematice tunc notat excluſionem ab vno extremo reſpectu alterius extremi. Hoc etiam modo diſtinguo quia ſolũ modo poteſt excludere aliquid vel a termino adorationis, vel a ratione adorandi. *1. Concl. iuxta 1. membrũ.* *Sub diuiſio.*

Primo modo dico, quod non ſolũ modo ſecundũ naturam diuinam eſt Chriſtus ſic adorandus quia a termino adorationis nõ debet excludi natura humana quaſi ipſam includendo non poſsit totum adorari. Hoc dicit Damaſcenus c. 54. Chriſtus Deus perfectus & homo perfectus quem adoramus cum Patre & Spiritu ſancto vna adoratione cum incontaminibili carne eius, non inadorabilem carnem eius dicẽtes. Adorantur enim in vna Verbi hypoſtaſi quæ eius hypoſtaſis facta. Et Paulo poſt. Vnam per- *Concluſio iuxta ſubdiuiſionẽ* *Dam. lib. 3. c. 8.*

perſonam Dei Verbi, duabus ipſis reductis naturis. Exēplificat poſt ea. 1.Exēp. Timeo lignū tāgere, propter ligno immixtum ignē. In illa autoritate Damaſc. Lycum, accipitur aſſociatiue, nō autē copulatiue, vt ſit ſenſus. Adoramus Verbū cum carne, ideſt, habens carnem ſibi vnitam. Non autē cum carne, hoc eſt carnē adoramus, quaſi ſit propoſitio copulatiua, & hoc cōſiderando carnē, vt caro eſt, & nō vt vnita diuinitati. Sic ergo non debet excludi a termino adorationis caro, 2.Exem. licet ipſa non ſit ratio adorandi. 2. Exēplū ad hoc eſt de Rege & purpura, quia & ſi Rex propter ſe & in ſe ſit adorandus, tamen ipſe cū purpura adiuncta eſt etiā adorandus, nō quod purpura ſibi adiūcta ſit cauſa adorationis. Ita caro nō eſt adorabilis in Verbo, vt ſit ratio adora- 3.Exem. tionis in Verbo. 3. Aliud exēplū eſt de toto & partibus. Si reuereor hominem propter ſapientiā, vel virtutes, totū reuereor, corpus ſcilicet & animā, nō animā excludēdo corpus ab ipſo reuerito. 4.Exem. 4. Similiter, cū totū hominē adoro, nō honoro præciſſe caput excludēdo alias partes ab illa adoratione. Sumēdo autē 3.Concl. ſecūdo modo ſcilicet prout ly ſolū modo excludit aliquid vt rationem adorādi poteſt dici quod ſolum modo ſecundū naturam diuinam eſt adorandus excludendo aliam naturā, vt eſt ratio adorandi, quia nulla alia eſt ratio ſummi dominii, nec ratio adorationis debitæ ſummo Domino. Sic nec corpus eſt ratio adorandi virtuoſum.

B. Sed cōtra hoc arguitur quod ſūmū dominiū nō conſequitur immediate naturā diuinā, quia ſecundū Auguſt. 5. de Trinitate c. vltimo, non fuit Dominus niſi ex tēpore, ſicut creatura fuit ſerua, ſummū ergo dominiū eſt ratione creationis, per quam creatura accepit totum eſſe ſuū a Deo, ſed tanta ratio dominii videtur cōpetere Deo propter beneficiū redēptionis, ſicut creationis, ergo ita debetur cultus latriæ redemptori vt redēptor, & ratione redēptionis, ſicut creatori ratione creationis. Aſſumptū etiā de æqualitate dominii in creatore & redēptore, reſpectu creati & redempti probatur multipliciter.

1.Cor.6. Primo per illud Apoſtoli 1. ad Cor. 6. Empti enim eſtis pretio magno glorificate, &c. Igitur per hoc ſum ſeruus eius quia redemptus. Hoc etiā confirmatur per Greg. in illo cātu benedictionis cerei paſchalis, exultet iā angelica. Vbi dicit quod nihil naſci profuit niſi redimi profuiſſet. Tantum ergo boni cōfertur, per redēptionē, quantū per creationem. *Quod etiā confirmatur, quia per redēptionē confertur bonum gratiæ & gloriæ, per creationē tantum bonum naturæ, igitur, &c. Ex his ergo concluditur, quod cum Chriſtus fuerit redemptor ſecundū naturam humanam, quod ſecūdū illam vt ſecundum rationem adorandi, nō abſolute ſed vt ipſa fuit ratio redimendi, debetur Chriſto adoratio quæ & creatori.

Reſpondeo & dico, quod ſi ad maius ſummo nō poſsit aliquis obligari, tamē ex alia ratione poteſt ad idem multipliciter obligari. Exēplū de religioſo vouēte caſtitatem, & poſtea ſuſcipiente ordines ſacros. Ita poteſt concedi quod redimere principaliter, vel melius ipſam redēptionem perficere, ſi eſt tantum bonum conferens nobis, quantum confert nobis creatio, & per conſequens tātam in nobis ſeruitutē exigit ex opere redēptionis, ſicut ex opere creationis. Tūc ei qui principaliter efficit redēptionē, debētur ſumma adoratio tanquā ex ratione alia, ſed nō maior adoratio illa quæ ſibi debetur ex creatione, quia ſumma debebatur ex creatione. Et illud eſt verum, ſi aliquod bonum cōmunicatum creaturæ ſit ratio colendi conferentem vt Dominum, & non ipſa bonitas intrinſeca conferentis, puta ſi per impoſſibile eſſent plures Dii, & vnus creaſſet nos, & nō alter; ſi teneremur vnum adorare ſcilicet creatorem, & non alium qui non creaſſet nos: tūc bene poteſt dici, quod ſi per efficientiā redemptionis, collatū ſit tantum bonum quantum per creationem, tanta ſeruitus debetur ratione redēptionis toti Trinitati quæ principaliter efficit iſtā redēptionē, quanta ratione creationis, eo quod iſtæ ſunt diſtinctæ rationes propter quas debetur ſibi adoratio. Patet. Si autem ſumma bonitas intrinſeca Deū, eſt ratio adorandi, cū iſta nō ſit alia & alia propter aliud, & aliū effectū collatū creaturæ, non ſunt plures rationes adorandi Deum quātumcunque nobis beneficia conferat.

D. Si teneatur iſtud ſecūdū, tunc argumentum applicatum ad Chriſtum Redēptorem non cōcludit, quia illa natura in qua exercuit opera redemptionis nō ha-

bet iſtā bonitatem infinitam intrinſecā
qualitercunque ipſa eſſet ratio, vel prin
cipiū cōferendi nobis maximū bonum.
• Si autē teneatua ptimū ſcilicet ꝙ non
tantū bonitas intrinſeca ſit ratio adorā-
di, ſed ipſa vt cōmunicatiua maximi bo
ni in nobis: & hoc primarie ex ſe & pro
pter ſe, & non propter aliquā retributio
nē ſecundū illud Pſalmi, bonorū meo-
rū nō indiges, &c. Tunc poterit reſpōde
ri, quod Chriſtus ſecūdū naturā humanā
& ſi fuit redēptor, non tamē ſecūdū iſtā
naturā, principali er effecit redēptionē,
ſed tota Trinitas, & ita ſalutē nobis col-
latā per redēptionē, tātū effecit merito
rie vt homo: non autem debetur ſumma
reuerentia ei a quo non principaliter,
ſed ſecundario habemus ſummū bonū.
Sed reſtat vna dubitatio. Pro 4. art.

Ad argumēta. Ad primū, ſecūdum, &
tertiū principale, dico, quod probant,
prout ly ſolū modo tenetur ſyncathe-
gorematice, & vt excludit omne aliud a
natura diuina vt rationē adorandi, & ita
naturā humanā. Quia ſi natura humana
eſſet ratio adorationis latriæ, ipſa ſepa-
rata a Verbo eſſet ratio eiuſdē adoratio
nis, quod falſum eſt ſecūdū Aug. in lite-
ra. Quia ſi natura illa ſeparatur a Ver-
bo, illi homini nunquā ſeruio, hac ſcili-
cet ſeruitute latriæ.

Ad quartū, ꝙ eſt Gloſſæ ſuper Pſal-
mū, dico, quod poteſt exponi ſicut ſu-
pra. Vel poteſt exponi de ipſa carne vt
totali termino adorationis, ita ꝙ ibi ſiſta
tur in eius cōſideratione & adoratione.

Ad vltimū argumentum dico, ꝙ qui
diceret bonitatē intrinſecā ſummi, eſſe
rationē adorationis, concederet maiorē
& minor poteſt diſtingui ſicut & quæ-
ſtio principalis, eo modo quo cōceditur
ad quæſtionē ꝙ ſic. Et minor eſt vera,
& concluſio vera. Et in eo ſenſu quo di-
ctū eſt ad quæſtionē ꝙ non, minor eſt
falſa. Qui autē teneret ꝙ ratio adoratio
nis ſit bonitas ſumma, vt cōmunicans ſe
ſumme ipſi adoranti, quamuis concedat
quod ſumme adorandū ſit ſumme dili-
gendū, nō tamen concedet econuerſo.

Sed dubiū videtur, quomodo Chriſtus
ſecundum naturā humanā, hoc eſt iſtud
totū nō excluſa natura humana, ſit ſum
me diligendum, ſicut hoc totū ponitur
ad oratum non excludendo naturā hu-
manam a termino adorationis: cū enim
vnio iſta non ſit ſumme diligenda, quia
eſt bonū creatū, ergo nec ipſum totum
quod habet totalitatē ſuā per iſtā vnio-
nem. Poſſet dici, quod vel actus diligē-
di diſtincte reſpicit naturā diligibilē ſi-
cut obiectū alicuius in diligendo, & ita
nō totū ſumme diligitur ꝙ tamē adora-
tur ſūma adoratione, quia adoratio cō-
fuſe exhibetur toti: dilectio autē reſpi-
cit diſtincte naturā in termino adoratio
nis. Sed ſi dilectio tēdere poteſt æque
cōfuſe in obiectū ſicut adoratio, poteſt
concedi, quod Chriſtus habens naturam
humanā ſit ſumme diligendus, licet na-
tura humana non ſit ratio ſummę diligi
bilitatis, nec etiā vnio naturæ humanæ
ad Verbū. Qualitercunque ſit, ſicut Tri- *Nota exē plum.*
nitatē adoramus vna adoratione, & dili
gimus vna dilectione, nō excludēdo pro
prietates perſonales ab Eſſentia, quę ta-
men proprietates non ſunt formaliter
infinitæ: ita etiā tutū eſt in adoratione,
non nimis diſtinguere naturam illā crea
tā a Verbo, ſed Verbū ſubſiſtens in dua-
bus naturis adorare, & ita Verbum ha-
bens naturam humanam, poteſt ſumme
diligi, licet ipſa natura nō diligatur, nec
etiā ſūme diligatur vnio naturæ ad Ver-
bū quæ eſt creatura. Non enim videtur
ꝙ aliquis debeat velle peccare mortali-
ter, ne illa vnio nō eſſet, cū prceſſe nt l-
lius creati ſaluando, ſit peccandū mor-
taliter. Nec enim illa vnio præciſſe cōſi
derata beatificaret naturā intellectualē,
licet terminus vnionis beatificiaret, quia
eſt bonum infinitum, & ita ſuper om-
nia diligendum.

*Super diſt. 9. q. vnic art. 3.*

IN litera diuiſio, & ſubdiuiſio eſt Ly ſolum, Ca-
thegorematice, & ſyncathegorematice accipitur.
Cathegorematice idem eſt quod ſolitarie, & per
ſe. Syncathegorematice ideſt ſimul cum alio. Ly ſo-
lum ſincathegorematice notat excluſionem vnius
extremi ab alio. Sub diuiſio eſt. Ly ſolum excludit a
ratione adorationis, & a termino adorationis,

Prima Concluſio. Sumendo ly ſolum Cathego-
rematice, ſolum ſecundum naturam diuinam debe-
tur Chriſto latria, ſenſus eſt. Natura diuina per ſe eſt
ſufficiens ratio latriæ.

2. Concluſio. Sumendo ly ſolum ſyncathegore-
matice, non ſecundum vnam naturam, ſed ſecundū
vtramque totus Chriſtus eſt adorandus. Ex Dam. &
exemplis probatur.

3. Concluſio. Sumendo ly ſolum ſyncathegore-
matice, vt excludit a ratione adorationis, ſolum ra-
tione diuinæ naturæ debetur latria, quia nulla alia
natura eſt ratio ſummi domini.

Num

*Num latria debeatur Deo ratione dominij, an ratione maieſtatis vel diuerſorum attributorum.*

QVæſtio de qua videndus eſt Alexand. 3. p. q. 30. M. 1. art. 3. §. 2. & 3. Gabriel lectione 49 ſuper canonem, ſedem habet apud Autore ſolutione ad argumētū quod facit in corpore art. vbi reuocat in dubium, an ratio adorandi Deum, ſit ratio dominij, an vero bonitas intrinſeca. Ortum habet ratio dubitandi ex vltimæ concluſiona in corpore vbi probans illam inquit. Solum ſecundū naturam diuinam eſt adorandus, quia nulla alia eſt ratio dominij. Sed cum in natura diuina, non ſolum inueniatur ratio dominij, ſed ratio ſupremæ maieſtatis, ſummæ bonitatis & aliorum attributorum, quæritur an varietati titulorum, varius & diſtinctus modus reuerentiæ correſpondeat. Quod cauſa adorationi, in eadē re multiplex eſſe poſſit, docet S. Tho. 3. p. q. 25. art. 1. Apparet veritas, nā in eodem homine conuenire poſſunt hæc omnia. Scientia, virtus, magiſtratus, atque dignitates. Ad hūc modum quanuis Deus in ſe ſit vnus & idem, diſtincti ſunt tituli ratione quorum ſibi debetur honor & reuerentia. Hos titulos commemorat Damaſcenus oratione quarta de imaginibus. Primus eſt ſupremum dominium. 2. Sapientia gloria & ſanctitas, Hunc
Scot. forſan intellexit Scotus nomine bonitatis intrinſecæ ipſius adorandi. 3 Maxima beneficētia erga homines. 4 Quoniā ab illo ſperamus omne bonū 5. Quia illū oſſē bonus. Tūc arguitur ſic Dei bonitati correſpōdet amor, veritati fides, vere promiſsioni ſpes, vnde David. Memor eſto verbi tui in quo mihi ſpem
S. Thom. dediſti Iuxta quod S. Tho. in 3. d. 3. q 1. art. 3. quem refert Torres de Trinitate. q. 38. art. 3 diſp. 2. docet eſſe Angelos deputatos ad laudādam Dei bonitatem.
Chriſoſt. Alios ad laudandā Dei maieſtatē. Deſumpſit ex Chriſoſt. Pſal. 148. in illa verba Laudate Dominū de cælis. Ergo ad hunc modum diuerſis titulis honoris in Deo, nō idem, ſed diſtinctus correſpondet honor.

Secundo arguitur ex Gloſſa ſuper illud Pſalm. 7. Domine Deus meus in te ſperaui, vbi inquit. Domine omniū per potentiam, cui debetur Dulia, Deus omnium per creationem cui debetur latria, igitur diuerſum genus adorationis debetur.

Tertio probatur, quod ſolum ex ratione dominiū, nam Matth. 4 illud Deut. 6. Dominum Deum tuum adorabis & illi ſoli ſeruies allegauit Saluator reſpondendo Tentatorem. Quę verba explicans Aug. inquit. Dulia eſt ſeruitus debita creaturę, latria ſeruitus debita creatori. Sed dominium conſequitur diuinam naturam mediante actione creationis, ſicut paternitas mediante generatione, igitur ſeruitus debetur Deo ratione dominij.

In hac quæſtione tria quæruntur. Primum & præcipuum, ſi diſtinctum, debetur genus adorationis. 2. Si idem ex diuerſis titulis. 3. Propter quid præcipue adoretur Deus. Gabriel lectione 49. litera M. fa-
Gab. cile reſpondet ad primum negatiue dicens, non debere diuerſum genus adorationis, quia in Deo omnia ſunt vnum, & nulla eſt attributorum diſtinctio. Sed hæc ratio nulla eſt, quia illa diſtinctio quam Theologi ponunt inter diuina attributa, ſufficit ad hoc quod ex motiuo illius adoretur Deus. Oſtendit hoc prima ratio dubitandi, nam veritati fides, bonitati Dei, amor correſpondet. Et in ipſo Deo ſunt duæ diſtinctæ emanationes, & tamen obiectum intellectus & voluntatis non diſtinguuntur, niſi ſicut veritas, & bonitas, fauet expreſſe Pſalm. 135 Confi-
temini Domino quoniam bonus. Cōfitemini Deo Deorum. Confitemini Domino Dominorum. Sed confeſsio, ſeu laus & gloriſicatio, ſunt actus religionis, igitur ex diuerſis titulis poteſt honorari Deus, igitur non fruſtra ſed ſatis ad propoſitum quæritur an diſtinctum genus honoris correſpondeat his titulis, an vero vnum & idem genus. Pſal.

Concluſio. Cuilibet diuinæ excellentiæ debetur ſummus honor latriæ. Probatur. Honor eſt teſtimonium excellentiæ, vt docet S. Thom. 2. 2. q. 103. & debetur excellentiæ vt docet S. Thom. 2. 2. q 81. art. 4. ad 3 Sed omnes tituli commemorati inueniuntur in Deo ſub ratione ſummæ excellentiæ, cui nullus poteſt adæquari aut comparari, igitur ex quocūque titulo debetur ſumma adoratio & reuerētia. Conſequens eſt quod ſi eſſent plures Dii quorum vnus eſſet ſapiens ſine bonitate, alius bonus ſine ſapientia, quilibet eſſet ſumme honorādus, quia in ſummo haberet illam excellentiam.

Conſequens ſecundo eſt, quod non diuerſum, ſed idem genus adorationis debeatur. tenet conſequentia, quia vnum ſolum eſt ſummū in vno quoque genere, ſummum genus honoris, latriæ eſt, omne citra ſummum alterius generis eſt. Ratio ad concluſionem deſumitur ex Alexandro 3. p. q 30. M. 1. art. 5. §. 2 & 3. quia omnia fundantur in vna eadem
quæ excellentiſsima natura, & iuxta S. Thom. 2. 2. q. 81 art. 3. ad 1. & 84. art. 1 ad 2. diuerſæ rationes attributorum concurrunt ad conſtituendum vnum principium omnium rerum, quod in ſe omnem habet perfectionem, & totius eſſe eſt finis & origo. Formaliter forſam dixi. quod quælibet perfectio Dei, eſt ſumma excellentia, igitur cuilibet debetur ſumma adoratio; ſumma adoratio vnius generis eſt, igitur non diuerſum, ſed idem genus adorationis debetur. Cū hoc tamē ſtat quod varie colimus Deum: offerimus enim ſacrificium tanquam omnium dominatori, offerimus laudes tanquam benefactori, &c. Alex.

2. Concluſio. Potiſsima ratio quare Deo debetur ſumma reuerentia eſt ratione ſuæ maieſtatis, id eſt ſui excellentiſsimi eſſe. Probatur. Quia ſecundum Damaſ. lib. 1. orthodoxe fidei. c. 4 diuina attributa, non dicunt ſubſtantiam ſed circunſtant ſubſtantiam, id eſt noſtro modo intelligendi ſupponūt ipſam diuinam naturā, cuius ſunt perfectiones, ſed in hac natura, ſummo modo nos excedit Deus, etiā abſtrahendo a conſideratione attributorum, ſicut nos leonē abſtrahendo a ſapientia & ſimilibus, igitur hęc excellentia eſt prima & potiſsima. Colligitur
concluſio ex S. Thom. 2. 2. q 81. art. 4. ad 3. vbi inquit. Obiectum amoris eſt bonum, obiectum honoris vel reuerentiæ eſt aliquid excellens. Ergo videtur aſsignare diſcrimen inter excellentiam in bonitate, S. Thom.
& excellentiam abſolutam, quæ præciſſe & pure eſt excellentia. Inſinuat Scot. in 1 d. 1. q. 1. vltimo argumento ſed contra. Alexander 3. p. q 3 M 1. art. 1. Corduba vbi ſupra. Probatur ex precedenti. Summę excellētię debetur ſummus honos, ſed hæc eſt prima excellentia, omniū aliarum radix & fundamentum, igitur eſt primus & præcipuus titulus cui ſumme debetur honos. Facit pro hac illud Lucæ. 21. Videbūt filium hominis venientē cum poteſtate, & maieſtate. Non dixit. in ſumma ſapiētia. In ſumma bonitate. Iuſta hoc canit Eccleſia. Per quem maieſtatem tuam laudant Angeli. Scot.

3. Concluſio. Ratione dominij debetur Deo dulia, quæ eſt idem cum latria. Hanc, in quam magis inclinat Scotus, clare docet Corduba loco citato. Probatur. Seruus ratione Dominij debet Domino ſuo reuerentiã & timorem, ergo ſummo Domino ſumma reuerentia, hanc dicimus latriam igitur debetur ei adoratio latriæ, non ſolum ex honeſtate ſicut deberetur Deo qui non crearet nos, ſi per impoſſibile eſſent duo Dij, ſed eſſet debitum legale ſpecialiter ex hoc quod dedit nobis totum eſſe. Lege S. Tho. 2. 2. q. 102. art. ad 2. vbi debitum honoris reſpectu ſuperioris appellat legale. Reſpectu vero eorum quibus nõ eſt ſubditus appellat ex honeſtate. Si dicas, quid dicit dominium ſupra maieſtatem. Dico quod maieſtas dicit excellentiam illius eſſe in ſe, quatenus eſt quid magis. Dominium eſt illa poteſtas occidẽdi, & cuncta ad nihilum redigendi, eſt libera facultas vtendi libere rebus. Apparet diſtinctio prima à ſecũdo in rege exiſtente extra regnum ſuum, habet quidem maieſtatem & excellentiam regiæ dignitatis, non tamen dominium, quia extra regnum ſuum, nemine occid. reponſeit. Si tamẽ, vt exiſtimauit Auicẽna, creatura haberet a Deo virtutem creandi aliam creaturam, adhuc illa ſecunda non deberet ſumma adoratione adorare primã quia non eſſet in illa fundamentum illius ſupremi dominij.

Sed eſt validum argumentum contra iſtam partem. Quamuis res quæ adoratur latria poſſit eſſe aliquid creatum, puta humanitas Verbo vnita, & imago depicta: nihilominus ratio adorandi neceſſario debet eſſe diuina, vt latius dicemus dubijs ſequentibus, ergo ipſum eſſe acceptum a Deo per creationẽ, non poteſt eſſe ratio adorationis latriæ. Dico quod eſſe acceptum abſolute non eſt ratio adorationis latriæ, ſed ipſe Deus vt dans eſſe per creationẽ. Dices Deus vt dans eſſe, ergo ipſum eſſe, vt datum a Deo. Dico quod hic nõ videtur valere ab actiua ad paſſiuam, quia in ſecunda eſſe acceptum videtur ſignificari, vt principale, in prima Deus, ſignificatur vt prima & præcipua ratio, eſſe acceptum ſolum quaſi terminus productus a Deo vnde homo mouetur.

Scot. Hoc vt video voluit Scotus cum ad finem obiectionis dixit. Si teneatur quod non tantum bonitas intrinſeca ſit ratio adorandi, ſed ipſa vt communicatiua maximi boni. Ergo ratio adorandi non eſt bonum communicatum, ſed bonitas vt communicatiua illius. Per quod ſignificatur quod etiam ante quam communicet, eſt digna adoratione. Denique quando ſe communicat. Vnde verba Scoti manifeſtarũt quod magis poterat eſſe dubium: ſi enim vt communicatiua eſt ratio adorationis, a fortiori ipſa vt ſe communicans. Si enim Deus vt miſericors eſt dignus laude, a fortiori ipſe vt miſeratus. Vnde Dauid, Miſericordias Domini in æternum cantabo. Iuſta autem de cauſa dicitur communiter, quod adoratio & ſeruitus debetur ratione creationis, & dominij, quia iſte titulus explicatius ſignificat correlationem ad ſeruitutem. Ad iſtam & præcedentem concluſionẽ

S. Thom. iuuat. D. Tho. 2. 2. q. 102 art 3. ad 2. vbi inquit. Debitum honoris reſpectu ſui ſuperioris cuius eſt ſubditus eſt debitum legale ad quod homo lege compellitur. Reſpecto vero eorum quibus nõ eſt ſubditus, eſt debitum ex honeſtate. Per hunc modum ſubditi vnius regis honorans alium regem, honore regio quo honorant ſuum regem, etiam ſi non ſint illi ſubditi. Ex quo ſequitur quod ſi eſſent duo Dij quorum vnus nos creaſſet, & non alter, vni deberetur adoratio propter ſe, alteri propter ſe, & propterea quia nos creauit. Cum vnus & idem ſit Deus, qui talis erat ab æterno in ſe, & qui nos creauit, ei debetur ſumma adoratio vt talis eſt in ſe, & vt dedit nobis eſſe creationis. Vt talis eſt in ſe debetur ei latria, vt Dominus eſt, optime correlatiue dicitur quod debetur ei ſeruitus. Hoc modo intelligi debet

Gloſſa. Gloſſa ſecundo argumento inducta. Deo vt Deo debetur latria propter excellentiam ſui. Deo vt Domino non ſolum debetur adoratio & ſeruitus ex honeſtate, ſed eſt debitum legale, ideo debetur ſeruitus ſerui, ita vt ſicut in obiecto cui exhibetur adoratio, ponitur duplex ratio, nempe Deitas & dominium, ſic correlatiue ponatur in adorante nõ quæcunque ratio inferioritatis & nota ſubmiſſionis, ſed talis inferioritas. & nota, talis inferioritatis, nec perſequens in quo ſenſu non nulla poteſt poni differẽtia inter latriam & ſeruitutem. Sed obijcis mihi Gregorium in illa verba Matth. 25. homo quidam peregre proficiſcens. Vni dedit quinque talenta, &c. vbi inquit. Cum enim augentur dona rationes etiam creſcunt donorum. Tanto ergo eſſe humilior at quo ad ſeruiẽdũ Deo promptior quiſque debet · ſic ex munere, &c. igitur ex ratione & multitudine ipſorum beneficiorum conſurgit ratio ſeruitutis. Dico quod ratione beneficiorum & donorum, quæ ſi vere dona ſunt ex amore dantur, exurgit ratio. Deũ amãdi. tem ſed amandi, & ipſum propter beneficium laudandi, quia in talibus beneficiis relucet bonitas Dei vt communicãs ſe. Charitas ceteris virtutibus imperat. vt ei ſeruiamus, ſed ſeruitus, & adoratio nõ reſpicit, niſi excellẽtiam adorati. Apparet in hoc quod ſi ab inferiori excellentior beneficium accipiat, laudat, & amat qui excellentior eſt, ſed non ſeruit, nec adorat. Vnde reges recipientes beneficia & obſequia laudant, ſed non adorant. Legendus eſt Alexander 3. p q. 30. art. 3 §. 3.

Ad primum argumentum dico, quod ratio obiectiua veritatis, & bonitatis non conueniũt in vna ratione communi obiectiua alicuius virtutis, tamen omnes tituli commemorati conueniunt in ratione excellentiæ cui debetur honos, & cum excellentia in ſummo ſit, ex quocunque titulo idem ſummus honor debetur.

Ad 2. ex Gloſſa, quæ illa verba deſumpſit ex Aug. q. 94 ſuper Exod. reſpondet Alexand 3. p. M. 2. art. 3. §. 2 Seraphicus Bonauent. hac d. Dur. hac d. q. 3. ad 2 nomine duliæ non intelligere Aug. duliam ſpecificam Sanctis debitam, ſed duliam & ſeruitutẽ in communi, quæ prædicatur de latria & dulia ſpecifica ſanctis debita. Et cum S. Thom. 3 p q. 25 a. 2. inducat hanc autoritatẽ ad probandũ quod Chriſto vt Deo debetur latria vt homo eſt dulia venit Caietanus prædicta ſolutione, & doctrina. Sed hæc omnia dubia ſunt, non ſufficienter expoſita. Si enim hæc ſolutio vera eſſet, tunc nihil dignum ingenio Aug. haberemus, ſed eſſet ſenſus, Domino debetur dulia quæ eſt latria & adoratio. Deo debetur latria. Hoc eſt dignum ingenio Auguſti? Contra Caietanum eſt quod tunc ſententia D. Thomæ eſſet vera, ſed diſcurſus nullus, quia veritatem concluſionis nulla ratione probaſſet. Verũ quidem eſt quod humanitati tanquam rationi adorandi non eſt debita latria ſed dulia. Si autẽ autoritate allegata dulia non accipitur pro dulia, quæ eſt ſpecies diſtincta contra latriã, hæc ratio D Thom. nulla eſt. Probaret quidẽ quod deberetur humanitati, vt creatura eſt dulia Bonau. art. 2. q. 3.

quæ

quæ eſt latria, quod eſt error Vuicleff, quem refert Thomas Vualdenſis tom. 1. doctrinalis fidei art 3. c. 99 aſſerentis Chriſti humanitatem verbo dimiſſam, ut propria perſona adorandam eſſe adoratione latriæ.

Dico Auguſt. ſignificaſſe Deo deberi aliquid ſecundum ſe quod non debetur alicui alteri, Domino vero Deo eo quod Dominus deberi ſeruitutem ſicut aliis dominis, ac ſi dixiſſet Aug. quod aliis debetur etiam ſi Dei non ſint. Deo qui eſt Dominus debetur. Quod magis manifeſtum eſſet ſi diſtinguemus ſeruitutem ab adoratione ſimili modo quo diſtinguimus timorem filialem, & ſeruilem, vt adoratio ſit ſeruitus libera & amoroſa, ad quam nos inuitat Dauid dicens: Venite adoremus. Reges quoque voluntate venerunt adorare. Seruitus vero ſit ſubiectio minus libera & ſpontanea quæ inuenitur in Dæmonibus qui inuiti ſeruiunt Deo admodum ſerui murmurantis contra Dominum. Vnde copulatiue dicitur Deut. 6. & Matth. 4. Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies. Deo adoratio Domino ſeruitus correſpondet. Ex vicinitate autem & propinquitate nominum vnum pro alio ſumitur. Tunc obiectum quod reſpicit ſeruitus, eſt dominium eius, qui poteſt perdere in gehennam. Ob ectũ vero adorationis erit Mageſtas & excellentia ipſius diuini eſſe. Sic dicendo nec in Aug. nec loco Deut. & Matth. illa nomina erunt ſynonima, ſed nomina propinqui ſignificati, vel ſimpliciter, vel ſecundum connotatum.

Ad D. Thom. ſi terminos patrum non tranſgredior, aut in meſſam alienam falcẽ mitto, dico quod tam D. Thom. quam Caietanus clara & lucide non ex potuit eſt probare quod non latria, ſed alia minori adoratione ſit Chriſti humanitas per ſe adoranda. Hac autoritate inducta probat quaſi ſtimulis ſuppreſſa minor redditur ius. Oſtenditur ea dictis. Adoratio adeo ſpecificam nomen eſt & obiectum eius adeo determinatum, quod formaliter & cathegorematice loquendo, vt dicit Scotus concluſione prima tertiali. ſola diuina natura eſt obiectum & ratio adorationis (cætera vt imagines ſolum adorantur propter aliud) deo adoratio, quę Deo debetur, nullo modo deberi poteſt creaturæ cathegorimatice & per ſe. Seruitus autem ex natura ſui ſignificati correlatiue dicitur ad dominum ſeu dominationem, ſicut ſeruus ad dominum: ſub latitudine autẽ dominium, non ſolum Deus magnus Dominus terribilis rex magnus ſuper omnes Deos, poteſt intelligi, ſed reges & potentes, qui per ſapientiam regnant, & decernunt iuſtitiam. Rationem aſſignare in promptu eſt. Deus eſt nomen naturæ diuinæ, quæ nec vniuoce, nec analogice conuenit creaturæ, niſi nuncupatiue ſicut Moyſes dicitur conſtitutus Deus Pharaonis, Dominus vero dicit præciſſe ordinem ad ſeruũ, ideo analogi quadam vnitate dicitur de Deo & aliis qui ad modum Dei gubernant, & decernũt iuſtitiã. Ex quo ſequitur quod latria ſolum reſpicit Deum. Seruitus communior vox eſt, pluribus conueniens, ideo ſicut genus minus perfectionis continet quam ſpecies, ſic ſeruitus ea genere & modo ſuæ ampleſignificationis, minus perfecta eſt quam latria, quia latria ſolum reſpicit Deum cui ſumma debetur reuerentia, ſeruitus ſaluatur in aliis dominis cui debetur minor. Quamuis igitur talis ſeruitus, puta quæ Deo debetur reuera idem ſit quod latria, ſicut rationale animal puta rationale, idem ſit quod homo, tamẽ animal de ſe, minus perfectũ magis vniuerſale eſt quã homo. ſic ſeruitus minor eſt quam latria. Hæc ſeruitus domino debita dicitur dulia. Igitur bene arguit S. Thom. a ſimili. Si Deo, vt Deo debetur latria, quæ eſt velut ſpecies conſtituta per differentiam ſumptã ex Deo. vt obiecto, ideo nulli conuenit, & Deo, vt Domino conuenit ſeruitus, quæ de ſe eſt minor. Sic Chriſto vt Deo, debetur latria directe & præciſſe, vt vero Redemptor eſt, dulia quæ eſt ſeruitus. Ecce ſimilitudinem. Diſſimilitudo eſt, quod dulia ſeu ſeruitus Domino Deo debita erit ſumma non differens a latria. Dulia vero debita Chriſto ratione redemptionis meritoriæ, vt homo eſt erit inferior. Prouenit hoc ex vniuerſali on & generica acceptione: ſub genere autem latent multa cum diſtantia. Eſt optimum ac ſatis Theologicum exemplum Eſſentia diuina ita expreſſe formaliter & diſtincte ſupponit pro eſſentia, quod de ipſa dici non poteſt, quod generat, nec dici poteſt quod generatur. Deus nomen diuinæ naturæ eſt, non magis vniuerſale, quia Deus vnicus eſt, ſed quia concretum eſt magis confuſum vere dicitur, Deus generat, & Deus generatur. Ad hunc modum latria ſolum poteſt ſtare pro ſumma reuerentia ſoli Deo debita Seruitus vero poteſt ſtare pro illa quæ conuertitur cum latria, & pro illa ſeruitute, quæ minor eſt. Ideo bene Autores citati locuti ſunt, ſed minus clare. Et doctiſsime S. Thom. induxit Gloſſam ad probandum ſuum intentum per modum ſimilitudinis ea formali ſignificato, quod eſt ſignificare id quod de ſe eſt minus, quia poteſt ſtare pro minori reuerentia. Quantum ad ipſum Deum vt Deum, & vt Dominum nihil probat, quia ex vtroque titulo ſumma debetur. Doctiſsime autẽ & profunde locutus eſt Aug. cuius illi Gloſſa eſt q. 94. ſuper Exod quia formaliter Deo vt Deo latria, Deo vt Domino ſeruitus correſpondet, quæ duo differũt ſicut homo & animal, quod ſaluatur in aliis ab homine, ſic dulia ſeruitus, in aliis a Deo, quibus minor quam Deo debetur. S. Thom. ax latria debita Deo vt Deo, optime & formaliter loquendo, bene infert deberi latriã Chriſto vt Deo. Ea dulia debita Deo vt Domino, recte infert Chriſto homini deberi duliam, quia ſicut Dominus ſeruum emit, ſic pretio magno ab eo empti ſumus. Supprehit minorem. Sed iſta dulia de ſe eſt minor, igitur non latria ſed alia minor debetur.

Ad 3. patet ex dictis concluſione. 3.

*Num ratione redemptionis debeatur Deo maior reuerentia quam ratione creationis.* Dub. 2.

DVbium hoc ſedem habet apud Autorem loco præcedentis dubii, vbi poſt quam inquit quod Deus ſolum ſecundum naturam diuinam eſt adorandus, quia nulla alia eſt ratio dominii, obiicit contra ſe, Dominium non ſequitur immediate naturam diuinam, ſed mediante actione creationis ſicut paternitas mediante generatione. Sed tanta ratio dominii ſequi videtur ex redemptione ſicut ex creatione, ergo ſi latria eſt debita Deo ratione dominii, etiam erit debita ratione redemptionis. obiectio hęc vtrunque ſimul habet, & huius dubii eſt laudes, & ratio ad probandam partem affirmatiuam. Minorem, puta quod tanta ratio dominii ſequatur probat ratione & autoritate Gregorii & Apoſtoli. 1. Cor. 6.

1. Cor. 6. 1. Cor. 6. dicentis. Empti eſtis pretio magno glorificate & portate Deũ in cordibus veſtris. Ad emptionem ſequitur ſeruitus in empto, igitur dominium in emente. Hæc ratio probat quod ſequatur dominiũ & ſeruitus, ſed non probat an ſequatur tantũ dominium ſicut in creatione. Dico, quod licet hoc non probat, proceſſus tamen legitimus eſt, quia ponderata authoritate Apoſtoli debuit vt fundamentum probationis ſupponere, quod ſequatur dominiũ & ſeruitus membrorum ad caput, filiorum ad patrem futuri ſeculi, qui in æternum viuit cum Patre, & regni eius nõ eſt finis: vt poſtea ratione & authoritate Gregorii probat et ſequitur. Probatur autem ſic. Nihil naſci profuit niſi redimi profuiſſet. Ergo ſi non maior, ſaltem non minus bonum eſt, patet, quia nihil profuiſſet primum ſine ſecundo. Ratione ſic. Per redemptionem confertur bonum gratiæ & gloriæ, per creationem tantum, bonum naturæ, igitur maius bonum confertur per redemptionem, igitur tanta adoratio debetur ratione redemptionis ſicut ratione creationis, imo maior, ſi eſſet dabilis maior, ſumma, quæ pro creatione debetur, ſed quia ſummo non datur maius, & ratione creationis, ſumma adoratio debetur, ſaltem æqualis debetur ratione redemptionis. Hic tangit Scotus litera C. dicens. Ad maius ſummo nemo poteſt obligari.

In hoc dubio ſciendum eſt, quod vnum queritur, & inter reſpondendum & arguendum de aliis duobus dubitatur. Primo an ratio adorandi Deum ſit beneficium collatum creaturæ, vel bonitas intrinſeca. Cui dubio iam ſatisfecimus noſtra quæſtione præcedenti. Credo namque quod ipſum beneficiũ in ea nullo modo ſit ratio adorandi, ſed motiuum, ipſe vero Deus vt potens, terminat actum ſeruitutis cum adoramus illum vt creatorem, & ipſe vt bonus, cum adoramus illum, vt benefactorem poſt creationem. Et creatio, ad plus, poterit eſſe ratio quare adoramus illum vt creatorem. Inſuper poteſt eſſe dignitas, ratio obiectiua precipua & motiua ipſe Deus eſſe debet.

Secundum dubium eſt, an redemptio conferat tantum bonum ſicut creatio. Circa hoc dubito, quare Autor dubitet, an beneficium redemptionis fuerit tantum ſicut beneficium creationis, cum videatur manifeſtum longe maius & melius eſſe, quia redemptionis beneficiũ ad gratiã pertinet, creationis vero ad naturam, conſtat autẽ ea quę ſunt gratiæ, his quę ſunt naturę ſuperioris ordinis, & lõge digniora eſſe.

Secundo arguo ſic. Si ratio adorationis ponitur bonum cõmunicatũ tunc cũ omne bonum hominibus collatum non ſit ſummum, ſequitur quod ſolus Chriſtus Dominus qui habuit gratiam & virtutes in ſummo, tenebitur adorare Deum ſumma adoratione quæ dicitur latria. Si ratio adorandi eſt bonitas ipſius Dei, quæ eſt eadẽ in magno & paruo beneficio, fruſtra quæritur an hoc beneficium ſit maius, illud minus.

Abul. Hoc dubiũ in forma pertractat doctiſsimus Abulenſis Exod. 20, q. 7. vbi clare docet, beneficiũ creationis ſecũdum ſe eſſe maius, quamuis quo ad nos beneficium redemptionis fuerit maius. Doctrina hęc ſub obſcura eſt. Dico ergo quod hic non comparantur hęc duo ſecundum ordinem ad gloriam, & vt dona amoris, quia vt ſic maius videtur eſſe beneficium redemptionis, quod ſupponit beneficium creationis & plura alia dona, & eſt ſignum infiniti Dei amoris, dicente Euangeliſta. Sic Deus dilexit mundum. Sed comparantur hęc duo quatenus ſunt motiuum adorandi Deum. In hoc ſenſu vt modo expoſui maius motiuum adorandi ſumitur ex creatione, quæ, quia ſolius Dei opus eſt proprium, ſub tempore continet, vel ſubſcriptio ipſa eſt. Deus me fecit. Aliter ſcripto, vt Dior mahizo, & totum eſſe dedit, ideo directe huic operi correſpondet relatio ſeruitutis in creatura, & dominii in Deo. Redẽptio vero eſt beneficium ad conſequendam vitam æternam, & ſupponit iam eſſe creationis in quo primario fundatur relatio ſeruitutis. Ideo quantum ad hoc, nulla maior ratio ſeruitutis ex redemptione eſſe poteſt. Si diſtinguere mus ſeruitutem ſeruorum, a ſeruitute libera & voluntaria quam prompto animo filii preſtant, quæ præcipue naſcitur ex amore. Cũ beneficiũ redemptionis ſit maioris amoris, credo quod inde oritur maius vinculum amoris. Seruitus autem ſeruorum quæ in damnatis etiam inuenitur, magis ſequitur ex creatione. Per hoc patet ad primum argumentum.

Ad 2. dico, quod effectus nõ poteſt a ſe exuere & excitare relationem ad cauſam quam in ſe includit, Si effectus eſt beneficium dilectionis dicit neceſſarium ordinem ad benefactorem, ideo beneficium excitat, bonitas ipſius benefactoris vt ſe communicat eſt ratio adorãdi, & res quę adoratur, quia ipſe Deus eſt bonitas per naturam. Nobis quibus bonitas eſt accidens, ſic eſt ratio adorandi, quod non res adorata, in Deo & eſt ratio adorandi, & res adorata.

Ad principale dubium cum queritur an ipſi Deo debeatur æqualis adoratio ratione redemptionis, an forſan maior, reſpondet Scotus premittendo, dupliciter poſſe intelligi latriam eſſe Deo debitã. Vno modo ratione maieſtatis & bonitatis Dei in ſe. Alio modo ratione bonitatis vt communicantis ſe nobis. Si bonitas ipſa intrinſeca Dei, ſit ratio adorationis, cum hæc bonitas ſit eadem & non varietur ex beneficio, non plus debetur propter vnum beneficium, quam propter aliud. Si bonitas Dei, vt ſe communicans, & conferens beneficium, ſit ratio adorandi, ratione redemptionis non debetur maior, quia ratione creationis debetur ſumma adoratio, & non datur maius ſummo. Sed debetur eadem, ex alio titulo, ſicut religioſus, qui eo ipſo quod religioſus eſt ad caſtitatem tenetur. Si ordines ſacros ſuſcipiat, nouo titulo ad eãdem caſtitatem tenetur. Sic eadem ſumma adoratio debetur Deo ex diuerſis titulis creationis, & redemptionis.

Si hoc quod diximus de Deo conferente nobis beneficium redemptionis, contendas applicare homini Chriſto redemptori, dicendo. Sibi ſub ratione redẽptoris deberi ſummam adorationem latriæ. Argumentum nihil probat. De hoc art. ſequenti.

*Num homo Deus ſit adorandus latria.*

Quod Deus ſit adorandus, & vt vnicum ac ſupremum principium colendum, res eſt certa, naturali lumine cognita, precedenti dubio ſeu quæſtione ſatis manifeſtata, ideo circa ſecundã concluſionem, eſt dubium, an totus Chriſtus includendo non ſolum diuinam perſonam ſed humanã naturam ſit adorandus. Ratio dubitãdi eſt, quia humana natura eſt aliquid creatum, ergo non poteſt eſſe terminus adorationis latriæ. Hoc autem in preſentiarum quærimus. Non enim ſolum querimus, vt bene contra multos, notauit Marſilius in 3. q. 8. art. 1. Marſil.

3.q.8.art.1 in principio, an ſolum de nominatione quadam ratione communicationis idiomatum, cũ adoratur perſona diuina, humana natura poſſit dici adorata. Quia ſi ſolam adoraremus diuinam perſonam ſubſiſtentem in humana natura, vt vult Gabriel, conſurgeret talis denominatio. ſicut Deus dicitur vnitus. Licet enim contra Neſtoriũ diuidentẽ Chriſtum in duas perſonas, quas duabus adorabat adorationibus, hoc ſufficeret. dignitati humanitatis ad diuinum perſonale eſſe Dei eleuatæ hoc non ſufficeret. Neque per ſuperabundantiam quærimus, an in ipſa humana natura ſit ratio adorandi adoratione latriæ, quia hoc eſſet quærere an ipſa tantum ſolitarie, & per ſe adoraretur, quod reiicit Autor, concluſione 1. & 3. Sed medium tenentes quærimus an cum adoramus diuinam naturam, & perſonam diſtinctam ab humanitate, adoratio etiam feratur in ipſam humanam naturam diuinæ coniunctam, & ad vnitatem perſonę diuinæ eleuatam, ita vt ipſa humana natura, vere ſit terminus adorationis latrię vt aperte ſatis docet Scotus concluſione 2.

*Alex.* De hac re videndus eſt Alexander 3.p.q.30.M 2: quem ſequitur Gabriel hac d. art. 2.con.3. & in canone lectione 50. Corduba lib. 1. q. 3. dubitatione vbi docet hominem Chriſtum adorandũ eſſe adoratione latriæ, non tamen eius humanitas, etiam vt vnita eſt Verbo, quia etiam vt ſic eſt aliquid creatũ. Vnio enim humanitatis ad Verbum aliquid creatũ eſt in humana natura. Docet S. Tho. 3.p q.2. art. 7. Ratio eſt quia relatio non habet eſſe a termino, alias filius eſſet pater, ſed a fundamẽto in ordine ad terminũ, igitur relatio humanitatis create aliquid creatum eſt, igitur non adorabitur latria. Pro hac opinione facere videtur Damaſc. oratione 1. de imaginibus dicens. Materiæ Autorem adoro, qui propter me materia factus eſt, Materiam vero per quam mihi ſalus parta eſt, colere non deſinam, non tamen vt Deum abſit.

*Scot.* Oppoſita ſententia eſt Scoti hic, quæ eſt communis. Expreſſe docere videtur S. Thom. 3.p. q. 25. art. 2. ad 3. vbi inquit quod dignitas animæ Chriſti per hoc quod eſt vnita diuinę perſonæ nõ diminuitur, ſed augetur. Et art. 2. ad vltimum inquit. Adoratio latriæ non exhibetur humanitati Chriſti, ratione ſui ipſius, ſed ratione diuinitatis cui vnitur. Eandẽ ſententiam tenet Alexand. 3.p.q.30.art.2. Bonauẽt. hac d. art. 1.q. 1. Richard, art, 2.q.1. Marſil. in 3.q 8. art.2.concl 5. & 2. Alm. q.1. Vuald, tomo 3. de ſacramentalibus c.119. Ratio eſt quia tunc ratio adorandi non eſt aliquid creatum, ſed aliquid increatũ, ratione cuius humana natura poteſt eſſe terminus adorationis. Per hunc modum adoramus lignũ Crucis, quia habuit contactum ad corpus hominis Dei pendentis in illo. Hãc veritatem, & contra Neſtorium diffiniunt concilia, & in noſtro ſenſu tradunt Patres, Cyrill. lib 1. de fide ad Reginas dicẽs. in Chri-
*Cyril.* ſto non eſſe vnam naturam quæ adoratur, & aliam quæ non adoratur, ſed vnam verbi naturam incarnatam, adorabilem cum carne ſua vna adoratione. Ac ſi dixiſſet. Vtraque natura diuina & humana, eadẽ adoratione adoratur. natura vero diuina, cui caro erat vnita, erat ratio adorationis. Aug ſerm. 58. de Verbis Domini, poſt quam dixit quod Chriſtus erat colendus vt Deus, quia natura erat Deus, obiiciens cõtra ſe. Quod carnem eius adoraret, & non minus quam Deitati deſeruiret reſpondet dicens. Ego dominicam carnem, imo perfectam in Chriſto humanitatẽ propterea adoro, quod a diuinitate ſuſcepta, atque Deitati vnita eſt. Vt non alium atque aliũ, ſed vnum eundem quæ Deum. & hominem Dei filiũ confiteor. Vbi vltimis verbis inuehitur contra Neſtorium. Ad idem eſt Damaſcenus libro 4. c. 3. vbi inquit Nõ enim carnem nudam adoramus, ſed carnem Dei. Ideſt incarnatum Verbum. Diffinita eſt veritas in Concilio Epheſino can. 8. vbi cõtra Neſtorium dicitur Siquis audet dicere eo aſſumptũ hõminem coadorandum Deo Verbo & conglorificãdum tanquam alterum cum altero ac non potius vna ſuplicatione veneratur Emanuel, Anathema ſit. Diffinitur in ſimili in Concilio tridentino ſeſſ. 13. *Concil.* cap. 3. & can. 6. vbi diffinitur Euchariſtiam eſſe ve- *Epheſ.* nerandam latria, propter preſentiam diuinitatis & humanitatis. Vbi damnatur Ioannes Hus natione Germanus qui dixit Euchariſtiam nullomodo eſſe adorandam latria imo adorare erat idolatria, quia ibi Chriſtus non continebatur. Videndus eſt Pater Caſtro aduerſus hære. libro 2. Verbo adoratio hæreſ. 2. Sed eodem modo erat diuinitas in Chriſto extra Euchariſtiam, ergo ſi Euchariſtia eſt adoranda latria, etiam Chriſtus extra Sacramentum. Colligitur ex illo ad Philip. 2. In nomine Ieſu omne genu flectatur. Iſaie 24. Mihi curuabitur omne genu. Quod exponit Paul. Rom. 14 de Chriſto. Ergo hu- *Rom. 14* mo Chriſtus vna adoratione latriæ adorabatur. Ratio eſt, Deus & homo vnus erat Chriſtus, ergo vna adoratione, & veneratione erat adorãdus ideo illum hominem. Hebr. 10. appellat Paul. filium Dei dicens. Nouiſſime diebus iſtis locutus eſt nobis in filio. Poſtea. Cum introducit Primogenitum in orbem terræ dicit, & adorent eum omnes Angeli eius. Vbi loquebatur de adoratione latriæ. Ad hoc facit exemplũ de purpura, & Rege quod adducit Autor, quo vtitur Aug. ſermone 58. de verbis Domini cũ enim adoratur rex, ſimul co adoratur purpura eius. eodem exemplo vtitur Epiphanius in Anchorato *Epiphan.* dicens. Adoras Saluatorem incorporatum an non adoras? Quomodo vero non adorauero? Si enim nõ adorauero, non habebo vitam. Ecce igitur Chriſtũ adoras, ipſum corpus, ingens autem eſt veſania eorum qui talia dicunt. Nam rex purpura indutus ab omnibus adoratur. Num quid ergo purpura adoratur, aut rex? manifeſtum eſt quod rex, coadoratur etiam cum ipſo purpura quam geſtat. Hoc eodẽ exẽplo eiſdem fere verbis vtitur Damaſcenus citatus ab *Dam.* Autore lib 3 orthodoxe fidei, c.8. vbi optimo alio vtitur exemplo. inquit diuinitatem igni comparat, iuxta illud Deut. 4. Deus tuus ignis conſumens eſt, & humanitatem ferro ignito dicens. Quod timeo tangere propter ignem coniunctum, atque ſimul fugio ferrum & ignem. Ac ſi dixiſſet. Quemadmodũ ex paſſione naturali timoris, timemus ferrum ignitũ propter ignem coniunctum, ita quod non ſolum timemus ignem, ſed ferrum ipſum: non propter ſe, ſed propter ignem qui totum ferrum penetrauit. Ad hunc modum non ſolum adoro diuinitatem, ſed adoro & filiali, & reuerentiali timore timeo & veneror humanitatem. ſed humanitatem nõ propter ſe, ſed propter diuinitatem, quæ admodum ignis totã penetrauit humanitatem, dicente Paulo Col. 2. In illo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, ideſt totum hominem penetrauit & ſibi vniuit. A qua primo veſtes tangit. Cũ in magna copia deſcẽdit, vſ ad corpus penetrauit. Vnio quaſi ab anima incepit, quia Deus per ſpiritum, & animã, & corpus ſibi

ſibi vniuit, ſed inſtantanee ſine vlla temporis mora ipſum humanam penetrauit, & ſic ſimul animã, & corpus ſibi vniuit, ideo omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, id eſt vere & realiter diuinitas corpori eſt vnita. Propter hoc Damaſc. inſtar Moyſi accedere timet ad rubum ignis, in quo eſt Dominus. Hoc exemplo quod optimum eſt vtitur Scotus in corpore art. Vtitur etiam Epiphanius exemplo throni &
Epiph. Regis. Simul enim cum Rege, thronum adoramus,
Aug. in quo reſedit. Iuxta quod exemplũ Aug. Pſalm. 98. in illa verba. Adorate ſcabellum pedum eius, nomine ſcabelli intelligit Chriſti humanitatem. Predixit
Ambr. Ambroſius libro 3. de Spiritu ſancto. c. 11. Sequitur Caſſiodorus ſuper locum Pſalmi. Docet expreſſe antiquiſſimus Athanaſius libro de Incarnatione Verbi parum poſt principium dicens. Et quia increati corpus factum eſt, ideo eius corpus dicitur, cuius factum eſt. At proinde illi ſacra offertis, adhibeti quæ veſtram edoceationem, ea quę de cauſa, rite legitima quæ ratione adoratur, & diuina adoratione colitur.
Scot. Alio exemplo vtitur Scotus. ſolutione ad 3. dicens. Sicut Trinitatem adoramus vna adoratione, nõ excludendo proprietates perſonales ab eſſentia quæ proprietates non ſunt formaliter infinite, ita etiam tutum eſt in adoratione non nimis diſtinguere naturam creatã a Verbo. Sed Verbũ ſubſiſtens in duabus naturis adorare. Notãdũ eſt ad preſens & ſubſequens dubium Verbum illud. Totum eſt in adoratione non nimis diſtinguere. Ex his exemplis arguitur. Purpura Regis non vnitur ſubſtantialiter cum rege & tamen ſimul adoratur cum rege, igitur multo melius adorari poterit humanitas, quæ ſubſtãtialiter vnitur cum Verbo. Hinc maiorem vnitatem & rationem adorationis melius explicat vltimũ exem-
Cyrill. plum Scoti. Eſt Cyrilli in Apollogetico pro 12. capitulis in deffenſione 8 circa medium, vbi docens, Verbum ita adorari cum carne ſua, ſicut enim nẽ hominis cum corpore ſuo, ſubiungit. Vna autẽ appellatione quod ex vtriſque conſtat appellatur animal. Innumera ſunt alia ſanctorum Patrum loca, Sed his ſufficienter corroboratur veritas, & litera Scoti declaratur ac decoratur. Eluceſcit enim ex hoc quomodo preceptum colendi Deum determinetur per cultum & adorationem hominis Chriſt. ſu's Euchariſtia. Ex dictis conſtat quod ſit vitandus modus loquendi Caietani dicentis, quod licet Chriſtus adoretur latria, non eſt dicendũ quod humanitas adoretur latria, niſi quia hoc multi dicunt Vitandus eſt etiam modus loquendi Durandi, quem dubio 3 ſequi videtur citatus Corduba, dicentis, quod humanitas Chriſti ſit adoranda per accidens, quia hoc per aliud ſibi conuenit. Licet enim humanitas non adoretur ratione ſui, ſed ratione diuinitatis cui vnitur, & in hoc ſenſu opinio ſit vera, non tamen bene ſonat, quia vnio ſe ſuppoſita ex propoſito & liberã intentione adoratur non per accidens. Non eſt audiendus Gabriel docens humanitatem improprie adorari latria, quia quod improprie eſt aurum, nõ eſt aurum, vnde in re hoc eſt negare eſſe adorandam latria.

Ad omnia argumenta quæ fieri poſſunt, dico ſolum probari humanitatem non eſſe rationem adorandi, non tamen probant non eſſe terminum adorationis. Notãdũ in hoc art. quomodo Scotus paucis multa abſoluat, & quod non ſolo nunc vtatur exemplo animæ & corporis ad declarandam vnitatem humanitatis cum perſona diuina.

*Num humana natura, poſſit per ſe, non comprehendendo Verbum adorari.*

DE adoratione vnius Chriſti ſupponentis pro perſona diuina ſubſiſtente in vtraque natura, fuit ſermo dubio precedenti Preciſe nunc queritur de humanitate, an poſſit adorari non adorato Verbo cui eſt vnita. Pars affirmatiua probatur ex 1. Autoris. Chriſtus Dominus vt Patre inferior, illũ adorauit & pronus in terra oreuit, igitur ſi vt inferior ipſe adorabat, ipſe inferiori adoratione eſt Epiphan.
adorandus. Argumentum habet difficultatem, & autoritatem ex Epiphanio libro contra hereſes. 79. vbi ſimiliter arguit dicens. Sanctum erat corpus Mariæ non tamen Deus, reuera virgo erat ipſa honorata, ſed non ad adorationem nobis data, ſed ipſa adorans eum, qui ex ipſa, carne genitus eſt Ecce quomodo colligit non eſſe adorandam, ex eo quod ipſa adorauit.

Secundo licitum eſt humanitatem Chriſti per ſe laudare, glorificare, & adorare, igitur per ſe adorare non cõprehendendo Verbum. Antecedens probatur ex vſu Eccleſiæ, quæ in collecta ſecrete natiuitatis Mariæ orat. Vnigeniti tui Domine nobis ſuccurrat humanitas.

3. Si licitum eſt adorare igitur & ſacrificare, tenet conſequentia, quia ſicut ſacrificium eſt teſtimonium ſupremi principis, ita adoratio.

4. Probatur ex Damaſceno libro 4. orthodoxe fidei c. 3. vbi inquit. Si diuidas ſubtilibus cõceptibus, quod videtur, ab eo quod intelligitur, inadorabilis eſt, vt creatura. Facere quoque videtur ad hoc Epiphanius in Anchorato vbi docet quod cum Rege adoratur, & purpura dicens. Coadoratur etiam cum ipſo etiam purpura quam geſtat, vbi autẽ Rex hãc exuit & in locum repoſuit, non amplius veſtis purpuræ adoratur. Sed ſic eſt quod conſideratione illa preciſiua, quamuis ſit vnitas, conſideratur per ſe, ac ſi non eſſet vnita, quia abſtrahentium non eſt mẽdacium, igitur ſub tali ratione nullomodo eſt adorãda latria.

5. Bene poſſumus colere ſanctos propter Deũ non comprehendendo Deum ſub termino adorationis, quia Sancti per ſe habent quandam excellentiam ab excellentia Dei diſtinctam, ſed humanitas habet in ſe excellentiam a Verbo diſtinctam, igitur diſtincta, poteſt adoratione adorari.

Propter hęc argumenta Henricus quod lib. 10. q. 6. Alman. hac d. q. 1 Palud. q. 2. Durand. q. 3. Corduba lib. 1. q. 5. Gabriel hac d. & ſuper Canonem lect. 50. Caniſ. libro. 5 de beata Virgine cap. 15. Caietanus, 3. p. q. 25. art. 2. cum quibus non conſentit Scotus vt indicabo, docent huiuſmodi adorationem eſſe licitam actu interiori ceſſante omni ſcandalo & apparentia conueniendi cum Neſtorio.

Secunda ſententia eſt Scoti hic ſoluendo vltimũ argumentum vbi inquit eſſe tutõ non nimis diſtinguere adorationem humanæ naturæ a Verbo, & in hoc art. in corpore ſolum dicit humanitati ſecundũ ſua abſoluta deberi adorationem hyperduliæ. non tamen docet, ſola hyperdulia eſſe adorandam. Hanc ſententiam antea docuit Seraphicus Bonauent. hac d. art. 1. q. 1. dicens humanitati ſecundum ſe, & dona gratuita abſoluta ſolum adorationem hyperdu-

liæ deberi, quia tamen ſemper eſt Verbo coniuncta, ſic ſemper eſt apprehendenda, & cum Verbo adoratione latriæ adoranda. Hanc ſequitur Thomas Vualdenſis *Vuald.* tomo 3. de ſacramentalibus cap. 19. prope finẽ, Catharinus opuſculo de adoratione imaginũ. Clithoueus lib. de Euchariſtia. Hęc opinio dicit quod ſi humanitas conſideretur vt habens Sanctitatem & excellentiã ex donis, bene poteſt eſſe totalis terminus intellectionis, non tamen adorationis, quia talis actus moralis nõ ariet perfecte circunſtãtio natus. Secundo docet hæc opinio quod humanitas non poteſt recte conſiderari cum excellentia quam habet ex vnione Verbi, ſine conſideratione ipſius Verbi. *Concil.* Conſequenter nec poteſt adorari ſine Verbo. Pro hac opinione facit 7. Synodus generalis act. 8. dicens. Cum Eccleſia Catholica Chriſtũ pingit humana figura non diuidit illum a diuinitate vnitati ſicut qui hominem depingit non inanimatũ depingit. Vbi Concilium ſimul approbat ſimilitudinẽ vnionis animæ & corporis, & docet quod ſicut corpus humanum non debet conſiderari ſine anima: ſic humana natura ſine diuinitate, conſequenter nec diuidi poteſt adoratio, ita vt Chriſtum duabus adorationibus adoramus, vna hyperduliæ humanitatem, alia latriæ diuinitatem, igitur non ſolum diuidendo perſonam humanã & diuinam, ſimiliter adorationem, vt Neſtorius, ſed non diuidendo perſonam, non eſt diuidenda adoratio hyperduliæ humanitatis, & latriæ diuinitatis, ſed vna latriæ adoranda eſt humanitas Verbo vnita. Et in Epiſtola 10. Cyrill. quæ eſt Concilii Alexandrini approbata in Epheſino dicitur. Recuſamus autem & hoc, vt de Chriſto quis quam dicat, propter eum, qui hominem induit, eum qui indutus eſt veneror, propter inuiſibilẽ adoro viſibilem. Et in eadẽ epiſtola anathematiſmo 8. dicitur. Siquis audet dicere aſſumptum hominẽ vna cũ Deo Verbo adorandum & glorificandum, & Deũ tanquam alterum cum altero appellandum eſſe, & nõ magis Emanuelem vna adoratione honorat, & vnam illi glorificationem adaptat, ſicut Verbum caro factum eſt, anathema ſit. Igitur vna adoratione adoranda eſt natura humana, & diuina, & nullomodo introducenda duplex adoratio. Sicut enim a parte rei, Deus & homo vnus eſt Chriſtus, ſic vna debet correſpõdere adoratio. Sub his verbis diffinit hoc Concilium dicẽs, Siquis audet dicere, aſſumptum hominem vna cum Deo Verbo adorandum & glorificandum, & Deũ tanquã alterum cum altero appellandum eſſe, & non magis vna adoratione Emanuelem honorat, & vnam illi glorificationem, ſicut Verbum caro factum eſt, adaptat, anathema ſit. Idem eiſdẽ fere verbis habetur 5. Concilio Conſtantinopolitano, collat. 8. can. 9. Ex quibus conſtat, quod ſenſus Neſtorii damnatur tanquam erroneus. Et ſenſus Catholicorum reiicitur tanquam falſus. Pro hac ſententia facit Cyrill. Alexand. in apologetico pro 12. capitibus *Cyrill.* defenſione 8. vbi docet filium Dei cum carne ſua vna conſeſſione eſſe honorandum, quia vna eſt ſedes Dei & agni Apoc. 22. Sic vna adoratione adoramus regẽ exiſtẽtem in throno. Hoc exẽplo vtitur Epiphanius in *Epipha.* Anchorato iuxta quod Aug. illud Pſal. 98. Adorate Scabellũ pedũ eius, nomine ſcabelli humanitatẽ Chriſti intelligit. Quia ſicut ſuper ſcabellum, ſedet ſuper humanitatẽ, quæ etiam nomine equi intelligitur Zach. 1. Ecce vir aſcendens ſuper equũ rufum. Nomine nubis Iſai 19. Aſcendet Dominus ſuper nubem leuẽ. Iuuat Damaſc. lib. 4. orthodoxæ fidei c. 2. vbi pro eodẽ accipit, Chriſtũ ſedere ad dexteram Patris, & humanitatẽ honorari honore diuinitatis propter vnionẽ dicens. In eandẽ enim ſuam gloriam aſcita ipſius carne: vna enim eademque, cum ſua carne, adoratione, ab omnibus rebus conditis afficitur. Ad idem eſt Athanaſius oratione cõtra Arrianos. Theodoretus explicans illud Epheſ. 1. Secundum operationem virtutis dicens. Quod aſſumpta ciuſdem ex nobis natura, eiuſdem honoris cum eo qui ſumpſit, ſit particeps, omne miraculum ſuperat. Loco hoc Scotus non obſcure, ſed aperte ſatis art. precedenti ſolutione ad vltimum dicens. *Scot.* Ita etiam tutũ eſt in adoratione non nimis diſtinguere naturã creatam a Verbo, ſed Verbum ſubſiſtens in duabus naturis adorare. Conſtat autem quod diſtinguere, ſicut diſtinguebat Neſtorius eſt manifeſtus error. Igitur non ſolum loquitur Scotus contra Neſtorium, ſed contra Catholicos nimis diſtinguentes, & ſubtili cogitatione abſtrahentes humanitatem a Verbo, quod eſt terminus huius vnionis. vt docet Scotus vltimis verbis predicte ſolutionis, ideo dixit. Tutum eſt non nimis diſtinguere. Contra Neſtorium abſolute diceret, eſſe erroneum. Probatur concluſio ex prima propoſitione qua vt principio vero vtitur *Nota.* Scotus d. 1. q. 1. art. 1. probanda 2. concluſionẽ. Quocunque abſoluto intellecto in altero extremo, non intelligitur perfecta ratio vnionis, quia vnio non intelligitur ad ſe, ſed iſta natura eſt vnita, igitur ſi abſtractiue conſideremus illam ſecundum ſuum eſſe abſolutũ non conſideramus illam perfecte & decenter cum mageſtate & autoritate quam habet ex aſſumptione ad Verbũ. Conſiderando autem cum vnione neceſſario dicit ordinem ad Verbum, igitur licet non propter ſe, tamen ratione Verbi debet adorari latria, & aliter adorari indecens eſt. Secundo probatur ſic. Adoratio habet pro obiecto vltimo & terminatiuo aliquid exiſtens a parte rei, ſed humana natura a parte rei exiſtit vnita, igitur ſi adoretur perfecte, vt exiſtit a parte rei debet adorari vt vnita, conſequenter debet adorari latria. Hæc ratio ſequitur ex ratione aſſignata, quia quocunque abſoluto intellecto in humana natura non intelligitur ipſa perfecte, vt exiſtit. Clarius colligitur hęc ratio ex Scoto d. 1. q. 1. art. 4. vbi docet quod primus terminus mutationis & aſſumptionis eſt relatio vnionis, de quo ibi latiſſime diximus, & in bono ſenſu ea potuimus dicentes, terminũ primarium & formalem eſſe naturam, non quomodocunque, ſed vnitam. Hanc vnionem Scotus dicit relationem, quia quocunque abſoluto intellecto, &c. Igitur ſic eſt adoranda a parte rei. Nec hoc eſt contra Scotum d. 1. docentem, humanitatem habere propriam exiſtentiam, quia ibi loquitur Scotus de exiſtentia abſoluta quæ eſt terminus productus ex vi actionis creati, hic agimus de exiſtentia cum omni ſuo modo quem ex ſacris ordine ad aſſũ habet. Verbũ enim cũ nihil recipiat ab humana natura, ex quo extiã ſequitur q bene poteſt ſine humana natura conſiderari, ſicut ante incarnationem, & ſecundum ſuam maieſtatẽ adorari. Sed humana natura ratione vnionis eſt vnum cum Verbo a quo dependet. Dependere eſt recipere: recipit autem autoritatem, & excellentiam, igitur licet Verbum ſine ipſa, non tamen ipſa ſine Verbo poteſt adorari, & vt dixit Scotus, tute. Quod contra Neſtorium explicabimus ſine errore, contra Catholicos, nimis abſtrahentes, exponamus, indecenter. Ex principiis Thomiſtarum probatur ſic. Fieri non poteſt vt homo iuſtus adoretur, ratione iuſtitiæ, aut ſapientię niſi includendo ſapientiã quæ eſt ratio illius adorationis. Sed humanitas eſt grata ex vi vnionis, igitur fieri non poteſt vt adoretur humanitas ratione illius ſanctificationis quin ſimul adoretur ipſa diuinitas ſanctificans, deificãs, & eleuans. Maior ſuadetur ex Damaſceno citato art. 3. in corpore, vbi vtitur exemplo ferri igniti, quod non audeo ut tangere prop-



te prop-

re propter ignem vnitum, ita veneramur humanitatē propter diuinitatem vnitam ſanctificantem humanā naturam. Quamuis enim dignitas humanæ naturę deificatæ non ſit ipſe Deus vnitæ, quia tamen eſt effectus quaſi formalis ipſius deitatis, nec humana natura poteſt ſine diuinitate cōſiderari, nec decenter latria adorari, maxime dicendo cum Scoto art. precedenti ſoluēdo dubium vltimi argumenti, quod adoratio confuſe ſine abſtractione & diſtinctione reſpicit rem adoratā. Quod humanitas ſanctificetur ex vi vnionis probatur ex multis Patribus, qui diuinitatem, vnguentum quo delibuta & vncta eſt humanitas, appellant. Cyrill. lib. 4. in Ioannem c. 19. inquit Chriſtum vocari vnctum non ſicut alios Reges, aut ſanctos, ſed quia Verbum caro factum eſt. Chryſoſt. hom. 60. in Ioannem. Hylarius 7. de trinitate in illa verba Ioann. 10. Quē Pater ſanctificauit & miſit in mundum, dicūt ſanctificatum Chriſtū a Patre non ſicut alios homines, ſed ipſa diuinitate vnita humanitati in perſona Filij. Sed nomine vnctionis in ſacris literis intelligitur gratia, vt patet Iſai. 61. Spiritus Domini ſuper me propter quod vnxit me. Ad hoc facit parabula decem virginum vbi nomine olei intel igitur charitas. Dato quod ex vi vnionis nō ſanctificaretur, certum eſt quod habuit dignitatem ratione cuius poteſt ſibi iſte honor deberi.

2. Concluſio. Siquis abſtractiua illa conſideratione humanitatem conſideraret nō eſſet comprehendēdus ſub diffinitionibus & ſententiis Patrum, quia predicti Patres docent vnum, damnant alterum. Damnant diuiſam adorationem in ſenſu Neſtorij. Docent vnam omnino tanquam perfectam & decentem, ita vt preciſiua abſtractione diſtinguere nō damnetur tanquam error, ſed fugiatur tanquam indecens & indecorum.

3. Concluſio. Conſiderando humanam naturam ſecundum gratiam & cæteros habitus, & dona abſoluta, non debebatur humanitati Chriſti adoratio latrię, ſed hyperduliæ. Notandum eſt quod Scotus in hac concluſione, quæ in corpore art. ſequentis habetur, nō docet adoratione hyperduliæ eſſe adorandam, ſed ſolum dicit adoratione n hyperduliæ eſſe debitam. Secundum eſt verum. Primum vero non eſt licitum. Quamuis enim in vna eadem que perſona diuerſi cōueniant tituli, cauſæ quæ honoris, vt pote ſiquis Rex ſimul que Dux eſſet, Epiſcopus, & Comes, reuera non honore, inferiori titulo debito, ſed qui excellentiori titulo correſpōdet, eſt vene ādus, & reuerendus. Quod ſolum hyperdulia ex illo titulo ſit debita, patet, quia omnes illi tituli ſunt quid creatum & abſtrahunt ab omni ratione & ordine alicuius increati.

Ad primum argumentum quod in Autore ſecundū eſt, dico iuxta doctrinam eiuſdem ſolutione ad vltimum, quod homo Chriſtus cum adorat Patrem, ipſum reſpicit clare & diſtincte nō confundendo, nec ipſum vt vnum conſiderando cum humana natura Verbo vnita. Quia vero Deus & homo, vnus eſt Chriſtus, licitum non eſt hominem a Verbo abſtrahere, cum eſt terminus adorationis meæ. Sed nulla abſtractione facta (ſeparare, Neſtorianū eſt) hominem Deum, aut humanitatē vnitā Deo, debeo in cōfuſo adorare, & ita obiectū terminatiuū adoratiōnis erit humanitas Deo, vnita conſimili modo, quo fuit terminus generationis Mariæ. Sed humanitas ſola non fuit terminus, ſed humanitas vnita, ideo fuit mater Dei, quia vnus Chriſtus Deus homo fuit terminus totalis, igitur ſic debet eſſe totalis terminus adorationis. Autores oppoſitæ ſententiæ dicent actum adorationis cum fiat intellectu, aut voluntate, aut voluntate precedente intellectu poſſe ferri in id quod eſt precise abſtractum, non ſic actum generationis Mariæ, qui non fit per intellectum, ſed potentia naturali ex parte Mariæ, vt dictum eſt. d. 4. artic. 2. Sed reuera licet hoc ſimile nō conuincat hic, ſicut ibi, quia tunc oppoſitum dicere eſſet error, & quantum ad hoc bene aſſignetur diſſimile, nihilominus quod ex aliis rationibus, iam probatum eſt, hæc ſimilitudine maxime ſuadetur. Ad Epiphanium dico, non ſolum probare, non eſſe adorandam ex hoc quod ipſa adorauit, ſed ex hoc quod Deus non erat. Dato autē quod probaſſet ex hoc ſolum quod ipſa adorauit, in Chriſto nō valeret, quia cum ipſe adorat diſtinguitur obiectum a potentia adorante. Cū ergo adoro non debeo diſtinguere hominem a Deo, ſed vt vnum obiectum adorare vt dictum eſt.

Ad 2. dico, quod potuit laudari & glorificari propter excellentiam quam habet. Cum maxima dignitas humanitatis ſit eſſe vnū cum diuina perſona, non digne & perfecte per ſe adorari poteſt ſine Verbo. Eccleſia autem non orat Chriſti humanitatem, ſed petit per merita eius.

Ad 3. dico, quod ſacrificio proteſtemur ſupremum Dei dominium, vt eſt Autor vitæ & dominus mortis, quem intendimus placare propitium quæ tenere, a quo veniam ſperemus. Hæc omnia Deus ipſe ſine mediis imaginibus confert, imo illa de ſe denotāt primitatem cauſalitatis, quæ ſoli ipſi Deo in ſe conuenit. Deus autem mediis imaginibus ſe nobis repræſentat, & honor toti perſonæ in confuſo exhibetur, ideo terminatur ad perſonam, & ad ea quæ ſunt vnum cum perſona. Humanitas vnitate hypoſtatica, & perſonali vnū eſt cum diuina perſona. Imago vnitate analoga, de quo poſtea dicemus, ideo humanitas vnita, & imago Chriſti, latria, qua diuina perſona, honorantur. Cum Athanaſius libro de incarnatione Chriſti, loquendo de ipſo Chriſti corpore inquit. Proinde ſacra offertis, adhibetis quæ veſtram adorationem. Non intelligit ſacrificium ſtricte, ſed oblationem incenſi, quæ dicitur ſacra quia cultui diuino & ſacro deſeruit.

Ad 4. Ex Damaſ. dico, quod ſi diuidatur per abſtractionem ratione ſui non debetur latria. Sed ſic diuidere non licet. Et de hoc nihil determinate docuit Dam. Conditionalis igitur eſt vera. Sed abſoluta, & determinata non debet reduci ad opus.

Ad 5. dico, Quod eſt diſpar ratio de ſanctis & humanitate, ratione diuinitatis vnitæ, ideo adoratio debet ferri in totum obiectum vt exiſtit a parte rei.

Solutione ad 4. reſpondet Scotus cuidā Gloſſe, quam etiā allegat Bonau. ſuper illud Pſal. 98. Adorate ſcabellū pedum eius quæ docet humanitatem Chriſti nō adorādam latria. Solutio de ſe patet. Cuius ſit Gloſa non cōſtat. Legi plures, inueni vnum ſolum librū ſuper Pſal. in conuentu S. Franciſci de Valentia, qui aperte hanc docet opinionē. Foris inſcriptionē habebat. Põçonius ſuper Pſalmos. Intus cum legiſſem, liber antiquus Veneti impreſſus fuerat, iuſſu Ponçonii. Si autor fuit libri ex illis verbis clare non conſtat. Syxtus Senen. libro. 4. ſuæ Bibliotecę meminit huius Autoris dicens ſcripſiſſe ſuper totā Bibliā. Fuit magiſter S. Ludouici Regis Franciæ, qui obiit anno Domini 1270. tēpore Bonauent. qui Scotum preceſſit. Sic conſtat quomodo illa Gloſſa tunc temporis potuit eſſe celebris.

Cyrill.

4. Scoti.

Syxtus.

Sed

Sed reſtat vna dubitatio, quæ adoratio debeatur Chriſto ſecundum quod homo, ita quod illa natura inqua exercuit opera redemptionis noſtræ vt meritorie ſalutis noſtræ ſit ratio huius adorationis. Et ſi dicatur quod hyperduliſ, quæ eſt reuerentia exhibita creaturæ, contra hoc arguitur multipliciter.

Primo quia hæc reuerentia yperduliæ. ✠

# FVNDATVR ARTICVLVS IIII.

*Vitã humanitati Chriſti ratione redemptionis, ſit debita latria, tanquã rationi adorandi.*

AD 4. ſic proceditur. Videtur quod non ſolũ debeatur hyperdulia. Primo, quia hæc reuerentia hyperduliæ, ✠ deberetur ſibi abſolute ſecundũ illam naturam ſecũdum quam fuit plenus gratia, & ſi non redemiſſet nos, ergo nũc debetur ſibi maior quã in illa natura vt mediator redemit nos.

2. Item. Secundum illam naturã, eſt caput Eccleſię ſecundum Aug. ſuper illud Ioannis. Ego ſum vitis. Habet ergo influe-
*Ioan. 15.* re gratiam in totam Eccleſiam, ergo tota Eccleſia ſibi ſpecialius tenetur, quã ſi non eſſet caput, nec haberet influere. Sed ſi haberet tantam gratiã perſonalem quantam haber, deberetur ſibi ſuma hyperdulia, licet non eſſe tunc caput, ergo modo debetur ſibi maior.

3. Vna ratio ponitur ab aliquibus quare non potuit reparatio hominis fieri per puram creaturam. Quia tunc non eſſet perfecte reſtitutus ad illam excellentiam quam habuit prius, quia teneretur ſeruire illi creaturæ quæ eum reparaſſet, & non teneretur ſeruire ſoli Deo. Ex creatione vero teneretur ſeruire ſoli Deo; ergo oportuit reparatorem eſſe Deum. Iſta ratio non concluderet, ſi tantum adoratione hyperduliæ eſſet adorandus Chriſtus. Poſſet enim bene homo reſtitui ad iſtam excellentiam vt ſolum Deũ teneretur adorare adoratione latrię, & aliũ mediatorem teneretur adorare adoratione hyperdulię: non enim teneretur alium adorare latria. ſi modo natura humana in Chriſto non eſt ratio alterius adorationis a hyperdulia, igitur oportet modo eũ non tantum ſic adorare, hyperdulia, ſed latria.

4. Pręterea Anſelmus lib. 2. Cur Deus
*Anſelm.* homo. c. 14. probat quod vita illius hominis erat melior ſiue maius bonum, quam omnia peccata, quę non immediate erant in perſonam diuinam, erant mala, vel poſſent eſſe mala; loquitur autem de vita creata, qua priuabatur per mortem, quia occiſionẽ eius, dicitur eſſe grauius peccatum omni alio quod non immediate committebatur in Deum: deteſtabilius enim erat ſecundum eum illum hominem priuare vita, quã omne peccatum non immediate in Deum cõmittere: ſed in omni alio peccato auertitur voluntas a ſummo bono, ergo deteſtabilius eſt vitam auferre ab iſto homine, quã in quocunq; alio peccato auerti a ſummo bono ſi non immediate auertatur ab eo, ergo & iſta vita erat magis diligenda, quam ſummum bonum, vel ęque. Et ita erat vt bonum infinitum adorandum.

Vel aliter poteſt argui ex dicto Anſel. Qua ſi illud bonum erat tantum bonum quantum erat priuatio eius malum, & priuatio eius erat maius malum quam omnia mala, quę poſſent eſſe infinita, ergo illud malum fuit peius aliis malis infinitis, ergo bonum ſibi oppoſitum fuit bonum ęquale infinito, ergo Chriſtum ſecundum naturam humanam debetur adoratio eadem quę debetur bono infinito.

Reſpondeo dicendo, quod ſicut latrię exhibendę, poteſt poni ratio, bonitas intrinſeca adorati abſolute, vel bonitas illa vt cõmunicans ſe adorantis & hoc primo & principaliter ſecundum maximum bonum adorantis. Ita etiam poteſt poni ratio adorationis hyperdulię. Vel bonitas intrinſeca adorati abſolute, vel vt per ipſum tanquam per cauſam ſecundam communicatur adoranti magnum bonũ. * Si prima via teneatur non debetur Chriſto ſecundũ naturam humanam adoratio maior, vel alia, vel ex alia cauſa puta ex hoc quod eſt Redemptor, quam ſi non fuiſſet Redemptor, ſicut nec ſecundum illã opinionem debetur Deo maior latria, vel ex alia ratione latriæ ſi eſt creator quam deberetur ei ſi non eſſet creator. * Si autem alia opinio teneatur poteſt hic dici de hyperdulia ſicut ibi de latria reſpectu Dei, ſcilicet quod Chriſto quia Redẽptor, vel debetur maior reuerentia quam ſi non eſſet Redemptor, & hoc ſi illa quæ deberetur ei tũc nõ eſſet maxima. Vel ſi illa eſſet maxima deberetur ſibi modo eadẽ ex alia ratione, & hoc vidẽtur rationes probare.

Ad 1. patet, quia procedit de ipſo vt eſt mediator & cauſa meritoria ſalutis noſtrę.

*Diviſio ſimilis precedent. art.*

*1. Concl. iuxta 1. memb.*

*2. iuxta 2. memb.*

*Antea magna cõfuſio.*

Aliæ duæ rationes, quæ procedunt de autoritatibus, debent ſolui. Prima, de perfecta reparatione hominis concludit de congruo, quod perſona redimens & meritorie ſaluans fuerit Deus, vt ſic eidem perſonæ debeamus illam ſummam hyperduliam, quæ ei debetur ratione redēptionis meritorie factæ, cui etiam debemus adorationem latriæ ratione creationis. Sed nō eſſem is propter hoc minus perfecte reparati, ſi iſtam reuerentiam quam debemus meritorie ſaluanti in quantum meritorie ſaluans, deberemus exhibere alteri, quam ei cui debemus latriam. Sicut modo Mariam adoramus hyperdulia, & omnes alios Sanctos dulia. Nec tamen propter iſtam adorationem magis ſumus depreſsi, quam ſi ſolus Deus eſſet adorandus. Eſſemus autē multum depreſsi ſi alicui alteri deberemus illam adorationem quam debemus Deo, quia tunc eſſemus ſibi valde ſubiecti, quod concluderet maximam infelicitatem vel infirmitatem noſtri. Exemplum huius eſt. Magis congruit vt pater nutriat quam alius, vt ſic eidem perſonæ debeamus eandem reuerentiam, quę deberetur genitori, & nutritori. Si autem alius nutriret, deberemus vnam reuerentiam patri, & aliam alteri, & ita eſſem aliquo modo ſubiectus pluribus perſonis, ſed non æquali ſubiectioni.

*Maria adoratur hyperdulia ſancti dulia.*

*Exemp.*

Ad quartum dico, quod illa vita creata, non fuit bonum infinitum formaliter, nec ſumme diligenda. Vnde Trinitas voluit eam non eſſe in morte, ex quo voluit mortem. Sed auerti in vno a Deo, eſt grauius quam auerti ab eo in alio, & tanto grauius quanto conuerſio ad illum eſſet melior cęteris paribus: diligendo autem illam naturam humanam in Chriſto, quæ erat optima creatura quantum ad plenitudinem gratiæ, ſumma conuerſio potuit eſſe in Deum, quæ fit per actum vtendi creatura, quia illa creatura erat maxime coniuncta fini, & maxime referibilis in Deum vt in finem. Ergo auerſio a Deo circa iſtud obiectum odiendo ſcilicet illam vitam in eo quē Deus noluit odire, erat peſsima auerſio. Et ita occiſio illius hominis erat grauiſsimum peccatum quantum erat ex parte obiecti. Et quod dicitur, quod fuit grauius omnibus aliis peccatis etiam poſsibilibus non immediate commiſsis in Deum, poteſt dici quod cum illa habeant grauitates diſtinctas & vna illarum non includit aliam, grauitas illius quantum ad intēſionem maxima erat, ſed in aliis peccatis erat maxima quantum ad extenſionem.

*3.concl. tex.*

Vtrum autem illa vita fuit tantum bonum, vt eius oblatio ſufficeret ad delendum infinita mala, de hoc inferius in materia de ſatisfactione Chriſti pro peccato noſtro.

*Super Diſt.9.q.vn.c.art.4.*

ART. iſte incipit, vbi alius deſinit. Querit vnum preſupponendo aliud. Preſupponit quidem, deberi Chriſto adorationem titulo redemptionis, & titulo gratiæ & donorum. quę illum ſanctum iuſtum & rectū reddebāt. Comparatione facta, queritur an titulo redēptionis debeatur maior adoratio, quam ratione gratiæ & donorum.

Autor vtitur diſtinctione precedentis art. Quemadmodū ratio latriæ poteſt poni bonitas intrinſeca adorati, vel bonitas illa vt communicans ſe adoranti: ita etiam impreſentiarum ratio adorationis hyperduliæ, poteſt poni bonitas intrinſeca adorati abſolute. Vel ipſa bonitas, vt per Chriſtum communicat adoranti magnum bonum. Secundo ſupponendum dici poſſe quod ratione gratiæ & donorum, debeatur Chriſto ſumma hyperdulia.

Iuxta primum membrum prime diuiſionis eſt prima concluſio. Si bonitas adorati eſt ratio adorādi, nulla maior adoratio debetur Chriſto ratione redemptionis, quamſi non eſſet Redemptor. Ratio conuincens eſt, quia bonitas in ſe ſemper eſt eadem, ſiue ante, ſiue poſt redemptionem.

Iuxta ſecundum membrum diuiſionis, & ſecundam ſuppoſitionem eſt.

Secunda concluſio. Si ratio adorationis ſit bonitas vt ſe communicans adoranti, & ratione gratiæ & donorū debebatur ſumma hyperdulia, nō debetur Chriſto ratione redēptionis maior hyperdulia. Ratio huius eſt, quia non datur maius maximo. Erit tamen eadem hyperdulia debita alio titulo, vt dictum eſt de Deo creatore, & principali Redemptore.

3. Concluſio. Diligendo hanc humanam naturam Chriſti, eſt maxima conuerſio ad Deum, quæ fit per actū vtēdi creatura. Ratio eſt, quia humanitas Chriſti eſt maxime coniuncta fini qui eſt ipſe Deus cui hypoſtatice vniebatur. (vnio hypoſtatica dicitur maxima reſpectu aliarum creaturarum) & conuerſio in humanitatem Chriſti eſt maxime referibilis in Deum, hæc habetur ſolutione ad 4.

*Num Chriſti humanitas, vt cauſa meritoria redemptionis, ſit adoranda latria.* *Dub. 1.*

DVbium hoc, a dubio ſecundo precedentis artic. diſtinguitur, quia ibi de Deo principali redemptore, vel Chriſto vt Deo Redemptore fuit ſermo, hic de ipſa humanitate, quæ fuit cauſa meritoria, & velut inſtrumentum, quia non prima & precipua cauſa. Habet dubium propriam ſedem art. preſenti. Ratio vero dubitandi deſumitur ex precedenti, ex quo trahit originē. Formatur ſic. Deo vt creatori, & Redemptori debetur latria, ſed ſic eſt quod nos redemit mediante humanitate, igitur ſi ratio adorandi non ſolum eſt bonitas in ſe, ſed vt conferens beneficiū, cum fuerit ratio vel mediū conferendi, erit etiam ratio adorandi. Conſequentia probatur. Apoſtolus inquit. Empti eſtis pretio magno *1.Cor.6.* ſed pretium fuit pretioſus ſanguis eius, igitur cū ea emptione contrahatur ſeruitus, & ſeruus debeat Domino reueren-

reuerentiam, ſequitur quod ſi pretium fuit magnum, magna quoque adoratio, qualis eſt latriæ, ſibi debetur. Si dixeris quod debetur hyperdulia. Contra hoc arguit Scotus hic, probando quod debetur maior quam hyperdulia, quæ ex aliis titulis ſibi debebatur: maior vero hyperdulia, nulla alia eſt niſi latria, igitur latria debetur.

Vuicleff. De dubio hoc fuit error Ioannis Vuicleff, quem refert Thomas Vualdenſis tomo 6. doctrinalis fidei art. 3. c. 99 nem. 1. aſſerentis Chriſti humanitatem a Verbo dimiſſam, in propria exiſtentem perſona, eſſe adorandam latria, & diligendam vt Redemptorem. Contra iſtum errorem eſt veritas iſtius art. quæ in ſequentibus propoſitionibus conſiſtit. Prima, humanitati ſecundũ ſe, ſeu ratione ſui non debetur latria. Probatur. Non debetur humanitati vnitæ ſecundum ſe & ratione ſui. cõſequẽtia tenet, quia ſi vnitæ deberetur ratione ſui, etiam ſeparata eſſet adoranda latria, quia quæ ſibi conueniunt vnitæ ratione ſui, conueniũt ſeparatæ. Vltima ratio eſt, quia proprietates naturaũ nõ fuerũt confuſæ per vnionem. Antecedens probatur ex Aug. Sermone domini Ioann. 14. Si humanitas ſeparetur a Verbo, illi homini nunquam ſeruio hac ſeruitute latriæ, habetur concluſio in Autore art. precedentis ſolutione ad 1. 2. & 3.

Secunda Concluſio. Chriſto ratione redemptionis debetur ſeruitus. Hanc vt certam ſupponit Scotus, & probatur optime ex loco Pauli citato.

3. Concluſio. Humanitati Chriſti, vt eſt cauſa ſecũda noſtræ redemptionis, non debetur latria. Probat Scotus ad finem precedentis art. in corpore. Si ratio adorandi eſt bonitas intrinſeca, cum in humanitate nõ ſit bonitas infinita, non poteſt ea hoc titulo latria ſibi deberi. Si ratio adorãdi ſit bonitas vt ſe communicãs: cum humanitas non fuerit principale agens, ſed ſecundarium, non poteſt ei hoc titulo deberi latria. Notanter abſtinuit Scotus a Verbo inſtrumentum, quia cauſæ ſecundæ quæ agunt per propriã formam, maxime cauſa libera, non eſt inſtrumentum, ſed principalis, non prima ſed ſecunda.

*Num ſancti honore ſacro adorationis duliæ ſint honorandi.*

NOmen adorationis comprehendere honorem ciuilem Regibus exhibitum ex ſacris literis colligitur aperte Ruth. 2. Cadens in faciem ſuam, & adorãs ſuper terram dixit ad Booz. Vnde hoc mihi. &c. 1. Reg. 25. Abigail Dauidem adorauit. 2. Reg. 14. Cum ingreſſa fuiſſet mulier Thecuites ad Regem cecidit corã eo ſuper terram & adorauit, & dixit, &c. Bene Tharaſius epiſtola ad Conſtantinum & Irenem (habetur 7. Synodo actione 3.) dicit quod adorationis nomen ad cultũ regibus exhibitum extenditur. Hoc genus honoris hæretici ſanctis nõ denegant, adeo de hoc non eſt quæſtio. Nec eſt quæſtio de adoratione latriæ ſoli Deo debita. De qua intelligendum eſt illud Deut. 6. Dominum Deũ tuum adorabis & illi ſoli ſerues. Illud Iſaiæ, gloriã meã alteri non dabo. 1 Thimot. 1. Soli Deo honor & gloria. Gloria condendi creaturam ex nihilo propria virtute, aut beatificandi creaturam intellectualem impoſſibile eſt creaturæ donari, ſicut impoſſibile eſt naturam diuinam communicare. De hac adoratione intelligendus eſt Athanaſius ſerm. 3. contra Arrianos, Ambroſ. Roman. 1. Aug. libro de vera & falſa religione cap. cum dicunt ſolum Deum eſſe adorandum. Quæſtio igitur eſt an ſint adorandi quadam adoratione media, quæ latria ſit inferior, ciuili vero adoratione ſuperior. Quod nulla talis ſit videtur, nã preter cultum religioſum, qui virtute religionis Deo exhibetur, non videtur alius niſi ciuilis, qui virtute obſeruantiæ exhibetur in dignitate conſtitutis, de quo S. Thom. 2. 2. q. 102. aut qui virtute duliæ exhibetur dominis a ſeruis ſuis. Igitur aut ſub altero iſtorum comprehenditur, aut omnino nullus eſt.

Marginal notes, left column: Ruth. 2. — 1. Reg. — Athan.

Concil. Secundo arguitur ex canone 35. Concilii Leodiceni vbi dicitur. Non oportet Chriſtianos derelicta Eccleſia abire, & ad Angelos idolatriæ abominandæ congregationes facere. Quicunque autem inuentus fuerit occulte huic idolatriæ vacans anathema ſit.

3. Arguitur ex epiſtola Adriani ad Conſtantinum & Irenem, que habetur tom 3 Conciliorum, 2. Concilio Niceno actione 2. vbi loquendo de adoratione Sãctorum inquit. Qualis vero eſt iſte adorationis honor? Profecto non alius, quam is quo nos peccatores proſequimur ſalutantes nos inter nos per honorationem & dilectionem. Sed honor quo nos honoramur inuicem ciuilis eſt, & non ſacer, igitur non maior Sanctis debetur.

4. Arguitur Act. 10. ex hiſtoria Cornelii, cui dixit Petrus, recuſans eius adorationem. ſurge & ego ipſe homo ſum. Apocalyp. 19. Angelus dixit Ioanni volenti illum adorare. Vide ne feceris cõſeruus enim tuus ſum & fratrum tuorum Deum adora. Sed Ioannes non exhibebat Angelo adorationem latriæ, quia hoc non licebat, ſed duliæ, igitur ſi hanc Angelus recuſauit ſanctis exhibere non licet.

Euſeb. De hac re videndus eſt Euſebius libro 8. c. 6. Cyrill. contra Iulianum, lib. 6. poſt medium vbi referunt, Gẽtiles nobis tribuere quod ſanctos vt Deos colimus. Fauſtus, vt eſt videre apud Aug. lib. 20. contra ipſum Fauſtum inuerecunde auſus eſt reprehendere Chriſtianos eo quod idola in martyres conuertiſſent. Impudentius dixit, Chriſtianos dæmones adorare. Videndus eſt Auguſt. 19. de Ciuitate Dei, c. 23. Caluinus & Centuriatores, adorationem Sanctorum idololatriam appellãt. Iulianus Apoſtata Chriſtianos irridebat, quia multos miſeros homines, lege aſpera & dura vſos colerent. Leo Iſauricus hæreticus, quem ſecutus eſt filius eius Conſtantinus 5. dictus Copronymus, velut potentes Imperatores, edicto publico, omnem cultum & inuocationem Sanctorum prohibuerunt. Ita Nicephorus libro 18. Cedrenus in vitis horum Imperatorũ. Euſtathius, cui Pater Caſtro hunc tribuit errorem lib. 13. Eccleſias in quibus Sancti honorabantur, contempſit, & eos qui in Eccleſiis conueniebant, vt ſanctos adorarent reprehendit. Videndum eſt Conciliũ Grangrẽſe can. 5. qui refertur cap. Si quis docet. D. 30. vbi diffinitur. Si quis dicit domum Dei contemptibilem eſſe, & conuentus qui in ea celebrantur, anathema ſit. Iconomachi qui 7. Synodo ſic falſo nuncupate interfuerunt cum contra imaginum cultum diffiniſſent, contra voluntatem Copronimi Imperatoris diffinierunt, Sanctos eſſe adorandos & inuocandos. Fuit ſatis rationabile, Si enim viros excellentes literis & virtute præditos, colimus, a fortiori colere debemus Sanctos, aut eorum ſanctitas omnino neganda eſt.

Ariſt. Veritas Catholica eſt, adorandos maiori adorationequam ciuili, latria minori. Suadetur ex Ariſt. 8. Ethicorum vbi late probat homines virtute & excellentia præditos honore eſſe afficiendos. Septem ſapientes a Græcis, Ariſt. ab Alexandro, fortes duces a Romanis in maximo pretio & honore ſunt habiti. Vniuerſaliter igitur ad Gentiles, & hæreticos inferamus. Ergo. Eccleſia quæ reſpublica ſacra, ciuitas ſancta, noua Hieruſalẽ deſcendens de cęlo eſt, quia lege de cęlo deſcendente gubernatur, & lumine deſcendente a Patre luminum

illuminator, iuſte honorat Doctores, quia literatos Martyres quia fortes in bello. Denique ſenctam ruſticitatem comprehendendo, omnes ſanctos, qui fortiter contra propriu*m* appetitum, & antiquum ſerpentem dimicauerunt. Conſequentia tenet a paritate, quia omnis republica, viros excellentes & benemeritos, ſpeciali honore ſemper eſt proſequuta. Eccleſia iudicauit hos viros excellentes, igitur quamuis ipſi non aſſentientes minori, Sanctos noſtros adorare recuſent, ſaltim inuidoliuore nos accuſant quia aſſentientes minori, honoramus eos quos honore dignos iudicamus. Minor ipſa probatur ſic. Maxima excellentia quæ ex parte potentiarum nobiliſſimæ animæ rationalis fieri debet ſanctitas eſt, Sed Deus qui nec mentiri, nec alicuius falſi teſtis eſſe poteſt, mediantibus miraculis ſumma hominum diligentia comprobatis, oſtendit eorum ſanctitatem. igitur vtranque infertur ſimul, & quod non poſſimus eos venerari, & quod de eorum vita nullus poſſit iuſte dubitare.

Quia duo priora argumenta communia ſunt ad Iudæum, & Græcum, Barbarum, & Scitham, fidelem, & infidelem, ad eum qui credit, quia eſt & quia remunerator eſt, ſpecialiter probatur ſic. Quanto magis miniſter Regis repreſentat dignitatem Regis, tanto maiori veneratione honoratur, vt pote pro Rex pluſquam gubernator. Sed ſanctitas & excellentia propter quam ſanctos veneramur, non deſcendit a Deo Autore naturæ, ſed a Deo Autore gratiæ igitur honorandi ſunt honore excedente omnem honorem ciuilem, ſicut ordo gratiæ excedit omnem ordinem, & excellentiam naturæ. Ad eũ qui admittit ſacras ſcripturas probatur ex illo. Pſal 138 Nimis honorati ſunt amici tui Deus Ioan. 12. Siquis mihi miniſtrat me ſequatur, & vbi ſum ego, illic & miniſter meus erit. Ideſt honore maxime ſimili & coniuncto honori meo, & ſic maiori quã ciuili, minori vero quam diuino deo debito, quia minor eſt diſcipulus magiſtro, ſeruus Domino Diffinita eſt veritas 7. Synodo generali, ſuit 2. Nicena, actione 2 in Concilio

*Concil.* Gangrenſ. can. 2. vbi dicitur. Siquis Sanctorum memorias contemnendas putauerit, anathema ſit. Eadem veritas diffinita in Concilio Tridentino ſeſſ. 25. cap. de inuocatione & veneratione Sanctorum. Hanc veritatẽ docet Iuſtinus in 2. Apologetico. Athanaſius libro de

*Iuſt.* Virginitate circa finem. Aug. ſerm. 1. de Petro & Paulo. Bernard. ſerm in illud Apocalip. Signũ magnum. Vbi ſancti & concilia loquuntur de honore maiori quam ciuili. Videndus eſt Thomas Vualdenſis tomo 3. cap.

*Caſtro.* 118. Caſtro 13. aduerſus hæreſes, verbo ſancti. Alanus Copus dialogo 3. cap. 14. Ayala opuſculo de traditionibus Caniſius libro 5. de Beata Virgine cap 14.

Declaratur amplius veritas notando eſſe quaſdam ſpecies ſic diſparatas, & e regione oppoſitas, quod nullum habent ordinem inter ſe. Huiuſmodi ſunt ſpecies leonina, & humana. Aliæ ſpecies habent ordinem inter ſe vt pote albedo, & nigredo, quæ ſunt extrema oppoſita, inter quæ ſunt plures ſpecies intermediæ colorum, vt pote, fuſcus, rubicundus, ceruleus. Diuerſificantur autem huiuſmodi colores per receſſum ab vno, & acceſſu ad aliud extremum. Ex his quæ oculis videmus. Surgimus ad cognoſcendum quod non videmus. Habitus quo honoramus Deum, & habitus quo honoramus homines in dignitate conſtitutos, velut e regione opponuntur. Honor ſanctorum velut medius eſt Ratio terminatiua honoris Sanctis exhibitus, in ſanctis, non in Deo eſt. Ratio vero motiua illos honorandi Deus eſt, ſicut ratio motiua honorandi miniſtrum Regis, Rex eſt, quia non eſt terminatiua, nõ honoramus miniſtrum honore regio, ſed alio inferiori. ſic Sanctos minori quam Deum honore honoramus, maiori tamẽ quam hominem nobilem, quem honoramus honore ciuili. Inſuper, Deus finis eſt honoris Sanctorum, non ſolum ſicut eſt finis omnium aliarũ virtutũ, ſed ſpecialiſsimo modo, quia Deus ſpecialiter eſt in ſanctis ſuis. Declaratur exemplo. Si homines humilis conditionis, nõ honorat nobiles, perturbatur pax reipublicæ. Siquis honoraret animo placendi Regi qui intendit pacem reipublicæ, certe Regẽ pro fine haberet. Sed ſpecialiter eſt finis honoris exhibitus miniſtris, & aliter honoris, exhibitus miniſtris, & aliter honoris, exhibitus filio. Ad hũc modum aliter eſt Deus finis honoris ſanctorum. Propter hanc rationem bene poteſt conſtitui habitus quidam medius.

Ad primum argumentum patet ex dictis.

Ad 2. Dico Concilium damnare cultum dæmonũ, & malorum Angelorum, quos arte magica homines inuocabant. Colligitur hoc ex Concilio canone 34. vbi Concilium admittit cultum ſanctorum martyrum.

Ad 3, dico, Adrianum comparaſſe ibi honorem ſanctorum, honori ciuili, vt declararet non eſſe honorem latriæ, ſed ſanctæ polytiæ. Hoc autem ſufficit, vt honor illis exhibitus ſic longe alterius rationis ab honore ciuili.

Ad 4 Dico, cum Chryſoſtomo ſuper illum locum Petrum ex modeſtia & humilitate recuſaſſe illum honorem, quod ſanctorum communis conditio eſt, dũ ſunt in hac vita, in quo imitabantur Chriſtum, qui exinaniuit & humiliauit ſemetipſum. Inde autem non recte infertur non ſibi deberi. Ad ſecundum locum ex Apocalipſi 19. reſpondet Aug. q. 61. in Geneſim, correctum fuiſſe adoratorem, volentem illum vt Deum adorare, quia talis apparebat vt pro Deo adorari poſſet. Nõ facilis ſolutio quia quando Angeli vt legati apparebant, & cum Deum repreſentabant, ſicut cum Abraham tres videns, vnum adorauit, ſine correctione & reprehenſione poterant homines illos adorare. Dicere Ioannem ignoraſſe Angelũ eſſe, falſum conſtat ex c. 22. vbi cognoſcendo eſſe Angelum ſimiliter prohibitus fuit. Dicitur enim Cecidi vt adorarem ante pedes Angeli, qui mihi hæc oſtendebat. Et dixit mihi, vide ne feceris cõſeruus enim tuus ſum, & fratrum Prophetarum, & eorum qui ſeruant verba prophetiæ libri huius, Seraphicus Bonauent. hac d. art. 2. q. 5. ad. 2. aſſignat tres cauſas quare fuit prohibitus adorare, quarum duæ faciunt ad noſtrũ propoſitũ. Prima eſt propter dignitatem ipſius Ioannis qui multis Angelis erat excellẽtior. Hoc poteſt ſuaderi ſic Beatiſsima Virgo ſine dubio omnes Angelos gratia & dignitate ſuperabat, igitur, in puro homine fuit maior gratia, quã in Angelis. Tũc ſic. Poſt Beatiſsimam Virginem. Ioannes, ſi cunctis aliis ſanctior non fuit (ſit altum eſt hoc iudicare) ſaltim vnus ex quatuor ſanctiſsimis, & ſine dubio vnus ex duodecim qui primitias ſpiritus habuerunt fuit. Sed Angelorum, quidã magnus & velut infinitus eſt numerus, quorum quilibet ſuam conſtituit ſpeciem, & gratia data eſt illis iuxta naturam ſuam ſecundum S. Tho 1. p. q. 62. art. 6. igitur comparando ſupremum humanæ naturæ (excipio Virginem & Chriſtum) cum inferioribus Angelis probabiliſsimum eſt Ioannem multis Angelis eſſe ſanctiorem, & vnam ex ſedibus ſuperiorum Angelorum qui ceciderunt occupare. Secundo reſpondet hoc feciſſe Angelum propter dignitatem humanæ naturæ a Verbo aſſumptæ. Speciali enim modo Chriſtus homo, fuit hominum caput & redemptor, ideo Angeli Eccleſiæ principes quia adimplebant quæ deerant paſſioni

Margin notes: *Chryſoſ.* — *Apocal.* — *Bonau.*

ſionis Chriſti, quos Chriſtus dixit amicos, maxime eũ quem diligebat Ieſus, venerabantur, ideo noluit hyperdulia adorari, ſed vt æqualem & conſeruum eiuſdẽ Domini habere. Reſerata enim porta cœli iã homines conſortes, & comites Angelorum erant, quia admittebantur ad mẽſam & inuiſibilem cibũ quo angeli vtebantur. Antea homines quantũcunque iuſti detinebãtur in lymbo tanquam ſerui qui non ingrediuntur palatium Domini aſſidentes menſæ eius. Ne Apoſtoli quos Chriſtus amicos dixit, vt ſerui extra palatiũ Domini eſſent in lymbo, ante mortem Chriſti mortui nõ ſunt. Si ergo Chriſtus Dominus dixit illis. Iam non dicam vos ſeruos, ſed amicos. Quid mirum quod & ipſi Angeli non velẽt ab ipſis tanquam ſeruis adorari, ſed conſeruos appellare. quoniam vnus omnium erat Dominus, & paſtor Chriſtus. Hanc rationem docet ſuper illum locum Beda, Anſelmus, Ruppert. & Hugo de Sancto Victore.

*Num homines in dignitate conſtituti ſint honorandi, & adorandi.*

Circa aſſumptum fundamentum in quo præcedentis dubii fundatur proceſſus, nempe quod viri excellentes & in dignitate conſtituti ſunt honorandi, igitur & Sancti, dubitatur an ſit verum. Ratio dubitãdi deſumitur ex hiſtoria Mardochei, qui Heſter 3. & 13. recuſauit adorare, & genuflectere coram Aman, qui tamen vt vir iuſtus laudatur, igitur non omnibus in dignitate conſtitutis debetur honor. & adoratio. Mardoc.

Ad hoc dubium reſpondet S. Thom. quem ſequitur Lyranus ſuper Heſter, 22. q. 84. artic. 1. impiam Aman poſtulaſſe adorationẽ latriæ. Fauent verba Mardochei cap. 13. dicentis. Scis quia non pro ſuperbia, & contumelia & aliqua gloriæ cupiditate feceirm hoc, vt non adorarẽ Aman ſuperbiſſimum (libenter enim pro ſalute Iſrael veſtigia pedũ eius deoſculari paratus eſſem) ſed timui ne honorem Dei mei transferrẽ ad hominem, & ne quenquam adorarem excepto Deo meo.

Sed hæc ſolutio ſtare non poteſt, quia Aman ex mandato Regis honorabatur, igitur tanquam ſecundus poſt Regem, igitur non honore diuino honorabãtur, tenet conſequentia dupliciter. Primo, quia Aſſuerus nũquam poſtulauit diuino honore honorari. Cõſtat eſſe verum, quia nunquam Heſter huiuſmodi honore illum honorauit. Nec cum Dei offenſa, pro vita Iudæorum ſaluanda, hunc honorem exhiberet. Dato quod Aſſueros ſic vellet honorari, Aman tanquã Aſſuero inferior, inferiori honore volebat honorari. Secundo, ipſe Mardocheus cap. 13. ſe excuſabat dicẽs eſſe paratum aliquẽ maiorem exhibere pro ſalute Iſrael, igitur non ſummum denegabat honorem, ſed minorẽ. Si enim ſummum peteret non eſſet religioſus vir paratus maiorem exhibere, quia non ſunt facienda mala, vt veniant bona, puta ſalus Iſrael. Caietanus 22. q. 84 art. cuius ſententiam vt valde probabilem nonnulli ſequuntur inquit, talem honorem exhibere non fuiſſe deſe prohibitum, ſed quia cum tanta frequentia poſtulare ſibi exhiberi, genus erat ſuperbiæ, & arrogãtiæ, eo quod cum tali frequentia non exhibeatur cõmuniter hominibus, ſed Deo. Regibus nonnunquam & raro. Miniſtris, vt Aman erat, non debebatur tã profunda & frequens adoratio & corporis inclinatio. Cũ videmus aliquem, nunquam ſe humanum & affabilem oſtendere, ſed omni loco, & tempore velle magna cũ reuerentia & humilitate venerari, ſuperbiam eius arguẽtes, Hiſpane dicimus. Quiere ſer adorado como Dios. Caiet.

Denotamus quod Deum ſemper & vbique debemus profunda humilitate & reuerentia venerari, homines autem aliquando amicabiliter alloqui deſideramus. Propter hoc dixit Mardocheus. Timui ne honorem Dei intellige ex conſuetudine, in hominem transferrẽ. Id eſt etiam ſigno exteriori nolui Aman cum Deo coæquare. Sed quia genuflexio & externa ſignum nõ eſt proprium reuerentiæ Dei, dixit quod pro ſalute Iſrael paratus erat ſignum maioris reuerentiæ, puta oſculari pedes eius, quod ipſe non petebat exhibere.

*Num Sancti ex habitu religionis, ſolum propter Deum adorentur, ſicut adorantur imagines.*

Dubium hoc præcedens declarat, duas quæ connexas atque conſequẽtes quæſtiones continet. prima eſt an actus adorandi ſanctos ſit ab eodẽ habitu quo elicitur actus adorandi Deum. Quia habitus per actus, & actus per obiecta diſtinguuntur, ſequitur ſecunda quæſtio an ratio adorandi Sanctos ſit aliqua excellẽtia creata exiſtens in illis an vero adorentur ſolum propter Deum ſicut imagines. Quod ſic adorentur probatur ex Athanaſio libro de Virginitate circa finem vbi de adoratione Sanctorum inquit. Non enim eum, ſed Deum adorabis qui illum miſit. Hieronymus ad Riparium. Honoremus ſeruos vt eorum honor redundet ad Dominum. Ambroſ. ſerm. 6. in fine. Quiſquis honorat Martyres, honorat & Chriſtum. Ex parte intellectus probatur ex 1. Theſal. 2. Gratias agimus Deo ſine intermiſſione, quoniam cum accepiſſetis a nobis verbum auditus Dei, accepiſtis, non vt verbum hominum, ſed vt eſt vere Verbũ Dei, igitur quem vt miniſtrũ receperũt, vt miniſtrũ Dei honorare potuerũt. Ex parte vtriuſque potentiæ ſimul arguitur ex illo Lucæ 10. Qui vos audit me audit. Et qui vos ſpernit me ſpernit. Qui autem me ſpernit, ſpernit eum qui miſit me. Igitur ratio adorandi Sanctos eſt ipſe Deus qui illos inhabitat, & ſic adorantur latria, ſicut ipſe Chriſtus. Idẽ probatur ex illo Matth. 18. Qui ſuſceperit vnum paruulum talem in nomine meo, me ſuſcipit. Athan. Hieron. 1. Theſal.

Secundo. Magis & minus non videntur ſpecie differre. Nec calor ignis. & calor aeris, ſed excellentia Dei & Sanctorum ſic videntur differre igitur eodem habitu honorantur.

Tertio. Proximus diligitur eodem habitu charitatis, quo diligitur Deus, ergo honoratur ex habitu religionis quo honoratur Deus. Conſequentia tenet a paritate rationis.

Marſil. in 3. q. 8. art. 1. ad finem dubii 3. ſequitur partem affirmatiuam dicens ſolum differre penes diuerſa cõnotata; reſpectu enim Dei dicitur latria, reſpectu vero Sanctorum dulia. Opinio probatur & declaratur 3. argumento. Dilectio enim charitatis erga proximũ dicitur amicitia, erga Deum vero qui nobis ſuperior eſt, ſuper amicitia. Vterque tamen actus ab eodem habitu eſt.

Oppoſita ſententia eſt communis. Hanc docet Alexander 3 p q. 30. M. 1. art. 2. §. 2. Bonau hac d. art. & q vltima. S. Thom. 2. 2. q. 103. Albertus hac d art. 6. & 7. Sed non clare indicant quomodo differat ab honore quo honorantur homines in dignitate conſtituti. Pro cuius declaratione notandum eſt quod dulia accipitur communiter & proprie. Proprie eſt ſeruitus ſeruorum erga dominos, talis ſeruitus non eſt debita gubernatoribus & aliis in dignitate conſtitutis, qui non dominantur dominio deſpotico, ſed ciuili. Dulia cõmuniter & vniuerſa-

in Deum tranſiens. Adhuc modũ in ciuilibus eſt quidã Regis poteſtas in prætoribus & ciuitatum gubernatoribus, ſed longe & remote, in Pro regibus propinque. Eſt in gubernatoribus ſicut cauſa in effectu. Sed in Pro regibus & legatis ab eo miſsis qui ipſius Regis repreſentant perſonam, eſt ſicut imaginatum in imagine, ideo longe aliter honoratur, ſeu dignoſcitur Rex in Prorege, & in gubernatore. Aliter mouetur quis ad diligendum ſeruum amici, & filium amici. Seruum enim amici propter amicum diligit. Sed filium amici vt imaginem & proprium eſſe amici diligit. Ideo ſi motiuum non differt, ſaltim ratio terminatiua amoris longe alia eſt. Sic intelligendũ eſt illud. Lucæ 14. Qui vos ſpernit me ſpernit. Qui ſpernit me, ſpernit eum qui miſit me. Qui ſpernit Chriſtum, qui Col. 1 eſt imago Patris, ſpernit Patrem a quo filius accepit eſſe. Sed qui ſpernit Apoſtolos e Chriſto miſſos indirecte & remote ſpernit Chriſtum. Hoc pacto intelligendæ ſunt autoritates Sanctorum. Secũdo dici poteſt, quod ſi fieret iniuria Sacerdotu ex odio Chriſti, ſolo animo impediendi prædicationem Euangelii, vel ſacrificium Euchariſtiæ ipſe Chriſtus tunc ſperneretur. Hoc ſecundo modo Sanctis, & Sacerdotibus irrogant iniuriam hæretici. Primo modo Chriſtiani cũ irreuerenter ſe habent circa cultum Sanctorum, vel honorem Sacerdotum. Per hunc modum, qui credit, Deo reuelanti credit. *Luc.*

Ad 2. dico. Honorem Dei & Sanctorum, non differre ſicut magis & minus intra eandem ſpeciem, ſed abſolute differre ſpecie, vel genere, quia cauſa honorandi Deum, nulli eſt communis, inde colligimus honorem eius omnino differre ab omni alio honore. Secundo dico in ſpeciebus intermediis, magis & minus mutare ſpeciem, non vero in extremis: magis enim, & minus album, aut magis & minus nigrum non variat ſpeciem. Sed fuſcus color per additionem nigredinis poteſt peruenire ad nigredinem, & per ſub tractionem nigredinis poteſt peruenire ad albedinem. Et liberalitas per hunc modum peruenire poteſt ad magnificentiam, quæ ſpecie a liberalitate diſtinguitur.

Ad 3 dico, duo oriri dubia. Primum quomodo eadem charitate diligatur Deus & proximus, cum obiectum charitatis ſit bonitas infinita, quæ nec eſt, nec eſſe poteſt in proximo. Secundũ dubium eſt ipſum quod propoſitũ eſt puta quæ ſit diſparitas rationis, quare diligamus Deum & proximum ex eadem charitate, & non adoremus ex eadem virtute religionis ſeu latriæ.

Dubium primum difficile eſt ſatis, ſuperans montes & colles, qui illuminati ab eo qui mirabiliter illuminat a montibus æternis, ſuſceperunt doctrinam populo. hoc autem Verbum Dominus celauit ab eis. ideo eſt illis verbum hoc abſconditum. Non exacte & perfecte expoſuit doctiſsimus Xuarez 3. p. q. 25. qui innumera alia erudite & eleganter exponere ſolet. S. Thom. 2. 2. q. 25. art. 1. reſpondet quod ex complacentia & dilectione qua Deum diligimus, volumus proximo bonum, vt bonum ipſius, ideo eſt amor amicitiæ nõ concupiſcentiæ. Ex hoc nec veritas perfecte intelligitur, nec ratio diſparitatis aſsignatur. Solutione ad 2. diſparitatem aſsignat dicendo amorem verſari circa bonum in vniuerſum, & communem, honorem vero circa proprium eius quem colimus, ideo diuerſæ bonitates, non diuerſificant amorem, ſi dilectio eorum ordinetur ad vnum bonum commune, ideo eadem charitate diligitur Deus & homo. Honor vero tendit in bonum & excellentiam particularem eius quem honoramus, cum autem lõge diuerſa ſit excellentia Dei & Sanctorum, non eodem, ſed diuerſo *Xuarez* *S. Tho.*

habitu honoramus Deum, & Sanctos. Pulchra & vera ſolutio digna tali viro lucidiſsimo Eccleſiæ lumine. Sed quia in ſũma aſsignatur expoſitione indiget & obſcura eſt. Qua propter Vazquez libro 1. de adoratione imaginum diſt. 6. cap. 2. fol. 51 p. 1 ſui ingenii tarditatem fatetur non valens percipere hanc ſolutionem. conſequenter reiicit illam inſtar ſtomachi qui non recipiedo cibum euomit illum. Reiicit autem primo, quia obiectum amoris non ſolum eſt bonum commune & vniuerſale, ſed bonum proprium & particulare. Secundo non ſatis apparet quo pacto bonum particulare quod. volumus proximo referatur in bonũ vniuerſum quod eſt ipſemet Deus, & cultus Sanctorum non referatur. 2. 2. q. 81. art. 4. aſsignet S. Thom. eandem ſolutionem aliis verbis dicens, quod obiectum amoris eſt bonum quod communicatur creaturæ. ideo Deus & proximus eadem charitate diligi poſſunt. Obiectum vero honoris eſt excellentia quæ non communicatur creaturæ ideo non eadem virtute religionis coluntur. Hanc quoque ſolutionem impugnat quia creaturæ non cõmunicatur bonitas infinita, ſed bonum quoddam participatũ hoc autem modo etiam communicatur aliqua participata excellentia, igitur non aſsignatur diſparitas rationis, ſed æqualis eſt ratio dilectionis & adorationis, ſeu charitatis & religionis. Si nomine bonitatis quæ communicatur creaturæ intelligitur ipſemet Deus, ad huc non ſatis eſt vt dicamus Deum & proximum eadem charitate diligi. Probatur ſupponendo (hoc enim certum eſt nor. quia ex ſolutione eius pendet expoſitio huius difficultatis) quod charitas & amor amicitiæ idem ſunt. Tunc ſic. Si diligendo Deum diligimus & volumus Deum diligi a proximo, talis amor eſt amor amicitiæ, erga Deum, erga proximum vero non eſt amicitiæ, ſed concupiſcentiæ. quia volo illum altari pro Deo Si autẽ diligendo proximum, diligo illi Deum, puta quod illi ſe communicet per gratiam, & denique vt illi det gloriam iſte amor eſt amor amicitiæ erga proximum, non tamẽ eſt amor amicitiæ ipſius Dei. Ergo indubitata veritas eſt quod Deus & proximus non amantur amore amicitiæ ex eodem habitu charitatis, ſed alter eorum eſt concupiſcentiæ. *Vazquez.* *Nota.*

Secundo docet hæc opinio quod cum diligimus proximus & volumus bonum, vt bonum ipſius, non diligitur ex charitate, ſed ex quadam generali charitate, quæ beneficentia dici poteſt. Ratio eſt, quia charitas eſt virtus Theologica.

Hanc quæſtionem attingit Scotus infra d. 28. arg. 1. & art. 2. vbi arguit ſic. Vnius habitus vnum eſt obiectũ formale, in Deo autem & proximo eſt alia ratio bonitatis, igitur non eodem habitu diliguntur. Pro explicatione terminorum quibus interdubitandum & arguendum vſi ſumus, ſciendum, ex eodem Scoto in 3. d. 28. in principio corporis, quod velle eſt duplex. Eſt enim velle aliquid amore amicitiæ qui eſt propter ſe vel propter amatum. Eſt amor concupiſcentiæ. vel commodi, quando diligo aliquid non propter ſe, ſed propter aliũ. Verbi gratia. Diligo Petrum deſiderando ei quodcunque bonũ, iſte eſt amor amicitiæ, ſi re vera totus affectus eſt ad bonum eius. Si diligo Petrum quia eſt mihi vtilis ſeruus, aut amicus, aut ſpero aliquid mihi futurum, eſt amor concupiſcentiæ, & me ipſum, vel illum cui diligo illud commodum, amo amore amicitiæ. Ex his prudens lector iudicabit de aliis. *Scot.*

Secundo notandum cum Scoto loco allegato quod Deus dicitur charus & dilectus ab habitu charitatis. Deus autem qui eſt bonum commune omnium, non

Illum vult

vult quod alius amet illam eandem figuram, & vultum: hoc enim eſt amor Zelotypiæ. Zelus, amor, typus idẽ eſt quod figura. Sed Deus qui ſecit omnes, vult ſaluos facere omnes, & videri a beatis quibus vt bonum commune ſe communicat. Inde eſt, quod amor inchoans ad diligendum hoc bonum vt proprium, non eſſet ordinatus, quia Deus qui eſt bonum commune, non vult eſſe bonum priuatum alicuius, ideo ſe comparauit fonti, quæ perpetuo manat, & perpetuo ſe communicat. Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ. Nec ille amor eſſet perfectus, quia perfecte diligẽs vult dilectum ſuum ab omnibus diligi, ideo illum laudat vt ab omnibus cognitus, ab omnibus diligatur & honoretur. Vnde Apoſtolus ſolicite prædicabat Euangelium Chriſti Ieſu, & Chriſtus Dominus nomen Patris annũtiabat. Ex hoc patet quod cum iſte habitus ſit perfectiſsimus, & actus perfectus eius non ſit diligere Deum tantum abſolute, ſed perfectus actus eius ſit diligere Deum, vt eſt ſummum bonum. Inde eſt quod actus eius eſt diligere Deũ volens ipſum diligi ab omnibus (dices quod hoc eſt diligere Deum amore amicitiæ, non proximum audi quod ſequitur) volendo hoc (quod maxime conſiderandum eſt, & arguens non conſideratur) diligo me, & diligo proximum volendo ei bonum quod eſt Deus, ideo in iſtis actibus reflexis, datur ſimul actus primarius diligendi Deum amore amicitiæ diligendo illum propter ſe ipſum, & amor concupiſcentiæ cum volumus vt proximus illũ diligat ſeruido amore ſuper omnia. *Hierem.*

Datur etiam amor amicitiæ erga proximum, quia reuera hoc quod ipſe diligat Deum, eſt bonum ipſius proximi & ſic datur amor amicitiæ circa illum, licet ſecũdario, nam primario certum eſt quod diligitur Deus. Ratio Scoti eſt, quia actus directi & reflexi, non ponitur duplex, ſed vnus habitus. Arguens autem defecit in iſto actu reflexo & ſecundario. Eſt autem alta mente conſiderandum quod cum diligo Ioannem, & diligo quod ipſe diligitur a Petro & a Paulo, ſolum Ioannem diligo amore amicitiæ, cæteros amore concupiſcentiæ, quia inde nullum commodum, imo poteſt ſequi incommodum Petro & Paulo, ſi alius illos perſequatur, quia diligunt Ioannem. Cum Deus autem ſit bonum commune, eo ipſo quod illum diligo vt bonũ commune pots quod diligatur ab omnibus, prouenit inde illis bonum, quod bonum poſſum illis velle ſaltim actu reflexo, & totum hoc a charitate incipit & ſub ratione primarij obiecti quod eſt Deus & in quem terminatur, diligitur. Nunc intelliges quod intellexit D. Thom cum dixit obiectum amoris eſſe bonum commune quod communicatur creaturæ. Certe eſt bonum diligendum ab omni creatura, non appropriandum alicui creaturæ, nec vt bonum proprium diligendum. Ex cellentia autem ſapientiæ, fortitudinis, virtutis, eo ipſo quod in me eſt, mea eſt, non communis, ſed propria, in propria obiecta conſiderata, habens ibi rationem terminos adorationis. Dic queſo, cum reclamante appetitu ſenſitiuo, & cum aliqua difficultate appetitus rationalis, diligo inimicum tuum, qui etiã eſt inimicus Dei, quia exiſtit in peccato, diligis autem, diligendo quod Deus diligatur ab illo, & volendo Deum proximo, puta quod aſſequatur vitam æternam in qua ipſa poſsidet Deum, quæ ratio ad hoc te mouet niſi ſolus Deus? Quę ratio vltimo terminat iſtum amorem, niſi ipſe Deus? Eſt autem amor amicitię erga proximum, quia ipſi proximo bonum opto, & non totaliter ordinatur ad bonum Dei, ſicut cum diligo aliquem vt mihi ſeruiat: tũc quidem eſſet mere amor concupiſcentiæ, & me ipſum *Scot.* *S. Thom. exponitur.*

diligo amore amicitiæ. Sed ſi diligendo Regem, & diligendo fratrem meum, velem ex amore Regis, quod frater meus illi ſeruiret ad commodum Regis, vt etiam Rex conferret beneficium fratri meo, vtrunque diligerem amore amicitiæ: fratrem autem meum amore amicitiæ & concupiſcentiæ reſpectu diuerſorum. Per hoc patet ad omnia. Quando proximus non amatur amore amicitiæ, ex hoc ſolum quod ex amore Dei, & propter Deum mouear ad illum diligendum, ſufficit vt dicatur diligi ex charitate, ſicut credo aliquid, quia Deus reuelauit, quamuis ratio infallibilitatis ſolum in Deo ſit. Adoratio debetur excellentiæ vniuſcuiuſque propria ideo eſt diſpar ratio.

### *Num Beatiſsimæ Virgini latriæ honor debeatur.*

Dubium hoc, ſedem habet apud Autorem, ſolutione ad 3. vbi vt manifeſtum relinquit Beatiſsime Virgini deberi hyperduliam, quæ veritas ex dictis conſtat. Si enim Sanctis ob excellentem eius ſanctitatem dulia debetur, cõſequens eſt quod Beatiſsimæ Virgini hyperdulia debeatur, quæ maior dulia dicitur, quia eius Sanctitas ſanctorum omnium ſuperat ſanctitatẽ. Solum eſt dubium an debeatur latria, quæ hyperdulia vt conſtat maior eſt Ratio dubitandi deſumitur ex multiplici capite & ratione, qua aliquid, ratione alterius adoratur. Prima ratio eſt repreſentatio, qua ratione imagines adorantur. Hæc non plus in Beata Virgine, quam in alijs hominibus inuenitur. Si enim alij homines adorari poſſunt latria, vt Dei imago ſunt, non minus Beata Virgo, quæ pari ratione eſt ad Dei imaginem, & longo interuallo magis ad ſimilitudinem Dei. Cum igitur hæc ratio omnibus ſit communis, conſequens eſt, de hoc non eſſe quæſtionem. Secunda ratio adorandi aliquid eſt propter contactũ, hac ratione adorantur inſignia paſsionis Saluatoris, puta Crux, claui, & veſtes ſanctorum. Tertia, propter vnitatem & coniunctionem cum re, quæ eſt digna adoratione, qua ratione adorantur reliquiæ ſanctorum De his duobus eſt ſpeciale dubium, an Beatiſsimæ Virgini ratione cõtactus ad Chriſtum, quem portauit in vtero, & proprio lactauit vbera, debeatur latria. Secundo an debeatur latria propter ſanguinis coniunctionem, quam cum Chriſto habuit, quę vt conſtat ex Diſt. 8. quandam genus vnitatis continet. Quartum caput, & cauſa adorationis addi ſolet, quod in qualibet re mundi Deus ſit tanquam in opere ſuo, ibi poſſumus Deum venerari, ſi ſolum in ipſum Deum, noſter nudus purus ac ſincerus tendat affectus. Sed cum hęc ratio ſufficiens cauſa latriæ forſan non ſit, & ſi ſit, cum cõmunis omnibus ſit, ad rem non facit. De ſecũda & tertia cauſa impreſentiarũ dicẽdũ eſt.

Circa primum eſt dubium an ratione contactus debeatur latria, ratio ad partem affirmatiuam eſt, quia hac ratione veſtes ſanctorum adoramus.

Circa ſecundum eſt Dubium, nam Beatiſsima Virgo fuit mater Chriſti ſecundum carnem, quod eſt accipere carnem ex carne Virginis, dicente Apoſtolo, Qui factus eſt ei ex ſemine Dauid ſecundum carnem, & iterum. Factum ex muliere factum ſub lege, vt per oppoſitum, adimpleretur illud. Caro de carne mea. Ex quo ſequitur quod caro Virginis, ſit caro Chriſti, & caro Chriſti caro Virginis, & quod virgo cum Chriſto habeat quandam ſpeciem coniunctionis, & conſanguinitatis, igitur quamuis dignitas Mariæ ſit creata, tamen ex natura ſua habet ordinem ad humanitatem Chriſti, cum qua habet quandam coniunctionẽ, *Paul.*

& vt

& vnitatem, igitur latria quoque veneranda eſt, tenet conſequentia, quia mater Regis adoratur eadem veneratione qua adoratur Rex.

2. Beatiſsimæ Virgini tribuimus titulos, qui nō debentur niſi Deo cui exhibemus latriam, igitur aut cum titulis debemus exhibere latriam, aut ſi latriam nō exhibemus, nec titulos debemus exhibere. Antecedens probatur ex Athanaſio, qui ſermone de Sāctiſsima Deipera, ipſam regeneratricem vocat. Bern. epiſt. 174. reſtauratricem, & his ſimilia.

Circa honorem Virginis, aliqui per defectum debitū honorem negantes, alii per ſuperabundantiam plus honoris tribuentes, videntur deficere. Leo Iſauricus, quē ſequutus eſt Conſtantinus Copronymus, vt eſt videre apud Nicephorum lib. 18. negantes cultum Sanctorū, de Beata Virgine dixerunt, honore & reuerentia ſacra, dignam fuiſſe quādiu Chriſtū in vtero geſtauit. Poſtea vero, ſolū honore ciuili honorandā eſſe, ſicut alie mulieres. Hunc errorem iam ſupra reiecimus. Si enim ob excellentiam prudentiæ ad gubernandum, & alias ſimiles, mortales homines, honore ciuili honoramus, honorare quoque poterimus honore ſacro homines ſanctos, & ſacros, diuinitus ſanctificatos & ſuper naturaliter illuminatos.

Omiſsis hæreticis qui debitum negant honorem, videndum eſt an ratione contactus ei debeatur diuinus honor latriæ. S. Tho. 3. p. q. 25. art. 3 ad 3. docet. Ratione contactus non eſſe honorandam latria, quamuis res inanimæ ratione contactus latria honorentur. Ratio diſcriminis eſt, quia contactus in Virgine tranſit in dignitatem maternitatis, & propria dignitas matris, ſicut dignitate filii inferior eſt, ſic inferiori honore honoranda eſt. Res vero inanimę non habent propriam excellentiam, ideo ſolum adorantur propter exēplar cuius ſunt imago, cum quo habent quandam vnitatem analogam & ſic non diuiditur adoratio, ſed eadē adoratione adoratur imago & imaginatum. Simile iudicium eſt de reliquiis Sanctorum, & aliis reliquiis quæ ad corpora ipſorum habuerunt contactum.

Eadem ratione probatur non eſſe adorandam latria, ratione ſanguinis coniunctionis. Hæc ſententia mihi veriſsima videtur. Adorationem latriæ relatiuam non bene percipio, nam ſi reuera idem eſt quod hyperdulia, vt ipſi, qui hanc ponunt fatentur, confuſio eſt promiſcue terminis vti. Si reuera eſt latria quę Deo exhibetur, cū omnes Sancti, omnes creaturę dicant ordinem ad Deū qui illis fecit, & in omnibus ſit per preſentiam omnes res mundi poſſemus latrie adorare, quod concedunt, & ego non credo verum, quia vt dicebamus ſupra agendo de adoratione Sanctorum, Deus non eſt ibi res adorata quamuis ſit finis, & aliqualis ratio mouens. Et tunc melius faceret homo ſi ſeipſum adoraret, quia ſpecialiori modo videtur eſſe Deum in illo, quam in cæteris creaturis irrationalibus. Vniuerſaliter igitur tenendū eſt adorationem diuidi in latriam, & duliam, & quando res eſt capax propriæ excellentiæ, apprehenſa ſub integra ratione obiecti adorabilis, ex illa ratione iudicandum eſt, quæ adoratio ei correſpondeat. Alias modo quodam relatiuo omnes res mundi adorabimus latria, quia veſtigium Dei ſunt, & in qualibet Deus ſit.

Dicendum igitur Beatiſsimam Virginem hyperdulia adorādā eſſe: Hanc docet Scotus ſolutione ad 3. S. Tho. 3. p. q. 25. art. 5. Caietanus ibidem. Gabriel. lectione 49. ſuper canonem Doctores communiter hac d. Ratio huius eſt aperta & manifeſta, nam ſicut hyperdulia eſt maior ſeu excellentior dulia Sanctis debita, ſic in Virgine eſt maior excellentia adorationis. Hæc maior excellentia eſt duplex, nēpe maior gratia, & maior dignitas maternitatis Dei. Hanc dignitatem maternitatis magnificāt ſancti. Epiphanius hæreſi. 79 ad medium. Aug. ſerm. 35. de Sanctis. Damaſ. ſerm. 1. de Natiuitate Marię. Bernard. ſerm. de Aſſumptione Ioannes Cantacuzenus Apologia 3. & 9. contra Mahumetanos, inquit. Secundum humanam naturā, eam Angelis inferiorem iudicamus: honore autem & ſanctimonia, ipſam omnibus Angelis indubie preferimus, eo quod Verbum & Filium Dei ſecundum carnem peperit. Hoc ipſum docet Anſel. de cōceptu virginali de excellentia Sanctitatis dicēs. Decuit vt ea puritate niteret qua maior ſub Deo nequit intelligi, & iterum. O benedicta ſuper mulieres, quę Angelos vincis puritate, Sanctos ſuperas pietate. Non obſcure indicauit Angelus. Luc. 1. dicens. Aue gratia plena.

Dubium eſt, conferendo has duas excellētias, an maior reuerentia & adoratio debeatur Mariæ ratione maternitatis an ratione gratiæ. Dubium hoc videtur diffiniſſe Chriſtum Luc. 11. Cum poſt verba mulieris extollentis vocem, atque laudantis ventrem, & vbera quæ Chriſtus ſuxit, dixit. Quinimo beati qui audiunt Verbum Dei, & cuſtodiunt illud. Quæ verba explicans Seraphicus Bonau. inquit. Hoc non dixit aduerſando, ſed potius ſuper addendo, quaſi diceret. Non ſolum beatus venter qui portauit me Verbum caro factum, verū etiam beatior, qui ſuſcipit verbum e me prolatum. Vnde & Maria non tantum beata fuit, quia Chriſtus geſtauit in carne, verumetiam beatior, quia ipſum perfectiſſime geſtauit in mente, Probat Seraphicus Bonau. Hāc ſententiam ex Aug. qui id ipſum docet tractatu. 10. in Ioannem, & in libro de ſancta Virginitate, c. 3. & epiſt. 38. Iuſtinus q. 136. ad Orthodoxos. Cyprianus ſer. de Paſsione Domini. Verū eſt ꝙ ſepe Sācti nō diſtinguūt huiuſmodi excellentias, ſed ſimul loquūtur de vtraque. Bonau.

Dubium eſt, an ſi Beatiſsima Virgo eſſet mater Dei nullam habens ſanctitatem, eſſet magis veneranda, quam ſancti ob eorum Sanctitatem. Seraphicus Bonau loco allegato dixit. Verumetiā beatior, quia ipſum perfectiſſime geſtauit in mente: Ergo Sancti qui perfectiſsime non geſtauerunt ſicut Beata Virgo, non ſunt tanta reuerentia, & honore venerandi. Secundo etiam dyſcolis debemus honorem, vnde magonis prælatus dum nō deponitur magno honore habetur, & Summum Pontificem plus honoris exhibemus, quā homini, quem in hac vita ſanctum iudicamus: credibile autem videtur quod Petrus veneraretur Virginem ex hoc ſolo quod mater, vnde probabile videtur quod Ioannes ob hoc illam veneraretur, igitur plus eſt honoranda ex hoc titulo, quā alii Sancti. Dico, quod ſi diſtingueremus inter ſanctitatem & dignitatem, poſſemus dicere, illud Saluatoris eſſe verum de ſanctitate, quę eſt eligibilior. quia neceſſarium & precisum medium ad vitam æternam. Hac ratione dixit. Quinimo beati, &c. Quantum vero ad honorem, maior honor debetur dignitati Sacerdotali, & maternitati Dei. Sed quia oppoſitum videntur docere predicti Sancti melius eſt captiuare intellectum in obſequium doctrinæ ſanctorum, quam aliquid ex propria ſententia docere. Dub.

Dubium eſt an hyperdulia ſeu excellens duliæ Virgini debita, ſit duliæ proprie accepta, quæ ſecūdū S. Tho. 2. 2. q. 103 conuenit ſeruis erga dominos. Dico affirmatiue. Deducitur ſic. Per peccatum eramus diaboli ſerui, & captiui, pretio magno empti ſumus a Chriſto, igitur debemus ei ſeruituteòr, quā ſeruus emptitius debet Domino ſuo, igitur Marie mater eius vere eſt Regina, & domina, & vt ſic colenda eſt Aug. libro de Verbis Domini longe ante medium, explicans illa verba. 1. Cor. 1, Sic eu- Aug.

Scot. (margin, beside "adorādā eſſe")

tem peccātes in fratres & percutientes conſcientiā eorū infirmā, in Chriſto peccatis, inquit. Quia membra Chriſti ſunt, quomodo ergo peccas in Chriſtū qui peccas in mēbrū Chriſti? Aſſimili. Si ſumus mēbra Chriſti igitur Maria mater Chriſti, mater noſtra eſt. Iuxta quod in Cantico Canticorum 8. Quis te mihi det fratrē meū ſugentem vbera matris meæ, id eſt. Mariæ matris tuæ, & matris meæ. Aſſimili quoque, ſi Chriſtus dominus, & nos ſerui eius, ſi Maria Chriſti mater eſt, Regina erit, & Domina, noſque ſerui eius. Elucescit ex hoc quomodo Eccleſia appellet eam Reginam dicens. Salue Regina.

Ad primum argumentum dico. Quod excellentia Virginis, ſiue ratione contactus, ſiue ratione conſanguinitatis ad Chriſtum, quantumcunque, ad illum, ordinē dicat, eſt alterius ordinis & inferioris dignitatis, a dignitate Chriſti, adeo non eſt adoranda adoratione latriæ, ſicut adoratur Rex & Regina, & Princeps ſucceſſor regni, quorum excellentia eſt eiuſdem ordinis.

Ad 2. dico. Quod ſunt quidam tituli abſoluti explicantes diuinam naturam, qui non poſſunt adaptari, & accommodari creaturæ, vt pote, omnipotens, infinitus. Sunt alii qui Deo ipſi conueniunt per metaphoram, & ſimilitudinem, vt pote, quod ſit lux quia verbum eius doctrina eius illuminat mentem, ſicut lux aerem. Huiuſmodi nomina, cum non contineant naturam, ſed effectum, que in Deus miniſterio Angelorum, & hominum cauſat, ipſi quoque homines dicuntur lux. Matth 5. quia etiam metaphorea & ſimilitudine conuenit illis illuminate. Vnde cum Ioannes dixerat. In principio erat Verbum, Quod eſt nomen naturæ, deſcendens ad nomina metaphorica dixit. Erat lux vera. Quia hoc nomen Ioanni poterat conuenire: dicitur enim lucerna lucens, & ardens, vt diſtingueret inter primam & ſecundam lucem, dixit. Non erat ille lux, ſed vt teſtimonium perhiberet de lumine. Beatiſſimæ Virgini illa nomina, non primario ſed ſecundario conueniunt, quia fuit mater Chriſti, qui fuit mediator reparator ſalus & propiciatio noſtra. Sic nimirum quod ipſa dicatur Regina, quia mater Regis, qui cunctis præfectus creaturis. Mater miſericordiæ ſimiliter, quia mater Chriſti. Secundo, quia principium vnde cepit executio miſericordiæ redēptionis. Sic illud Quis eſt pluuiæ pater. id eſt principium. Eo ſenſu quo Eccleſ. 25, dicitur. A muliere initium factum eſt peccati, & per illam omnes morimur. Cum quo ſtat, quod ſine peccato Adæ non eſſet originale noſtrum. Sic, ſine Chriſto, non eſſet noſtra redemptio. Quia vero eſt mater, dicitur quod per illam eſt noſtra ſalus.

## DE IMAGINIBVS breue epitome.

*Num primus qui fecit imagines fuerit Moyſes.*

VT quæ Scoti deſunt ad impleā, nonnulla de imaginibus ſubiiciam. Vt vſum imaginum licitum eſſe oſtendam ab antiquitate imaginum incipio. Prenotando, idolum eſſe effigiem & figuram falſi Dei. Ita Aug.

*Idolum.* & Tertullianus infra citādi. Simulacrum, vt Lactantio libro 2. diuinarum inſtitutionum placet, a ſimulitudine dictum exiſtimat, vnde lib. 6. c. 10. in principio, & 13. in fine, hominem, Dei ſimulacrum appellat. Nūc falſam & fictam imaginem ſignificat iuxta huiuſmodi ſignificationem Thomas Vualdenſis tom. 3. ca. 7. num. 1. Sāderus lib. 2. de imaginibus a ſimulando. ſicut & idolum, e dolo, dictum putans quod cum ſignificatione nominis, pro vt nunc eo vtuntur Autores maxime congruit. Quantum capio. Quantum video. Quantum ex ſacris literis coniicio, ſimulacrū. ſtatua magna omnibus adoranda expoſita eſſe videtur. Pſal. 113. Simulacra gentium argentum & aurum. Os habent non loquentur. Pedes habent nō ambulabunt. quæ omnia magnam ſequūtur quantitatem. Act. 17. Paul ad Athenienſ. Preteriens & videns ſimulacra veſtra, vidi & aram. Igitur magna erat ſtatua omnibus adoranda expoſita. Idolū eſt parua effigies falſi Dei. Idos enim forma, idolum diminutiuum eius, parua forma eſt. Ita Tert. lib. de idolatria. Iſidorus lib. 8. Ethymologiarum c. vltimo. Iuxta hoc Rachel Geneſ. 31 abſcondere potuit idola ſubter ſtramenta Cameli. Iud. 18. Viri Iſrraelitæ furati ſunt idola quæ erant in domo. Michæ. Clamās Michas dicebat. Deos meos quos mihi feci ſubtuliſtis, igitur ad retinendum domi eos ſibi fecerat. Erant aliquando lutea Sap. 14. Aliquando argentea Pſal. 113. Nec mirum quod aliquando vnum pro alio ſumatur, quia nomina ſunt propinquæ ſignificationis. Sic 1. Cor 8. De eſcis quæ Idolis immolātur, ſcimus quia nihil eſt idolum. Ergo idola in templo erant. Nihil eſſe idolum dixit quia vt inquit ipſemet Apoſtolus ſtatim, nullus eſt Deus niſi vnus, igitur. ſi eſt figura Dei non habētis eſſe, ſequitur quod nihil ſit. Iuuat Auguſt. lib. 20 contra Fauſtum c. 5. dicens. Sunt enim idola, ſed ad ſalutem nihil ſunt. Origines explicās illud Exod. 20. Non facies tibi ſculptile inquit. Simulacrum eſt ſpecies quadrupedis, vel ſerpentis ex metallo facta Idolum vero eſt ſpecies rei quæ non eſt, vt ſiquis in vno homine duas facies fingat. Quia tale exemplare non eſt, ideo Apoſtolus dixit. Idolum nihil eſt. Sed hoc nō cogit, nec ex Apoſtolo ſufficienter probatur, quia omnis figura falſi Dei nihil eſt, etiam ſi in re Iupiter exiſteret. Quia vt tāquam Deus adoratur, nihil eſt. Sicut ſi album, nigrum dicas, ipſa enuntiatio & complexio prædicati cum ſubiecto nihil eſt. Vnde cum quis fictam & falſam rationem alicuius rei vel facti aſſignat. Hiſpane dicimus. Eſſo no es nada. Sic figura Dei. qui fictus eſt, nihil eſt, ideo recte dicit Paulus, quia idolum nihil eſt.

Imago ab imitando dicta (quia imitatur & repreſentat ima & interiora ipſius exemplaris, exprimēs illud ſicut eſt) ſimilitudo eſt veri exemplaris ad ipſum repreſentandum expreſſa. Vnde filius in diuinis dicitur imago inuiſibilis. Col. 1. quia inuiſibiliter Patrem æternum, a quo æternaliter procedit, repreſentat. Cōlliges hinc, inter idolum, ſimulacrum & imaginem magnam eſſe differentiam vnde 7. Synodo ſeſſ. 7. dicitur. Qui venerandas imagines, idola appellat anathema ſit. Propter hoc non diffinui idolum per ſimulacrum (ſicut facit Aug. lib 6. quæſt. veteris teſtam. q. 41. dicens. Idolum eſt ſimulacrum falſi Dei, quia vt diximus inter idolum & ſimulacrum eſt aliqua differentia. Nec diffiniui per imaginē, ſicut facit Tertullianus lib. de idolatria c. 4 dicens. Idolum eſt imago earum rerum quas humanus error colit. Quia iam ſaltim ex vſu & accommodatione vocis Inter idolum & imaginem magis diſtat quam inter cælum & terram.

De antiquitate vtriuſque, nunc dicendum eſt. Primus qui fecit imagines fuit Enos qui Geneſ. 4. cepit inuocare nomen Domini. Ita Lyranus & Hugo Cardinalis ſuper illum locum. Abulenſis ibidem. q. 37. qui dicūt conſtruxiſſe altaria, inſtituiſſe orationes. Conſentit Petrus Comeſtor dicēs. Ideo dicitur cepiſſe inuocare nomē Domini, quia aut inuenit verba deprecatoria ad inuocādum Deum, aut quia ad excitandam Dei memoriā effigiauit Dominum faciendo aliquam imaginem eius. Suadet ratio nam iam Abel ſacrificium obtulerat & nomē Domini inuocauerat, ergo aliquid ſpeciale fecit Enos

vltra

*Lib. I. an tiq. c. 4.* vltra nominis inuocationem. Sunt qui dicant allegãtes Ioſephum, Enos erexiſſe ſtatuã Dei. Sed Ioſephus ſolũ affirmat duas erexiſſe columnas, ne eius memoria diluuio quod prædixerat Adam periret, ideo falſum videtur. Vatablus innuit hoc ſpeciale, fuiſſe quod nomen Domini paſsim inuocabatur. Caietanus inquit quod cepit inuocare ſub nomine Iehoua. Legendus eſt Thomas Vualdenſis de Sacramentalibus titulo 19. c. 150. ad finem. Ante Moyſem Abraham fecit altare. Iacob erexit lapidem in titulum fundens oleum deſuper. Adorauit ſummitatem virgæ Ioſeph Hæb. 11. igitur fuit aliqua veneratio exhibita rebus externis, ſicut nunc exhibetur imaginibus. Exod. 25. Moyſes ex precepto Domini fecit duo Cherubin ex auro fuſili. Numer. 21. fecit ſerpentem æneum. Ioſue 4. Erexit duodecim lapides in ſignum 12. Apoſtolorum. Salomon. 3. Reg. 6. Ex lignis oliuarũ duas Cherubinorum, pluresque alias quas in parietibus templi depinxit, fecit. Plura ſi nõ omnia loca adducit. Adrianus 2. Concilio Niceno actione 2. epiſt. ad Irenem. Nõ peccauit, imo meruit Moyſes, quia ex precepto Domini hoc fecit. Nec Salomon peccauit, quia in gloriã Dei fecit vt ex Leontio habetur 7. Synodo act. 4. Cum enim ſolo precepto poſitiuo Dei, non iure naturali imaginũ vſus antiquo illi populo eſſet prohibitus, iuſte ad ſui templi maieſtatem Dominus voluit nonnullas imagines ſpeciali diſpenſatione poni. Ita Catherinus, opuſculo de adoratione imaginum. Cepit Diſpenſatio a loco qui dicitur ſancta ſanctorum, quia edocti ſacerdotes ad idololatriam minus procliues a peccato adorationis vituli liberi illum ſanctũ locũ intrabant. Ita Burgenſis Exod. 25. Lege Euangelica, prima imago videtur eſſe quam Dominus linteo expreſſam, miſit Abagaro Regi Ediſſenorum, qui audita fama Saluatoris cum eum videre deſiderare, miſit pictorem qui faciem Saluatoris pingeret. Cum ob ſplendorẽ e vultu Saluatoris procedentem in vultum eius intendere non poſſet, ſicut filii Iſrael in faciem Moyſi. Dominus Ieſus linteo apprehenſo, imaginem vultus ſui ibi impreſſam Agabaro miſit. Ob huius imaginis preſentiam ſepe ciuitas Ediſſenorum ab incendio fuit liberata. Ita Euagrius lib. 4. c. 26. Hanc imaginem vidiſſe teſtatur Leo lector 7. Synodo actione 5. Adrianus ſcripto de imaginibus, eadem Synodo actione 2. Metaphraſtes in vita Conſtantini. Damaſcenus oratione 1. de imaginibus. Oſtenditur hodie Romę in eccleſia monialium Sancti Syluestri. Ab hoc tempore Reges perſarum imagines Chriſti & Matris eius receperunt. Antiqua etiam traditione conſtat faciem Chriſti tempore paſsionis, linteo impreſſam fuiſſe. Oſtenditur hodie Romæ in Eccleſia S. Petri. Mulier quam Dominus a fluxu ſanguinis liberauit in memoriam accepti beneficii Cæſareæ fecit imaginẽ, iuxta quam herba quædam naſcebatur quæ cum primo imaginem attingebat, aſſidua ſanguinis ſimiliter ſanabat. Habetur 7. Synodo actione 4. epiſtola Gregorii Papæ ad Germanum. Refert Nicephorus lib. 6. c. 15. Damaſc. oratione 1. de imaginibus. Sozomenus lib. 5. c. 20. Euſeb. lib. 7. c. 14. teſtatur, ſe vidiſſe hanc imaginem. Veriſimile quoque apparet vidiſſe Apoſtolos, qui omnes regiones peragrauerunt. Nicodemus imaginem Saluatoris fecit, quam cũ Iudęi in Syria cõtumeliis affeciſſent, lanceaque transfixiſſent ſanguis inde, ſicut antea ex latere, profluxit, multorum ſanans corpora. Teſtatur Athanaſ. lib. de paſsione imaginis, qui nomine Athanaſii 7. Synodo actione 4. refertur. Beatus Lucas, Chriſti, & beatæ Virginis pulchrã depinxit imaginem. Ita Nicephorus libro 2. c. 43. libro 5. cap. 16. Metaphraſtes in vita ſancti Lucæ. S. Thom. 3 p. q. 25. art. 3. ad 4.

Idolatria ſecundum Iudæos, vt teſtatur Hieroym. ſuper locum Geneſ. c. 4. cepit tẽpore Enos: tunc enim in nomine Domini, & in ſimilitudine eius, fabricata ſunt idola. Idem hiſtoria ſcholaſtica ſuper Geneſ. c. 29. Abulenſ. ſuper illum locum. q. 17. Lyran. Gloſſa & Carthuſianus ibidem. Genebrard. libro 1. Chronicon. Sed non eſt ita intelligendum quod Enos fuerit cauſa Idololatriæ. Quia virum iſtum ſcriptura commendat. D. Aug. 15. de ciuitate Dei. c. 18. & 21. beatum appellat. Ioſephus 1. de antiquitatibus, vocat eum virum egregium. Hieronym. vbi ſupra. Quomodo Adam homo interpretatur, ita Enos iuxta Hebreæ linguę veritatem, homo vel vir dicitur. Et pulchre, quia hoc vocabulum habuit, de eo ſcriptum eſt. Tunc initiũ fuit inuocandi nomen Domini. Ecce quomodo omnes virum iſtũ commendant. Catherinus libro de Sanctorũ gloria, inquit. Principium picturæ fuiſſe a Seth. Citat Euſebium. Locũ non ſignat. Caſtro 8. aduerſus hereſes verbo idololatria citans Philaſtrum inquit, fuiſſe quoſdam, qui dixerunt Seth fuiſſe Chriſtum. Ergo quando vnus incepit inuocare nomen Domini, potuit alius blaſphemare, ideo vtrunque eodem tempore Enos, incipere potuit. Sap. 14. Acerbo luctu dolens pater. &c. manifeſtatur quo pacto inceperit, ſed non aperte oſtenditur quando inceperit. Ex dictis cõſtat antiquitas imaginũ, quas Iudæi reiicere non debent, quia Deus antiquitus imagines in templo poſuit. Nec Gentiles, quia imagines faciebant ad eas colendas, igitur ceſſante errore eorum vſus licitus erit de quo dubio ſequenti. *Idololatria.* *Cather.*

*An vſus imaginum licitus ſit.*

Circa vſum & adorationẽ imaginũ per ſuperabundantiã & defectum errauerunt. Quidam enim, in uitũ idololatriæ prolapſi, vt refert Damaſc. libro de hæreſibus, imagines Chriſti, Beatiſsimæ Virginis omnium quæ Sanctorũ & Angelorũ, diuino honore ſunt proſecuti, exiſtimantes in ſtatuis & ſimulacris aliquid numinis & diuinitatis ineſſe. Hi per ſuperabundantiam plus honoris tribuentes imaginibus errauerunt. Redarguit eos Dauid dicens. Simulacra gentium argentum & aurum opera manuum hominum. Videndus eſt antiquus Tertulianus libro de idololatria. Athanaſius oratione contra idola. Lactantius lib. 1. diuinarum inſtitutionum. Alii per defectum errantes, eorum vſum reiicrũt dicentes eſſe confringendas. Alii concedentes illarum vſum domi, dicunt in templis eas eſſe non debere, exiſtimãtes indignas eſſe loco tan ſacro & diuino. Quidam alii, tempore 7. Synodi fuerunt, qui eorum vſum vbique admittentes, omnem venerationem eis negauerunt dicentes, ſolum deſeruire ad excitandam memoriã exemplaris. Luterani ſequentes hunc errorem, & aduerſantes precedenti, dixerunt, imagines non eſſe venerandas, poſſe tamen in templis collocari ad eorum ornatũ. Veritas orthodoxe & Catholica eſt Imagines eſſe venerandas & adorandas, non propter ſe, ſed propter exẽplaria quæ repreſentant. Adoratio & veneratio conſiſtit in hoc quod in loco honeſto domi vel templo collocentur. Quod a longe corpus inclinemus, & accedẽtes prope oſcula imprimamus, eas ad maiorem deuotionem propriis nominibus nominantes. De ſingulis autẽ agendum eſt.

Alphonſus de Caſtro libro 8. aduerſus hæreſes verbo imago, Platinã ſequutus, Felici Vrgeltano Epiſcopo tribuit errorem negantium omnino vſum Imaginum. Mouentur ex hoc quod in Concilio Frãcfordienſi, vbi prædictus Epiſcopus fuit damnatus, de imaginibus aliquid fuit diffinitum. Alanus copus dialogo 4. c. 18. con-

ſtanter affirmat non fuiſſe damnatum propter errorẽ imaginum, ſed quia Chriſtum Dominum filium Dei adoptiuum dicebat. Hoc in ſe probabile apparet, quod ex ſcriptoribus & Platina antiquioribus qui illius Concilij & ſeculi meminerunt, nullus eis hunc tribuit errorem.

*Hæretici*

Sanderus libro 2. de imaginibus, capit. vltimo cenſet hæreticos qui vſum imaginum negauerunt fuiſſe Marcioniſtas, deinde Manichæos, poſtea Eutychianos, qui dicti ſunt Iconomachi, vel Iconoclaſtæ, ideſt imaginum fractores, & impugnatores. Icô enim idem eſt quod imago, claſtes fractores, impugnatores, apparet hoc eſſe verũ ex 7. Synodo actione 5. vbi nõ longe a principio de Iconomachis ait Tharaſius. Imitati enim Hebreos, Sarracenos, Gentiles, Samaritas, item Manichæos, Phantaſiaſtas, & hæreticos ſanctarum imaginum vſum prohibere voluerunt. Falſus fuit Soto 2. de Iuſtitia & iure q. 4. art. 2. ad finem dicens. In hunc enim vſum, id eſt admemorandum diuos, nullus hæreticorum, imagines abnegauit. Nicephorus lib. 16. c. 2 & 7. tribuit hunc errorẽ Xenaiæ ſeu Xeneo dicens. Iſte primus illam vocem emouit, Chriſti & Sanctorum qui illi placuerant imagines venerandas nõ eſſe. Hunc errorem anno Domini 1372. ſecutus eſt Vuicleff. quẽ redarguit, & impugnat Thomas Vualdenſis, tomo 3. de Sacramentalibus, c. 150. Ex Imperatoribus, primus fuit Philippicus, qui ex odio ſextæ Synodi, vbi diffinita eſt duplex Chriſti voluntas iuſſit Conſtantinopoli auferri picturam quandam quæ acta ſext synod. continebat. Poſt iſtum, fuit Leo Iſauricus, qui ſuaſo quorundam Iudæorum qui arte magica, vitam centum annorum illi promittebant, publico edicto imagines deleri, & igni tradere, & fideles qui illi contradicebant interficere, iuſſus eſt. Hunc Leonem Sũmus Pontifex excommunicauit. Non proficiendo tributis Italiæ priuauit. Hæc vna inter alias cauſas fuit ob quam Imperium Romanum, ad Germanos tranſtulit Greg. Huic ſucceſsit Conſtantinus 5. filius eius dictus Copronymus, ſub quo congregatum eſt Concibũ Cõſtantinopolitanum, 7. generale dictũ ab hæreticis, vbi decretum eſt, quod qui adorabat imagines deridebat Chriſt. Huic Conſtantino ſucceſsit Leo 4. qui eundẽ retinuit errorem. Poſtea autoritate Adriani primi congregatum eſt ſecundum Concil. Nicenum, quod eſt 7. generale verum vbi damnatum eſt prædictum Conciliũ Nicenum falſum. Concilium verum recepit Conſtantinus 6. filius Leonis. Refert Caſtro verbo imago Grandeuus factus 7. Synodo reiecti errori Iconomachorum adheſit. Propter quod Irene mater eius fœmina religioſa fortiter agens ſeipſam vincens proprium filium Cõſtantinũ oculis priuauit, vt dicit Euſebius in ſuo Chronicon. Legendus eſt Zonaras in vita Leonis. Platina in vita Greg. 2. & 3. Caſtro & 7. Cõciliũ generale vbi ſupra.

*Imperatores.*

Quod imaginum vſus ſit illicitus probatur ex illo Exod. 20. Deut. 4. & 5. Non facies tibi ſculptile, nec omnem ſimilitudinem quæ eſt in cælo deſuper, & quæ in terra deorſum. Nec eorum quæ ſunt in aquis ſub terra. Hieroboam qui duos ſibi vitulos conflauit, tanquam idolatra accuſatur. Ioſeph. de Bello iudaico. c. 8. inquit. Quod poſt quam Iudæi habuerunt Reges alienigenas ex gentibus conſtanter defenderunt ne vllam imaginẽ ponerent in Hieruſalem. Secundo arguitur ex illo Ioan. 4. Veri adoratores adorabunt Patrem in ſpiritu & veritate, ergo vſus imaginum quo adoramus Deum ſignis corporalibus nullomodo licitus eſt. 3. Arguit Caluinus. Quãuis iuxta ſententiam Gregor. imagines ſint libri ruſticorum, ex altera parte imagines. Hierem 10. dicuntur doctrina vanitatis. Abac. dicitur quod conflatile non poteſt docere, igitur ex vſu imaginũ ſumunt populus occaſionem idolatrandi exiſtimando ibi eſſe aliquid diuinum, igitur vſus imaginum illicitus eſt. Conſequentia probatur ex illo. Sap. 14. Acerbo enim luctu dolens pater cito ſibi rapti filij fecit imaginem, & illum qui tunc quaſi homo mortuus, nunc tanquam Deũ colere cepit. Si non primus, vnus ex primis. Ninus fuit, qui ex nimio parentum amore, imagines fecit quas poſtea adorauerunt ſtulti.

*Exod.*

*Ioan. 4.*

Pro ſecundo errore quem ſequuti ſunt prædicti Imperatores facere videtur quod Ezechias. 4. reg. 18. Cõfregit ſerpentem æneum, quem primo Moyſes fecit in deſerto. Secundo facit Epiphanius, qui epiſtola ad Ioannem Epiſcopum Hieroſolimitanum fatetur ſe ſcidiſſe velum, vbi erat quædam imago depicta 3. facere videtur hiſtoria Sereni Epiſcopi Maſſilenſis, qui confregit imagines quæ erant in Eccleſia.

Pro 3. errore. Quem ſequutus eſt Caluinus facere videtur canon 36. Concil. Elibertani vbi dicitur, Placuit picturas in Eccleſia eſſe nõ debere, ne, quod colitur aut adoratur in parietibus depingatur igitur imagines non ſunt in templis collocande. *Concil. Elib.*

Secundo. Aelius Lampridius in vita Alexandri Imperatoris refert quod Adrianus Imperator, in gratiam Chriſtianorum extruxit templa ſine imaginibus, igitur imagines in templis non ſunt collocande.

3. Arguitur pro hoc errore. Templa ſunt inſtituta & conſtructa pro viuis imaginibus, puta baptiſmo & Euchariſtia, ſicut antiquitus tabernaculum pro arca Domini in qua erat Manna. Igitur mortue ſtatue & imagines non ſunt in ipſis collocande.

In hac quæſtione ſupponẽda eſt natura & ratio imaginis, ab imitando dicta, imitatur enim exemplar cuius eſt, & quaſi ima & interiora ac propria eius agit, quem repreſentat, ideo volens inuiſibilis Deus, ſe viſibilem quodam modo facere, hominem viſibilem ad ſuam imaginem fecit. Cum cognitio noſtra a ſenſu habeat ortũ, & imagines ſint velut libri & codices, quibus memoramur antiqua, contemplamur preterita, ſatis iuxta hominum naturam eſt vſus imaginum. Idem de conſecratione d. 3. c. perlatum. c. dicitur. Quod legentibus ſcriptura, hoc non legentibus preſtat pictura. Hoc ipſum habet Gregorius in Regiſtro lib. 5. cap. 31. & epiſtola 9. Et 7. quoque Synodo generali actione 6. dicitur, quod ſicut per auditum & viſum venimus in notitiam alicuius, ita quoque per lectionem Euangelii, & picturam imaginũ. Vnde Sponſa Cant. 2. dicebat. Oſtende faciem tuam. Hoc quantum ad imaginem. Quantum ad ſcripturam. Sonet vox tua in auribus meis. Verba ſunt Concilii. Epiphanius ex Baſilio inquit. Quod oratio per auditũ facit, hoc imago per viſum oſtendit. Verba Baſilii, quæ habentur ſermone in 40. Martyres ſunt. Quæ hiſtoria oratione exprimit, hoc tacens pictura per imitationem oſtendit. Solet nam que, inquit Gregorius Niſſenus oratione de Sancto Theodoro, etiam figura tacens loqui maxime que prodeſſe. Ideo videns imaginẽ Abrahe immolantis filium, de qua fit mentio epiſtola Adriani quæ habetur 2. Concilio Niceno 7. generali actione 2. non poterat ſe a lacrymis cohibere. Diffinita eſt veritas in Concilio Niceno citato. In tribus Conciliis Lateranenſibus. Nouiſſime in Concilio Tridentino ſeſſ. 25. Probatur veritas ex miraculis. Vnum grande miraculũ habetur in Concilio Niceno actione 6. vbi dicitur, quod cum Iudæi lancea transfixiſſent imaginem quam fecerat Nicodemus, ſanguis inde profluxit. Cum Iulianus Apoſtata iuxta imaginem quæ erat Ceſareæ, ſtatuam & imaginem ſuã collocaſſet, ignis de cælo mirabiliter cadẽte, ſicut tempore Eliæ, ſtatuam confregit. Lege hiſtoriã

*Concil. Nicen.*

*Cant. 2.*

Tripar.

*Euſeb.* Tripartitam lib.6.cap.4. Euſebium Ceſarienſem lib.7. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ,c.14. Contra Iudæos probatur veritas,nam ipſi venerebantur arcam teſtamẽti,& imagines Cherobin,ergo non debent ab horrere vſum imaginum Sic redarguit eos Damaſ.lib.4.cap.17.

2. Concluſio. Imagines non ſunt confringẽde. Hęc eſt contra ſecundum errorem. Probatur ex Gregor. Magno libro 7.epiſtolarum epiſtola 109.& libro 9.epiſtola 9. vbi reprehendit Serenum Epiſcopum Maſſilienſem qui quaſdam imagines fregerat dicens. Et quidem Zelum vos,nequid manufactum adorari poſsit, habuiſſe laudauimus,ſed frangere eaſdem imagines nõ debuiſſe iudicauimus. Ratione ſuadetur, nam ſi ſunt venerabiliter tractande,recte ſequitur, quod non ſunt confringende, quia illas confringere, genus irreuerentiæ eſt, niſi imimineret periculum, quod ab infidelibus irreuerenter tractarentur. Ezechias ideo.Serpentẽ ęneũ

*Obiectio.* confregit,quia videbat vt Deum adorari.Obſtabit cõtra hoc dupliciter. Primo, quia 4.Reg.18.vbi hiſtoria Ezechiæ habetur,ſolum dicitur.Confregit que Serpẽtem æneum,quem fecerat Moyſes,Siquidem vſque ad illud tempus filii Iſrael adolebant ei incenſum.Sed 7. Synodo actione 7.in diffinitione fidei definitur imagines colendas eſſe oblationibus ſuffituum & luminariũ, ergo filii Iſrael nunquam ſerpentem ęneum,vt Deum adorauerunt,conſequentia tenet, quia ſcriptura ſolum in hcet iſtem cauſam, que vere cauſa non eſt,ſecus eſſet ſi ſacrificium illi offerrẽt.Secũdo obſtabit ex verbis Gregorii modo citati, qui reprehenſione premiſſa admonet: quod imagines populo reſtituat, & veram rationem adorandi exponat,ergo ſimiliter potuit & debuit facere Ezechias, ideo adhuc ſtat male feciſſe ſerpentem æneum frangendo, ergo non recte excuſatur. Dico probabile eſſe,ſerpentem æneum non fuiſſe propoſitum ad adorationem, ſed ſolum in ſignum & memoriam ſanitatis recuperande per Chriſtum. Sic teſtatur Gloſſa Ordinaria.ex Theodoreto,q.49. Suadetur ratione ſic. Ex ſcriptura ſolum conſtat propoſitũ fuiſſe populo aſpiciendum gratia recuperandi ſanitatem: ſimplex autem aſpectus non videtur eſſe aliqua ſubmiſſionis nota igitur nunquam Serpens ille fuit adoratus. Conſequentia tenet, quia cum Deus illi populo imaginum vſum interdixiſſet, ne in idololatriam laberetur, ſi illam imaginem,per quam ſanitatem recipiebãt,adorarent, facilius ex vſu illius in errorem laberentur, quã ex vſu aliarum imaginum per quas non recipiebant ſanitatem.& ſic non ſufficienter conſultum eſſet illi populo ex Dei precepto, imo in maiori periculo idololatrię remanerent Nec cõtra hoc ex ſcriptura cõſtat fuiſ-

*Cathe.* ſe adoratum. Oppoſitam ſententiam docet Catherinus opuſculo de adoratione imaginum c.2 Sanderus libro 2.de imaginibus. cap.3. qui predictis argumentis reſpondere tenentur. Si prima opinio vera eſt, conſtat ſatis quo pacto Ezechias licite potuit Serpentem æneum frangere ſine peccato,Serenus vero imagines quæ ad adorationem proponebantur non debuit frãgere,etiam ſi populus,vt Deum male adoraret quia frangere irreuerentia eſt.Sed debuiſſet ad tempus occultare & populum verum modum docere, vt reprehenſione premiſſa monet eum ſummus Pontifex. Vnde de iſto Sereno dicendum videtur,exceſsiſſe ſe habuiſſe. Sanctũ habuit zelum, ſed non ſecundum ſcientiam. Sicut cum Petrus non ſecundum ſcientiam ex zelo in Chriſtum.Malci amputauit auriculam.& Paulus ex ſimili zelo in legem Moyſi perſequebatur Chriſtianos.Sed miſericordiam eſt conſecutus, quia ignorans fecit. Si adorabatur.ex ignorãtia,& idolatriæ circũſtãtia poteſt excuſari. Secundo remouendo primam obiectionem, iam ſecunda ſoluta eſt,dico quod nomine incenſi quod offerebant ſignificatur cultus idololatriæ exculpabili ignorantia,ideo Ezechias confringens Serpentem, vocauit nomen eius, Noheſtam,ideſt cuprum,ſeu æs ſecũdum vtranque Gloſſam ordinariam, & interlinearem. Caſtro verbo imago tribuit Angelomo autori vetuſto. Ego in Gloſſa reperi nam in hi interpretationem. Ac ſi clarius dixiſſet ſcriptura.Ezechias docuit populum,Serpentem illum eſſe corruptibile metallum. Secũdo, quia laudatur,quia excelſa abſtulit, nomine autem excelſorum locum idolorum intelligit ſcriptura.

Quantum ad Epiphanium facile eſſet cum 7.Synodo actione 6.& Damaſc oratione 2.de imaginibus, dicere *Epiphan.* nõnulla teſtimonia quę nomine ipſius citantur eſſe ſuppoſititia.Sic reſpondet Alanus copus.Probabile apparet hoc,quia hęc epiſtola non habetur in grecis exemplaribus.Hinc ſententiam ſequitur Syxtus Senenſis libro 5.Bibliot.ſanctę annotatione 247.Sed Dam.nõ loquitur ibi & oratione 1.de epiſt.ad Serenũ.ſed de epiſt. ad Theodoſicem. Hæc reſponſio melior, & mitior eſt quam cenſura Alphonſi de Caſtro. qui aduerſus hæreſes verbo imago exiſtimat Epiphanium in errore Iconomachorum fuiſſe. Sed hoc falſum eſt, vt iam conſtat Quare alii dicunt.illam imaginẽ quam fregit Epiphan. non fuiſſe ſacrã,ſed hominis prophani. Videmus enim nunc (forſam abuſus,non laudabilis vſus eſt) imaginẽ eorum qui altare vel capellam ędificauerunt,in ipſo altari depingi,& a neſcientibus adorari.Sancto zelo Sanctus Epiphan.velum in quo imago erat depicta confregit, & in varias partes diuiſit. Probatur ita eſſe ex verbis Epiphanii,quę ſic habent. Audiui quoſdã murmurare contra me,quia quando ſimul pergebam ad ſanctũ *Epiph.ad Ioan. Epiſ.Hieroſol.* locum, qui vocatur Bethel, vt ibi collectam tecum ex more Eccleſiaſtico facerem,& veniſſem ad villam,quę dicitur Anablatha,inueni velum pendens in foribus eiuſdem Eccleſiæ tinctum, & habens imaginem quaſi Chriſti, vel ſancti cuiuſdam. Non enim memini cuius imago fuerit.Cum ergo hoc vidiſſem,in Eccleſia Chriſti contra autoritatem ſcripturarum, hominis pendere imaginem,ſcidi illud,& magis dedi conſilium cuſtodibus eiuſde loci. vt pauperẽ mortuum eo ob voluerẽt. Ex illis verbis.Quaſi Chriſti vel ſancti id eſt cũ Chriſti vel ſancti non eſſet ſic in honore erat ac ſi Chriſti, vel ſancti eſſet.Sequitur cum ergo hoc vidiſſem,in Eccleſia Chriſti contra Authoritatem ſcripturarum hominis pendere imaginẽ Ergo certus fuit, fuiſſe hominis imaginem, cui nõ debebatur honor ſacer ac diuinus, qualis ſibi exibebatur pẽdens publice in Eccleſia.Talis enim honor.non ſecundum autoritatẽ ſcripturæ, imo contra ſcripturam, homini prophano exhibetur.

Secũdo colligitur ex murmuratione habitatorũ illius populi qui poſt predicta verba dixerunt.Si ſcindere voluerit iuſtum erat, vt aliud daret velum & mutaret. Si autem vera Chriſti aut Sancti eſſet imago. crimen ac iniuriã Iconomachiæ & hæreſis ſibi obieciſſent. maxime preſenti dolore prouocati. (Niſi dixeris non Dei offenſam,ſed veli amiſsionem ſenſiſſe. ſicut illi,qui potius ſine Chriſto eſſe elegerunt, quam ſine porcis in quos dæmones intrare permiſit.) Sancto autem,aliud velum promittente,ceſſauit murmuratio.

3.Concl.Blaſphemus fuit Caluinus dicens quingentis primis annis in Eccleſia Dei imagines in templis nõ fuiſſe,nã conſtat a principio ſemper fuiſſe. Tertull lib. de pudicitia c.7.& 10 facit mentionẽ imaginu Saluatoris in figura paſtoris depicti in calicibus. Euſeb. lib.3.& 4.de vita Conſtantini refert fuiſſe multas imagines in templis ab eo ædificatis. Videndus & Damaſc.in vita Syluestri. Adrian.in ſcripto pro imaginibus commemorans plures imagines.

Ad primum argumentum ex loco Exod. di o. prohibuiſſe

& angulos parietum mingent, in loco honeſto ponerentur. Omnes ſepe vidimus, dolendum quia non eſt qui recogitet corde quanta irreuerentia ſit ſignum redemptionis animo illo, loco tã humili, tã obſcuro, tam indecenti ponere vt cuſtodes prohibentes Vt ſint velut tapetes & paramenta, ſi locus queat mundum ſeruare intendant latus ſit, pluſimas pingunt cruces. Si ad adorationem ponerent vnum ſufficeret Imago S. Chriſtophori iuſte pingitur parietibus, quia aliter magnitudo eius ſignificari non poſſet.

Ad 6. Quod eſt a pro 3. errore dico, quod Chriſtiani nollebant in templis Gentilium orare, quia erãt plena Idolis, Tunc Imperator iuſsit templa ædificari ſine idolis Gentilium, non vero ſine veris imaginibus, quæ ab idolis multum differunt.

Ad vltimum dico, blaſphemiam & impudentiã eſſe Eucheriſtiam dicere imaginem, quia eſt verum Chriſti corpus, quod hæretici falſo negant. Secundo dico, quod ſicut cum manna erant figuræ Cherubim, ſic in templo imagines.

*Num vſus imaginum Trinitatis, & Angelorum ſit licitus.*

EX natura Dei, & Angelorum, & conditione imaginis ſumitur ratio dubitandi in hac parte. Imago enim vnitate quadam analoga eſt idem cum imagine eo quod repræſentat, ideo tale debet eſſe imaginatũ in ſe, quale imagine repræſentatur. Sed Deus, ſimiliter Angeli, ſpiritus eſt, corpus nõ habens, igitur corporea imagine, nec poteſt nec pingi debet. Minor probatur Ioan. 4. Spiritus eſt Deus, Spiritus carnem & oſſa nõ habet. Ratione ſic. Deus eſt infinitus: ſi autem corporeus eſſet infinitus non eſſet, igitur minor eſt vera, & apparet error dicentiũ Deũ eſſe corporeum. Redarguit eos Caſtro 5. aduerſus hæreſes. hæreſ. c. Conſequentia tenet ex illo Iſai. 40 E. Cui ſimilem feciſtis Deum, aut quam imaginem ponetis ei Cui aſsimulaſtis me, & adequaſtis, & comparaſtis me.

2. Pro hac ſententia facit 7. Synodus actione 3. vbi dicitur. Inuiſibilis eſt diuinitas, nec depingi, nec figurari ſe permittit. Facit Origenes lib. 3. contra Celſum in medio & 7. contra eundem in fine. Clemens Alexandrinus lib. 6. Strometũ Aug. de fide & ſymbolo. 4. de ciuitate Dei c. 19. & 31. commendat ſententiam Varronis dicentis 100. annis, cultum Deorum puriorem fuiſſe Romæ ſine ſimulacris. quam poſtea cum fuerunt ſimulacra. Et 6. de Ciuitate Dei c. 10. probat ſententiam Senecæ reprehendentis vſum ſculpendi Deos in vili materia, & immobili, atque in habitu hominũ ferorum atque piſcium vel monſtrorum. Damaſ. lib. 4. Orthodoxæ fidei cap. 17. inquit. Summam inſipientiam & impietatẽ eſſe, figurare quod eſt diuinum. Refert hæc verba S. Tho. 3. p. q. 25 art. 1. ad 2. vbi videtur ſequi hanc ſententiam. Antoninus de Florẽtia 3. p. titulo 8 §. 11. reprehẽdit eos qui pingunt Trinitatem cum tribus capitibus.

3. Vſus imaginum deſeruit in recordationem eorũ, qui vita defuncti, vel loco abſentes ſunt. Quod locus Sapien. 14. acerbo enim luctu, oſtendit. Sed Deus loco non abeſt, quia immenſus vbique eſt. Nec vita decedit, quia rex, dominus vitæ & mortis, immortalis eſt. Nec obliuiſci poteſt, quia Deum eſſe, ſi per ſe notũ non eſt ſaltim naturaliter demonſtratione cognitum eſt, igitur illum figurare, deorentia ſine fructu eſt.

Quæſtio iſta affinitatem & propinquitatem habet cũ illa, an homo ſecundum corpus, ſit imago Dei. Diſputat S. Tho. 1. p. q. 39. Epiphanius aduerſus hæreſes illud. Geneſ. 1. Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram, Origines, & Zeno. Epiſcopus Veronenſis pluresque alii dicunt Dei ſimilitudinem in anima eſſe non in corpore. Durãd. Hac d. q. 2. ſolutione ad 4. docet pred. ſtas imagines nõ eſſe licitas. Sequitur Ayala de traditionibus Apoſtolicis p. 3 c. de imaginum antiquitate. Abulenſ. Deut 4. q. 5 Docuit antea. Henric. quodl. 10. q. 2 Sumere potuerunt ex prediſtis ſanctis Patribus. Cũ in pode tia & pertinacia hæretice Vuicleph imaginem Trinitatis abominabilem appellabat. Teſtatur Vualdenſis tomo 3. c. 155. Impudentia conſimili dixit Caluinus. Trinitatem pingere nefas eſſe. Durand.

Veritas Catholica quam nunc omnes tenent, & ſine temeritate negare nullus poteſt ex conditione & natura noſtri eſſe, ſicut pars oppoſita, ex conditione imaginum, & natura rerum ſanctarum probatur, probanda eſt. Nos enim res ſpirituales, niſi modo corporeo concipere non valemus Hoc Ariſtoteli cum illud. Oportet intelligentem phantaſmata ſpeculari Id eſt modo corporeo intelligenda concipere. Modus corporeus concipiendi eſt per conuerſionem ad phantaſmata. Sic Iſaias in throno ſedentem ſuper ſolium excelſum & eleuatũ videt. Bene Aug. ſer. 147 de tẽpore dixit. Tota regula intelligẽdi eſt ratio tenendi Ratio eſt, quia iuxta Ariſt. nihil eſt in intellectu quin prius fuerit in ſenſu, eo quod obiecta ex quibus ſcietia noſtra acquiritur, immiſsis ſpeciebus ſenſus noſtros primo ſpiritualiter tangũt. Suauiter Deus Autor naturæ, diſponens omnia, vt intellectus intelligat, exterius imaginem oculo proponit, vt cernat. Hac ratione, in ſpecie humana tres Angeli Abrahæ apparuerunt, vt ad hominem, tanquam homines amicabiliter, & conaturaliter loquerentur. Modo ſimili poſt peccatũ Adæ. greſſu hominis deambulantis ad auram poſt meridiem, in paradiſum deſcendit Dominus Qui enim nõ dedignatus eſt fieri homo, nõ dedignatus eſt loqui vt homo, apparere vt homo, repræſẽtari modo accõmodato, vt intelligeret homo. Si enim non loqueretur vt homo, repræſentaretur vt homo, non cognoſceret homo. Abſit hoc. Cognoſci voluit ab homine Deus, qui fecit hominem, ideo ſtilo hominis ſcribuntur, quæ ſunt ſupra hominem: imago, idiotarum, & ruſticorum hominum liber eſt.

Manifeſtabitur amplius veritas, ſi ex parte Imaginum ſecundo notauerimus eſſe ſimilitudinem vnitatis, quo pacto album eſt ſimile alteri albo, & homo homini, & ſimilitudinẽ proportionis quo pacto inter diuerſa quæ inter ſe non conueniunt eſt ſimilitudo, ſic ſicut riſus ad hominem, florere ad pratum ſe habet. Hoc pacto hieroglifici variis & diuerſis figuris varia repræſentabant. Pingimus Angelos cum alis ad denotandum quod ita velociter mouetur ſicut auis habens alas, quia ſicut ſe habet ala ad auem, ſic virtus Angeli ad motum ipſius. Hanc virtutem nos exprimimus & ſignificamus per alas, quia per corporalia ſignificemus & intelligimus ſpiritualia. Nullo autem modo ſignificamus quod Angeli ipſi in ſe habent alas, ſed aliquid proportionale, & ſimile. Videndus eſt Dyoniſius de Cæleſti hierarchia. cap. 2. & cap. vltimo, vbi optime exponit, quid ſingula membra quæ Angelis tribuuntur ſignificant. Expoſui nonnulla. d. 2. q. 1. art. 1. noſtro dubio 6. in principio. Per hũc modũ Spiritus ſanctus per os Dauid expoſuit diuinam generationẽ, ſimilitudine generationis humanæ, dicens. Ex vtero ante luciferum genuite. Non quod in diuinis ſit vterus, ſed ad ſignificandum quod illa generatio eſt ſubſtantialis, diſtinctæ perſonæ in vnitate naturæ, ſicut generatio humana, quæ tunc eſt ſubſtantialis in vnitate naturæ, cum eſt ex vtero. Omnis alia productio humana non eſt ſubſtantialis, quia non eſt ex vtero. Huiuſmodi ſunt artificialia quæ nõ ex vtero producuntur, ſed per inſtrumenta iuxta artem exiſtentem

in capite, & memoria Igitur noluit Spiritus ſanctus ſignificare quod a parte rei ſit in Deo materialis vterus, ſed aliquid proportionale, vt ex re ſenſibili ſignificata ad intelligibilia percipienda noſter aſcenderet intellectus. Sed ſic eſt quod imago eſt quoddam ſignum rei ſicut & ipſa vox, igitur ſicut vocibus ſignificatur non aliquid ſimile ſimilitudine vnitatis, ſed proportionis, ſic per imaginem repreſentabitur aliquid nō quia ſit ſimile ſimilitudine vnitatis exiſtens tale a parte rei, ſed quia proportione quadam ſignificatur aliquid ad hunc modū ſe habens. Deus immenſus eſt vbique exiſtens, inde ſequitur quod ſit immobilis. Oculus hominis videre non poteſt ipſum vbique exiſtentem in cælo, & extra cęlū, vidit illum Propheta ſedentem ſuper ſolium excelſum, & eleuatum. Significate eſt, vt ſignificari poteſt maieſtas atque immobilitas idiuenſi vbique exiſtentis. Docet Concilium Tridentinum infra citandum.

Conc. 1. Concluſio. Imagines ſolitæ & viſitatæ licitæ ſunt. Concluſio, & diſtinctio imaginis viſitatæ, & non viſitatæ, deſumitur ex Concilio Tridentino ſeſſ. 25. c. 2. vbi licet non diffiniendo, tamen permittēdo huiuſmodi imagines inquit. Nulla imago in ſolite ponatur. Ergo vtrunque ſimul infertur, & quod ſolitæ & viſitatæ poſſunt poni, & quod inſolitæ & inviſitatæ poni nō poſſint. Conſequitur quoque grauiter peccare pictores qui huiuſmodi imagines inſolitas, & inviſitatas fingunt & pingunt. Quantum ad hoc accipie nos ſententiam Senecæ, cuius fecimus mentionem argumento 2. Approbando Concilium imagines viſitatas iuxta doctrinā ſecundi notabilis inquit. Docetur populus non propterea diuinitatem figurari, quaſi corporeis oculis conſpici vel coloribus aut figuris exprimi poſſit. Quæris, quæ ſint imagines viſitatæ. Dico, quod forma pingendi Patrem æternum in figura ſenis eſt viſitata. Habet fundamentum

Dan. Dan. 7 vbi dicitur, quod antiquus dierum ſedit. Per antiquum dierum intelligitur Pater ſecundum Auguſt. 2. de Trinitate c. 20. docuit Athanaſius libro reſponſionum ad obiecta Arrianorum. Pater qui non habet principium a quo producatur, bene ſignificatur per antiquum dierum, qui non habet priorem. Quo ad cætera diſſimilitudo eſt.

Secunda perſona Trinitatis pingitur in forma & figura humanæ naturæ quā aſſumpſit. Oppoſitum diſſinierunt hæretici Iconomachi 7. Synodo ſic falſo nūcupare Hęc diffinitio falſa refertur 7. Synodo vera. Probabant ſuum errorem arguentes ſic. Diuinitas non poteſt figurari, ergo figurando ſolam imaginem humanitatis, figura eſt falſa, & diuinitatem ab humanitate ſeparat. Dico argumentum probare quod nulla imago hominis eſſet licita, quia non figuratur anima. Dicendum igitur quod ſicut figuratur forma hominis, vt anima betur, ſic figuratur forma Chriſti, vt includebat omnia quæ in ſe habebat: in ſe non diuidebatur diuinitas ab humanitate, igitur qui pingit exteriorem Chriſti formā non diuidit vnum ab alio. Hac ratione vtitur Epiphanius Diaconus 7. Synodo act. 6. Quod eſt maxime verū conſiderando, quod ad cognoſcendum exēplar per imaginem requiritur præ habere notitiam exemplaris. Igitur credentes quod homo Chriſtus eſt, videndo imaginem humanitatis, recordatur & adorat myſterium vnionis humanitatis, & diuinitatis, & ſic non ſeparatur vnum ab alio.

De figura Agni Paſchalis, an ſub illa pingi poſſit dubiū eſt. Ratio dubitandi eſt quia illa figura eſt veteris teſtamenti, igitur præſenta veritate ceſſauit licitus vſus talis figuræ. Confirmatur ex Canone 8 e 6. Synod. approbato 7. Synodo act. 4. vbi inquit Tharaſ ſcandalum eſſe de illis canonibus dubitare. Et in decreto Gratiani d. 16. nomine Adriani dicitur. Sextam Synodum Sanctē recipio cum omnibus canonibus ſuis. Canon ſic habet. Quo igitur perfectius, & in colorum varietate omniū oculis ſubijciatur character ille, quo ſecundum hominē agnus Chriſtus Deus noſter qui abſtulit peccata mūdi effigiatus eſt, poſt hoc in imaginibus pro veteri agno erigi deberi declaramus. Id eſt omiſſa pictura, & imagine agni, figuretur in figura hominis, cuius naturē ſumpſit. Bartholomeus Carranc. Archiepiſcopus Toletanus in ſumma Conciliorum, in ſcholio illius canonis huiuſmodi figuram licitam reputauit Gabriel. ſuper Canonem lectione 49. inquit, non eſſe reprehendendam, non tamen adorandā. Quia nulla eſt imitatio inter huiuſmodi figuram, & Chriſtum. Sed oppoſitum colligitur ex Concilio Tridētino, eo quod huiuſmodi imago, eſt viſitata maxime Romæ. Ita Caiet. 3. p. q. 25. art. 3 fundatur in illo Matth. 3. & Ioān. 1. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Ioannes in Apocalypſ. vidit 24. ſeniores procidentes ante agnum. Igitur licet in veteri teſtamento figuratus fuerit Chriſtus quantum ad paſſionem, non tamen ſub effigie & imagine agni antiqui tus figurabatur. Cum autem per agnum, non ſolum paſſio Chriſti præterita nunc, tunc futura, ſed etiam manſuetudo Chriſti delentis nunc peccata ſignificetur, non per modum figuræ, ſed per modum ſignificationis, & repræſentationis, poteſt repreſentari Chriſtus, vt de facto repreſentetur, ideo non vt figura legis veteris repreſentans aliquid futurum admittitur. Sed vt ſpecies, & imago repreſentans Chriſti manſuetudinem, & hiſtoriā Ioannis oſtendentis Chriſtum in lege Euangelica. Ideo ad vſum & adorationem licita eſt. Concilium autē nō prohibuit huiuſmodi imagines, ſed prohibuit ne deinceps more pingerentur. Cum enim Agnus fuiſſet figura in veteri teſtamento, ne immineret periculum reuertēdi ad infirma egenaque elemēta, nimiam frequentēque conſuetudinem pingendi ſub forma agni prohibuit, & pięne introducere conſuetudinem pingendi ſub forma humana Decreta fidei mutari non poſſunt. Moralia vero iuſte ſecundum dictamen prudentiæ mutentur, ideo nunc imago ſub figura agni eſt frequens: ſub forma hominis frequentiſſima.

Figura Spiritus ſancti in ſpecie columbæ habet fundamentum Matt 3. Vbi Spiritus Sanctus deſcendit in figura colūbæ, per quā denotatur manſuetudo, & bonitas quę Spiritui ſancto tribuitur. Hānc imaginem approbat 7. Conciliū generale act. 5. non longe a medio. Ex quo conſtat erraſſe Carrançā dicendo imagini Spiritus ſancti ſub ſpecie columbæ, & Magorum ſub figura ſtellæ, fuiſſe prohibitum. Eſſe antiquiſſimam conſtat ex eadē 7. Synodo act. 1. vbi habetur quod cū Seuerus preſumeret auferre, & ſibi appropriare colūbas aureas quæ erāt ſuper fontē baptiſmi, clerici, & monachi reſtiterunt ne tollerentur. Notandum Angelos apparuiſſe in veſtibus albis, vt ſignificaretur puritatem & internum candorē eſſe ſibi ab extrinſeco admodum habitus. Spiritus ſanctus apparuit in ſpecie columbæ, ad denotandum ſupradicta attributa eſſe ſibi a natura. Nota.

Apocal.

Trinitas repreſentata fuit in tribus Angelis, qui in figura trium hominum Abrahæ apparuerunt. Geneſ. 18. Docet Aug. 2. de Trinitate. Fauet inter text. dicens. Tres vidit, & adorā in terra dixit. Domine ſi inueni gratiam in oculis tuis, ne tranſeas ſeruū tuū, &c. Quia tres videns quaſi ad vnum locutus eſt bene canit Eccleſia. Tres videns vnum adorauit. Ergo licita eſt imago, in qua in vno corpore tribus capitibus, Trinitas ipſa repræſentatur. Caput enim quia præcipua pars hominis eſt diſtinctam perſonam indicat. Non ſic multiplicatio digitorum, manuum, vel pedum, ideo aliqualiter

ſignificetur diſtinctio trium perſonarum in vnitate diuinæ eſſentiæ. Corroboramus veritas ex vſu Romanæ Eccleſiæ, quæ Romæ & alijs in locis huiuſmodi imaginem populo adorandam proponit. Vualdenſis tomo de Sacramentalibus c. 155. monet abſtinendum eſſe a frequenti vſu huius imaginis.

De imaginibus Angelorum ſimile apparet dubium
Concil. ſuppoſito quod ſpiritus ſunt. Contra quod non facit. 7. Synodus actione 5. vbi videtur habere eſſe corporeos, ibi non longe ab initio demetrius Diaconus legit libru Ioannis Epiſcopi Theſalonicenſis, qui continebat dialogum inter Sanctum & Gentilem, qui duo nobis obijciebat: primo quod Angelos velut homines pingeremus. Secundo, quod illos adoraremus. Sanctus reſpondit, ipſos eſſe corporeos, ideo recte pingi forma humana, quia in hac forma hominibus apparuerunt, & bene poſſe adorari. Deum autem figurari non poſſe, quia incorporeus. Quantum ad hoc breuiter dico nunc communiter teneri nullum habere corpus, oppoſitum eſſet temerarium. Concilium autem in illo loco approbauit ſententiam Sancti. Nempe poſſe depingi, non tamen approbauit rationem. ne ipſe, quia corporei ſunt. Secundo dico quod ſi quia corporei eſſent non poſſunt depingi, etiā non poſſent depingi, ſi corporei eſſent, quia ſimile eſſet mendacium inter imaginem & exemplar, eo quod qui dixerunt habere corpora, ſubtiliſſima corpora, non craſſa, nec humana illis tribuerūt, igitur ſimile eſſet mendacium. Secunda ratio nempe poſſe depingi in forma humana, quia ſub hac forma hominibus apparuerunt approbatur a 7 Synodo act. 2. & 5. vbi Thaſaſius dixit. Oſtendit pater quod & Angelos depingi oporteat, quādo & circumſcribi poſſunt, & vt homines apparuerunt. Sacra Synodus dixit, etiam Domine. Hæc ratio non valet preciſe ex hoc quod apparuerunt, quia ſi nunquam appar uiſſent, poſſent depingi. Sed valet ex hoc quod oſtendit Pater. Id eſt, oſtendit Deus eſſe ſuam voluntatem. quod figurarentur. Ratio congruentiæ vltra diuinam voluntatem eſt, quia eſt proportionata figura ad loquendum cum hominibus, & quia eſt illa ſimilitudo proportionis, vt dixi notabili 2. & d. 1. q. 1. art. 2. dubio 6. ideo maxime conſideranda eſt doctrina 1. & 2. not. & attendendum ad iſtam ſimilitudinem proportionis. Quemadmodum enim in vna ſubſtantia corporis figurantur tria capita, loco trium perſonarum, ita in Trinitate in vnitate eſſentiæ eſt Trinitas perſonarum. Ad hanc enim ſimilitudinem attendendum maxime eſt.

Ex precedenti ratione probatur precipua concluſio. Angeli ſunt ſpiritus, & tamen licitum eſt pingere Angelos forma corporea, igitur licitum eſt pingere Trinitatem, tenet conſequentia, quia tam inconueniens eſt ſcripturam mentiri in vno quam in alio. Iuxta quod Aug.
Aug. tomo 2. epiſtola 5. ad medium, & epiſtola 9. ad Hieronimum inquit. Si ad ſacras ſcripturas admiſſa fuerint officioſa mendacia, nihil in eis Autoritatis remanebit.
Scot. Hunc locum adducit Scotus q. 2. Prolog. art. 1. via 3. Antecedens probatur. Pſal. 103. Qui facit Angelos ſuos ſpiritus. Id eſt Spiritus facit nuntios, & legatos. Apocal. primo, & a 7. ſpiritibus qui in cōſpectu throni eius ſunt. Ratione quæ probatur, quia anima eſt ſpiritus in corpore, igitur Angelus qui eſt perfectior, iuxta illud. Minuiſti eum Paulo minus ab Angelis, habebit ſuum eſſe ſine aliquo corpore. nam melius & perfectius corpore humano, ad exercenda opera vitæ intellectualis nullum eſt, igitur nullum corpus abſolute habent. Secundo. Dominus figura humana deambulans ad auram poſt meridiem apparuit Adæ, & ſepe antiquis Patribus, vt docet Aug. tomo 3. lib. 2. de Trinitate c. 10. Imo Aug. Eugubinos quem ſequitur Oleaſter Geneſ 1. dicunt aſſumpſiſſe formam humanam apparentem, cum dixit. Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram, Eugubinus, igitur inde colligitur licita huiuſmodi figura. Tertio, iā ſupra inſinuauimus, quod eo modo quo verba ſunt ſigna rerum, ſic imagines, & vtrobique debet correſpondere verum ſignatum. Sed ſigna ſicando conſubſtantialem proceſſionem filij a patre ſtat ſimilitudine generationis naturalis ex verbo, igitur manifeſtatione etiam poteſt fine verbis aliqua ſimilitudine expreſſa. Denique banna valet Permittitur ab Eccleſia, igitur licite ſunt. Sed Viri docti plus debent ſcire.

2. Concl. Ex dictis conſtat quod pingere Deum aut Angelos figura corporea non ſit intrinſece malum. Hæc eſt contra Clithoueum, ſuper lib. 4. Dam. c. 17. vbi inquit illicitum fuiſſe ex natura rei pingere Deum figura corporea. Similiter Abulen. Deut. 4. q. 4. & 5. inquit, Iure naturali non eſſe permiſſum Dei imaginem eſſingere vbi videtur ſignificare, quod ſi nunc permittitur eſt ex ſpeciali Dei permiſſione. De ſe autem non eſſe licitum. Nos dicimus quod figurare per modum ſimilitudinis vniuoce exiſtimando ita eſſe corporeum, eſt intrinſece malum. Secundo vero modo ſolum per modum ſimilitudinis proportionis vt illa ſimilitudine mouear ad cognoſcendū quod modo ſpirituali eſt in Deo, non eſt intrinſece malum. Probatur concluſio. Deus permiſit imagines Angelorum, & nunc imagines ipſius Dei, igitur non ſunt intrinſeca malum, quia intrinſece mala non poſſunt fieri bona, aut ſaltem nunquā de facto diſpenſata ſunt. Et inter mala, credo quod odio habere Deum, aut aliquid cum mendacio de ipſo exiſtimare, quale eſt credere quod habeat corpus, tam intrinſece malum eſt, quod nullo modo poteſt eſſe bonum, igitur ſi nunc pingere Deum eſt licitum & bonum, ſequitur recte quod nunquam fuerit intrinſece malum, alias nullo modo fieret bonum.

3. Concluſio. Huiuſmodi imagines non ſolum ſunt ad inſtructionem & repreſentationem, ſed ad adorationem. Videtur eſſe contra Caietan. in 3. p. q. 25. art. 3. du-
Caiet. bio 6. vbi inquit quod figurare ad eſſem adorationis, ſit de ſe malum ſicut occidere hominem. Sicut autem aliquibus circumſtantiis poteſt fieri bonum, vt pote quod malefactores puniantur, quod in republica ſit pax redditur bonum, ſic eſſingere huiuſmodi imagines ad adorationem eſt malum: erit autem bonum ſi veſtiatur aliquibus circumſtantiis, puta autoritate Eccleſiaſtice conſuetudinis, ſecuritate ab errore in peccatore, putate q. ſ colentium. Hoc credo falſum non enim eſt ita malū de ſe ſicut occidere hominem, quod eſt exercere dominiū in rem non ſuā & priuare eum a bono tēporali. quod nulli autoritate priuata licet. Figurare Deū imagine corporea publice eam adoratione exponendo eſt quidē indifferens ad bonum & malū ex vſu bono vel malo hominum, & neceſſario requirit doctrinam precedentem qua inſtruatur populus. Conſequenter ſubiacet precepto Dei, & Eccleſię precipientis vel prohibentis vſum & adorationem huiuſmodi imaginum. Promulgato precepto prohibitionis, peccatū eſſet huiuſmodi imagines vti, & eas adorare. Hoc modo intelligo illud Exod. 20. & Deut. 4. Credo quod ob periculum idololatriæ cui populus ſubiacebat, abſolute prohiberentur imagines. Permiſſo autem earum vſu & promulgato precepto adorandi, ſi non ſemper adorare tenemur, ſaltem male eas tractare & irreuerenter circa eas ſe habere non poſſumus. Secundo dico. Hoc non ſufficere vt dicatur quod de ſe ſit malū, ſed ſufficit vt dicatur indifferēs. Ratio eſt quia huiuſmodi malum prouenit ex occaſione, & ignorantia



Nn

ſeu malitia adorantium, propter quod potuit Deus cõſulens dilecto populo ſuo, dum nõ deſpiciebat tempora ignorãtiæ, vt inquit Paul. prohibere huiuſmodi imagines (ſecus nunc quando nox præceſſit, dies appropinquauit) tamen occidere hominẽ ſine occaſione eſt malum, &c. et non tã intrinſece quin Deus vt legiſlator poſſit diſpenſare, aut tanquam Dominus occidere per miniſtrum ſuæ iuſtitiæ. Tertio dico, quod ſuppoſito vſu licito imaginum ex reuelatione diuinæ volũtatis, ſtatim licitum eſt eas adorare reuerentia quæ debetur ſuis exẽplaribus. ideo non oportet diſtinguere inter licitũ vſum imaginum & adorationem earũ, ſed eo ipſo quod imago adorabilis exemplaris eſt licita, adorari poteſt. Dixi hoc propter ſerpentem æneum, qui forſam non adorabatur a populo illo antiquo. Sed ille licet eſſet figura Chriſti, modo quo loquitur ſcriptura, non tamen fuit imago exprimens formam Chriſti. Hoc pacto non adorauerant petram deſerti, & tamen fuit figura Chriſti dicente Paulo. Petra autem erat Chriſtus. Sed ſi eſt imago, credo quod eo ipſo quod non eſt prohibita, imo ex reuelatione Dei licita ad vſum, ſtatim ſit licitã ad adorationẽ. Si hoc verũ eſt, probabile apparet, quod ſi ante legem ſcriptam & omnem prohibitionem imaginum. Deus alicui reuelaret modũ quo ſine errore depingere imagines Dei poſſet, ſtatim poſſet illas adorare. Non tamen poſſet illam figuram ſeu imaginem publice adorandam exponere, ſine autoritate Eccleſiæ, propter imminẽs periculum ruſticorum. Sic forte Enos, ſi imaginem fecit. Sic Iacob adorauit ſummitatem virgæ Ioſeph. Ergo in vniuerſum videtur verum, quod omne contendimus, licitum eſſe adorare, quod licitum eſt effigiare & pingere. dummodo exẽplar imaginis adoratione ſacra ſit digna. aliter adoraremus Cæſarem. Ariſt. quod eſt erroneum. Sed in ſuo ordine, & genere cultus honoris licitum eſſet imagines horum venerari, dũ nõ conſtaret eſſe in inferno, vt conſtat de multis eorum.

3 Concluſio. Licitum eſt imagines alloqui. Videndus eſt Thomas Valdenſis tom. 3. c. 157. necnon Cordaba libro 1. q. 5. dub. 10. Quod poſſimus loqui inanimata patet Ioſue. 10. Sol contra Gabaonẽ ne mouearis. Deut. 32. Audite Cœli quæ loquor. Poſſe alloqui imagines deducitur ex illo Exod. 25. vbi Dominus ad Moyſem. Facies duo Cherubim. Conſtat autem feciſſe figuram tãtum. igitur repetendo verba Domini, poſſum ego alloqui Cherubim, quia os Domini ſic nominauit. Hæc locutio fit per figuram proſopopeiam, quæ eſt fictio perſonæ. cum propter perſonam, alloquimur imaginem repreſentantem talem perſonam. Hæc allocutio fit multis de cauſis. Primo vt oſtendatur præſentia Dei in omnibus, & præſentia ſuper omnia. Sicut enim veneratur in creaturis, quæ non habent auditum ſic non audit eũ alloquimur creaturas quæ non habent auditũ, quia ibi veneratur. Secundo, quia ſic vehementer noſter inflammatur affectus ad laudandum Deum in omnibus, & pro omnibus creaturis. Precipua ratio, eſt quia ibi repreſentatur ipſum exemplare. Nec hoc eſt omnino Eccleſiæ proprium quia communiter omnes picturas capit denominationem ſui exemplaris. Pictura Hectoris, dicitur Hector. Si contra arguas ex illo Sap. 13. vbi loquendo de imaginibus dicitur. Non erubeſcit loqui cum illo qui ſine anima eſt. Dico quod eſt ibi ſermo de imaginibus more gentilico in quibus ponentes ſpem ſuam aliquid diuinũ eſſe exiſtimabant. Nos autem ſicut adoramus propter exemplar, ſic alloquimur propter exemplar. Vnde Eccleſia aliquando alloquitur crucem. vt patet in hymnis huius feſti. Aliquando ad ipſam dominicam crucem ſic inquit. Adoramus te Chriſte, Vel tuam crucem adoramus Domine Ieſu Chriſte, ad ſignificandum hoc teſte ti in templis ſculptam.

Ad omnia argumenta reſpondetur ex duobus premiſſis fundamentis ſeu notabilibus, precipue ex ſecundo. Non enim intendimus repreſentare Deum vel Angelos per modum ſimilitudinis vnitatis, ita vt ſic aperte reſtituere intelligemus habere corpus & illa quæ effigiantur. Sed quid ſimile proportionale, quod non aliter nec exprimere, nec intelligere valemus. vt latem predictis notabilibus dictum & expoſitum eſt. Sic intelligẽda ſunt Concilia, loca ſcripturæ, & Sancti Patres. Caietanus 3. p. q. 1. p. q. 25. art. 3. ſolutione ad 1 inquit tripliciter poſſe Deum a nobis effingi. Primo, vt velimus naturã ipſius, & formam ad viuum exprimere, hoc modo ſtultum eſt Dei imaginem facere. Secundo modo vt ex ſenſibili figura ad cognoſcendum Deum poſſit noſter intellectus aſcendere. Tertio, ad repreſentandum formam corpoream in qua Dominus dignatus eſt apparere. His vltimis duobus modis, relicto primo, depingimus nos Deũ. Sed melius eſt recurrere ad 2. notabile vbi in terminis magis doctrinaliter, omnia iſta breuius cõtinentur. Duo enim vltimi modi coincidunt cum ſecundo modo ſimilitudinis. Deus enim non apparuit in forma aliqua niſi quia etiam illa habebat ſimilitudinem quãdam. Sancti & Concilia negant poſſe pingi primo modo. Nos dicimus poſſe pingi ſecundo modo ſimilitudine proportionis.

Ad vltimum ſpecialiter dico deſeruire ad frequentiã memoriæ. Licet enim Deus vbique ſit, & naturaliter eſſe ſciamus, tamen dum imaginem videmus excitatur mẽs noſtra ad actualem conſiderationem. Sed quia reuera hoc abſolute non eſt neceſſarium, bene dixit Chriſtus Dominus Ioann. 4. Spiritus eſt Deus, Non veri adoratores adorantes eum more gentilium, ad colendam Deum neceſſarium exiſtimabat erigere ſtatuas, & ſimulacra, & Iudæi gloriabãtur ſe habere tẽplũ in quo adorabant. Inquit ergo Chriſtus. Veri adoratores, nec hieroſolimis, nec in monte hoc adorabunt. Primo, quia vſque ad extremum terræ diuulgandũ erat nomen Domini, & ſic non poſſunt hieroſolimis cõuenire. Secundo, quia reuelabitur manifeſta, & vere, & adorabitur ſine ſimulacris. Cũ hoc tamẽ ſtat quod ad excitandam deuotionem, & frequentandam memoriam, poſſit depingi, ſicut dictum eſt.

*Num antiquitus in lege veteri omne genus imaginum fuit prohibitum.*

ANtiquitus, Deum imagines prohibuiſſe. Exod. 20. Conſtat vbi dicitur. Non facies tibi ſculptile, nec omnem ſimilitudinem, quæ eſt in cælo deſuper, & quæ in terra deorſum, nec eorum quæ ſunt in aquis ſub terra. Quæ verba magis declarantur. Deut. 4. c. & Deut. 5. A. Pars negatiua probatur. Nunc non prohibetur, imo permittuntur vſitare & honeſtæ imagines, quia deſeruiunt in recordationem exemplarium, igitur nec antiquitus fuerunt prohibitæ, tenet conſequentia, quia ſi antiquitus, eſſent prohibitæ nunc quoque ob eandem rationem eſſent prohibitæ.

2. Poſt quã Dominus. Exod. 20. prohibuit imagines, Exod. 25. precepit Moyſi facere imagines Cherubim. Numer. 21. precepit facere ſerpentem æneum, Salomon quoque vltra figuras Cherubinorum, quæ Moyſes ſuper Propiciatorium poſuerat, poſuit in parietibus templi plures alias Cherubinorum imagines (Omitto boũ, leonum, palmarum, & malo granatorum figuras quæ etiam

Paul.

Cordo.

Caiet.

etiam paſſuit, quia horum exemplaria non adorantur) igitur non omne genus imaginum erat prohibitum. Id ipſum probatur Matth. 22. Vbi Dominus oblata ſibi imagine Cæſaris, non reprehendendo abuſum (reprehenderet autem ſi contra honorem Dei Patris eſſet) interrogauit. Cuius eſt imago hæc.

3. Si eſſet imaginũ eſſet prohibitus, precepta decalogi eſſent pluſquam decem, quod eſt contra communem omnium opinionem. Sequela probatur. Primũ preceptum diuideretur in duo, puta. Nõ habebis Deos alienos. Secundum eſſet. Non facies tibi ſculptile. Poſt quæ ſequuntur. 9. Si vltimum. Non concupiſces, diuiditur in duo, vt vult Clemens Alexandrinus lib. 6. Stromatum. Aug. q. 71. in Exodum Doctores communiter infra d. 37. licet Origenes, Hieronymus & alii dicãt eſſe vnum.

*Beda.* De propoſito dubio legẽdus eſt venerabilis Beda libro de templo Salomonis c. 19. vbi docere videtur quod non omne genus imaginis ſuit prohibitum, ſed ſolum cum imagines fiebant ani no idolatrandi. Idem docet

*S. Thom.* S. Thom. 3. p. q. 25. art. 3. ad 1. dicens. Non prohibetur illo precepto quodcunque ſculptile, ſed facere adorandum vnde ſubdit. Non adorabis ea nec coles. Caſtro libro 8. aduerſus hæreſes verbo imago hæreſ. 1. ſequutus hanc ſententiam, illam colligit ex precedentibus, & ſubſequentibus. Ante prohibitionem enim dicitur. Non habebis Deos alienos. Poſt prohibitionem, ſequitur. Nõ adorabis nec coles, igitur ſolum prohibentur imagines quæ fiebant ad cultum & adorationem prohibitam. Caiet ſuper Exod. colligit ex ipſo precepto. Non facies tibi ſculptile, Id eſt non facies ad adorãdum. Hoc enim ſonat verbum. Tibi. Hãc ſententiam ſequitur Oleaſter Leuit. 26. dicens. Nec prohibet ſtatuam abſolute, ſed ad

*Cyprian.* adorandam. Pro hac opinione facere videtur. Cyprianus lib. 3. ad Quirinum c. 59. Sed ſeuera ibi Cyprianus ſolum cõgerit loca ſcripturæ in quibus huiuſmodi prohibitio habetur. Pamelius Canonicus Brugenſis annotationibus ſuper Cyprianum, annotatione 59. eſt qui manifeſte tenet hanc ſententiam citans ad hoc Damaſ. qui videtur docere hanc ſententiam dicens. Scriptura diuina eos qui ſculptilia adorant, demoniis que victimas offerunt inſectatur, ergo qui non adorent licite eas pingent. Idem tenet in annotationibus ad 2. librum Tertuliani contra Marcionem. Facere videtur illud

*Leuit.* Leuit. 26. Non facietis vobis idolum, & ſculptile, nec titulos erigetis, nec inſignem lapidem ponetis in terra veſtra, vt adoretis eum.

Contra hanc opinionem eſſe videtur quod facere imagines cum animo adorandi eas, eſt iure & lumine naturali prohibitum & intrinſece malũ, ſicut eſſe plures Deos, quæ prohibitio etiam nunc eſt quando prohibitiones legis veteris, cum ipſa lege ceſſerũt, igitur aliquid aliud lege illa prohibuit Deus. Quod infra ex Damaſceno confirmabimus.

Secunda ſententia docet prohibitam eſſe omnem imaginem abſolute. Finis precepti fuit idololatria vt locum inducta indicant, ſed ſubſtantia precepti fuit tollere omne genus imaginum, ne haberent occaſionem idololatrandi. Ideo inter illos nullus erat pictor nec ſtatuarius ſecundum Origenem contra Celſum. vbi de Iudæis inquit. Apud quos nullum aliud numen erat receptũ quã

*Orig.* Deus huius vniuerſitatis preſes. Procul ablegatis omnibus Simulacrorum opificibus. Nam in ciuitate eorum nullus pictor admittebatur, nullus ſtatuarius: legibus totum hoc genus arcentibus, ne qua occaſio preberetur hominibus craſſis, neue animos eorũ a Dei cultu auocaretur. Quantum ad imaginem Dei tenet expreſſe hãc ſen-

*Alex.* tentiam Alexand. 3. p. q. 30. M. 3. art. 3. §. 1. Albert. hac d. art. 4. Bonau. eo. d. q. 2. ad 1. S. Tho 3. p. q. 25. art. 3. Marſilius in 3. q. 8. Quantum ad omnes imagines tenet hanc ſententiam Henricus quodl. 10. q. 6. ante medium Cathenus opuſculo de adoratione imaginum parũ ab initio. Ayala tractatu de traditionibus 3. p. Corollario de imaginibus Sanctorum. Soto 2. de Iuſtitia & Iure q. 4. art. 2. Clithoueus ſuper 4. lib. Damaſc. c. 17. Richard. hac *Richard.*
d. art. 2. q. 2. vbi adducit rationes prohibitionis. Primo, quia populus ille maxime procliuus erat ad idololatriam: ex conuerſatione enim cum gentibus in Egypto faciles ad idololatriam facti ſunt. Potius quidem vitulum, quam aliud genus idoli fecerunt, quia Egyptii precipue Memphitici vitulum adorabant. Secundo vt deceteros cultus ſimulacrorum ceſſaret exemplo Iudæorum qui nullam Imaginem admittebant, & tamen Deus in cultu ſuo mirabilem, & omnipotentem, clarum & conſpicuũ ac deſiderabilem omnibus gentibus ſe oſtendebat. Hãc Inſinuat Damaſ. oratione 1. de imaginibus dicens. Vides quomodo vitã ſi ſimulacrorum cultus gratia, imagines fieri vetat. Paucis interpoſitis inſinuat etiam rationem dicens. Iudæis quoniam ad Simulacra colenda erant propenſiores, hæc iuſſa ſunt. Id eſt vniuerſalem prohibitionem imaginum habuerunt. Hoc ipſum inſinuat Origenes citatus. Antiquiſsimus etiam Tertullianus lib. 4. contra Marcionem. cap. 22. vbi dicendo Petrum cognouiſſe Moyſem & Eliam ſine aliqua imagine inquit. Nec enim imagines eorum, vel ſtatuas populus habuiſſet, & ſimilitudines, lege prohibente.

Hæc veritas videtur expreſſa Leuit. 26. loco allegato, vbi quamuis finis ſit ne imagines adorentur, nihilominus quantum ad ſubſtantiam precepti prohibetur idolum, ſculptile, tituli & inſignis lapis. Quod reuera eſt vniuerſaliter prohibere omnem picturam, & memoriã rei, quæ poteſt venire in adorationẽ. Probatur hæc opinio quantum ad Dei imaginem clariſsime ex illo. Deut. 4. Non vidiſtis aliquam ſimilitudinem in die qua locutus eſt vobis Dominus in Horeb de medio ignis, ne forte decepti faciatis vobis ſculptã ſimilitudinem. Vbi commemorans multa concludit. Et errore deceptus adores ea & colas. Ecce quomodo quamuis finis ſit non colere tamen preceptum eſt prohibere omnem imaginem.

Si queras quomodo nunc non ſolum aliorum exemplarium, ſed ipſius met Trinitatis imago ſit licita. Dico, communiter reſpondere Doctores nunc eſſe licitum, quia iam Deus carnem & humanam naturam ſumpſit ideo nunc imago Dei depingi poteſt. Ita S. Tho 3. p. q. 25. art. 3. Hac ratione 7. Synodo act. 5. Gentilis dicebat non eſſe licitum pingere Angelos, eſſe vero licitum pingere Deum hominem factum dicens. Eſto Deum Verbũ hominem factũ icone exprimatis, quid ad Angelos hoc facit, quos vt homines pingitis & adoratis: hi tamen homines non ſunt, ſed intellectuales & incorporei. Sed hæc ratio licet ſit vera, diminuta eſt maiorẽ poſtulãs explicationem, expreſſe & adequate ſolum probat poſſe pingi figurã Chriſti In quo Coloſſ. 2. habitat omnis ple- *Paul. Coloſſ. 1.*
nitudo diuinitatis corporaliter. Sed non probat quod imago Trinitatis in vno corpore cum tribus capitibus poſsit depingi, aut Spiritus Sancti in forma & figura columbæ. Dicendum igitur quod cum prohibitæ fuerint non iure naturali, quia non intrinſece malæ, ſed diuino poſitiuo, ne eſſet occaſio idololatriæ populo rudi, & victum Domini nõ perfecte noſſet (quia apparuerat Abraham, Iſaac, & Iacob in Deo omnipotenti, ſed nomen Adonai, quo pro Iehoua includente nomina trium perſonarum, non eum indicauerat ſecundum Græcum ſaltem perfecte, ſicut cum Matth. 28 dicit aperte. In nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti) recte ſequitur quod

nunc poſt Chriſti Domini doctrinam, poſt Apoſtolorum prædicationem, Pauli vocem, Dyoniſij Areopagitæ Theologiam, Hieronymi, Auguſt. Chryſoſtomi expoſitionem, quando corruerunt idola Egypti conticuerunt oracula, poſſumus vti huiuſmodi imaginibus. Ratio formatur ſic. Cauſa & motiuum prohibendi imagines, puta periculum idololatriæ, ceſſauit, igitur nimirum quod ipſum preceptum ceſſauerit, quia pro circunſtantia temporis diuerſa dantur precepta ab eodem legiſlatore. Rurſus. Imagines de ſe ſunt licitæ, & vtiles, quæ deſeruiũt ad reducendum in memoriam ipſa exemplaria, igitur earum vſus maxime fructuoſus eſt. Non obſcure docet hoc Dam. oratione 2. de imaginibus dicens. Iudæis igitur quoniam ad ſimulacra colenda erant proniores, hæc iuſſa ſunt. Nobis autem quibus vt Theologice loquar datum eſt vt ſuperſtitioſum errorem fugientes & veritatem cognoſcentes, pure cum Deo conuerſemur, ei quæ ſoli ſeruiamus, infantiam quæ pretereuntes, in virum perfectum euadamus, non ſumus amplius ſub pedagogo. Ex his verbis infertur vtrunque ſimul, nempe omnem vſum imaginum eſſe prohibitum, & non ſolum ad adorationem, quia hoc etiam nũc prohibetur, & ſic nũc quoque eſſemus ſub pedagogia, quod eſt falſum. Et quod iuxta de cauſa potius nunc quam tunc permittuntur imagines. *Dam.*

Ad primum argumentũ patet ex his quæ modo diceb emus, quare tunc non fuerit licitum, nunc vero fuerit licitum & conueniens.

*Catber.* Ad 2. reſpondet Catherinus illas imagines factas fuiſſe iuſſu Dei, qui potuit diſpenſare, aut omnino derogare precepto ſuo. Hæc ſolutio facilis eſt, & omnino vera eſſet, ſi ſolum eſſent illæ imagines quas Dominus Moyſi facere precepit. Cum autem conſtet Salomonem 3. Reg 6. & 7. Plures alias imagines feciſſe, in quo non peccauit, vt teſtatur Leontius dialogo apologiæ pro Chriſtianis qui refertur 7. Synodo actione 4. nec ab vllo Sacerdote vel Propheta reprehenditur, apparet quod predicta ſolutio eſt inſufficiens. *Burg.* Burgenſis reſpondet quod extra Sancta Sanctorum ob periculum idololatriæ iuſte de cauſa prohibebantur imagines, quia vero Sancte Sanctorum ſolus Summus Pontifex in rebus diuinis bene edoctus ingrediebatur, & tale periculum ceſſabat, iuſte voluit Deus vt illic eſſent imagines Cherubinorum. Contra hanc ſolutionem ex eadem ratione arguitur, nam extra Sancta Sanctorum erant aliæ figure Cherubinorum quas fecit Salomõ. *Vazquez.* Vazquez libro 2. de adoratione imaginum c. 6. fol 86. p. 2. reſpondet ſolum prohibitas fuiſſe imagines per ſe & ſolitarie exiſtentes, non vero illas quæ ſunt poſite velut ornamentum aliarum rerum. Quia quæ ſolitarie ponuntur, exponuntur adorationi & imagines expoſite modo accõmodato adorationi prohibite erant. Quæ ponuntur vt appendix & ornamentum alterius rei non ponuntur, vt adorentur, ideo nunquam fuerunt prohibite. Huiuſmodi erant imagines Cherubinorum tam ſuper propiciatorium a Moyſe facte, quam in templo a Salomone depicte. Sic dicendo docetur nunquam hoc fuiſſe prohibitum illo precepto: Conſequenter ponendo has imagines non fuiſſe illud preceptum diſpenſatum, quia totũ quod a principio fuit preceptum, ſemper fuit prohibitũ & ſeruatum. Sed hæc ſolutio dubia eſt, Primo nam non caret dubitatione quod imagines Cherubinorum non poſſent adorari, de quo dubio ſequenti. Secundo, ſi a principio huiuſmodi imagines vt ornamentum & appendix, non fuerũt prohibite. recte ſequitur quod ſtãte illa prima prohibitione poſſet Moyſes ſua authoritate facere illas imagines, quod non credo verum. Si igitur ex eiuſdem Domini precepto fecit, ſequitur quod Dominus primum ſuum preceptum declarauit & expoſuit quod Catherinus diſpenſationẽ potuit appellare, quia extra templum ſemper manſit prohibitum, quod maxime eſſet verum ſi diceret primũ & ſecundum fuit omnino ſine mora temporis, vt dicamus a principio totaliter omnem imaginem fuiſſe prohibitam. Salomon autem ſolum videtur multiplicaſſe illas figuras & formas ſicut Dauid miniſtros diuini cultus multiplicauit, & Eccleſia ſuppoſito quod confeſſio auricularis eſt de diuino precepto, diuinitus inſpirata & adiuta precipit frequentiã huius Sacramẽti, ſuppoſita ergo manifeſta reuelatione, de ponendo figuras Cherubinorum intra Sancta Sanctorum, Deus qui illum elegit vt ſibi domũ ædificaret, intus docere potuit, vt intra & extra Sancta Sanctorũ poneret figuras Cherubinorum. Ideo vtrunque ſub diſpenſatione modo expoſito comprehenditur. Ego facile dicerem, Deum prohibuiſſe omnem imaginẽ factũ propria autoritate. Quæ vero fiebant autoritate Ducis & legiſlatoris Moyſis non erant prohibite. Quia Deus ſic declarabat quod a principio prohibuit, & huic expoſitioni iuuat illud Exod. 20. Non facies tibi. Id eſt propria autoritate ad vſum tuum. Sicut Laban ſocer Iacob & Michas idola ſibi fecerunt. Autoritate vero publica ad locum communem puta templum in preſentia doctrine Sacerdotum e quorum labiis debebant requirere ſcientiam, licitum ſuit facere & adorare. Quod ex cõſimili prohibitione ſacrificij dubio ſequenti probabo. Extra templum ſacrificare lege prohibitum erat. Sacrificare intra templum non ſolum non prohibebatur, ſed precipiebatur. Suadeo ſic. Si Deus prius preciperet quod fierent figure Cherubinorum, quam prohiberet imagines, ſine dubio tale preceptum eſſet preceptum, nõ diſpenſatio alicuius precedentis precepti, igitur quod prius preceperit non fieri imagines, nõ tollit quin precepiſſe fieri imagines in templo fuerit preceptum non diſpenſatio precedentis precepti. Probatur conſequentia, diſpenſatio in gradu conſanguinitatis non eſt preceptum. Si enim Summus Pontifex ſub precepto preciperet, vt Reges quicunque ſine recurſu ad ipſum poſſent contrahere cum conſanguineis in 4. gradu, potius eſſet legem abrogare quam diſpenſare, ſicut ſunt. 5. 6. & 7. gradus. Igitur precepiſſe Deum fieri Cherubim in templo indicat nunquam voluiſſe prohibere in templo. Ideo dixit. Ne facias tibi. *Nota.*

Ad 3. dictum eſt art. 2. huius diſt. noſtro dubio 5. p. 232. col 2. concluſione vnica, quod illa verba. Ego ſum Dominus Deus tuus non ſunt preceptum, ſed præparatiua & declaratiua iuſti precepti. Et dubio 3. pag. 251. col. 2. concluſ. 3. diximus quomodo ſit formaliter negatiuum, & virtualiter & quodam modo affirmatiuũ. Videndus eſt locus Exod. 20. Leuit. 26. Deut. 4. & 5. vbi eadem fere verba repetuntur. Explico locũ Leuit. quia ibi plures differentiæ imaginum prohibentur. Per idolum, quamcũque imaginem intelligit. Per ſculptile, imaginem quam dolando faciebant. Paſal enim Hæbraice ſignificat dolare Peſel, quod ibi ponitur idem eſt quod dolatum, in quo explicatur omnis modus imaginis, & idoli. Per titulos, intelligit Lyranus altare. Conſonat illud Geneſ. 28: vbi de Iacob dicitur. Erexit lapidem in titulum vbi Lyran. id eſt in ſignum rei preteritæ. Alij intelligunt ſtatuas quas Gentiles faciebant in ſui memoriam. ita Yſichius & Rodulphus Flauiacenſis in Gloſſ. Conſonat illud 2. Reg. 18. vbi de Abſalon dicitur Erexerat ſibi cum adhuc viueret titulum. Alij per titulum intelligunt ſtatuam, vbi ædificium. Per lapidem inſignẽ Rodulphus intelligit quecunque, quæ admirationi *Leuit.*

habita

habita colebantur. Conſonat Iſichius, qui intelligit lapidem precioſum. Omnia mirabilia & pulchra poterant eſſe occaſio idolatriæ. Oleaſter intelligit lapides depictos incluſos in parietibus edificiorum. Sic videmus pulchros lapides in ſepulchris cum aliqua effigie defuncti.

*Nota.* Notandum eſt ex eodem Oleaſtro. Exod. 20. in illa verba. Non adorabis ſculptile, quod ſepe Gentiles adorabant lapides grandes, etiam ſi nullius exemplaris eſſent imagines. Conſonat S. Thom. 2.2. q. 122. art. 2. ad 2. vbi docet quod Romani & aliæ nationes ſine imagine Deos ſuos coluerunt. Secundum enim Aulum Gelium lib. 2. c. 25. Deo ignoto qui terram tremere faciebat templũ dedicarunt. Athenienſes quoque aram habebant in qua ſcriptum erat. Ignoto Deo. Sumere potuerunt occaſionem ex ea hiſtoria male intellecta. Enos enim erexit columnam in ſui memoriã, vt ex Ioſepho dictum eſt. Noe & Abraham ædificauerunt altaria. Iacob erexit lapidem in titulum Vt Auguſt. quæſt. veteris teſtamenti. Non fecit idolum, quia non frequentauit illum lapidem adorando, aut ei ſacrificando, ſed ſignum fuit, & prophetia pertinens ad vnctionem, vnde vnctus dicitur Chriſtus. plures quæ alii Sancti quos refert Gloſſa dicunt, quod hinc habet fundamentum conſuetudo vngendi plures res ſacras. Conſtat autem hominem viatorem prutaguta a facie fratris perſequentis, qui in baculo ſuo tranſiuit Iordanem, nõ habuiſſe ad manũ malleum ad ſcindendum, aut inſtrumentum aliud ad lapidem dolandũ, & tamen Auguſtinus ab idololatria eum excuſat, igitur deſcendentes ab Abraham per Iſmaelem, ab Iſaac per Eſau, & ipſi falſi Iſraelitæ ex memoria parentũ potuerunt venire in hunc errorem adorandi lapidem ſine imagine ſculpturæ. Ex quo apparet quod ſi de ratione ſtatuæ eſt figura, male pro titulo, tranſtulit Vatablus

*Vatab. & Oleaſter.* in ſtatuam. Cum igitur illa verba. Ego ſum Dominus Deus tuus ſint preambula ad preceptum, & omnibus illis negationibus variis modi idololatriæ, materialiter tamen differentes, conuenientes in hoc quod eſt adorare Deũ alienũ, vitium vni ſoli virtuti religionis oppoſitũ, prohibeantur, ſequitur ſatis probabiliter nõ diuerſificari præceptũ, ſed eſſe tantũ vnum formaliter negatiuum virtualiter affirmatiuum de colendo vnum Deum, vt art. 2. latius dictũ eſt. Vt ſi quis dicat, ego ſum Deus tuus, igitur iuſte precipio tibi ne adores alium, hoc modo nec hoc modo. Quemadmodum ſi quis diceret. Ego ſum Pater tuus. igitur ne habeas amiciciam cum Petro, cum Paulo, cum Cephas, cum Apollo, qui omnes mihi ſunt inimici. Sunt tamen decem. quia ſicut poſt 7. præceptũ. Non furtum facies contra Iudæos exiſtimantes ſolum prohiberi actum exteriorem, ponitur 9. præceptũ, Non concupiſces domum proximi tui, ita poſt 6. præceptũ, Non mœchaberis, ſimili modo prohibendo internum deſiderium mœchiæ, & cuiuſcunque fornicationis, dicitur, Nec deſiderabit vxorem eius. Quod iſta duo diſtinguantur, probatur. Fornicatio, & furtũ ſunt contra duas virtutes diſtinctas, igitur ſi propter ignorantiam populi, prohibitio actus exterioris & interioris fit duobus præceptis quantũ ad vnũ, ſequitur quod etiam quantũ ad reliquũ ideo ſicut prohibẽtur actus exteriores duobus præceptis. ſic aliis duobus interiores. Prohibente autẽ lege, facere ſculptilia, obſeruationem illius poſuit in materia & genere religionis, & tranſgreſſionem iſtius præcepti, poſuit in ſpecie ſacrilegii oppoſita religioni. Ideo ſicut nõ habere Deos alieno, & non facere ſculptile, & non adorare illud, ſunt effectus vnius virtutis, puta religionis quæ colimus Deum, ſic prohibitio faciendi ſculptile, & adorandi ad vnum preceptum pertinent, & tráſgreſſio non duplex peccatum eſt, ſicut deſiderium mœchiæ, & adulterii, ſed vnum tantum, quia vnum ad aliud ordinatur, non ſicut qui furatur vt mœchetur, ſed ſub eodem obiecto & vitio oppoſito eidem virtuti.

Dices, licet non colere Deum alienum, & non facere ſculptile ad adorãdum, ſit preceptum naturale, quia ex naturali principio, vnus Deus eſt colendus, ergo non plures, ſequitur, tamen, colere Deum non faciendo quãcunque imaginem, pertinet ad modum cultus & ſic eſt ceremoniale. Verbi gratia, inſtituere aliquod tempus ad colendum Deum naturale eſt: inſtituere autem Sabbatum potius quam alium diem, ceremoniale eſt. Sed dicere quod primum præceptum ſit ceremoniale, non naturale eſt contra communem omnium opinionem, qui dicunt ſanctificationem Sabbati ſolum eſſe ceremoniale, igitur prohibitio non faciendi ſculptile, & imaginem non pertinet ad primum præceptum, quia primum naturale eſt, quod non dũ ceſſauit. Prohibitio vero faciẽdi imagines, ſine intentione adorãdi, ex occaſione idololatriæ, iã ceſſauit. Dico quod in primo præcepto præcipue præcipiebatur, Non colere Deos alienos. Non facere ſculptile, erat velut appendix: quare primũ præceptũ naturale eſt, ideo, & nunc quoque in Lege Euangelica principale obſeruatur, ſicut cætera precepta decalogi vno dempto præcepto de obſeruatione Sabbati quod vt ceremoniale mutatũ eſt in obſeruationem diei Dominicæ, vt diximus art. 2. Sed notandum præcepta decalogi obſeruari nunc, non vt a Moyſe data, ſed vt ſunt præcepta legis naturę.

*Nam antiquitus in veteri teſtamento licitum eſſet adorare imagines quibus vtebantur.*

Dubium mouetur propter ſerpentem ęneũ, & Cherubinorum figuras quas Dominus iuſſit in templo conſtrui. Gloſſa Num. 21. refert Theodoretum dicentem, ſerpentem ęneum non eſſe adorandum. Hoc ipſum refert de Cherubinis ex Dyodoro. Deut. 5. Hanc ſententiam quoad vtrunque ſequitur Vazquez. lib. 2. de adoratione imaginum, diſp. 4. c. 5. fol. 84. Quod non eſſet adorandus ſerpens æneus probat. Ex ſcriptura ſolum conſtat propoſitum fuiſſe populo aſpiciendũ, ſed ſimplex ille aſpectus, non eſt aliqua ſubmiſſionis nota, igitur dicendum non eſt quod ſerpentem ęneum populus ille adorauerit. *Gloſſa.*

Secundo populus ille nimis erat in idolatriam propenſus, & ob hoc illi interdictus, & prohibitus fuerat vſus imaginum, igitur non eſt credibile, quod cum maiori periculo idololatriæ concederet illi populo adorationem ſerpentis. Conſequentia probatur, quia recipiendo ſalutem per aſpectum ſerpentis, facilius ipſum tãquã Deum haberet, quam aliam imaginem.

3. Scriptura non refert exhibitam fuiſſe adorationẽ illi ſerpenti, incenſo aut alio ſigno reuerentię, ergo credendum eſt poſtea ſolum in recordationem beneficii propoſitum fuiſſe populo aſpiciendum.

4. Id ipſum probatur de ſeruis & figuris Cherubinorum. Quoties figura aliqua ponitur, velut appendix, & ornamentum alicuius operis ad nullam ſui adorationem mouet, ſed in totũ ipſum opus potius animus intenditur, huiuſmodi erant figuræ Cherubinorũ obũbrantium alis ſuis propiciatorium, igitur adorare eas nõ licebat. Conſequentia eſt legitima, minor vera, maior probatur exemplo. Cum Beatiſſima Virgo pingitur in cęlum aſſumpta ab Angelis, animus adorationis nõ fertur in Angelos qui ipſam ſubleuant aut comitantur, ſed in Virginem, igitur non erant huiuſmodi Cherubinorum figuræ adorandæ, Propter hæc argumenta conſtã-

ter

*Vazquez* ter Vazquez libro 2. de Adoratione imaginum, diſp. 4. c. 5. fol. 84. tenet, nec ſerpentẽ æneum, nec figuras Cherubinorũ adoratas fuiſſe ab antiquo populo. fol. 87. p. 2. inquit. Nec quis quã niſi ex ſuo cerebro, & abſque vllo fundamento contrarium poterit affirmare.

Sed non me deterruit tonitruum iſtud, quia non vox tonantis in maieſtate. Prima ratio in ſufficiens eſt, quia ipſe aſpectus oculorum, ſi demiſſo in terram vultu fiat, magnæ reuerentiæ ſignum eſt. ſic orabat qui ad cælum oculos ſuos leuare non audebat peccatorum ſuorũ pudore perfuſus. Spe primi orationis cauſa (aut pro gratiarum actione, ſicut Chriſtus). Dauid oculos ſuos in cælum leuabat, & ſicut oculi ancillæ in manibus dominæ ſuæ, ita oculi eius ad Dominum donec miſereretur eius intendebant. Per oppoſitum aſpectus liber irreuerentia eſt. Ideo puniuntur Bethſamitæ, quia irreuerenter aſpi-
*1. Reg. 6* ciunt arcam. 1. Reg. 6. igitur falſum videtur quod ex aſpectu non poſſit colligi nota ſubmiſſionis, & adoratio-
*Acto. 3.* nis. Act. 3. Ante quam Petrus cum Ioanne, claudum exiſtentem ad portam templi quæ dicebatur ſpecioſa, ſanaret, dixit, Reſpice in nos. Tunc dixit. In nomine Ieſu Chriſti ſurge & ambula. Poſtulauit reuerentem aſpectũ vt diſpoſitionem congruentem ſuſcipiendi beneficii. Sic videtur fuiſſe antiquus ille aſpectus ſerpentis a Deo preceptus. Incredibile omnino, quod preciperetur a Deo aſpectus ſubſtantia, ſine reuerentię circuſtantiis, alias eſſet ſub præcepto Dei actus humanus non perfecte circunſtantiis natus, ſed mere naturalis & indifferẽs ad modum pullorum aquilarum, igitur cum lex proportionetur cum eo quem dirigit, ſi a Deo hominibus fuit impoſita, libere, & reuerẽter a ſubditis hominibus, infirmis, a ſerpẽteque percuſſis debuit eſſe ſuſcepta. Hac ratione vtitur Sanderus, quẽ allegat ipſe Vazquez, libro 2. de Imaginibus cap. 3. Secunda ratio iſtius Autoris ſe ipſam falſificat, & in Autorem poteſt retorqueri. Si enim alicuius eſſet ponderis, vel momenti, probaret quod nec vſus huius figuræ eſſet licitus, & conueniens, quia maxime ex illo ſumeret populus occaſionem idololatriæ, quod hiſtoria Ezechiæ. 4. Reg. 18. confringentis illam figuram comprobat, & Caluinus, hoc vtente argumento, apud ipſum Vazquez fol. 75. p. 2. fauet. Retorquetur in Autorem ſic. Non obſtante facilitate & inclinatione quam in idololatriã populus habebat, ad hoc vſus illius figure ex diuino præceptu licitus erat, igitur vſus licitus, licitam adorationem reddebat. Hoc enim, vt ſupra diximus contendunt nonnulli ex hæreticis, quod imaginũ vſus ſit licitus ad ornatum & memoriam, non autem ad adorationem. Tertia ratio ab autoritate negatiue. Scriptura hoc non dicit igitur non fuit. Conſequentia nulla eſt. Probatur. Act. 3. Petrus quidã dixit. Reſpice in nos. Non dicit quod offerret illi incenſum, ex negatione oblationis inceuſi inferrã quod non fuerit eos veneratus in modo aſpectus, ſaltim pro pecunia, ſicut alij faciunt pauperes. falſum eſt. Nam petentiũ mos eſt cum petunt humiliari. Acceſſit mater filiorum Zebedei, adorans & petens aliquid ab eo. Quarta ratio nulla eſt. nam etſi quando pingitur aſſumptio Beatiſsimæ Virginis ab Angelis, precipue animus ſit in ipſam, non in Angelos, non tamẽ probatur quod qui intẽderet in Angelos adorare eos illos, male faceret, nam tunc, nunc quoque non poſſemus Angelos adorare, quando depinguntur velut appendix aſſumptionis, quod falſum eſt. Probo. Per hoc quod illa imago ponitur vt appendix, obiectũ non amittit ſuam rationem adorabilem, nec imago rationẽ imaginis propter quam eſt adorabilis. igitur manente natura, manet ratio & cõditio adorabilis. Secundo, quia ſequeretur quod nunc non poſſemus adorare Magdalenam poſtratam ad pedes Domini Ieſu: imo nec Beatiſsimam Virginem, quæ ſemper vna cum filio ſuo depingitur. Quia res ad mores pertinet ex polytica probatur. Cum Rex aut magnus prælatus a ſubditis comitatus ſedet, (ſicut Dominum Sabbaoth Iſaias ſedentem a Seraphinis comitatum vidit) quamuis irreuerentia ſit in ipſum precipue non intendere. tamen ſine iniuria ſuperioris deficis oculis in aliquem. Ducem, Marchionẽ, aut Comitem, poteſt illum quadam corporis & capitis inclinatione venerari, dum profunda nõ ſit igitur ipſa quarta ratio nulla eſt.

Secunda ſententia, huic oppoſita docet licitum fuiſ- *2. ſenten.*
ſe adorare imagines quarum vſus fuit licitus, ita vt ille ſit legitima conſequentia. Hæc imago eſt licita quantũ ad vſum, igitur quantum ad adorationem, tenet conſequentia. quia exemplar ipſe eſt adorabile, & imago ponitur loco exemplaris, quod in imagine habet quodã eſſe repreſentatum, igitur cum adoratio ſit ſicut vſus, ſi vſus licet, adoratio licet, & econtra, quando adoratio non licet, vſus imaginum illorum exemplarium prohibetur. quia vero res moralis eſt pendens ex circunſtantiis bene poſſet exemplar ipſe adorari, & imago ob periculum prohiberi. Aperta ſatis docere videtur hoc Nicephorus Patriarcha Conſtant. dialogo cui orthodoxus dicens Cum querit hæreticus vbi ſcriptum ſit de adoranda Chriſti imagine, reſpondendum eſt. ibi ſcriptũ eſſe, vbi ſcriptum eſt, adorandum eſſe Chriſtum Dominum, ſiquidem inſeparabilis eſt a proto typo effigies eius. Sed ſuo modo adorationis Angelis debetur adoratio, igitur ſi imago eſt in ſeparabilis a prototypo. cum imago licita eſt, licite adorari poteſt, alias conſequentia non eſſet formalis, ſed teneret verũ ſolum in Chriſto. Hanc ſententiam docet Catherinus opuſculo de adora- *Cather.*
tione imaginum cap. 1. Sanderus libro 2. de imaginibus cap. 3. Sequitur ex opinione Bedæ, & omnium Autorũ dicentium, imagines non fuiſſe prohibitas, ſi non adorantur more Gentilico aeſtimando eſſe in eis aliquod numen, nam ſub ſumitur minor, ſed figurę Cherubinorum & ſerpens æneus non ſic adorabantur, igitur licitum erat illas adorare. Fauet D. Thom. 3. p. q. 25. art. 3. ad 1. dicens. Eo modo prohibetur adoratio, quo prohibetur adoratio rei cuius imago eſt. Tunc ſic. Igitur ſi adoratio Angelorum ipſe non fuit prohibita, licitũ fuit adorare imaginem eorum, dum fieret debito modo, puta propter exemplar. Dices quod hoc nõ obſtante prohibitę fuerunt imagines exemplarium, quæ in ſe adorare licebat. Dico, quod iam ſupponitur huiuſmodi imagines non fuiſſe prohibitas, ideo argumentũ habet vim
Fauet Cõcilium Tridentinum ſeſſ. 25. c. de imaginibus, *Concil.*
vbi prohibet imagines in ſolitas, igitur imagines ſolitę, *Trident.*
& vſitatę, quæ licita ſunt, licite adorantur. Fauet Hieronymus epiſtola 17. Quæ nomine Paulæ & Euſtochii ſcribitur ad Marcellam, vbi dicitur. Venerabantur quõdam Iudæi Sancta ſanctorum, quia ibi erãt Cherubim, & propiciatorium, & arca teſtamenti, manna, & virga Aaron, & altare aureum. Reſpondet Vazquez. Cherubim non adorari per ſe, ſed tabernaculum vna adoratione, ſimul cum omnibus illis. Sed hæc ſolutio vix ſtare poteſt. Primo, quia imagines Cherubim repreſentabant exemplaria quæ non debent adorari latria, ſed alia
adoratione diſtincta. Secũ lo, quia Adrianus ſigillatim *Adrian.*
& diſtincte commemorat virgam Ioſeph quam Iacob adorauit. Hebr. 11. Cherubim quos Moyſes poſuit, in numera quę alia. Poſtea loquit. Non eſt dubitandum (Nota contra Vazquez, dicentem, non eſſe adoranda, quia velut appendix erant ad decorem) omnia quæ in Eccleſiis Dei ad laudem & decorem domus illius conſtitutum-

ſtruantur, Sancti, & colendi eſſe. Cum ſigillatim omnia commemoret, veriſimile videtur, ly omnia, diſtributiue accipi, ita vt vnum quodque per ſe poſſit adorari, aliis non adorarentur, ſed ea adorarantur, ſicut ornamentum Regis.

Quantum ad ſerpentem æneum inquit Adrianus. Fecit igitur Moyſes ſerpentem æneum, & poſuit eum, & ſeruati ſunt. Poſtea ſubdit. O inſaniam infrementium aduerſus fidem, & cultum ſacrum. Cum ex viſu, & aſpectu in ſerpentem, inferat cultum ſacrum, videtur quod ſerpens fuerit adoratus. Damaſc. oratione 3. de imaginibus refert verba Athanaſii de quæſtionibus ad Antiochum, dicens. Sicut Iudæus olim, legis tabulas, & duo Cherubim aurea quondam adorabat non lapidis aut vnaturam colens, ſed Dominum, qui ea vt fieret præceperat. Quia dicit. Sed Dominum, exiſtimat Vazquez, quod non Cherubim, ſed Dominus cum reliquis omnibus adorabatur. Sed oppoſitum colligitur ex prædicto; erat enim. Non lapidis, aut vnaturam colens. Igitur ſolum intendit negare non adorari materiam imaginum, quod eſt veriſſimum. Adorando autem imaginem, adoratur exemplar in illa. Et colendo ſanctos, colitur Deus in illis, qui illos ſanctificauit. Iuxta illud. Laudate Dominum in Sanctis eius. Iuxta illud. Qui vos audit me audit, & illud Math. 18. Qui ſuſceperit vnum paruulum in nomine meo, me ſuſcipit. Quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. Per oppoſitum, Lucæ 10. Qui vos ſpernit, me ſpernit. Igitur negando adorari materiam, & affirmando adorari Deum, male infertur, non adorari Sanctum, aut Angelum, ſiue imagines eorum, quia ibi colitur, aut ſpernitur Deus, vt diximus in principio huius art. dubio 4.

Dico igitur, ſatis probabile mihi eſſe, quod imagines Cherubim ſaltim, poterant adorari, quia earum exemplaria erant adoratione digna, vt nunc ſuppono. Perſuadeo da nouo permutando. Saduceos negaſſe Angelos eſſe ſic Act. 23. Saducei autem dicunt, non eſſe reſurrectionem mortuorum, nec Angelum, nec Spiritum. Phariſei autem, vtraque confitentur. Secundo notandum ex Beato Petro, apud Clementem Romanum, libro 4. recognitionum, ideo Deum poſuiſſe duos Cherubim in propitiatorio, & non vnum, ne ſi vnus eſſet, exiſtimaretur Deus. At ſi dixiſſet, ponendo duos, facile erat exiſtimare, non eſſe Deos, quia lumine naturali cognoſci poteſt, eſſe vnum Deum. Sciendum quoque ex Hieronymo, vnum templum, tantum, Iudæis fuiſſe conceſſum, ne ſi vbique poſſent adorare publice, & ſolemniter, ſacrificium offerendo, occaſionem ſumerent idolatrandi. Patet illud Ioann. 4. vbi Iudæi dicebant, quod Hyeroſolimis adorare oportebat. Manifeſtatur quod diximus conſiderando quod in Sacris litteris, adorare, ſumitur pro ſacrificare. Cum Abraham Geneſ. 22. iret ad ſacrificandum filium, dixit. Cum adorauerimus, reuertemur ad vos. Conceſſit autem offerre plura genera ſacrificiorum, & varia genera animalium, ne ſi omnia eſſent prohibita, niterentur in vetitum, cupientes quæ prohibitum offerent illa idolis, ſed ſatisfacientes appetitui offerendi, cætera immunda non ſacrificarent. Sic cum primis Parentis, vt notauit Chriſoſt. ſuper Geneſim, factum eſt. Conceſſit quidem illi Deus omnes arbores, ne ſi cunctas prohiberet, niteretur in vetitum. Prohibuit vero vnam, vt fructum redderet obedientiæ. Secundo conceſſit Deus plura ſacrificia, vt venturi Meſſiæ plures præceſſiſſent figuræ. Lex enim illa veluti theatrum, in quo futura repræſentabantur, erat. Doctrina eſt Aug. & aliorum. Fundamentum habet in illo Pſal. Vtique holocauſtis non delectaberis. Id ipſum Iſai. 1. Igitur in illis propter illa non delectabatur, ſed volebat illa, quia vmbra & figura futurorum. Vnde Leuit. 17. Deuter. 16. Lege cautum erat, ne extra templum, illud ſacrificium offerant, & intra templum non niſi in particulari altari. Vnum templum ſolum conceſſit, vt cum deſtructum illud viderent, Sacerdotium, ſimul finitum agnoſcerent. Veriſſimum eſſe conſtat ex locis citatis. Vnde non dicere poſſunt nunc habere ſacrificium. Sacerdotium, & legem extra Hieruſalem, quia, ſi ibi non habent nullibi ſacrificium Deo acceptum habent. Habet Hieronymus Iſaie. 66. in illa verba. Ad quem aſpiciam niſi ad pauperculum, vbi loquendo de abiectione Sinagoge inquit. Sublato altari temploque terreno, quod humana conſtruxerat manus, recte auferuntur, et victimæ Iudæorum, ne forſitan dicerent, non ſtulti ſumus, vt Deum putemus loco poſſe concludi, ſed ad ſacrificandum Deo victimas conuenimus. Hoc ipſum Chriſoſt. qui hom. 1. contra Iudæos arguit ſic. Vbi eſt altare, vbi ara. Poſt pauca, Cultum veſtrum redegit Deus ad victimas, victimas ad certum templum, templum ad vnam ciuitatem. Ac ſi diceret. Non habetis templum, igitur nec victimas, nec Sacerdotium, nec legem, vt latius oſtendam q. 2 ſuper prologum Scoti. Cum igitur Iudæorum nonnulli crediderint non eſſe Angelos. Cum plurimi etiam plures Deos colerent, & extra Hieruſalem ſolemniter adorare non liceret. Quid mirum quod ad deſtruendum errorem exiſtimantium non eſſe Angelos, & adorantium plures Deos, in templo poſuiſſet figuras Cherubinorum ad adorandam, & nullo modo permitteret figuram ſui, ſed de medio Cherubinorum, ſedendo ſuper Cherubim, vt vnus loqueretur.

*Aug. tra Ctat. 10. in Ioa.*

*Hieron.*

*Chriſoſt.*

*Act.*

*Clemens.*

*Hiero.*

## *Num imagines ſint adorandæ.*

SVPRA commemorauimus hæreticos non admittentes vſum imaginum nunc contra Iconomachos qui tempore ſynodi negarunt imagines eſſe adorandas, eſt nobis agendum. Admittunt quidem vſum imaginum, non tamen inclinatione capitis: oſculo nec aut quouis alio ſigno adorant. Error is te probari non poteſt niſi rationibus ſophiſticis aut teſtimoniis falſis, ſeu authoritatibus veris male tamen, & falſe intellectis. Ambroſius oratione de obitu Theodoſii inquit. Helena Crucem inuenit. Regem adorauit, non lignum vtique, qui eſt error Gentilium. Sed Ambroſius non negauit Helenam Crucem adoraſſe, ſed non adoraſſe more Gentilium, qui in ſtatuis, & falſis imaginibus ſpem ſuam, & affectum collocabant, ſed more Chriſtianorum qui imaginem, propter exemplar præcipue colunt. Simili ratione, Ireneus inter Carpocratis, & Gnoſticorum errores numerat, quod haberent quaſdam imagines Saluatoris depictas cum imaginibus Protagore, & Ariſt. quas more Gentilium colebant. Huius conſuetudinis meminit. Epiphanius hæreſi 27. Ad hoc facit Gregorius lib. 9. Epiſtolarum Epiſtola 9. ad Serenum Epiſcopum qui confregerat imagines, vbi inquit. Frangi non debuit, quod non ad adorandum in Eccleſiis, ſed ad inſtruendas ſolum modo mentes naſcientium fuit collocatum, igitur iuxta vſus imaginum non deſeruit ad adorationem, ſed ad recordationem. Videtur expreſſe docere Hieronymus in cap. tertium Danielis vbi inquit. Cultores Dei, imagines adorare non debent. Id ipſum Damaſc. lib. 4. c. 8. vbi inquit. Quod quando corā imagine procidimus, non

imaginem, ſed imaginatum adoramus. Conſequentia probatur ratione, imaginum vſus inuentus eſt vt recordemur exemplarium quæ per illa repreſentantur, ideo ſunt ſcriptura laicorum, igitur ſatis eſt adorare exéplar, licet non adoremus imaginem ipſam. Confirmatur, quia imago ſolum adoratur vt conditio, id eſt vt id in quo imaginatum habet quodam eſſe repreſentatum: conditio autem non eſt terminus, ſed velut mediū, igitur proprie non adoretur.

Secundo arguunt hæretici ex Concilio Francofordienſi, vbi dānata fuit 7. Synodus recipiens vſum imaginum, igitur in Francofordienſi damnetur vſus imaginum. Si dixeris Concilium Francofordienſe nō damnare 7. Synodum veram, quæ eſt 2. Nicena, ſed Concilium Conſtantinopolitanum, quod hæretici falſo 7. appellarunt, vt dicit Alanus copus dialogo 4. c. 18. & 19. Sanderus lib. 2. de imaginibus c. 5. quos ſequitur Surius in præfatione ad ſcriptū Adriani de imaginibus. Quod probant ex Annonio monacho lib. 4. Francorū ſub anno 804. Ex Abbate Vſpergenſi in ſuo Chronico. Quos ſequitur Paulus Aemilius lib. 2. de geſtis Francorum. Contra arguitur probando quod damnetur ſecundum Concilium Nicenum. Nam Annonius & Abbas Vſpergenſis, ex quibus alij hiſtorici deſumpſerunt, quamuis de Conſtantinopolitana loquentur: addunt tamen. Quæ ſub Irene, & Conſtantino filio eius ſeptima eſt appellata. Tunc ſic 7. Synodus Conſtantinopolitana falſa, non fuit celebrata ſub Irene, & filio eius Conſtantino, ſed ſub Conſtantino Copronymo marito Irene, Patre Conſtantini filij Irene. Quæ vero ſub Irene & Conſtantino filio eius fuit celebrata, fuit 2. Nicenum 7. verum generale, igitur hoc damnauit Concilium Francofordienſe. Secundo id ipſum probatur ex alijs ſcriptoribus. Regino libro 2. ſub anno 794. Ado in chronico ſub eodem 793. Auentinus in hiſtoria Boiorum eiſdé fere verbis dicunt. Pſeudo Synodus quam 7. Græci appellant pro adorandis imaginibus, abdicata penitus eſt. Sed ſic eſt quod Synodus Conſtantinopolitana non fuit pro adorandis imaginibus, ſed pro confringendis imaginibus, igitur prædicta ſolutio nulla eſt. Tertio improbatur prædicta ſolutio ex quodam fragmento Hincmari cap. 20. cōtra laudunenſem Epiſcopum quod refert Alanus copus loco allegato. Septima autem apud Græcos vocata vniuerſalis Pſeudo Synodus, de imaginibus, quas quidam confringendas, quidam autē adorandas dicebant, ſine autoritate Apoſtolicæ ſedis nō longe ante noſtra tempore Niceæ eſt a compluribus habita & Romam miſſa. Poſtea inquit, hanc fuiſſe in Concilio Francofordiēſi deſtructam. Igitur de hac eſt ſermo.

Simile argumentum formatur ex libro Carolino in cuius præfatione dicitur. Allata eſt in medium (ſcilicet Concilii Francofordienſis) quæſtio noua de Græcorū Synodo, quā de adorandis imaginibus Sanctorum, ita vt qui deifice Trinitati ſeruitiū aut adorationé nō impenderint anathema iudicarentur, qui ſupra Sanctiſſimi Patres noſtri (ſcilicet Francofordienſes) omnibus modis adorationem & ſeruitutem eis impendere renuētes, contempſerunt, atque conſentientes condemnarūt. Si cum Surio dixeris ibi non loqui de Nicena, ſed de Conſtantinopolitana, ideo nihil contra nos. Contra arguitur ſicut ante, quia ibi dicitur congregatam fuiſſe pro adorandis imaginibus. Conſtantinopolitana fuit congregata pro confringendis imaginibus. Secundo reiicitur iſta ſolutio, quia Synodus quam Concilium Francofordienſe abrogaſſe dicitur, refertur celebrata fuiſſe Bithyniæ, in qua Prouincia eſt Nicea, & eſt pars Aſiæ. Conſtantinopolis eſt Metropolis Thraciæ, quæ eſt pars Europæ, igitur credendum eſt præfationem illā loqui de Synodo Nicena, cuius loco ex errore ponitur Conſtantinopolitana. Propter hęc argumenta Genebrardus infra citandus exiſtimat Conciliū Francofordienſe damnaſſe 2. Concilium Nicænum.

Tertio principaliter arguitur. Imago eſt inferior homine, igitur non debet adorari ab homine, tenet conſequentia, quia adoratio eſt ſignum inferioritatis.

Quarto, non adoratur homo, igitur nec imago, tenet conſequentia, quia homo eſt imago Dei.

De propoſita quæſtione, omiſſis hæreticis, inter Catholicos eſt opinio Durandi hac d. q. 2, dicentis duo. *Dur.* Primo, quod imago eadem adoratione, qua ſuum exēplar adoretur. Secūdo, quod exemplar adoratur per ſe, imago propter aliud, & ſic per accidēs, ideo exēplar adoratur proprie, imago improprie, quia non adoratur tam quā terminus adorationis ſed ſolū, vt obiectū motiuū ad adorandū imaginatum coram imagine, in præſentia enim imaginis fit commemoratio rei quam commemoratam adoramus. Hanc ſententiam ſequitur Maior hac d. q. vnica, in hanc declinare videtur Gerſon Alphabeto 27. litera 7. refert Corduba lib. 1. q. 3. dub. 2. Eandem defendit Picus Mirandulanus, 3. ſua apologiæ, Titelmanus Pſal. 98. in illa verba Adorate ſcabellum pedum eius. Alij temerariam, alij vt victoria quem refert Medina 3. p. q. 25. art. 3. dub. 3. hæreticam dicunt. Noſter Corduba loco citato inquit, in nomine parum differre ab opinione hæreticorum, in re vero multum. Nam hæretici qui minus errantes imaginum vſum admittebant, oſcula, capitis inclinationem, & quamcunque aliam venerationis notam, imaginibus denegabant. Durandus autē & omnes alij Catholici Doctores, & adorabant & omnibus prædictis modis adorādas fore a populo ducebāt. Sed aſſignando diſcrimen inter adorationem imaginū & exemplarium, quibus propter ſe adoratio in affectu & actu interiori debetur, prædictis terminis vtebantur. Termini non proprii, ſed improprii valde ſunt, & propter hoc vitandi, verum autem diſcrimen inter adorationem imaginum, & exemplaris, per alios ſignificarunt, vt dubio ſequenti magis manifeſtum fiet. Supra artic. 3. & in principio huius 4. diximus quod Verbum diuinū adorabatur latria propter ſe, humanitas latria etiam adorabatur, non propter ſe, ſed propter Verbum ipſum. Ad hunc modum dicimus exemplar adorari propter ſe, imago vero eadem adoratione, non propter ſe, ſed propter exemplar, ideo non adoratur principaliter, vltimate & primario, ſed ſecundario, & non vltimate. Vtrūque tamen proprie adoratur. Media ad finé vere & proprie amantur, & diligūtur, non metaphorice aut improprie: non tamé diliguntur propter ſe, ſed propter finem. Termini igitur Durandi, puta ly improprie adorantur, fugiendi ſunt. Opinio in ſe non eſt hæretica, ſed ſana, & Catholica. Sic eſt intelligendus Gregor. lib. 7. epiſtolarū epiſtola 53. vbi inquit. Scio quod imaginem Saluatoris noſtri, non ideo petis quaſi Deum colas, ſed ob recordationem filii Dei, in cuius amore recaleſcas. Adorare imaginem Dei, vt Deum, eſt adorare imaginem propter ſe ipſam ſine affectu & recordatione exemplaris, ſicut adorabant Gentiles. Tunc imago, idolū eſt habēs oculos & non videns. Sed nec habenda eſt ſolum ob recordationem nulla ei exhibita reuerentia. Sed ſic loquitur Gregor. ad declarandum quod non adoratur principaliter propter ſe, ſed propter exēplar cuius eſt imago, & ſignum rememoratiuum. Sic ſunt intelligendæ omnes authoritates Sanctorum, & Conciliorū dicentiū, nō eſſe ad adorationé, ſed ad recordationé. Docēt præcipue affectū interiorē eſſe debere ad exēplar, nō ad imaginé. Quia

ſi affe-

ſi effectus interior ad imaginem eſſet tam imago propter ſe adoraretur. Vnde idē videtur adorari propter ſe, & adorari effectu interiori. Eſſe ad recordationem, & adorari propter aliud, idem ſunt apud Catholicos. Non enim vt heretici ly recordationem accipiunt precise, pro mem oria ſine aliqua adoratione. Sed accipiunt pro veneratione & adoratione propter memoriam & affectum in exemplarium. Et iſte eſt legitimus modus adorandi imagines. Et termini quibus vti debemus ſunt. Adorari ſecundario, minus principaliter, non propter ſe, ſed propter aliud. Nihilo minus vere & proprie adorantur.

Hanc veritatem ſic explicatam probat noſter. *Corduba.* Corduba ex ſexta Synodo can. 73. & 82. & 7. Synodo actione 3. Denique ex Concilio Florentino, & Tridentino ſeſſ. 25. vbi dicitur quod imagines ſunt adorandæ, ergo non improprie, ſed proprie ſunt adorandæ, tenet conſequentia, quia in re tam graui vbi hæreſes erant contrariæ, & veritati conſentaneum non eſt Concilia decreuiſſe adorandas eſſe adoratione improprie, quia impropria adoratio non videtur adoratio, non igitur cum Durando illis terminis vti debemus. Medina improban- *Medina.* do ſententiam Durandi arguit ſic. Si imago non adoratur, ſed repreſentatum in ea, ſequitur quod cum Deus ſit in omnibus rebus, omnes illas poſſemus adorare adoratione impropria quam ponit Durandus, quod abſurdum & periculoſum eſt, igitur aliqua propria, & ſpe- *Vazquez* ciali adoratione adoratur imago. Vazquez lib. 3 de adoratione imaginum libenter concedit ſequelā, puta, poſſe nos quamcunque rem mundi ſupra dicto modo licite adorare, ſi nō ad ipſam ſed ad Deum animus ſit. Citatque pro ſe Caietanum 2. 2. q. 103. ad 3. dubium. Probat de inanimis rebus ex Leontio dialogo contra Iudæos. Secundo docet, non propterea licitum eſſe quācunque rem mundi populo adorādam proponere, quia affert multis manifeſta cauſa periculi. Non approbando quod non credo, nec impugnādo quod ignoro, mirum eſſe conſidero, quare nobis non imputetur in crimē, quod veſpertilio nes, viperas, Solem, Lunam, ligna, herbas nunquam adoremus etiam ſi præſentes coram illis hæreamus, & tamen irreuerentia ſit, præſentem imaginem non adorare, reliquias Sanctorum ſemina cuſtodia non cuſtodire, & tanti ne laudabile ſit quærere, nimium nunc ſit in rē tranſferre. Signum eſt non poſſe adorari niſi ſpeciali Dei aſſiſtentis honore, vtique & ſancti ſiuntur. Hinc illud Pſal. 131. Adorabimus in loco vbi ſteterunt pedes eius. Id eſt contactis aliis prætermiſſis locum ſanctificatum veſtigiis pedum eius adorabimus; Quod eſt videre in peregrinis adeuntibus terram ſanctam qui non omnia adorant loca, ſed quæ Chriſti Domini ſanctificauit præſentia. Dum Iacob ſpeculum cum Iſraele habet lapidem in titulum erigit oleum quē deſuper infundit. Dum in rubo eſt Deus, ſ. diuerticalceamenta Moyſe ſoluere, aliter accedere interdicit. Iacob veſtem Ioſep oſculatur, quia contactam ad filium exiſtimat, & proprio ſanguine rubricatam inſpicit. Adorat virgam, quia Sacramentum Chriſti agnoſcit; & inſtrumentum in filii præfectura ſuiſſe conſiderat. Solem. Lunā, lacertam veſpertilionem, ne quis crocodilum, adorata fuiſſe ab ſanctis nunquam oſtendes.

Secundo probatur concluſio ex dubio precedenti, ſi enim exemplar honore ſacro dignum eſt, igitur ſimili honore imago eius honoranda eſt, ſi ratione alicuius imminentis periculi non prohibetur. Tertio probatur veritas ex miraculis quæ in honorem imaginum, Deus quotidie operatur, quorum non nulla commemoratu mus inquirendo anſis luctas viſu imaginum, igitur veritas de adoratione imaginum licet non ſit expreſſa in ſcriptura vt teſtatur Damaſc. lib. 4. de fide cap. 17. tamē habetur ex Conciliis & traditione Eccleſiæ, & colligitur ex ſacris literis. Quarto probatur. Regis imago, ob ipſum Regē quem repræſentat veneratur, quoniam ſtatua quam fecit Nabuchodonoſor videmus, & aliquis Regis imaginem male tractare indecorum eſt, quia honor vel iniuria imaginis in exemplar tranſit, igitur ſtante veritate fidei quod Chriſtus, & ſancti eius ſunt digni honore, naturali ratione conuincimus, imagines eſſe adorandas.

Hæc veritas deducitur ex ſcriptura. Geneſ. 18 Abraham videns tres viros adorauit in terra dicens. Domine ſi inueni gratiā in oculis tuis. Tunc ſic illi tres viri erāt tres Angeli vt conſtat ibidem. Sed non adorauit Angelos, niſi in figura aſſumpta, igitur cum imago ſit velut veſtis qua velatur & tegitur imaginatum, poterimus quoque imagines adorare. Adorauerunt antiqui Patres noſtri tabernaculum illud arcam continentem, arcam virgam Aaron manna, & legem incluſam habentem. Te- *Dam.* ſtatur Damaſcenus lib. 4 orthodoxæ fidei. c. 17. dicens Quid ergo cauſæ fuit quamobrem Moſaycus populus tabernaculum illud, quod cæleſtium rerum figurā gerebat vndique adoraret. Igitur ob eandem rationem imaginem quæ exemplar exprimit adorare licebit. Hieronymus epiſtola qua nomine Paulæ, & Euſtochii ad Marcellam eſt: inquit. Venerabantur quondam Iudæi Sancta ſanctorum. (loco eſt in loco tabernaculi templo ædificato) quia ibi erant Cherubim. Sed non erant niſi figuræ Cherubinorum, igitur licitum eſt imagines adorare. Si dicatur non figuras Cherubinorum adoratas ſed totū ſimul puta arcam, propitiatorium, cum Cherubinis, nō minus probatur, quia illa vt figura futurorū adorabā- *Oza.* tur. Oza percutitur. 2. Reg. 6. ſecundum Lyranum quia minus reuerenter in plauſtro poſuit arcam, quam in humeris reuerenter geſtare debebat. Vel quia Sacerdos nō erat vt Apud Aug. vult autor librorum de mirabilibus ſacræ ſcripturæ libro 2. c. 2. Pſal. 98. Adorate ſcabellum pedum eius quoniam Sanctum eſt. Vbi nomine ſcabelli terra intelligitur ſecundum incognitum. Scabellum eſt ſuppedaneum vel ſcamnellum, ſubſellii, vel ad aſcendendum lectum, & quia cælum eſt ſedes Dei, terra autē ſub cælo, recte ſcabello cōparatur quicquid infimum ſub alio eſt. Habetur hoc Iſai. 66. Cælum ſedes mea eſt, *Iſai.* terra autem ſcabellum pedum meorum. Matth. 5. hæreſ dicitur, non eſſe iurandum per cælum, quia thronus Dei eſt, neque per terram quia ſcabellum eſt pedū eius. Euthymius iuxta hāc expoſitionem ſupponendo thronum Chriſti cælum eſſe, inquit, Scabellum Chriſti vt hominis eſt Golgotha, in quo fuit crucifixus. Threnorū 2. Non eſt recordatus ſcabelli pedū ſuorum in die furoris ſui, accipitur pro templo, ſecundum Theodoretum. Nicolaus aſſignat pro ratione, quia continebat arcam, ſuper quam erat propitiatorium: Senſus Hieremiæ erit. In die furoris tui permiſiſti Hieruſalem expugnata, templum & ſancta conculcari. Poteſt extendi ad Hieruſalem, quam Chriſti pes calcauit & vt ſcabellum habuit. Quia vero ſcabellum eſt ſtandum ſubſellii. & Domi- *Nota.* nus maieſtatis ſedēdo ſuper Cherubim, id eſt ſuper propitiatorium, quod erat operculū arcæ, quam Cherubim alis obumbrabant & ſuſtentabant, nomine ſedilis intelligit Lyranus propitiatorium, nomine ſcabelli arcā. Hanc ſequitur Ianſenius, & Titelmanus. Sed quia humana natura minor creatura & totius huius mundi machinæ compendium eſt, modo cōſimili quo in hac mundi ſtatua, (ſic appellat eam Cyprianus. hom. Nat) cælum eſt velut caput, terra, velut ſcabellū, in homine

Chriſti diuina natura eſt velut caput, dicente Apoſtolo 1. Cor. 11. Caput Chriſti Deus. Et in Canticis cant. Caput eius aureum: humana autē natura velut ſcabellum ſubiecta in omnibus diuinitati. Hanc docet Aug. ante Hieronymus dicens. Multe de ſcabello opiniones ſunt. Sed hic prophete corpus Dominicum dicit, in quo maieſtas Diuinitatis tanquam ſuper ſcabellum ſtat. Subdit. Sed ad Crucem Dominicam & animā ſanctam poteſt referri. Ex ſimilitudine igitur ad primum, cætera intelliguntur. Conſtat igitur quod ſi huiuſmodi adorabant, quia vmbra & figure futurorum, quod ſimili ratione poſſumus adorare imagines, quia repreſentant nobis exemplaria. Vltimo dico, Imaginibus non eſt ſacrificandum, nec aliquid ab eis petendum, quia hęc dicunt preciſum ordinem ad Deum lege Concilium Tridentini ſeſſ. 25.

*Cord.* *Hieron.*

*Dub.* De imaginibus quæ in viſionibus apparent dubiū eſt an liceat illas adorare. Dico, quod vt inquit Apoſtolus 2. Cor. 11. Sathanas ſe transformat in Angelum lucis, ideo examinare, & probare debemus ſpiritus an ex Deo ſint. Ob hoc periculum. Alexand Alenſ. 3. p. q 30. M. 3. *Alex.* art. 1. §. 3 Bonauent. hac d. art. 1. q 6. M. in 3. q. 8. art. 2. ad 3. dub. docent nullum excuſari a peccato qui huiuſmodi imagines abſolute adorat. Quia adorando abſolute, exponit ſe periculo adorandi dæmonem. Nec excuſantur ex ignorantia qua exiſtimant ibi Deum exiſtere, quia illa ignorantia eſt vincibilis, non inuincibilis, & inculpabilis. Debet igitur examinare & a Deo petere vt manifeſtet veritatem, & ſolum ſub conditione adorare aliter manifeſto ſe exponit periculo, ideo a culpa liber non eſt. Suadetur ex illo Matth. 14. vbi poſt quam Apo- *Matth.* ſtoli putauerunt Chriſtum eſſe phantaſma, & Petrus cognouit eſſe Chriſtum dixit. Domine ſi tu es iube me venire ad te ſuper aquas. Scotus in 1. q. 2. Prologi via 8. *Scot.* Contra falſa miracula Antichriſti ait, poſſe ſibi obijci. Si tu es Deus fac me videre eſſentiam Diuinā Quod non videtur legitimus modus vitādi predictum periculum, quia Duci & legiſlatori Moyſi hōc petenti, Deus non conceſſit eſſentiæ diuinæ viſionem. Secundo inquit eſſe interrogandum Antichriſtum. Si tu es Deus dic mihi quid cogitabo aut appetam pro tali hora. Hic modus ſecundus videtur melior & facilior. Vir doctus vix poteſt a peccato excuſari, niſi ex ſubita indeliberatione, quæ quemlibet poteſt excuſare. Nec eſt eadem ratio de adoratione Euchariſtiæ, quia eſt certitudo moralis quod ſit hoſtia conſecrata, dum non eſt aliqua ſuſpitio contra fidem Sacerdotis. Simplices qui ignorant huiuſmodi remedia magis excuſantur, maxime ſi viſio non eſſet frequens. Si frequens eſſet, deberēt viros doctos cōſulere, & conſiderare, ad quid eos viſio illa prouocaret.

Tertio dico, de ſe nullum eſſe preceptum adorandi imagines, quia Deum in imagine adorare non videtur medium neceſſarium ad cōſequendam vitam. Nec ſuſpendere actum adorationis habet aliquam oppoſitionē cum charitate. Secundo ſi aliquod eſſet preceptum maxime in die Paraſceue, quando Eccleſia crucem populo adorandam proponit, ſed tunc non tenetur fidelis Eccleſiæ adeſſe vt adoret, igitur ſi ſcandalum ceſſet de ſe non eſt neceſſe adorare. Tenemur autem venerari per modum negationis, nullam eis irrogando iniuriā. Poſitiue adorare teneremur ſi ad confeſſionem fidei noſtrę eſſet neceſſarium. Videndus eſt noſter Corduba libro 2. q. 5. dubio 7.

Vltimo dico, dicet ſit imaginibus eiuſdem exemplaris exhiberi maiorem reuerentiam in vno loco quam in alio. Quia ibi Deus ſpecialiter operatur, ideo ſpecialiter excitantur fideles ad colendū ibi Deum. Sic moyſi dicitur. Exod. 3. Terra in qua es, terra ſancta eſt, id eſt cultui Dei dicata. vel preſentia Domini ſanctificata, vt vult ibi Caietanus, & expoſitores, ideo maiori cum reuerentia accedere iubetur.

Ad 1. deſumptum ex Greg. & aliis Sanctis dico imagines non eſſe adorandas more gentilico, conſtituendo in illis affectum, ideo oportet recordari exemplarium. Si ſecus Gregorius intelligeret non reprehenderet Serenum quia fregerat, nam vſus ad adorationem licitā ordinatur. Idem fuit ac ſi diceret. Quando imago nō adoratur propter ſe, ſed propter exemplar adorabile, licita eſt, igitur cum poſſes populum docere licitum modum adorandi, male feciſti confringendo. Ad probationem conſequentiæ dico, imaginatū habere ibi quodā eſſe repreſentatū, ideo nō ſolum eſt ad recordationem, ſed ex affectu interiori ad exemplar, exteriorem imaginibus reuerentiam poſſumus exhibere.

Ad confirmationem dico, ſufficienter probari quod imago nōn poſſit adorari vt terminus principalis. Poteſt tamen adorari vt minus principalis. Quānn enim medium non amatur propter ſe, ſed principaliter propter finem, reuera amatur.

Ad 2. difficile eſt reſpondere, quia eſt quæſtio facti non iuris & pendet veritas ex hiſtoricis auctoribus. Supponendum igitur eſt Concilium Francofordienſe notā habuiſſe diffinitionem 7. Synodi vere, quæ fuit ſecunda Nicena. Ex quo ſequitur nec in facto errasse aliquid contra 7. Synodum diffiniendo. Nec aliquid contra cultum imaginum. Primo vtraque Synodus fuit celebrata ſub Adriano 1. qui miſit legatos ad Conciliū Francofordienſe, quod Centuriatores hæretici fatentur, & ex ſcriptoribus hiſtoricis, & ſubſcriptionibus conſtat: igitur potuit Concilium certum facere de diffinitione Concilii Niceni, & diffinitionem Concilii Francofordienſis impedire, aut non approbare. Conſequenter etiam ſequitur, quod nullius eſſet autoritatis & veritatis. Secundo 7. Concilium generale verum, fuit 2. Nicenum autoritate Summi Pontificis congregatum, igitur nec Concilium Nicenum potuit diffinire imagines eſſe colendas pro Diis, vt obuciunt hæretici, quia hoc eſt hæreſis Chriſtianocategororum; qui imagines colendas eſſe vt Deos affirmant, cuius erroris meminit Damaſcenus libro de hæreſibus, nec Concilio Francofordienſe potuit perſuaſum ſibi habere legitimū Concilium generale diffiniſſe hunc errorem. Tertio, 7. Concilium notum fuit his qui librum Carolinū ſcripſerunt, igitur notum etiam fuit Concilio Francofordienſi, tenet conſequentia, quia liber ille ſcriptus fuit in eadem ciuitate qua Concilium fuit celebratum, & forſan ab aliquibus qui Concilio adfuerunt. Antecedens probatur, quia multa fragmenta 7. Synodi habentur in libro Carolino. Quarto, improbando Genebrardum qui propter teſtimonium Hincmari, exiſtimat Concilium Francofordienſe damnaſſe 7. Synodum Nicenum arguitur ſic. Hinc marus inquit 7. Synodum quam Pſeudo Synodum appellant, primo Romam miſſam, inde vero a Romano Pontifice ruſum Franciam miſſam, atque iuſſu Pontificis Conciliū Francofordienſe congregatū: ergo ex ſententia Hincmari conſtat Concilium Francofordienſe vidiſſe acta 7. Synodi Nicenæ.

*Concil. Francof.*

Ex dictis conſtat falſum fuiſſe Genebrardum in ſuo Chronico ſub anno 794. dicentem Francofordienſe Concilium damnaſſe. 2. Concilium Nicenum, quia Patres Concilii Francofordienſis non ſatis perſpectā habuerant diffinitionem Concilii Niceni imo exiſtimauerunt Concilium Nicenum diffiniſſe imagines eſſe adorandas vt Deum, quod Concilium Francofordienſe damnauit.

Secundo certum eſſe debet Concilium Francofordienſe nihil contra imaginum cultum diffiniſſe. Probatur in illo Concilio fuerunt præſentes legati Adriani, igitur vtrumque ſimul ſoſertur, & quod Iconomachiam non diffinierint, ideſt aliquid contra cultum imaginum, & quod ſi eſſet diffinitum, Adrianus feciſſet mentionē huiuſmodi diffinitionis, & quod eam reprobaſſet, ſicut reprobat librum Carolinum ſcripto de imaginibus. Concilium Nicenum non diffiniſſe imagines eſſe adorandas vt Deum, conſtat ex eadem 7. Synodo actione 3 & 7. cuius verba referemus dubio ſequenti.

Hoc ſuppoſito dicendum eſt ad argumentum, ſicut dicebamus proponendo illud, quod Concilium Francofordienſe non damnat ſecundum Concilium Nicenum, ſed Conſtantinopolitanum. Pro vno autem Cōſtantino, potuit poni alius. Quod dicatur fuiſſe cōgregatum pro adorandis, intelligitur quaſi problema. Pro adorandis vel non adorandis. Potuerunt quidem illo colore Concilium congregare.

Secundo reſpondetur, nullam talem diffinitionem reperiri in Concilio Francofordienſi. Sed hæretici, qui falſa Catholicis aſcribentes, idololatriæ crimine audent illos inſimulare & accuſare dicentes, adorare imagines vt Deum, ex fragmentis Concilii Francofordienſis, falſa veris miſcentes, impleuerunt librum quem Carolo aſcribentes, Carolinū falſo intitularunt (Carolus Chriſtianiſſimus ac pius Imperator librum non ſcripſit imo Iconomachiam repreſſit & cultum imaginum pie ac religioſe defendit) in illo libro, vt contra Concilium Nicenum poſſent oblatrare, & veritatis autoritatem diminuere, diffinitione Conciliabuli diffinierunt, imagines non eſſe confringendas, ſed ad memorias retinendas non tamen vt Deum adorandas, vt diffiniuerat 7. Concilium generale. Hoc eſt falſum, vt ex verbis concilii citandis dubio ſequenti patebit. Hinc manet libro quē ſcripſit contra Lindunenſem Epiſcopum in quo, vidiſſe, cum eſſet iuuenis, in palatio Regis Caroli non modicum volumen de deſtructione 7. ſynodi Nicenæ, a Rege Carolo Romam miſſum. Hinc ſcriptores putarūt liborum eſſe Concilium Francofordienſe, cum reuera nō fuerit, ſed liber Carolinus, quem Adrianus ſcripto de imaginibus impugnat per ſingula capita. Falſus igitur fuit Hincmarus & ſcriptores, qui ipſum ſunt ſequuti. Si dicas librum illum compoſitum fuiſſe a Concilio Frācofordienſi, hoc ſtare non poteſt. Quia ipſi hæretici Centuriatores afferunt tanquam duo diſtincta diffinitionem Concilii Francofordienſis & librum Carolinū. Secundo quando nō conſtaret, certum eſſe deberet nō cōpoſuiſſe, etiam ſi mille. Hinc mari hoc affirmaſſent.

Ad 3. dico, in eſſendo eſſe homine inferiorem, quia vero reputatur vt vnum cum prototypo bene poteſt adorari.

Ad vltimum dico, eſſe dubium an homo vt Dei imago poſſit adorari. S. Thom. 2. 2. q. 103 art. 3 ad 3. Caieta- S. Thom. nus quod ſic. Quod ſine dubio eſt verū, ſi vt docet Vazquez libro 3. de adoratione imaginum diſp. 1. quālibet rem mundi poſſemus adorare, ſi affectus ſit ad Deum qui eſt in illa per eſſentiam potentiam & præſentiam, Sed mihi nunquam placuerunt huiuſmodi conſiderationes. Quia totum eſſe hominis non eſt ad aliud, ſed eſt quoddam eſſe abſolutum habens in ſe ſuam propriā excellentiam & dignitatem, ſecundum quam certum eſt nō poſſe adorari adoratione imaginis, de qua dubio ſequenti, adeo penſatis omnibus, dicēdum eſt quod nō poteſt adorari, ita vt ſit terminus adorationis eo modo quo eſt imago, niſi ſolū quod eſſet velut materia adorandi deum. Videtur expreſſa ſententia Alexandri. 3. p. q. 30. M. art. 2. & art. 3. vbi inquirit & diſputat an aliæ res quæ ſolum ſunt veſtigium poſſint adorari, vbi ſignificat quod licet ibi poſſit Deus adorari, non tamen inde ſequitur quod ipſæ res adorentur. Vnde fortaſſe Durandus hauſit ſuam opinionem de imaginibus. Quæ quātum ad imagines ipſa nullo tenetur. Hanc ſequi videtur Xuarez. 3. p. q. 25. diſp. 54. ſect. 5.

*Num imago ſit adoranda adoratione ſui exemplaris.*

POſt congreſſum cum hæreticis negantibus imagines eſſe adorandas, controuerſia eſt nobis cū Catholicis de modo adorationis. Duæ in hac parte ſunt extremæ ſententiæ, tertia vero non media, ſed contentiens vtrique. Prima ſententia docet adorandas eſſe quadam adoratione inferiori. Secunda docet adorandas prorſus vna & eadem adoratione cum ſuo exemplari. Tertia opinio docet ſub aliqua ratione eſſe adorandas diſtincta adoratione a ſuis exemplaribus & ſub alia cōſideratione adorandas eſſe eadem adoratione. Primam partem probat hæc opinio fundamentis primæ opinionis. Secundam fundamentis ſecundæ. Ex quo fit, nihil denouo docere, niſi quod vterque modus adorationis poteſt imagini conuenire, quod ſecunda opinio neget.

Primam ſententiam, vt refert Pater Corduba ſequitur Metioe Complutenſis. Catherinus opuſculo de imaginibus. concl. 6. & 7. Ayala 3. p de traditionibus c. de cultu imaginū. Holkoth Sep. 11. in illa verba. Infelices ſunt, & inter mortuos eſt ſpes illorum. Citatur pro hac opinione Mayrones, in quo ego non inueni. Henricus quoque quotlib. 1. q. 6. hi Doctores dicunt imaginem non poſſe adorari per ſe abſolute, quia hoc eſſet idololatria, ſed adorari propter prototypum, non tamē eadem adoratione, ſed alia quam honorariam vocant. Terminus proximus huius adorationis eſt ipſa imago: Inſinuat igitur hæc opinio, quod eo ipſo, quod imago eſt imago, habet quandam rationem venerationis, licet non conſideretur & adoretur vt vnum cum ſuo exemplari. Verbi gratia. Vas ſacrum & veſtes ſacræ non habent rationem imaginis, conſequenter non habent illā vnitatem quam habet imago cum exemplari, prototypo ſeu imaginato, quod idē eſt, tamen plus habent quam eſſe materiale ex quo componitur, dicata enim eſt diuino cultui, & ſic venerari & reuerenter tractari debet, quia dicit ordinem ad Deum. Sic ad Moyſen Dominus Exod. 3. Solue calciamenta de pedibus tuis locus enim in quo eſt terra ſancta eſt. Vbi Caietanus & expoſitores, id eſt Deo dicata, & cultui Dei conſecrata & deputata. Non inde ſequitur quod ſit adorāda adoratione latriæ, qua adoratur Deus. Gubernator ciuitatis propter Regem honoratur, non tamen honore quo honoratur Rex, ſed honore alio inferiori, qui gubernatori exhibetur, quamuis hoc ſit habito reſpectu ad Regem, & ſic eam reſpectiuam vocant, quia Deus eſt velut finis propter quem, non tamen obiectum adoratum, vel cui adoratio exhibetur. Hoc ipſum eſt conſiderare & videre in dilectione proximi, qui propter Deum diligitur, ipſe tamen eſt obiectum quod diligitur alio amore ab illo quo diligitur Deus. Similiter media diliguntur propter finem. Corduba Ayala.

Ex hac opinione ſequi videtur, quod omnibus imaginibus ſit exhibendus idem honor, quod videtur falſum, falſamque oſtendere hanc opinionem. Sequela oſtenditur ſic. Non adoratur imago cum ſuo imaginato, igi-

to, igitur non adoratur adoratione ſui exemplaris, igitur nulla eſt ratio quare illa adoretur latria Chriſto Domino debita, & illa duliæ ſancto debita, ſed in confuſo adorabuntur illa veneratione honoraria, ſeu adoratione reſpectiua. Si hoc negas, ſequitur aliud, quod imago alicuius exemplaris nulla adoratione & veneratione ſit adoranda. Probatur, quia ſunt exemplaria, quibus ſolū debetur quidam infimus honor, vel adoratio, igitur ſi imagines non adorantur adoratione ſuorum exemplarium, nec adoratione communi, omnibus imaginibus, ſed quælibet quadā alia inferiori, ſequitur aperte quod imago infimi exemplaris, nulla adoratione ſit adorāda, quia vltra infimum non eſt deſcenſus, ſicut ſupra generaliſſimū non eſt aſcenſus. Sequitur vltimo, quod imago Chriſti decedat ab honore ſui exemplaris, & quod imago Sancti aſcendat vltra honorem ſui exemplaris, vel quod ſtet in adoratione ſui exemplaris, & non imago Chriſti.

Hæc opinio probatur ex 2. Concilio Niceno, act. 4. in breui quadam demonſtratione de vtilitate imaginū. Vbi dicitur. Quapropter non indignas habemus eas, honore ſalutatione & veneratione: debitam quę illis adorationem dare debemus. Siue igitur placebit ſalutationem, ſiue adorationem appellare, ſidam profecto erit, modo ſeruitutis excludi latriam. Hæc enim eſt alia ſimplicis adoratione. Et actione 7. Diffinimus cū omni diligentia & cura venerandas. Paulo poſt. Illis quæ ſalutationem & honorariam adorationem exhibeant: non ſecundum fidem noſtram veram latriam, quæ ſoli naturæ diuinæ competit, ſed quemadmodum typo venerandæ & viuificantis Crucis & ſanctis Euangelijs, & reliquis ſacris, oblationibus ſuffituum & luminarium reuerenter accedimus. His verbis plane Concilium latriam imaginibus negat, & aliam minorem reuerentiam concedit, quod hæc opinio contendit. Ad hunc modum ſecundum eandē verborum tenorem ſunt plura alia teſtimonia.

Secundo ſic. Quomodocunque imago conſideretur prototypo & exemplari inferior eſt, igitur ſummus ille honor latriæ, qui Deo propter ſeipſum debetur imagini deberi non poteſt propter exemplar.

Tertio ſic. Adoratio exemplaris eſt cauſa adorandi imaginem, igitur non eodem actu poſſumus adorare imaginem, & imaginatum, igitur non eadem adoratione adorantur, vtreque conſequentia tenet quia cauſa & cauſatum differunt. Secundo probatur. Ille actus quo adoratur imago, & imaginatum nō eſt intellectus, quia vna notitia cognoſco imaginem, & per illam quodam diſcurſu recordor exemplaris quod antea cognoui, aliter non poſſim cognoſcam hanc eſſe imaginem Petri, illam vero Pauli, igitur notitia rei præſentis & recordatione rei preteritæ non poteſt eſſe vna & eadem. Nec poteſt eſſe idem actus voluntatis, quia actus voluntatis qui eſt adoratio non terminatur ad imaginem, ſed ad prototypum, cum non ſemper recordamur, cum adoramus imaginem.

2. ſent. Secunda ſententia docet quod eadem adoratione adoratur exemplar, & imago. Hanc docet Alex. 3. p. q. 30. M. 3. art. 3. §. 1. S. Thom. 3. q. 25. art. 3. 4. & 5. expoſitores ibidem. Albert. Seraphicus Bonau. Ricard. hac D. Thom. Vualdenſ. tomo 3. c. 156. num. 5. & 7. Corduba libro 1. q. 5. innumeri que alij Doctores. Hæc ſententia debet oſtendere quomodo imago, & imaginatum ſint vnum, & quomodo intellectus ſeu voluntas feratur ſimul in vtrunque. Pro hac opinione facit Concilium Tridentinum ſeſſ. 25. decreto de ſacris imaginibus, vbi poſt quam negat imagines adorari propter aliquam virtutem aut diuinitatem exiſtentem in ipſis, aſſignando rationem ob quam adorātur dicitur. Quoniam honor qui imaginibus exhibetur refertur ad prototypa, vt per imagines quas oſculamur, & coram quibus procumbimus, adoremus & Sanctos. Igitur ex his verbis Concilii conſtat quod ſimul cum exemplari ſint imagines adorādæ, nō alia diuerſa adoratione inferiore, ſed omnino eadem. Quod honor imaginis in prototypon reſultet, teſtatur aperte 7. Synodus actione 7. ideo plura nō refero. Athanaſ. contra Arrianos, non longe a principio (refert Damaſc. oratione 3. de imaginibus) expreſſius & manifeſtius ſic loquitur inter alios Sanctos dicens. Expreſſa eſt in imagine Regis ſimilitudo, vt qui videt imaginem, in ipſa Regem aſpiciat, & qui Regem videt intelligat hūc eſſe illum, qui in ea ſit expreſſus imagine, & quia non differt ſimilitudo, id circo poſt conſpectam imaginem volenti Regem intueri, imago dixerit, ego & Rex vnū ſumus. Poſt pauca. Qui enim adorat imaginem, Regē adorat, nam illius formam, & ſpeciem imago continet. *Athan.*

Secundum teſtimonium, quod facit maxime pro hac opinione, & illam vehementer declarat, eſt Theophanis Epiſcopi Niceæ dicentis. An natura non decet nos q imago eius, qui ſe expectat & intuetur in ſpeculo, ſemper eſt cū prototypo, ex eo quę depēdet in aliena aliqui materia inſeparabiliter. Nec poteſt imago, quæ in ſpeculo apparet, macula aut labe ſpergi aliqua, aut ornari, niſi prius facies aſpargatur, aut ornetur. Ponderanda ſunt hæc duo teſtimonia, maxime ſecundum, quia ſimul eſt exemplum apteſſimum. Tanta enim eſt vnitas imaginis, & prototypi quod ſi faciem hominis videas ſtatim vultæ imaginē videris ſe in ſpeculo, & perinde ſit videre imaginem ac videre vultum imaginati. Si intima conſideratione hoc exemplum conſideretur nihil amplius poteſt deſiderari. Sepe namque, hominem ignotum, per imaginem, in præſentia cognoſcimus. Venatores Regis per impreſſam imaginem ignotum hominem querunt. Ratio Athanaſij ſic oſtendit. Quia imago inquit. Ego & Rex vnum ſumus. Iuxta doctrinam & exempla horum Patrum, Seraphicus Bonau. Hæc d. 9. inquit imaginem offerre ſe humano conſpectui, pro ſe, & ſuo exemplari, ideo cum illo quatenus illud repræſentet adoratur, quia reuera conſideratur, vt vnum cum illo. Exemplar enim ſeu imaginatum in imagine habet quodā eſſe repræſentatum, ideo ſi imago, vt imago eſt adoratur, neceſſe eſt, vt adoratio in exemplar vltimo tranſeat. Vnde qui imaginem videt, oſculatur, adorat, putat ſe adorare exemplar ipſum. Aperte docet hoc Nicephorus Patriarcha Conſtant. dialogo cui titulus orthodoxus dicens. Cum quærit hæreticus vbi ſcriptum ſit de adoranda Chriſti imagine, reſpondendum eſt ibi ſcriptum eſſe, vbi ſcriptum eſt, adorandum eſſe Chriſtum: ſiquidē inſeparabilis eſt a prototypo effigies eius. Ac ſi dixiſſet ſunt vnū, quia imago nihil aliud eſt quam repræſentatio exemplaris, quod in imagine habet quodam eſſe repræſentatum. *Theoph.* *Bonau.*

Ex hac ratione ſequitur quare imagines alloquamur, vt diximus prima quæſt. de adoratione imaginum dub. 3. concl. 4. pag. 384. col. 1. Ratio eſt vnitas imaginis, & imaginati, quorum vnum pro alio ponitur. Docet aperte Baſil. libro de Spiritu ſancto ad Amphilochium c. 18. vbi inuehitur contra falſam Synodum Conſtantinopolitanam ſub Copronymo, quia dicebat, quod qui adorat imaginem Chriſti, diuidebat Chriſtum. Aſſignando rationem cur quare non diuidatur inquit. Quia Rex etiam dicitur Regis imago, & non duo Reges: neque enim imperium ſcinditur, nec gloria diuiditur, quemadmodum principatus & poteſtas vna eſt, quę nobis dominans *Not.*

minatur, ſic etiam & glorificatio a nobis vna eſt, & non multæ, propterea quod imaginis honor ad exemplar tranſit. Similia verba, quæ eundē omnino ſenſum reddunt paſsim apud Sanctos, & Concilia habentur. Declaratur hæc veritas, & probatur. Imago comparatur cum exemplari quaſi pars cum toto, quia quemadmodum brachium a corpore procedit, & cum illo vnum quid eſt, ſic imago eſt expreſſa ad repreſentandū exemplar, cum qua cogitatione & affectu vnitur, propter eſſe repreſentatum quod in imagine habet, igitur adorabitur adoratione exemplaris. Quod imago ſit, vel vt pars imaginati, teſtatur etiam Theophanes dicēs. Imago picta aut ſculpta, pars quædam eſt archetypi, quæ in diuerſa materia cernitur: quare ſi totum eſt honore, & cultu dignū, conſequens eſt, vt ſit etiam pars, idque propter totum. Hoc obiter tangit S. Thom. Caietanus *S.Tho.* quoque 3.p.q.25.art.3. Imago quidem eſt velut corpus, exemplar eſt velut anima: hæc autem duo vnum ſunt, & ſic vna & eadem adoratione adorantur. Similiter imago, eſt velut veſtis qua corpus Chriſti, vel quodcūque aliud exemplar veſtitur, ſi igitur adoratur homo veſtitus, etiam ſi faciem velo haberet occultatam, quid mirum quod adoremus imaginem cum exēplari, quod imagine quaſi veſtitum eſt. Adorantes Chriſtum, nunquid adorabant corpus tantum, quod exterius videbāt an totum quod intus in paſsione mutabatur? Ergo adoranda eſt imago quæ proponitur tanquā figura exēplaris. Inquit Ayala, quod imago eſt ſeparata ab exemplari, ideo non poteſt adorari vt faciens vnū cum exē- *Ayala.* plari. Sed hæc ratio nulla eſt, quia cū dicitur quod imago adoratur adoratione ſui exemplaris, quia ſunt vnū non intelligitur quod imago realiter ſit pars exemplaris. Hoc enim modo reliquiæ adorātur, nec intelligitur, quod realiter ſit vnita & coniuncta ſuo exemplari, hoc enim modo oſculamur veſtes, quæ ſunt, vel fuerunt Sanctorum. Sed intelligimus, quod eſſe imaginis in ratione imaginis non poſsit concipi ſine ſuo exemplari. Si quærimus cuius eſt hęc imago. Reſpondetur Cæſaris, Petri, Pauli, Chriſti. Tunc fertur intellectus, & volūtas, in imaginem, & imaginatum ſimul. Hoc modo dicimus, quod ſunt vnum. Nam non cognoſcimus imaginem iſtam perfecte vt exercentem officium imaginis, niſi cum cognoſcimus, quod ſit Chriſti, ideo ſicut homo pictus dicitur homo analogice, quia habet ſimilitudinem cum homine viuo. ſic imaginem nominamus nomine ſui exemplaris, & eā ampleximur, ac ſi amplecteremur exemplar. Imo aliquando ſic rapitur affectus noſter in exemplar, quod potius ipſius, quam imaginis recordamur. Hac ratione, Gabriel hac d. ad finem, & Corduba loco allegato, hanc adorationem imaginum latriam analogam vocant, ſeu impropriam. Latriam vero exemplarium propriam.

Hæc omnia optime veritatem ſuadent, & modum, quo imagines adorantur, populo oſtendunt, & animū extra ſcholaſticam controuerſiā quietant. Sed in ſcholaſtico conflictu, & publicis diſputationibus, anxie nimis deſideratur, quomodo ſint vnum, imago & imaginatū, cū ſint correlatiua, quæ neceſſario requirūt diſtinctionem, quia ratio relatiui non eſt ad ſe, ſed ad aliud, igitur cum ſint diuerſa non poſſunt eadem adoratione adorari.

Secundo imago, & exemplar non poſſunt eſſe terminus eiuſdem actus intellectus, & voluntatis, igitur nullo eodem actu poſſumus adorare imaginem, & exēplar. Quod non eodem actu intellectus, probatur. Ex notitia imaginis, venitur diſcurſu quodam, in cognitionem exemplaris. Nam eſt vna notitia qua primo cognoſcitur imago, deinde ea per exiſtenti cognitione exēplaris, notitia imaginis, recordatur notitiæ exemplaris, quod notitia intuitiua, vel abſtractiua, relatu aliorum cognouit (ſi enim penitus non cognoſceret exemplar, nullomodo, per imaginē veniſſet in recordationē illius) igitur cum hic ſit notitia diſcurſiua, qua ex cognitione vnius venimus in cognitionē alterius, ſequitur, quod non eodē actu, intellectus tendat in imagine, & in exemplar. Hac ratione Scotus in 2. d.3.q.9. arguendo contra *Scotus.* ſecundum dictum S.Tho.1.p.q.56 art.3. dicentis, quod Angelus intelligit eſſentiam diuinam per ſe ipſum in quantum eſt Dei Imago, probat in Angelis eſſe diſcurſum. Quia imago quæ non ſolum eſt ratio cognoſcendi, ſed ipſa quoque eſt obiectum cognitum cauſat diſcurſum. Quod concedit Vazquez libro 2. de Adoratione imaginum, diſp. 7. fol 147. p.1. Quod non ſit idē motus voluntatis probatur. Quamuis actu intellectus poſsimus intelligere ſimul duo correlatiua, nempe Patrem, & Filium, tamen actu voluntatis bene poſſumus amare Patrem ſine Filio, & econuerſo, igitur Si dicere adorationem eſſe actum voluntatis, non amoris abſolute, ſed affectum ſe ſubiiciendi, & exhibēdi alteri notam ſubiectionis, arguitur contra hoc. Affectus iſte ſubmiſsionis, ſubiectionis, & obſequii, non terminantur ad imaginem immediate, ſed mediate, ad exemplar autem terminatur immediate, igitur videtur impoſſibile quod eodem actu adorentur. Hoc ipſum probatur ſic. Non poſſumus eodem actu velle finem, & media, igitur nec adorare imaginem, & exemplar, quæ ſe habent velut medium, & finis. Antecedens probatur, quia actus voluntatis circa finem dicitur intentio, actus circa media, eſt electio, quæ nihil eſt aliud, niſi velle id per quod conſequitur finem. Perdurante autem intentione finis, variatur electio mediorum, quia cum conſideramus, hoc medium nō conducere ad finem, modo conſideramus aliud magis conducere: obiectum autem mediorum, eſt bonum vtile, & amor illi correſpondens eſt amor concupiſcentiæ, amor autem finis eſt amicitiæ, igitur diſtinctæ ſunt operationes. Si igitur nō eſt idem omnino actus in media, & finem, non erit etiā in imaginem, & imaginatum. Si dicas quod aliqualiter ſunt idem, non ſufficit. quia ad inferendum quod eodem omnino actu adorentur, oſtendi debet quod idē omnino ſunt, alias nihil probabitur.

Hæc argumenta communiter improbant quamcumque rationem ad probandam hanc ſententiam. Præcipue procedunt contra rationem. S. Thom. 3. p.q.25. *S. Thom.* art. 3. vbi probando hanc ſententiam vtitur authoritate Ariſt. libro de memoria. & reminiſcentia c.2. di- *Ariſt.* centis. Idem eſt motus in imaginem, & in rem cuius eſt imago. Ex quo infert, ergo idem adorationis motus eſt in imaginem depictam, de qua nobis eſt ſermo, & in exemplar. Hæc ratio videtur nulla, ad rem non faciens, quia Ariſt reuera loquitur ibi de phantaſmate interiori, quod eſt imago & ſimilitudo non cognita, ſed quæ ſolum eſt ratio cognoſcendi: imago autem in tabula depicta non ſolum eſt ratio cognoſcendi, ſed eſt res cognita, quia etiam eſt obiectum motiuum, & terminatiuum ſuæ propriæ cognitionis, vt modo ex Scoto in 2. obiiciebamus. Vnde falſum eſt quod ſicut verbum & ſimilitudo mentis tantum eſt id quo exemplar adoratur, ſic etiam ſit imago depicta. Sequeretur enim tunc quod imagines non adorarentur, ſed ſolum eſſent ratio adorandi ducendo nos ad exemplaria, quod ſupra contra hæreticos Iconomachos, eſt improbatū.

Caieta-

*Caiet.* Caietanus vbi ſupra S. Thom. ad explicationem huius difficultatis notat, imaginem poſſe conſiderari dupliciter, primo vt eſt quædam res in ſe, alio modo vt imago eſt, officium imaginis exercens. Sub primo membro non ſolum conſideratur imago ſecundum materiam ex qua fuit formata, ſed clauditur etiã figura quæ eſt terminus quantitatis, & formæ quę ex debita diſpoſitione colorum reſultat, imo etiã relatio ad exemplar. Secundo modo conſideratur imago quatenus exercet munus imaginis, id eſt quatenus actu ducit nos in notitiam exemplaris, & ſub hac ratione exemplar eſt ratio formalis actus in imaginem, quia ipſa imago explicat exemplar tanquam formam ſui.

Ex hac diſtinctione ſatisfacit Caietanus difficultati propoſitæ dicẽs iuxta membra diuiſionis, quod primo modo, non eſt idem motus in imaginem, & prototypõ, quia poteſt intellectus, & affectus ſiſtere in imagine, ſecundũ ſe. Secũdo modo idẽ eſt motus in ima-
*Vazquez* ginem, & prototypon. Vazquez lib. 2. de Adoratione imaginum, diſp. 8. cap. 7. fol. 146. p. 1. doctrinam Caietani recipit, ſed inſufficientem ad difficultatẽ declarandam exiſtimat, & argumentis modo propoſitis redarguit. Specialiter redarguit eum, quia dixit quod eſſe Chriſtum in imagine, eſt conditio in qua ratio adorandi (id eſt exemplar) mouet ad adorandum. nam ſequi videtur quod totus motus adorationis feratur ad exemplar, & nullo modo ad imaginem, quæ ſecundum Caietanum non caderet ſub adorationem. Hoc autem videtur error Iconomachorum, Sed Caietanus plane docet, quod Chriſtus ſit ratio quare eius imago adoratur, & ſic eum excuſat Medina 3. parte, atque pie interpretatur. Relicto Caietano probat Vazquez vtrumque ſimul, nempe, adorandam eſſe imaginem adoratione ſui exemplaris ſimul. Et non poſſe adorari alia adoratione minori. Probat autem ſic. Nulla res inanima, aut irrationalis, eſt capax honoris ſecundum ſe ſine rationali, in qua eſt excellentia, & ratio cui debetur honor; igitur imago inanime neceſſario debet adorari coniuncta ſimul cum ſuo exemplari. Poſtea diffuſe proſequitur probationem huius antecedentis, & impugnationem opinionis dicentium poſſe adorari alia adoratione minori, ab adoratione exemplari. In qua impugnatione continuus eſt atque perpetuus, copioſo, atque diffuſo ſermone. Diffuſus ſermo, propinquus eſt confuſioni, quia prolixus ſermo lectoris confundit memoriam, quæ breuitate gaudet. Poſſumus Pauli verba, illi adaptare, In quo enim alium accuſas, te ipſum condemnas. Probauit quidem Vazquez concluſionem, ſed de modo quo ſit vnus actus in imaginem, & exemplar, vt poſſemus propoſitis argumentis ſatisfacere, nec verbum vllum loquitur. Poſtea cap. 15. fol. 171. p. 1. apponit optimum exemplum dicens, quod terminus adorationis conſtat ex duobus, puta ex imagine repræſentante, & exemplari repræſentato. Imago eſt velut corpus materiale, exemplar velut anima. Secundum quod Vazquez intendit, puta quod nõ poſſit imago adorari alia inferiori adoratione, dubio ſequẽti examinabitur.

*Scotus.* Scotus in 2. d. 38 in fine corporis, mouet dubium, an eodem actu velimus finem, & media ad finem. in 4. d. 46 q. 1. Concluſione 3. docet quod cauſa continet effectum, & quod in volitione finis includitur volitio entis ad finem. Et quod ad aliquam volitionem, nata eſt ſequi aliqua nolitio, & diſplicentia. Caietanus 1. 2. quæſt. 8. art. vltimo docet quod idem actus comparatus ad diuerſa, poteſt eſſe nolitio. & volitio. quod ego, ſi non falſũ omnino, difficile, & inintelligibile iudico, quia volitio eſt amor, nolitio odium. Vnum eſt fuga, alterum proſecutio: obiectum vnius eſt malum, obiectum alterius eſt bonum. Vnus actus eſt amplexus, alter eſt repulſio. igitur licet vna actio ſequatur ad aliam, & interſe ſint connexæ, tamen diſtinctæ ſunt actiones nolitio, & volitio. Gregorius Ariminenſis in 1. d. 1. q. 1. *Greg.*
art. 2. non ſolum docet volitionem, & nolitionem, eſſe diuerſos actus, ſed volitionem mediorum, & volitionem finis, quia ſi eſſet idem actus, tunc aliquando nolitio, & volitio eſſent idem actus quod videtur abſurdũ, ſequela patet, quia aliquãdo ordinamus nolitionem, in volitionem, vt cum deteſtor peccatum, & quicquid amico dilecto contrarium eſt.

Quicquid ſit de volitione, & nolitione, & de fine, & medijs ad finem, dico imaginem, & imaginatum habere maiorem vnitatem, & poſſe vnico actu adoratione ſimul adorari. Cum enim primo video exẽplar, ſine dubio certum eſt quod quadam notitia ſingulari cognoſco illud. Poſtea cum video imaginem quadam alia notitia apprehenſiua cognoſco illam. Si primo video imagines Cæſaris, & Alexandri, non cognoſco Cæſarem, nec Alexandrum, niſi præhabeam notitiã illorum. Notitia illorum præhabita, viſis imaginibus, vtriuſque recordor. Et per imaginẽ poſſum, in præſentia exemplaris cognoſcere, quod ſit imago illius, quia conferendo imaginem cum prototypo ſeu cum imaginato, video ſic ſe habere prototypum in ſe, ſicut per imaginem repræſentatur. Et quod ſit quædam vnitas inter illa, quæ tamen non eſt inter media, & finem, quia ad plus, ſolum eſt quædam ordinatio, relatio, cõuenientia, & cauſalitas, puta quod agens propter finem, videt finem conſequendum per media. Cognita autem imagine, & præcognito exemplari, conferendo vnum cum alio, cognoſcimus, hoc eſſe, eſſe, illud eſſe repræſentatum, ideo licet cognoſcatur exemplar ſine imagine, nõ tamen imago, vt imago ſine exemplari, quia quando non cognoſco, hanc eſſe imaginem Chriſti, illam vero Pauli, non formo integrum conceptum imaginis ſub ratione imaginis, ſed ſolum conceptũ confuſum. Cognoſcendo ſimul exemplar, iam conceptus eſt formatus, quia conſiſtit differentia vnius imaginis ab alia, ſicut ſcientiæ diſtinguuntur, & menſurantur per obiecta, ſic imagines in quantum imagines ſunt, licet quo ad materialia in ſe ipſis habeant ſuum materiale principium indiuiduationis, ſicut & materia, vt materia eſt, ſuam habet exiſtentiam per quam poteſt eſſe per ſe, cum quo ſtat informari per formam accipiendo ab illa aliquod eſſe componendo aliquod vnum eſſe cum forma. Ad quod optime conducit exemplum Vazquez, quod obiectum ſit ſicut anima imaginis. Quemadmodum igitur ex anima, & corpore, reſultat vnum eſſe, & ex ſubiecto, & prædicato vna propoſitio, quæ cognoſci poteſt vna notitia, licet in principio cognouerim ſubiectum vna notitia, prædicatum alia notitia apprehẽſiua, ita licet in principio formauerim vnam notitiam imaginis, aliam exemplaris, poſſum poſtea conferendo vnum cum alio, cognoſcere vnitatem quandam eſſe inter vtrunque, & adorare vnico actu intellectus, ſeu voluntatis. Hoc modo licet prius cognoſcam ſpeciem, poſtea ſingularia, negari non poteſt, quin conferendo ſingularia, ſimiliter plures ſpecies, poſſum à quacunque conuenientia reperta in rebus abſtrahere vnum cõceptum in quo ſunt vnum. Per hunc modum vnico actu adoramus imaginem, & exemplar. Hoc Caietanus voluit, cum præmiſſa prima conſideratione imaginis, deueniendo ad ſecundam dixit, poſſe tunc vnico actu adorari.

dorari. Præmeditenti mihi iſte, occurrit Gabriel ad finē huius diſt. t. dicens. Apprehenſa imagine, duos actus interius in cognitiua & totidem in affectiua formamus vel vnū (nota hoc maxime) duobus æquiualens. Vnum quo mihi placet res ipſa, nō vero aurum vel argentum, ſed vt repreſentatiua imaginati. Similiter in cognitiua datur vnus primus actus, quo cognoſco rem illam vt imaginem, repreſentatiuam imaginati, datur alius ſecundus actus, quo cognoſco prototypum eſſe talem, qualem repreſentat imago. Et tunc formatur actus adorationis. Verum eſt quod Gabriel actum illū vt terminatur ad imaginem, appellat latriam analogicā & improprie, quia eſt propter aliud, & non propter ſe. Adorationem exemplaris appellat propriam. Habet hoc art. 3. concluſione 5. Facit Scotus qui in hoc 3. diſt. 18. q. 1. ar. 2. ad finem corporis, ex Ariſt. 3. Ethicorum c. 10. inquit quod perfectus Citharedus in Citharizando nō diſcurrit. Nota igitur quomodo qui primo formauit plures notitias cum diſcurſu, poſtea formet vnam ſine diſcurſu, in 2. ſententiarium loco allegato, ſufficiens fuit probare eſſe diſcurſum, cum ex vna re cognita obiectiue, quæ non eſt ſolum ratio cognoſcendi, cognoſcitur alia. Cum quo ſtat quod ſi illæ duæ res inter ſe conueniunt, poſsit intellectus formare vnum conceptum, & cognoſcere ſine diſcurſu vnico actu.

Ex dictis patet ad argumenta propoſita modo inter determinandum quæſtionem, licet enim ſint correlatiua & quantum ad primum actum requiratur diſcurſus, & temporis mora, tamen poſtea cognoſcuntur vt vnū, ideo ſimul cognoſcuntur, & eodem actu poteſt etiam voluntas ferri in vtrumque, ita vt feratur in vnum propter aliud, quia huiuſmodi potentiæ ſunt collatiuæ, & comparatiuæ: collatio & comparatio inter duo eſt, ſed quia illa conueniunt, poteſt vt in vnum totale obiectū ferri in vtrumque, puta in imaginem & exemplar ſimul. Quod non ſolum intellectus, ſed etiam voluntas ſit comparatiua, docet Scotus in 2. d. 38. ad vltimum. Et q. 17. quot ar. 1t.

Ex dictis ergo patet ad duo hæc vltima argumēta. Licet enim correlatiua ſint & vnū ſit mediū cognoſcendi aliud, tamen conſiderari poſſunt prout ſunt vnum quadam ſimilitudine.

Ad primum argumentum poſitum in principio quæſtionis dico in prædicto Concilio dici non adorari latria, non adorari in ſpiritu & veritate, adorari ſimplici adoratione, quia animus adorantis non ſubiicitur illis, tanquam ſeruiens illis propter ſe ipſas, ſed adorans illas propter Deum. Cum adoro Deum propter ſeipſum, quaſi duplicata adoratio eſt: quia eſt ibi res adorata & ratio adorādi. Cū adoro propter aliud, nō quaſi geminata, ſed tāquā ſimplex adoratio eſt. Adoratio propter ſe dicitur vera & perfecta, & in ſpiritu & veritate, quia ex tota mente, & ad rem propter ſe dignā. Mens, & ſpiritus, ſuprema animæ eſt ratio: Actus ex ſola mente & ſpiritu nō niſi ſupremo monarchę & ſummæ bonitati debita eſt. Si dicas eodē actu adoratur obiectū, & imago, igitur ſicut iſte actus reſpectu obiecti eſt adoratio perfecta, abſoluta, & in ſpiritu & veritate, ſic adoratio imaginis: hoc autem falſum eſt ex Concilio aſsignante differentiam inter adorationem exemplaris & imaginis, igitur non eodem actu adorationis adoratur imago & exemplar, ſed duobus actibus: hoc enim eſt præcipuum fundamentum primæ ſententiæ. Dico perſiſtendo in doctrina Scoti, quod exemplar & imago poſſunt apprehendi cum mutuo reſpectu vnitatis in ratione obiecti adorabilis, & in illud ſolum obiectum poteſt voluntas ferri vnico actu. Qui actus prout terminatur ad Deū propter ſe eſt latria perfecta & abſoluta, prout terminatur ad imaginem eſt latria inferior. Idem actus prout ab homine eſt generatio, prout a Deo, eſt creatio ſecundo modo. Quia de ratione creationis, vt videbimus d. 11. eſt relatio ad primam cauſam. Igitur idem actus vt ad Deum propter ſe erit adoratio abſoluta, perfecta & ſuprema, prout ad imaginem erit minus perfecta, & inferior & reſpectiua coadoratio. Viſio Dei & creaturarum idem actus eſt. Vt ad Deum dicitur beatitudo. Viſio autem vt ad creaturas terminatur, non dicitur beatitudo. Ideo cum dicimus, beatos videre creaturas viſione beatifica, non ſignificamus viſionem creaturarum eſſe beatificam, ex habitudine ad creaturas, ſed ex habitudine ad primarium obiectum. Ideo vtrumque ſtat ſimul, & quod viſio creaturarum non ſit beatitudo, & quod videantur viſione beata. Et ſi alicubi legatur quod viſio eorum eſt beatitudo, erit verum, quia actus quo videntur eſt beatitudo. Et ſi dicatur quod earum viſio non eſt beatitudo erit etiam verum, quia ille actus non eſt beatitudo propter viſionem illarum, quæ ſunt obiecta ſecundaria, ſed propter viſionem primi obiecti. Ad hunc modum dicimus, quod eodem actu adoramus exemplar & imaginem. Sed non eſt neceſſe quod adoratio æqualiter cadat ſuper totum terminum adoratum, quando ille terminus eſt quoddam totum confuſum conſtans ex diſtinctis rebus quæ inter ſe habent aliquam conuenientiam & vnitatem. Si inſtes Chriſti imago, non eſt Chriſtus ſimpliciter & abſolute ſed in eſſe repreſentato, quod eſt eſſe ſecundum quid, ſicut homo pictus, non eſt ſimpliciter homo, ergo non debet eadem adoratione adorari. Dico ſolum probari quod inferiori modo participat illam adorationem, ſicut in eſſe repreſentato inferior eſt. Hæc inferioritas conſiſtit in hoc quod non adoratur propter ſe & tanquam ratio adorandi. Nihilominus contendimus quod non excludatur a termino adorationis, ſicut de humanitate art. 3. dictum eſt. Valde quo notanda eſt ratio Scoti eodem art. 3. ad vltimum ſoluendo quoddam dubium dicentis. Adoratio confuſe exhibetur toti. Hæc enim verba maxime cōſideranda ſunt in hac materia. Licet enim in anima ſit ratio & excellentia quare homo adoretur, totus tamen homo confuſe, non diſtinguendo partem a parte adoratur, vt late art. 3. dictū eſt. Si ad hoc inſtes, igitur creatura eſt pars adorationis latriæ. Dico quod ſi quantum ad rationem adorandi eſſet pars, eſſet maximum inconueniens, quia adderet perfectionem Deo, & compleret ideo rationem adorabilis, quod eſt blaſphemia. Non eſt tamen inconueniens quod propter vnitatem quam imago Dei, Chriſti vel Sancti habet cum ſuo prototypo, adoretur, vel coadoretur ſimul in confuſo cum illo: imo expectat hoc ad diuinum honorē, quod propter illum, actus honoris extenſione quadam extendatur ad imaginem, ſeu ad humanitatem verbo coniunctam & vnitam.

Ad 2. & vltimum, & quæcunque alia argumenta, quæ formari poſſunt, conſtat ex dictis.

*Num imagines poſsint adorari latria reſpectiua diſtincta ab adoratione ſui exemplaris.*

NON eſt concinnus curſus ſyderum, quæ nouiſſime diebus iſtis, doctrinæ ſuæ ſplendore Eccleſiā Dei illuminarūt Spiritus Domini in ſe vnus, in multis multiplex ſecundum diuiſa dona gratiarum, qui in Angelis Babilonis, in Paulo & Barnaba dixit, ſeparabat

Margin notes: Gabriel. (beside "tionis. Verum eſt quod Gabriel"); Scot. (beside "n. 3. concluſione 5. Facit Scotus"); Xuarez. Vazquez. (beside "NON eſt concinnus")

Iudicia, ſecundum diuerſum lumen, medio diuerſo lumine minoris aſſumptæ, ſub eodem communique principio, maioris affirmatiuæ, & negatiuam partem, recto ac concordi affectu, indagandi veritatem, fecit deuenire.

Ad vtramque commune fundamentum eſt, multipliciter nos poſſe habere circa imaginem & exemplar: Primo dirigendo totam mentis intentionem attentionem & affectum ad exemplar, non ad imaginem. Secundo dirigendo adorationem ad vtrumque ſimul, conſtituendo ea vtroque vnum adequatum obiectum adorationis. Tertio dirigendo adorationem ad ſolam imaginem, tanquam ad materiam, ſeu rem per ſe adoratam, ad exemplar vero ſolum vt ad rationem adorandi. Modus primi actus licite poteſt contingere, ſi quis viſa imagine, ex deuotionis feruore, ſubito ac repente in exemplar rapiatur affectu quaſi quodam mentis exceſſu, aut talium ſuſpenſione. Talis adoratio licita eſt atque honeſta maxime deuotionis manifeſtum inditium. Adoratio imaginis ſine exemplari, aut ordine ad exemplar, vana eſt, gentilica atque profana. E conuerſo adorare exemplar ſine imagine lex non prohibet, quia ratio adorationis & honoris digna in ipſo exemplari exiſtit, adeo præceptum adorandi vel honorandi Deum, aut Sanctos, a præcepto adorandi imagines, ſi quod eſt, independens eſt. indiguum quippe deficiente imagine à præcepto adorandi Deum, eſſe liberos, aut ſine illa non poſſe, aut non debere Deum adorare. Quemadmodum phantaſiæ vſus ad exercitiū intellectus iuuat, ac pro hoc ſtatu nunc neceſſarius eſt, ita imagines intellectum mouent, affectum excitant, ac earū vſus conueniēs, ac licitus eſt. Sed ſicut intellectus ſpeciebus infuſis ſine phātaſmate vtitur, quia phantaſma ſolum eſt medium ad abſtractionem & ſpecies formationem Sic ſine imagine poteſt intellectus & affectus rapi in exemplar. Præceptū adorandi imaginē, quo ad exercitium, niſi contēnatur ab hæreticis, nullum eſt vel affirmatiuum eſt non obligans pro ſemper. Sed quia certum eſt, hoc pacto, imaginem non adorari, ſed ſolum exemplar, vtraque opinio, hunc relinquit modum, cum de modo adorationis grandis ac difficilis texitur ſermo. Quo pacto ſecundo modo contingat, precedenti dubio, vbi obſcurus ac prolixus fuit nobis ſermo, dictum eſt.

*Dub.* De tertio modo non parua controuerſia eſt an ipſe ſit licitus, an vero ſemper ſecundo modo, præcedenti dubio expoſito, debeamus imaginem adorare, an vero licite poſſimus vtroque modo adorare. Vt dicebat tertia opinio dubio præcedenti commemorata. Vazquez tenet partem negatiuam quæſtionis, quam tenent Autores commemorati pro parte affirmatiua dubij præcedentis.

Hæc opinio docet quod imago ſic debet adorari, ſeu coadorari actu ſui exemplaris quod nullo modo, poſſit alia adoratione reſpectiua adorari. Licet enim maior reuerentia ſit debita exemplari in ſe, quam in ſua imagine, tamē quæcūq; reuerentia, maior ſiue minor, ad eandem virtutem pertinet, & eidem virtuti opponitur, aut iuſtitiæ aut religioni aut duliæ. Docet præterea hæc opinio, (vt reſpondeat 7. Synodo dicenti adorationem latriæ ſolum Deo reſeruari) latriam ſignificare affectum interiorem ſubiectionis qui dicitur adoratio in ſpiritu. Hęc ſoli Deo debetur. Adoratio, quia ſtatim patet, ſignificat non ſolum actionem internam, ſed etiam actionem externam. Hac adoratione adoramus imagines, & de hac loquitur Concilium. Probatur hæc doctrina ex Epiſtola Athanaſij Epiſcopi Theopoleos, quę habetur actione 4. 7. Synodi, vbi dicitur. Nemo offendatur in adorationis vocabulo, ſiquidem & homines, & Sanctos Angelos adoramus: non autem quod latriam hoc eſt cultum diuinū exhibeamus. Inquit enim Moyſes Deut. 6. Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies. Ex quo in infertur, quod adorare liceat alia a Deo non tamen liceat exhibere latriam, quæ eſt ſeruitus in ſpiritu, quia dictio excluſiua, ſolum, non fuit appoſita termino, adorabis, ſed ſeruies, Redditur ratio. Quid enim aliud eſt adoratio, quam honoris alicui exhibiti veluti emphaſis, latria vero nequaquam. Ac ſi clarius diceret, licet imagines adorare actu exteriori, non tamen latria, quæ eſt actus interior. Ex eadem excluſiua infertur quod ſolus Deus ſit adorandus latria, & quod imago non ſit adoranda alio actu diſtincto.

Probat ſuam ſententiam rationibus, Patrum teſtimonijs, & authoritatibus Conciliorum. Primo ex Concilio Trident. decreto de ſacris imaginibus vbi dicitur eſſe illis exhibendam debitam venerationem. Non quod credatur in eſſe aliqua in eis diuinitas, vel virtus propter quam ſint colendæ, ſed quoniam honor, qui eis exhibetur refertur ad prototypa quæ illæ repreſentār, vt per imagines quas oſculamur & coram quibus caput aperimus, & procumbimus, Chriſtum adoremus, & Sāctos, quorum illæ ſimilitudines gerunt. Ergo vtrumque ſimul Concilium docet, & quod debeant propter exemplar adorari, & quod non poſſint adorari vt diuiſæ ab exemplari, quia vnicam tantum rationem adorationis oſtendit, dum dicit nullam in eis eſſe diuinitatem vel virtutem, propter quam ſint adorandæ, ergo ſolum propter exempla, & ſimul cum exemplari ſunt adorandæ. Similia verba habentur 7. Synodo act. 7. *Seſſ. 25.*

Ad idem facit Concilium Maguntinum c. de vſu imaginum vbi dicitur. Non enim proponuntur imagines in Eccleſia, vt adoremus eas & colamus, ſed vt per eas, quid orare colere venerari, & imitari debeamus, admoneamur. Similia verba habentur, in Concilio Senonenſi vbi dicitur imaginem non adorari vt Deum, ſed ob recordationem filij Dei. vt in eius amore recaleſcat cuius imaginem videre deſiderat. Quibus verbis manifeſte indicant Concilia imagines per ſe non deberi adorari. Sed exemplaria in ipſis, & per ipſas, ſimul que cum illis. Pro hac ſententia faciunt teſtimonia adducta præcedenti dubio præcipue illud Baſilij dicentis. Regis imago, Rex etiam dicitur, & non duo Reges, neque enim Imperium ſcinditur. neque gloria diuiditur, propterea quod imaginis honor ad exemplar tranſeat: igitur ſic eſt imago adoranda adoratione ſui exemplaris, quod non poſſit adorari adoratione diſtincta, alias diuideretur honor & gloria imaginis. & exemplaris, quod eſt contra Baſilium. *Baſil.*

2. Id ipſum ratione probatur ſic. Nulla res inanima, aut irrationalis ſiue rationalis, ſecundum ſe eſt capax honoris, reuerentiæ ſeu adorationis, ſed imago eſt res irrationalis, & inanima igitur ſine exemplari, quantumuis vt imago conſideretur, non eſt capax honoris, adorationis & reuerentiæ. Conſequentia eſt legitima minor vera, maior probatur. Honor eſt teſtimonium, & ſignū ſubiectionis, debitum excellentiæ alicuius: excellentia precipua eſt in virtutibus affectus & intellectus, ideo ſtudioſos, religioſos, literatos, & doctos veneramur, ſed imago ſine exemplari in nullo eſt homine excellentior, imo multo inferior, igitur in vniuerſum eſt verum, imaginem non poſſe adorari ſine ſuo exemplari, quia nunquam habet aliquam virtutem ab exemplari deriuatā, ratione cuius maneat adorante ſuperior, igitur manet ſemper inferior, igitur ex aſſumpta maiori, nūquam manet adorabilis.

Secundo

Secundò ad idem arguitur ſic. Adoratio, vt diximus ex Scoto art. 1. ſub iuſtitia continetur, ſed iuſtitia eſt ad alterum rationis participem, ſed ea ſub ſumpta minori, imago non eſt capax rationis, igitur ſine exemplari nõ poteſt imago Dei eſſe terminus adorationis latriæ quæ ſoli Deo tribuit honorem. Dicere autem quod ille actus ſit alterius virtutis, falſum eſt, quia duliæ & obſeruantia hominibus in dignitate conſtitutis tribuunt honorem.

Tertiò ſi imagines adorari poſſent, ſine exemplari, adoratione reſpectiua, ſequitur quod præter externam ſubmiſſionis notam, quæ circa imagines verſatur, debeamus admittere internum affectum ſeruitutis latriæ, igitur ipſas Deos facimus, quod eſt idololatria. Si dicetis, quod ille internus affectus ſeruitutis, eſt virtutis duliæ, ſolutio eſt nulla, quia etiam huiuſmodi ſeruitus debetur rationali creaturæ.

Quarto idipſum a contrario probatur ſic. Imago, & vniuerſaliter, quæcumque res irrationalis, non eſt capax iniuriæ ſi vere rationalis in quam iniuria transfeat, igitur neceſſario honor debet tranſire in exemplar particeps rationis, conſequentia tenet, quia cum idem ſit ſubiectum contrariorum, quæ circa idem ſubiectum ſe mutuo ſe expellunt, quod vnius contrarii capax nõ eſt, nec alterius eſſe poteſt: Maior probatur ex Adriano ſcripto de imaginibus c. 8. Verſus finem. Neſcis quoniam ſi quis imaginem Imperatoris iniuriauerit, primæ formæ dignitati eſt contrarium. Et 7. Synodo act. 2. in epiſtola ad Imperatores, refert idem Adrianus, Chryſoſtomũ homil. in parabolam de ſemente, dicentem. Neſcis quod quicunque ex ligno & coloribus imagini cõuitia dicit, illum non damnari, v latum rem in animatam ſed cõtra Regem ipſum diceris. Conſequentia ſimul cum maiori probatur ex Tharaſio 7. ſynodo act. 4. dicente. Hæc ſane rerum natura docet, quod honor imagini exhibitus, ad ipſum fontem primum referatur, quomodo etiam contumelia.

Quinto. Intentio adorantis, non eſt adorare imaginem, ſed exercendi talem actum circa illam vt per ipſam adoraret exemplar, ergo ſecluſa adoratione exemplaris non relinquitur licita ac honeſta ratio adorandi imaginem.

Xuarez. Secunda ſententia, quam ſequitur Xuarez docet multa tenens medium inter extrema. Primo quod imago poſſit adorari eodem actu cum prototypo, in quo recedit a prima opinione præcedentis dubii, & conuenit cum opinione Vazquez. & aliorum quos ibi citauimus pro 2. opinione. Dicit ſecundo, poſſe adorari imaginẽ actu diſtincto ab eo quo adoratur exemplar, quia non eſt neceſſe, vt exiſtimat Vazquez, quod ſemper imago & exemplar adorentur eodem actu, in quo conuenit cũ prima opinione. (Reiicitur tamẽ illa prima opinio, quia dicit ſemper adorari actu inferioris adorationis ab exẽplari) & ſequitur tertiam illic commemoratam. Hæc ſecunda adoratio quæ ſit actu diſtincto ab adoratione exemplaris, ſpecialiter dicitur reſpectiua, quia in tali adoratione non conſideratur Deus, vt obiectum adorationis, ſeu vt obiectum adoratum, ſed conſideratur, vt finis propter quem imago adoratur. (Cum eſt obiectum adoratum, dicitur obiectum, quod, cum eſt finis, obiectum quo) licet enim imago in vniuerſum ordinem ac relationem dicat ad exemplar, & hac ratione quodam modo omnis adoratio ſit reſpectiua: nihilominus, quia exemplar propter ſe adoratur adoratione abſoluta, & imago eodem actu adoratur, quodammodo hæc adoratio abſoluta dici poteſt, ad differentiam illius adorationis, quæ fit actu diſtincto, in qua exemplar non eſt obiectum adoratum, ſed finis. hæc enim ſpecialiter dicitur reſpectiua & conuenit rebus ſacris, quæ communiter adorantur adoratione reſpectiua ſolum. In hoc quod imagines aliquando, non ſolum adorantur adoratione reſpectiua, ſed adorantur eodem actu, quo adorantur earum exemplaria, differt a rebus ſacris, quæ communiter adorantur adoratione reſpectiua. Docet etiam hæc opinio, quod hæc adoratio reſpectiua eſt adoratio latriæ procedens ab eodem habitu, a quo procedit abſoluta, quia fundatur in eadem diuina excellentia. Et quia Vazquez docet quod exemplar adoratur actu interiori qui dicitur adoratio in ſpiritu & veritate: imago autem actu exteriori ſolum, docet hæc opinio, quod quomodocũque adoretur imago, nõ ſolum debet adorari actu exteriori, ſed actu interiori, nam huiuſmodi rebus, vt dicitur in Concilio, debetur honoraria adoratio. ſed non eſt honoraria adoratio, ſi non procedat ex intentione interiori honorandi illam, quia alias eſſet honor fictus, & pro imaginibus poſſet vſurpari illud Iſai 9. Populus hic labiis me honorat, igitur ex peculiari æſtimatione harũ rerum debet procedere affectus, & voluntas honorandi illas. Sed non eſt tribuenda talis fictio, & actus vanus viro doctiſſimo pio ac religioſo, qui libro 2. d. 8. c. 4 fol. 549. p. 2. ad finem, loquendo de oſculo imagini infixo ſimul cum exẽplari, inquit. Quare qui imaginem vult adorare, ei quæ ſubmiſſionis notam exhibere, in ipſum exemplar, quod eſt dignitas & vita imaginis animum debet intendere. Poſt pauca Si vero potius, ſeruitus & affectus ſubmiſſionis verſatur circa exemplar, quam circa imaginem. Dicendo ly potius, aperte ſignificat, quod actus adorandi imaginem, oſculando, aut amplectendo illam, non ſit vanus ac fictus. Videtur locus recompenſationis iniuriæ alterius conſequentiæ, quam facit Vazquez d. 8 c. 8. 552 p. 1. in principio, vbi infert ex opinione Xuarez ſequi imaginem fieri idolum. Vtei que exceſſiue inſtat, ſicut aliis rationibus, vterque ſuam opinionem probabilem facit. Iſai. 9.

Hæc ſententia procedendo a communioribus, & vniuerſalioribus probatur ſic. Potentia poteſt tendere in obiectũ materiale propter aliud, etiã ſi directe non tendat in obiectũ formale, ſeu rationẽ propter quã, igitur poteſt tendere in imaginem tanquam in obiectũ quod, ſeu rem materialẽ, abſque eo quod formaliter & expreſſe tendat in exemplar, quod eſt obiectum, quo, ſeu ratio formalis tendendi in imaginem. Antecedens probatur vniuerſaliter in actibus affectus, & intellectus. Poteſt enim quis credere aliquem articulum reuelatũ, abſque eo quod illo eodem actu credat Deum reuelaſſe, & eſſe primam veritatem, quod eſt ratio credendi, licet neceſſario requiratur quod aliquo actu præcedenti credat Deum veracem reuelaſſe, igitur poteſt quis adorare imaginem, abſque eo quod illo eodem actu formaliter, & vt obiectum adoratum, adoratur Deus, licet non poſſit eſſe, abſque eo quod virtualiter adoretur, eo quod eſt finis, & ratio formalis propter quam adoratur imago. Simile argumentum deſumitur ex actu ſcientiæ. Actus enim ſcientiæ non directe fertur ſuper præmiſſas, & principia tanquam ſuper obiectum, quod, Sed præexiſtenti cognitione præmiſſarum, fertur ſuper concluſionem, quæ ex præmiſſis infertur. Similiter arguitur ad idem ex parte voluntatis. Nam electio medii, directe, & formaliter, non verſatur circa finem, propter quem eligit media, igitur poteſt voluntas adorare imaginem, abſque eo quod eodem actu formaliter adoret exemplar, propter quod adorat imaginẽ. Ante-

Antecedens probatur. Poteſt quis amare proximum propter Deum, abſque eo quod Deus formaliter ametur, ſed ſolum virtualiter, quo ſenſu dixit Paul. Rom. 13. Qui proximum diligit, legem impleuit: 1. Ioan. 4. Siquis dixerit quoniam diligo Deum, & fratrem ſuum oderit mendax eſt. Et hoc in mandatum habemus a Deo, vt qui diligit Deum, diligat & fratrem ſuum. Ex hoc quod proximus poteſt diligi actu diſtincto, videtur quod poſſit poni præceptum diſtinctum diligendi proximum. Ratio generalis eſt, quia hæc duo obiecta volita, non ſunt neceſſario connexa, ſed ſufficit concipere vnum in ordine ad aliud igitur quamuis poſsimus adorare imaginem cum prototypo eodem actu, poterimus alio etiam diſtincto actu. Quod ſepe facimus, ex in conſideratione, quia non conſideramus imaginem & exemplar per modum vnius adæquati & totalis obiecti, ſed conſideramus illam in confuſo, & quaſi conceptu generali tanquam rem ſacram.

Quod huiuſmodi adoratio ſit licita probatur. Licitū eſt adorare imaginem ſimul cum prototypo, non obſtante quod ſit res inanima, & irrationalis, igitur licitum erit adorare imaginem hoc ſecūdo modo alio actu tenet conſequentia, quia vterque actus eſt propter exēplar, ſolum eſt differentia in modo tendendi in vtrūque per vnum, ſeu per diuerſum actū, quod nullo modo reddit actum vitioſum, quia quod fit, puta adorare imaginem propter exemplar, licitum eſt quod autem omittitur, puta quod non fiat eodē actu, no eſt ſub præcepto, igitur neque ex ſubſtantia, nec ex circunſtantia aliqua, actus iſte adorationis eſt vitioſus. Poteſt igitur quis adorare imagines vt res ſacras, quia 7. Concilium ſepe comparat adorationem imaginum, adorationi aliarum rerū quę ſacræ ſunt diuino cultui dedicatæ.

Docet præterea hæc opinio quod huiuſmodi adoratio imaginum non eſt licita, ex eo quod huiuſmodi imagines ſint conſacratæ aliqua particulari vnctione &
*Adrian.* conſecratione, vt aliqui colligunt ex Adriano ſcripto de imaginibus, ſed quia eo ipſo quod ſunt imagines repræſentantes ſacra exemplaria, ſunt res ſacræ deputatæ ad hoc officium & miniſterium. Docet S. Thom. 2.2. q.91 ar.1. vbi inquit quod res ſacra efficitur, quia ad diuinum cultum ordinatur. Et art.3. inter res ſacras numerat imagines. Docet Epiphanius 7. Synodo act.5. tom. 4. dicēs. Typus ſalutiferæ Crucis, ſiue ſacrata precatione, ſiue dedicatione, apud nos honorabilis extitit: ſatiſfacit enim nobis figura. Ergo ex repræſentatione ratio ne figuræ, abſque alia vnctione & conſecratione eſt res ſacra ad diuinum cultum deputata. Vltimo pro ſolutione argumentorum docet hæc opinio. Cōcilia tria docere.
*Nota.* Primo, quod imagines vere adorantur. Secundo quod nō illis tribuitur ratione ſui, ſed ratione alterius, ideo earum honor in aliud referatur tāquam in finem, & hoc ſufficit vt dicatur adorari propter exemplar: & hoc eſt præcipuum fundamentum huius opinionis. Tertio certum eſſe, Concilia nonnullis locis allegatis pro opinione oppoſita, loqui de adoratione imaginis ſimul cum exemplari. Nuntamen damnant aliū modū adorandi, neque aliqua ratione, talis modus oſtēditur vitioſus, ideo Theologorū relinquitur diſputationi, an talis adoratio fiat vnico, vel pluribus actibus, quia excluſiua, quod vnico fiat actu, non pluribus, non eſt adhuc expreſſa prædictis Conciliis. Hęc ad vtramque partē, diffi cilia ſunt argumenta, quæ dubium vnumquęque, poſſunt tenere lectorem. Mihi vero ſatis probabilis apparet opinio Xuarez, quia quamuis alia opinio ſufficiēter
*Xuarez.* probet, imagines debere & poſſe eodem actu cum exemplaribus adorari, quia iſte eſt communior, & proprior modus adorandi, de quo ſepe Concilia loqui videntur, tamen pro nunc affirmatiua cum excluſiua, puta quod nullo alio modo poſſint adorari non apparet diffinita, igitur, ſub hac affirmatiua, imagines ſunt adorandæ, vterque adorationis modus continetur. Actus enim adorandi imaginem cum exemplari, ſimilis eſt actui cognoſcendi principia & concluſionem ſine diſcurſu. Et motui recto, ſeu mutationi inſtātaneæ. Actus adorandi imaginē propter exemplar, eſt quaſi actus diſcurſiuus, quo aſſentimur concluſioni propter præmiſſas, & quaſi motus per lineam obliquam. Conſtat autem, hoc vel illo modo, eundem terminum, eandemque ſcientiam, acquiri, quia non obſtante modo acquirendi, qui antecedit, idem eſt terminus, idem obiectum, eademque complexio terminorum. Ad hunc modum, ſiue vnico, ſiue diuerſo actu, in eūdem ſemper Chriſtum, ſiue exemplar, tendit affectus. igitur ab illo fine, actus iſte, erit licitus atque honeſtus. Quia ratio & conditio honeſti finis eſt omnem honeſtare actū, qui intrinſece malus, & inhoneſtus non eſt. Contingit ſepe hoc, inquit Xuarez, quia etiam conſideratione, non ſemper cogitamus de exemplari, ſed quadam virtuali intentione, propter exemplar, adoremus imaginem, non tanquam imaginē, exercentem officium imaginis, quod eſt ducere nos in conceptum exemplaris, ſed tanquam rem ſacram. Con- *Num. 4.*
tingit hoc in eo, qui inſtar Leuitarum, purpureo veſtimento, vaſa, ac imagines inuoluta defferret de loco ad locum. Cum cuncta ſint velamento operta, & non poſſit diſtingui inter imaginem, & imaginem, Chriſti & Sanctorum, inter vaſa & imaginem, conſequens eſt, non adorare imaginem cum exemplari, quia non diſtinguit inter imaginem Chriſti & Sanctorum, ſed confuſo quodam actu, propter Deum reuerēter tractat cuncta. Panem quoque azimum, nulla Chriſti imagine inſignitum, etiam ante conſecrationem nolumus conculcare, ſed reuerenter e terra eleuamus atque oſculamur, quia materia conſecrationis, quem tamen non adoramus, ſicut adoramus panē cōſecratum. Si dixeris, omnem creaturam adorari poſſe latria, ſi ad Deū tranſeat affectus, non credo verum. Nec ex hoc ſequitur aliquod inconueniens ex his quę impatienti ſpiritu in principio præcedētis dubii, pag. 193. & 294. præmiſimus, quia finis & obiectum variant actum moralem, ideo ſi imago Petri, non adoretur vt imago Petri, ſed in confuſo cum aliis imaginibus, quatenus ſunt res ſacræ, quæ adorantur propter Deum, non eſt inconueniens, quod adoretur latria iſta reſpectiua. Nec tūc proprie aſcendit, quia non adoratur, vt Petri, & propter Petrum, ſed vt rem ſacram propter Deum. Ex quo manifeſte apparet, quo pacto huiuſmodi adoratio, ex Deo tāquam ex fine ſumat ſuam rationem adorationis, & libera ſit ab idololatria. & iconoclatria. Ex ſacris literis oſtendamus modum huius adorationis. Daniel, ſine dubio Regem ve- *Dan.*
nerabatur, honore polytico. & ciuili, cum dicebat. Rex in æternum viue. bene poſſet tūc dicere, adorabo Regem, ſumpto morino ex imagine, vt dicebat opinio refutata in ſuperioribus. Si tunc Rex diceret, hoc non eſt adorare imaginem, ſed me, ideo volo vt me ſimul cum imagine adoretis. Amplius volo, vt imaginē ipſam adoretis, quia me repræſentat, vel quia ego volo, eſſet ſimilis noſtræ quæſtioni, Si hoc Nabucho præcipere non potuit, ſaltim Deus præcipere poteſt, ideo non apparet quare actus iſte de ſe ſit illicitus, quia non videtur contra diuinam reuerentiam adorare creaturā propter creatorem, eo quod non terminatur iſta adoratio, ſeu venerario

ratio in creaturam, ſed in ipſum creatorem. Probabile videtur, quod hoc modo, plus veneremur imaginem illius exemplaris, quæ eſt in vno loco, quam aliam eiuſdem in alio loco. Si enim ſimul cum exemplari adoraretur, vt inquit Vazquez, nō plus adoraretur hic quā illic. Sed plus adoratur, quia Deus plura ibi operatur miracula, igitur Deus, non vt obiectum, ſed vt finis, eſt ratio mouens ad illum actum adorationis. Dicetur quod Deus eſt vt cauſa mouens, exemplar vero ipſum, eſt obiectū terminans adorationē. Si imago eſſet Chriſti, vel Dei, eo pacto, quo licite fieri poſſunt, ſolutio conuinceret, ſed ſi imago ſit alicuius Sancti, quæ ſolum dulia adoratur, non videtur ſufficere, quia tunc propter Deum ipſum videtur illa adoratio. Quemadmodum enim iniuria facta Sacerdotibus ex peculiari odio diuini miniſterii, non ſolum eſſet oppoſita duliæ & obſeruantiæ, ſed religioni, & ſic ſpecialiter tranſiret in Deum. Sic per locū a contrariis ſpecialis honor exhibitus imagini propter Deum ipſum, qui ibi ſpecialiter operatur miracula, videtur ſpecialiter tranſire in Deum. Res eſt dubia, & difficilis, ideo vtraque pars probabilis videtur.

Ad argumenta poſita in principio dico quod ſi adoratio imaginis ſit perfecta, debet eſſe ſimul cū ſuo exēplari, & iſta perfecta eſt propria imaginum, quæ magis exprimunt ſua exemplaria, quam aliæ res ſacræ. Et ideo de iſta frequentius Doctores, & Concilia loquuntur. Nihilominus, alia ſufficiens eſt & licita, maxime autem contingit cum ex ſua conſideratione actuali non coniūgimus exemplar cū imagine in ratione obiecti, ſed ea manet vt finis. Si dicas Concilia diffinire, & vt certam tradere veritatem fidei, quæ vnica eſt. Dico veritatem excludere errorem. Vnica & fixa veritas eſt quod imaginis honor tranſeat in exēplar, quod autem hoc, vel illo modo tranſeat problema Theologicum eſſe poteſt. Si dicas imago ſolum conſideratur, vt res materialis, vel vt imago, ſed conſiderare vt imago, eſt conſiderare illam ſimul cum exemplari, igitur iſto modo, & non alio poteſt adorari. Dico quod imago, vt imago conſideratur, vt imago in actu exercito tanquam vnum cum exemplari, & vt conſtituitur vice exemplaris. Alio modo vt res Deo dicata, & ſic non conſideratur vt in actu exercito, ſed relatiue in ordine ad exemplar. Si ad huc inſtes, quare Doctores omiſerūt hāc conſiderationē. Dico q̄ ſub cōſideratione imaginis, vt imago eſt, cōprehēditur omnis modus adorādi imaginē, nō propter ſe ipſam, ſed propter exēplar, ſiue hoc ſit vt obiectū, ſiue vt finis. Sed inſtas vlterius dicēdo, ſic non inueniri illā vnitatē quæ eſt inter exemplar, & imaginem, ideo in imagine vt ſic, non poſſe adorari exemplar, ergo eſt idolatria adorare imaginem propter ipſam. Dico quod licet non ſit tanta vnitas, ſaltem ſemper conſideratur vt aliquid exemplaris, quia vt dicit ordinē ad illud. Solum probatur, quod adoratio non ſit ita perfecta. Per hæc ad cætera omnia argumenta patet. Ad 4 ſpecialiter reſpondeo quod ſicut omnis honor imaginis tranſit in exemplar, ſiue tāquam obiectum, ſiue tanquam finem, ita dupliciter poſſumus irreuerenter tractare imaginem. Vno modo directe contemnendo perſonam repræſentatam. Sic Iudæi vt conſtat ex Athanaſio 7. Synodo imagini Saluatoris iniuriam irrogabant. Iſte modus iniuriæ correſpondet modo adorationis præcedentis dubii. Secundo modo nolendo vt Deus rebus ſacris veneretur, aut quia exiſtimat imagines nō eſſe dignas honore propter exēplar, & iſte modus correſpondet huic adorationi. Sicut autem omnis honor in exemplar tranſit, ſic omnis iniuria per aliquem modum debet tranſire.

*Num Crux Chriſti ſit adoranda latria.*

SICVT adorationē imaginum, hæretici negarūt, ita etiam adorationem Crucis. Quorum argumenta & rationes oportet ſoluere. Primum argumentum deſumitur ex . Thom. 3. p. q. 25. art. 4. Filius non veneratur contumeliam & patibulum patris, ſed Christus Dominus morte turpiſſima in Cruce ignominioſe paſſus, & damnatus eſt Sap. 2. Igitur pio ac religioſo affectu non debemus Crucem, in qua contumelioſe eſt paſſus adorare.

Secundo. Si eſt adoranda Crux, maxime quia imago Chriſti, ſed Crux non eſt imago Chriſti continens ipſum, igitur non eſt adoranda. Si illā adoramus ob memoriam & recordationem Crucis Chriſti, obſtat Fauſtus Manichæus, cuius meminit Auguſt. libro 20. contra Fauſtum ipſum c. 11. dicens, quod omnis arbor, omne lignum ſit adorandum ob memoriā paſsionis Chriſti. Vnde diſcipuli eius in quocunque ligno, ſicut in Cruce Chriſtum colebant, atque inde fructus colligere hac ratione formidabant. Videndus eſt Thom. Vualdenſ. com. 3. c. 160. Ex quo, ſimili ratione ſequeretur, omnes lanceas, omnia ſpineta & præſepia eſſe veneranda, in honorem & recordationē lanceę qua Chriſti latus apertum eſt, coronæ ſpinarum, qua coronatum eſt, pręſepii, in quo natus eſt. Sic de aliis quæ tetigit.

3. Quod non ſit adoranda latria probatur. Crux ſolum repræſentat Chriſti corpus extenſum in Cruce, ſed corpori Chriſti, ſeu humanitati Chriſti non debetur latria, igitur Cruci non debetur adoratio latriæ, quamuis debeatur aliud genus honoris.

4 Arguo probando, quod Cruci Chriſti in qua paſſus eſt non debeatur adoratio. Nam ſi eſſet adoranda ſpeciali ratione contactus, ſequeretur quod labia Iudæ quæ Chriſtum tetigerunt, & a fortiori Sacratiſsima Virgo, quę ipſum portauit in vtero, eſſet adoranda latria. Conſequens quantum ad Virginem videtur falſum. Quantum ad Iudam abſurdum & impium, igitur Chriſti Crux ſpeciali ratione contactus non eſt adoranda latria.

5. Sub hac ratione non repræſentat Chriſtum, & ſic non continet illum eo modo quo imago continet imaginatum, igitur non debet adorari adoratione latriæ.

6. Specialiter arguitur ſic. Apud nos non habetur lignum Crucis integrū, ſed in plures particulas diuiſum. Particulæ autem ex profunditate Crucis deſumptæ non habuerunt illum contactum, nec retinent figuram & formam Crucis, ergo non debent adorari latria.

Sub hac quæſtione duo quæruntur, Primū de quacunque Cruce. Secūdo, ſpecialiter de Cruce in qua Chriſtus pependit in morte. Quantum ad primum, alii per ſuperabundantiam errarunt. Alii medium ſe tenere æſtimantes, ſimiliter viam veritatis ignorauerunt. Claudius. Taurinenſis Epiſcopus dicebat Crucem Chriſti non eſſe adorandam. Ita refert Caſtro verbo adoratio. Fuit iſte Claudius anno 800. ſalutis noſtræ contra quem ſcripſit Ionas Aurelianenſis Epiſcopus libros de cultu imaginum in 5. tomo Bibliothecæ Sacrę. Videndus eſt Alanus Copus dialogo 4. c. vbi c. 6. copioſiſsime agit contra iſtum errorem. Lindanus lib. 4. Panopliæ Euāgelicæ c. 97. Sequutus eſt hunc errorem Vuicleff libro ſuo de Papa c. 12. qui dicebat Crucem, & alia paſsionis inſignia eſſe deliramenta rationabiliter deridēda Eundem ſequutus eſt Lutherus, videndus eſt Tho-

*Vuald.* mas Vualdenſis tom.3. de Sacramentalibus a cap. 158. Caluinus libro inſtitutionum cap.11.§.7. Centuriatores Centuria 4.c.4. Pro hoc errore facere videtur primum argumentum. Fauſtus Manichæus per oppoſitũ dicebat omnem arborem ob memoriã Crucis Chriſti eſſe adorandam, vt ſecundo argumento habetur. Armenij prius quam Crucem venerarentur eam lauabant, & ſanguine ſacrificij tingebant, atque clauum in ea figebant, exiſtimantes Crucem ſecundum ſe ſine huiuſmodi ceremonijs eſſe immundam & nõ dignam honore. Crux enim antea patibulum erat, & ſic immundam, & contumeliã atque ignominiam, vt diximus indicabant. Abluendo, & rainquando illam, dignam honore exiſtimabant. Nõ vero ſecundum ſe. Hunc errorem confutat Eutymius
*Euthym.* titulo 20. Panopliæ c.14. oſtendens non ſolum nõ indigere ſignũ Crucis lotione & ſanctificatione, ſed omnia alia ſigno Crucis benedici, & ſanctificari.

Sit co[n]cluſio. Crux Chriſti eſt adoranda & venerãda adoratione latriæ. Singula ſunt probanda, & ſinguli errores breuiter confutandi. Primo ſic. Crux ex quacũque materia facta, eſt ſignum & imago Chriſti Domini extẽſi in patibulo, ergo eſt adorãda latria ſicut imagines quę ipſum repræſentãt. Conſequentia tenet a paritate rationis: antecedens probatur ex illo Matth. 24. Tunc, (ſcilicet in die iudicij) apparebit ſignum filij hominis. Quem locũ de ſigno Crucis exponit Chryſoſt. hom. 77. ſuper Matth. quem ſequuntur Theophilactus. & Euthymius. Idem docet Origines. Hylarius. Hieron. & Beda. ibidem Cyrill. Hieroſolimitanus cathechiſ. 15. Aug. ſerm. 130 de tempore ad finem. Damaſc. libro. 4. de ſide orthodoxa c. 12. & 17. Hæc ratio probabiliter probat quod ſit adoranda latria. Suppoſitis autem principijs fidei, admittendo ſcripturam & authoritates Sanctorum euidenter probatur, quod ſit adoranda, & veneranda. Diffinita eſt veritas ſexta ſynodo can. 73. & 7. Synodo actione 7. 8. Synodo can.3. Ideo antiquiſſima
*Concil.* conſuetudine & traditione: Crucẽ Domini ſemper Eccleſia eſt venerata. Et ſi negare quod eſſet veneranda eſſet manifeſtus error: Negare quod ſit veneranda latria, videtur iam contra communem opinionem. Vidẽdus eſt Tertulianus in Apollogetico c.16. Athanaſ. q. 26 ad Antiochũ. Chryloſt. ſer. 1. & 2. de adoratione Crucis. Hieron. Pſal. 98. in illa verba. Adorate ſcabellum pedum eius. Vbi declarãdo illa de humanitate Chriſti, inquit poſſe etiam intelligi de Cruce. Ambroſ. ſerm. 56. Aug. tractatu 36. in Ioannem. Greg. lib. 7. epiſtolarũ, epiſtola 5. Cyrill lib.6. contra Iulianum. Huius ſigni, quam
*Figure Crucis.* plurime præceſſerunt figuræ, quas optime colligit Damaſc. libro 3. orthodoxæ fidei c.12. figurata enim fuit In ligno vitæ quod fuit in medio paradiſi. In virga Ioſeph, cuius ſummitatem adorauit Iacob conuerſus ad parietem. Heb. 11. Moyſes quoque ſigno Crucis diuiſit mare Rubrum. Serpens quoque ęneus. qui aſpicientibus in eum, ſalutis cauſa erat, in ſigno Crucis, vel ſigno Tau Cruci ſimillimo erat. Hæc Damaſ. Sub hac figura offerebatur ſacrificium ſeparationis. Exod. 27. 29. & Leuit. 7. Hac figura vtebantur Iudæi, quando vtrũq; poſtem domus, ſanguine tingebant. Figurata fuit in virga Aaron. quę Num. 17. abſciſſa fructificauit. Sub iſta forma erat Moyſes quando ſuperatus fuit Amalech. In modum enim Crucis manus in cœlum protenſas habebat. Ita Chryſoſt. oratione 2. ex decem Græcis quæ nõdum Latinæ factæ ſunt. Aug. oratione de quinque hæreſibus. c.2. Argumentum formatur ſic. Magna myſteria gratiæ. & quæ in veneratione habenda erant, multis antea diebus antequam fierent prædicta fuerunt, vt cũ facta fuiſſent, & crederentur, & in honore tanquã diuinitus reuelata haberentur, huiuſmodi fuit Crux Chriſti vt ex prædictis figuris cõſtat igitur, vt rei maximi momenti in magna veneratione debet haberi. Denique humani corporis figura, Crucis ſimilitudinem habet. Surſum caput eſt, cui deorſum e regione pedes opponũtur. Hinc inde brachia habet & Crucis figuram exprimit. Vnde extenſis brachijs, Crucis habet figuram. & Cruci aſſigari tali figura poteſt. Hoc ipſum in ipſo capite inuenitur. oculi enim hinc inde exiſtentes, figuram Crucis cauſant. Arbores quoque dũ hinc inde ramos producunt, figuram Crucis non obſcure repręſentant. Nonnullæ ſtellæ in hac figura in cœlo diſponũtur. Hac figura auibus prodeſt ad volandum, nautis ad nauigandum. Notauit Iuſtinus Apologia 2. Ambroſius ſer-
*Iuſtin.* mone 56. Contra primum errorem in primo argumẽto fundatum. eſt Paulus Galat. 6. Mihi abſit gloriari, niſi in Cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti. Chryſoſt. explicans illud Ioan. 7. Non dum erat ſpiritus datus, quia Ieſus non dum fuerat glorificatus inquit. Gloriam Chriſti Crucem vocat. Certe gloria eſt, quia in illa vicit inimicum, & omnia, tunc, cum fuit exaltatus, ad ſe traxit. Hinc in publicis ſupplicationibus, ardentibus facibus Crucem ante ſe præire iubebat. Teſtatur Sozomenus libro 8. c.8. Idem refert Beda lib. 1. hiſtoriæ Anglorum c.21. de Auguſtino, qui exponens illa verba Pſal. 141. In via hac qua ambulabam inquit. Vſque adeo de Crucẽ non erubeſco, vt non occulto loco, ſed in fronte eã pono. Inſultet ille crucifixo Chriſto. Videam ego in frontibus Regum Crucem Chriſti. Habet fundamentum in loco Math. 24. Apparebit ſignum filij hominis, id eſt præibit. Quod Reges, & Imperatores in ſummo honore hoc ſignum habuerint conſtat ex Conſtantino Magno, cui Deus, in aere hoc ſignum oſtendens, cum bellum ageret contra Magentium, dixit. In hoc ſigno vinces. Qui ſtatim in fronte illud ſignum poſuit & vexillum Romanorum in ſignum Crucis mutauit, aut ſaltem illo exornauit. Legendus eſt Nazianzenus oratione 3. Euſebius lib. 9 c.9. & 10. & libro 1. de vita Conſtantini. Nicephorus lib. 7. c. 37. 47 & 49. lib. 8 c. 3. Vtrunque ſimul igitur habetur, & quod hoc ſignum in honore a Regibus habeatur, & quod in honorem & teſtimonium reuerentiæ Cruci debitæ, Deus mirabilia fuerit operatus. Videndus eſt Alanus copus dialogo 4. cap.10. vbi plurima recenſet miracula. In Hiſpania ſolẽnitet celebratur Triũphus Crucis. Euſebius libro 1 de vita Conſtantini c. 7. inquit quod vbicunque erat ſignum Crucis, illic victoria ſequebatur.

Contra ſecũdũ errorẽ cõſtat nõ omnẽ arborẽ eſſe venerandam, quia non omnis, nec aliquis arbor Chriſti crucifixi exprimit figurã, ſicut Crux. Contra tertiũ errorẽ dicemus, quo nã pacto ſine aliqua ceremonia ſit honore digna. Dicemus quoque, quomodo Dæmonibus ſit terror, atque ipſam venerentur.

Quantũ ad Crucẽ in qua Chriſtus paſſus eſt, eſt opi- *De Cruce Chriſti.*
nio Ricard. hac d. ar. 2. q. 3. quã ſequitur Dur. hac. d. Docuit S. Tho. hac d. q. 1. ar. 2. q. 4. quod nõ ſit adorãda latria, ſed hyperdulia, Probatur 3. & 4. argumẽto. Oppoſita ſentẽtia antiqua illa relicta, eſt S. Tho. 3. p. q. 25. ar. 4. Videndi ſunt expoſitores ibidẽ. Medina exiſtimat eſſe errorẽ affirmare quod ligno Crucis in quo Chriſtus paſſus eſt, nõ debeatur latria, ratione contactus. Docet hęc opinio quod ſi cuicunque alij Cruci debetur honor, a forciori debetur Cruci, in qua Chriſtus paſſus eſt. Nec obſtat quod modo non habeat figuram Crucis, quia Cruci in qua Chriſtus paſſus eſt, non ſolum debetur adoratio, & veneratio ratione formæ & figuræ, ſed ratione contactus. Suadet optime doctiſſimus noſter Corduba vbi ſupra loco allegato, quia ſicut antiquitus orante Moyſe, in figura.

& forma

& forma Crucis, fuit victus Amalech, ſic in hoc ligno, fuit victus Dæmon, qui ſicut Amalech nobis iter ad gloriã impedire molitur: fuit .n. crux illa, in qua Chriſtus pependit, quaſi ſacratiſſimũ altare, in quo Chriſtus Patri pro redẽptione noſtra ſe obtulit, & velut triũphalis currus, cui Chriſtus Dominus Demoné alligauit, ducens illum in triumphũ. Hoc ſignificauit aperte Paul. Coloſſ. 2. dicens. Cũ mortui eſſetis in delictis & præputio carnis veſtræ, conuiuificauit cum illo donans vobis omnia delicta, delens quod aduerſus nos erat chirographum decreti, & expolians principatus, & poteſtates traduxit confidenter palam, triumphans illos in ſemetipſo. Aug. de agone Chriſtiano ſequendo literã Græcam, legit, Principatus & poteſtates exemplauit.

*Aug.*
*Caiet.*

Vbi Caietanus, alij que expoſitores ſuper hunc locum dicunt, quod alludit Paul. ad morem & conſuetudinem triumphantium, qui trophea ſua circumferebant, oſtẽtantes populo monumenta adepta victoriæ. Origenes, vbi vulgata habet. Triumphans eos palam in ſemetipſo, legit ex Græco originali. Triumphans eos palam in ligno. Originem ſequitur Damaſc. lib. 4. de fide, c. 12. Eſt ergo ſenſus, quod Dæmon, tamquam currui alligatus fuit in triumphum circumductus, igitur conuenienter adoratur Crux, tamquam currus triũphalis. Ex quo conſtat quare Dæmon tã vehementer Crucẽ formidet Crucẽ frõti imprime (inquit Chryſo. ho. 21. ad populũ Antiochenũ) ſic enim, nec ipſe Diabolus lædere poterit. Nazianzenus oratione in Iulianum, Nicephorus lib. 10 c. 13. dicunt quod cũ Iulianus Apoſtata a Dæmone fuiſſet pe. territus, & ſigno Crucis ſe ſignaſſet, Dæmonem ſtatim fugauit. Ex quo apparet quomodo ex diuina voluntate, non ſolum operetur in fidelibus habẽtibus fidem, & deuotionem, ſed etiam in infidelibus, quaſi per modum operis operati Iuxta hoc Ezechiel. 9. dicitur. Omnem autem ſuper quẽ videritis Thau, ne occidatis. Vbi inquit Hieronymus. Antiquis Hebræorum literis, quibus vſque hodie vtũtur Samaritani, extrema Thau litera, Crucis habet ſimilitudinem, quæ in Chriſtianorum frontibus pingitur, & frequenti manus inſcriptione ſignatur. Ad hoc ipſum, inducit hunc locũ Ezech. Cyprianus lib. 2 ad Quirinum c. 21. & 22. Vbi Pamelius annotationibus ſuper Cyprianum, refert verba Hyeronimi dicẽs eſſe notandum locum, contra eos qui negant Crucem eſſe adorandam. Probatur veritas ex Victoria mirabili, quam Heraclius contra Coſdroam obtinuit, De cælo namque contra inimicos pugnatum eſt, & cum Crux in locum ſuum reſtitueretur, grande illud miraculum contigit, vt quia erat Heraclius auro, & gemmis ornatus, cum eam humeris ad Caluariæ locum portaret, in porta, quæ ad Caluariȩ locum ducebat, inſiſtere coactus eſt, vt nec progredi, nec regredi poſſet, vſque dum depoſuit prætioſum ornatum: depoſito autem, humeris duxit ad prædictum locum. Vltimo probatur ex Crucis mirabili inuentione, quam Helena diuinitus inſpirata quæſiuit, nõ parcẽs ſumptibus, & laboribus. Quæſitam inuenit, inuentam non ſine miraculis æditis ab alijs Crucibus latronum ſecernit, ac ſic ſecretam & ſeparatam adorat & veneratur. Quãuis enim ex titulo inſcripto, ex parte cognoſcipuſſet, vt indicat Ambroſ. de obitu Theodoſij, non tamen perfecte, nam vt inquit Rufinus, aderat quidem titulus, ſed non ipſe ſatis euidenter prodebat ſigna patibuli. Quia igitur ab omnibus adoranda erat, noluit Dominus in re tanti momenti, teſtimonium miraculorum ab eſſe, & ſoli inſcriptioni tituli, quem Iudæi ex malitia mutare potuerunt tam celebrem veritatem inniti. Cum igitur cuidam fœminæ graui morbo laboranti, latronum Cruces adhibete fuiſſent, nõ eſt deſideratam ſalutem aſſecuta, vſque dum adhibita fuit Crux ſaluatoris. Cum Deus non poſſit eſſe teſtis mendacij, ſequitur quod cum medijs miraculis teſtificatus fuerit Crucem iſtam eſſe venerandam, quod ſit digna honore, & veneratione. Non obſcure quod dicimus indicat Chryſoſt. hom. 84. in c. 19. Ioan, dicens. Crucifixi ſunt tres, clarus? vnus ſolus, vt intelligas eius virtute omnia proueniſſe, at qui tribus crucifixis miracula patuerunt, nemo tamen vllum alteri latronum tribuit, ſed ſoli Ieſu.

De inuentione Crucis meminit Chryſoſt. loco allegato, Cyrill. Hieroſolimitanus epiſtola ad Conſtantinum Auguſtum. Ambroſius oratione de obitu Theodoſij, Euſebius lib. 3. de vita Conſtantini c. 25. vbi refert verba Conſtantini ad Macharium dicentis. Tanta erga nos Saluatoris noſtri benignitas declarata eſt, vt nulla tam accurata dicendi ratio, & vis ſit, quæ præſens miraculum explicare queat. Nam vt inſigne illud Sanctiſſimæ illius paſſionis monumentum, quod terræ viſceribus abditum, tot, tam quæ multis annorum conuerſionibus, iam delituiſſet, tunc elluceſceret ſeruis Dei, cum illos hoſte debito, in libertatem eſſent vindicati, omnem profecto hominum admirationem longe ſuperat: Nomine, monumentum, vel ſola Crux, vel ſepulchrum & omnes reliquiæ, & inſignia paſſionis Chriſti, quæ illic erant, intelligi debet. Ex quo ſequitur, argumentum Centuriatorum negantium Crucis inuentionem, quia illius nullam facit mentionem Euſebius in vita Conſtantini, eſſe nullum. Secundo quia argumentum a negatione, nihil valet. Sequitur etiã, quare vſus ſigni Crucis per modum ceremoniæ ſit licitus, & apud Catholicos valde frequens. Cum enim omnia nobis dentur ex meritis Chriſti crucifixi, recte hoc ſigno Eccleſia vtitur in adminiſtratione Sacramentorum, per quæ applicat merita Chriſti Et quotieſcunque, aliquid petit, aut cõfert, Notandum tamen, quod cum tem aliquam ſigno Crucis ſignamus, nihil rebus ipſis imprimimus, ſed ſolum ex meritis Chriſti, Dei auxilium inuocamus. *Notai*

Hæc Crux, inqua Chriſtus paſſus eſt futurum eſt ſignum, quod apparebit in die iudicij. Sic Thom. Vualdea Chryſoſt. hom. de Cruce, & latrone tom. 3. vbi inquit. Hęc ſole ſplendidior apparebit. Id ipſum hom. 87. ſuper Matth. Origenes exponens illa verba Matth. 24. Apparebit ſignum filij hominis inquit. Signum Crucis hic intelligamus, vt iuxta Zachariam, & Ioãn. Videant Iudæi quem pupugerunt. Ad idem eſt Aug. ſerm. 130. de tempore qui eſt. 2. fer. 6. in Paraſceue circa finem, vbi inquit. Quid mirатis ſi Crucem afferens veniet, vbi & ipſa vulnera oſtendet. *Tom. 3. c. 18.*

Quod particule ligni Crucis ſint adorande probat Medina ex Gregorio Niſſeno in vita Macrinę. Ex Paulino epiſtola 11. ad Seuerum. Ad idẽ eſt Chryſoſt. tom. 5. hom. quod Chriſtus ſit Deus. Gregor. etiam, qui lib. 7. Epiſtolarum, epiſtola 126. particula ligni Crucis miſſit ad Richaredum Regem Hiſpaniæ, Auguſt. lib. 22. de Ciuitate Dei. c. 8. inquit terrã ſanctã adductã ex locis ſacris in Africa multa patraſſe miracula. In ſignum huius, legimus 4. Regum Eliſeum Prophetam pręcepiſſe Naaman vt reuerenter ſecum ferret, tamquam reliquiã aliquam partem terræ Sanctę. Damaſ. lib. 4. orthodoxæ fidei cap. 12. inquit, Crucem, inqua Chriſtus pependit, ex tactu corporis, & ſanguinis eius fuiſſe ſanctificatam, & optimo iure cũ cæteris reliquijs & inſignijs Chriſti, puta, lancea, clauis, & ſepulchro adorari deberi, Hieron. tom. 1. epiſtola 27. quæ nomine Paulæ & Euſtochiu,

chiu,

chii, eſt ad Marcellam inquit. Venerabantur Iudæi propiciatorium, nonne tibi videtur venerabilius ſepulchrũ Christi, quod quotieſcunque ingredimur, iacere in ſindone cernimus Saluatorem. Quantum ad preſepe laudat Paulam, eo quod preſepe Domini adorauerit. Quod etiam ſe feciſſe Apologia 1. contra Ruffinum affirmat. Cum S. Thom. 3. p. q. 25. art. 4 ad 3. diſtinguit inter clauos, & Crucem, non loquitur de clauis quibus Chriſtus affixus eſt, ſed de aliis qui nuncillos repræſentant, & inquit, illos non ſic repreſentare clauos Chriſti, ſicut Crucem. Crux enim quia preciſſa eſt ſignum Chriſti ſtatim illum repræſentant, claui, ſpongia, etcætera, huiuſmodi, niſi cum Cruce ponantur non ſic Chriſtum repræſentant, quia ex nulla expræſſa, & determinat figura, determinantur ad repræſentandum Chriſti clauos, potius quam quoſcunque alios clauos. Iuxta quod bene Athanaſius quæſtionibus ad Antiochum quærit, quare facimus imaginem Crucis, non vero lanceæ, vel ſpongiæ. & reſpondet dicens, quod cõpingentes duo ligna facimus figuram Crucis: vt ſiquis infidelium repræhendat nos, quod lignum veneremur, diſſoluentes ligna, poſſumus oſtendere, non illa, ſed figuram adorare. In aliis id oſtendere non poſſumus. Ecce quomodo ratio figuræ exprimit rationem imaginis, & cõtineat ſpecialem rationem adorationis. Ex quo ſequitur quod excepta Cruce, in qua paſſus eſt Chriſtus, nulla alia ſit adoranda latria poſt quam figura eius ſoluta eſt, quia vt inquit Athanaſius q. 16. ad Antiochum, materia lignorum adorationis inutilis reputanda eſt. Ad idẽ eſt Damaſc. libro 4. orthodoxe fidei. c. 12. Leontius dialogo 5. qui habetur 7. Synodo art 4.

Ad primum argumentũ dico cum Apoſtolo 1. Cor. 1. verbum Crucis pereuntibus quidem ſtultitia eſt iis autẽ qui ſalui facti ſunt, id eſt nobis, Dei virtus eſt. Vnde nos non adoramus illam, vt Chriſti opprobrium ſed vt Dei virtutem, & vt aram in qua obediens factus vſq; ad mortem, ante quam pateretur, patiẽter ſuſtinuit opprobrium, pro redemptione eorum, qui erant inimici, quod eſt maxime gloria Chriſti, quia ſic commendat obedientiam erga Patrem, erga nos charitatem. Vnde, vt bene notat Aug. ſt. tom 10. ſerm. 28. de Verbis Domini ſuper Matth. edicto Principum prohibitum eſt, ne malefactores nunc crucifigerentur, quod in honorẽ Crucis propter Chriſtum factum eſt. Poſſumus ergo gloriari in Crucem qua paſſus eſt Chriſtus pro noſtra ſalute, ſicut poſſent gloriari filii viri illuſtris. qui pro defenſione Patriæ ignominioſam mortem pateretur.

Ad 2. dico. quod Crux non repreſentat Chriſtũ quantum ad effigiem & figuram. quam ipſe habebat, ſed ex ſuppoſitione quod fuit crucifixus. Sicut autem ibi Deus homo eatenſus fuit, qui adorabatur latria, ſic Crux non repreſentat hominẽ ſolum, ſed Deum hominem, & ſic adoratur latria. Cum hoc in omnibus arboribus, omnibus ſpinetis non inueniatur, non debent. ſicut Crux adorari. Secundo dico, quod communis ratio adorãdi vnum propter aliud. non eſt ratio imaginis. ſed ſufficit quod dicat ordinẽ ad obiectum adorabile. Sub hac ratione communi, continetur quędam alia magis ſpecialis, quæ eſt ratio imaginis, quemadmodum, ſub animali continetur homo.

Ad 3. dictum eſt quod repræſentat Chriſtum, qui non ſolum erat homo preciſſe, ſed Deus et homo, ideo poteſt & debet adorari latria.

Ad 4. argumentum. quod eſt Vuicleffiſtarum reſpõdet Thomas Voaldenſis 3. tom. c. 160. nudum tactum non eſſe ſufficientem cauſam, vt aliquid adoretur, ſed oportet quod ſit innoxius, & videtur quod requiratur, vt Chriſtus intẽderit rem illam conſecrare, & quaſi ſanctificare, ideo labia Iudæ & aſina cui Dominus Chriſtus inſedit non adorabantur. Nec illa quæ vt ab omnibus adoranda non proponuntur, vt palea & ligna quæ in terra habentur. Secundo etiam de Iuda ſpecialiter dicitur, quod cum id quod adoratur eſt res viuens, non adoratur manus, reſpee, ſed totus homo. Ne igitur in hominem impium adoratio redundet, non debet adorari labia Iudæ. Quod erit rationi conſentaneum, ſi verum eſt. Deum de ſe eſſe adorabilem, ſicut de ſe eſt Dominus & ſummum bonum: Sanctos vero quia aliquid Dei habent participatum. Cætera vero non adorari abſolute a ſe, & ex natura ſua, ſed ſimul requiri diuinam inſtitutionem, & approbationem. Qua ratione, nec omnes creaturę, nec omnes paleæ & minutiſsima ligna in modum Crucis ſuper terram diſpoſita adorantur (licet poſſet quis licite adorare) imo conculcantur ſine culpa. Si hoc verum eſt conſtat quo pacto labia Iudę non adorentur, licet de ſe, ſi ad ſolum Chriſtum animus eſſet intentus poſſent adorari. Quantum ad contactum Virginis reſpondetur ex S. Thom. 3. p. q. 25. art. 4 ad 3 quod Beatiſsima Virgo eſt rationis capax, non ſic Crux. ideo ille contactus tranſit in excellentiam propriam Virginis. cui latria non debetur.

Ad 5. dico, quod licet illę particulæ non reprę́ſentẽt Chriſtum. dicũt tamen ordinem ad Chriſtum, ideo mediãte notitia, quæ adorationem debet præcedere, illum repręſentant.

Ad vltimum dico, quod Chriſtus Dominus totum lignum Crucis tetigit mediante ſuperficie, & ſic totum ſanctificauit ac roſeo ſanguine ſuo conſecrauit:

## DE RELIQVIIS Sanctorum.

RELIQVIARVM nomine, præcipue Sanctorum corpora, ſiue integra, ſiue in particulas diuiſa intelligimus. Secundario, veſtes, & cætera quæ corpora Sãctorum tetigerunt. Venerationem reliquiarum negant omnes, qui Sanctos non eſſe venerandos dixerũt. Aliqui autem hæretici vt Caluiniſte, Sanctos adorandos eſſe dicunt, reliquias vero venerandas non eſſe docent. Poteſt namq; quis dicere Sanctos ob eorum excellentiam eſſe venerandos: non tamen reliquias quæ non habent Sanctitatem in ſe. Primus igitur, qui reliquiis Sãctorum negauit adorationẽ. Euſtathius eſſe dicitur. Secundus Eunomius, quem ſequutus eſt Vigilantius Barchinonenſis, vt refert Hieronymus contra Vigilantium epiſtola 53. Eraſmus in ſcholiis ſuper epiſtolas Hieronymi irridendo Chriſtianos inquit adorare mucoſa ſudariola Sanctorum: forſam e Iudæis & Samaritanis, qui ex contactu cadauerum immundos ſe eſſe exiſtimabãt, error iſte habuit ortum. Aut forſam, qui reſurrectionẽ corporum ignorantes, & negantes, vt ex 1. Cor. 15. & Act. 23. conſtat, corpora nullius æſtimationis & adorationis digna eſſe exiſtimabant.

Orthodoxa ac indubitata veritas eſt, reliquias Sanctorum. ſiue corporis partes, ſiue veſtes, etcætera, quæ illos tetigerunt, eſſe adorandas. Diffinita eſt veritas in Concilio Grangẽſi. can. 5. 7. Synodo generali, actione 7. vbi dicitur. Hanc eſſe traditionem Apoſtolicam. In Cõcilio 1, Romano, vt conſtat ex ſecunda epiſtola Felicis Papæ 1. In Concilio Lateranenſi ſub Innocentio 3. & in multis aliis Conciliis. Denique in Concilio Tridentino

tiuo ſeſſ. 25, hæc veritas habet fundamentum in ſcriptura, nam Geneſ. 50. oſſa Iacob, & Ioſeph magno cum honore ſunt ſepulturę tradita, & in terra in promiſsionis, & Ægypti deportata. Vbi habet fundamentum cõſuetudo tranſlationum, corporum, & reliquiarum Sãctorum. Ad hunc modum, vt conſtat ex epiſtola 2. Cornelii Papę, facta eſt tranſlatio corporum Petri, & Pauli, a catacumbis, ad ea loca, in quibus martyriũ paſsi ſunt. Chryſoſtom. hom. 32. ſuper epiſtolas ad Roman. magnificat ac extollit Romam, eo quod reliquias Apoſtolorum poſsidet. Leo Papa ſerm. 1. in natali Petri & Pauli. Hieronymus contra Vigilantium, plures tranſlationes corporum Sanctorum refert ac commemorat. Deut. vltimo conſtat, Angelos, honorifice corpus Moyſi, ſepelliſſe. 4. Regum 13. tactu corporis Eliſei, cadauer mortuum mirabiliter ſurrexit. Ex quibus conſtat, quod hæc veritas habetur ex antiqua, & continua traditione. Suadetur ex continuis, & innumeris miraculis, quæ tactu reliquiarum Sanctorum quotidie frequenter fiunt. Non pauca, nec obſcura, Compluti, in ſepulchro S. Didaci, nunc videntur.

Chryſoſt.

Hierony.

Contra Eraſmum qui nos irridet, quia adoramus muccola ſudariola Sanctorum, eſt quod Actor. 19, dicitur de Paulo. Virtutes quas non quaslibet faciebat Deus per manum Pauli: ita vt etiam ſuper languidos deferrentur a corpore eius ſudaria, & ſemi cinctia, & recedebant ab eis languore, & ſpiritus nequam egrediebantur. Si igitur Deus per ſudaria & ſemicinctia operabatur miracula, & Dæmones illa venerabantur, quid mirum quod homines, niſi Dæmonibus peiores ſint, venerẽtur. Quid mirum quod, ſudaria Pauli ſanarent, quando Act. 5. vmbra Petri ſanabat. Eccleſ. 49. dicitur. Duodecim Prophetarum oſſa pullulant de loco ſuo, nam corroborauerunt Iacob, & redemerunt ſe in fide virtutis. Vbi Nicolaus explicans verbum illud. Pullulant, inquit. Sepulti fuerunt honorifice ad prolongationem bonæ memoriæ, tum quia veriſimile eſt quod ad ſepulchra eorum ſaltem aliquorum fiebant miracula, ſicut dicitur Eccleſ. 48. de Eliſeo, & hiſtoria habetur 4. Regum 13. De oſſibus Ioſeph dicitur ibidem. Oſſa ipſius viſitata ſunt, & poſt mortem Prophetauerunt. Intellige, oſtendendo veritatem Prophetiæ, quam prædixerat Geneſ. 45. Aſportate vobiſcum oſſa mea. Quæ Exod. 13. aſportata ſunt. Dum hoc poſt mortem oſtẽderunt, digno honore, ſe eſſe manifeſtarunt, ſicut Sancti qui poſt mortem refulgent miraculis. Ratione probatur veritas. Fuerunt hoſtia viuens, Deo placens, organa Spiritus ſancti, templa animarum Sanctarum, quæ fuerunt ſedes Dei, ergo iuſta de cauſa in veneratione habentur. Inſuper huiuſmodi corpora aliquando erunt glorioſa, igitur bene poſſunt adorari. De aliis reliquiis, vt de veſtibus, iam ex ſudario Pauli probatũ eſt. Ad quod maxime deſeruit hiſtoria Iacob pia ac religioſe oſculantis tunicam Ioſeph, vel quam Ioſeph eſſe exiſtimabat.

Eraſm.

3. Secũdo, quia futura ſunt Glorioſa. Sic veneramur Sabbatum honoreſſe lignum, in quo paſſurus erat Chriſtus, cum venit videre Salomonem. Ad ſolemniter colendum feſtum alicuius Sancti, & ad Miſſam celebrandam in honorem eius, & inuocandum illum Summi Pontificis autoritas requiritur. Ita Alexand. 3. c. 1. de reliquiis, & veneratione Sanctorũ. Poſt approbationem Summi Pontificis, cum de loco ad locum, de manu ad manum trãſferuntur, ſufficit certitudo moralis alicuius fide digni, alias vix eſſet vſus reliquiarum. Nec poſſemus adorare reliquias in particulas diuiſas, & e lõga ab aliquo deuoto deportatas, quod quotidie videmus. Diſtributionis habitorum reliquiarum cõmuniter a priuatis perſonis fit. Ideo poſt approbationem Summi Pontificis, ad adorationẽ particulæ reliquiarum ſufficit teſtimonium fide digni, qui e Roma, aut e terra Sancta, illam reliquiam deportauit. Præcedenti hac fide morali, ſi reuera reliquia Sancti non eſſet, vt ipſe pie credit, affectus ſuæ deuotionis merito non careret. Ad hoc vt publice omnibus adorande proponantur magna diligentia debet adhiberi. Ad hoc autem quod aliqualiter venerabiliter tractemus corpus alicuius Sancti, ſufficit certitudo moralis & præſumptio pia ſuæ Sanctitatis. Vnde Videmus huiuſmodi viros ſtatim a tempore ſui diſceſſus venerabiliter tractari. Ad publicum vero honorem & inuocationem, miracula, & Summi Pontificis authoritas expectatur. Similiter ad eas quæ nunc denuo inueniuntur. Ita in cap. Cum ex eo de reliquiis & veneratione Sanctorũ. Huiuſmodi reliquias tangere, aut ſine capſa demonſtrare, præcipue ſi ſint reliquiæ corporum Sanctorum, minime licet. Docuit Innocentius, & habetur cap. vltimo de reliquiis & veneratione Sanctorum. Ratio eſt, quia dũ ſine capſa videntur, fideliũ deuotio minuitur.

Qui reliquias Sanctorum furantur grauiter peccant, etiam ſi deuotionis pretextu id fiat. Ita Angelus, & Syluester Verbũ reliquiæ. Colligitur ex cap. Quiſquis. 17. q. 4. Similiter peccant qui vendunt illas. Docent Authores ſupra citati. Colligunt ex l. 2. Nemo, Cod. De Sacroſanctis Eccleſiis. Sine licentia Papæ, aut Epiſcopi de loco ad locum priuata authoritate transferre non licet. Colligunt prædicti authores ex cap. Corpora de conſecratione d. 1. Limitat Syluest. quando non eſt aliqua vrgens cauſa, & quando ſunt velut perpetuę ſepulturæ mandatæ.

Dubium eſt, an reliquiæ quæ priuatim poſſidentur poſsint a nobis deferri pendentes ex collo, aut intra ſinus. Angelus Verbo reliquiæ reſpondet negatiue. Oppoſitum docet S. Tho. 2. 2. q. 96. ar. 4. ad 3. Antoninus de Florentia 3. p. titulo 12. c. 8. Syluest. & Armilla verbo reliquię. Nauarro in ſumma c. 11. Num. 35. Confirmatur ex vſu fidelium, qui eas ſecum portãt, & a nullo de hoc reprehenduntur. Verum eſt quod reliquiæ corporum Sanctorum pauciſsime, vel nullo deferuntur, ſed in capſis prout dignum eſt in locis honeſtis habentur. Nec contra hoc facit Concilium Bracharenſe 3. c. 5. quia ibi ſolum repræhenduntur Epiſcopi, qui in ſolemnitatibus Martyrum reliquias de collo pendentes, maioris pompæ & oſtentationis gratia, deportabant.

SOLET ETIAM A QVIBVSdam inquiri, &c.

## DISTINCTIO X.

CIRCA iſtam 10. diſtinctionẽ in qua Magiſter agiter de cõmunicatione ydiomatum, reſpicentium perſonam filii quæritur vnum de communicatione ydiomatum.

## QVAESTIO VNICA.

*Vtrum Chriſtus ſit filius Dei adoptiuus.*

Ad quæſtionem ſic proceditur, videtur quod ſit adoptiuus, quia Chriſtus eſt prædeſtinatus eſſe filius Dei. Rom. 1. ergo eſt adoptiuus. Probatio conſequẽtiæ. Præ-

deſtinare eſt ad hæreditatem adoptare, ergo Deus prædeſtinans Chriſtum eſſe filiũ Dei, adoptat prædeſtinatum ad hęreditatẽ, quia præordinat ad hæreditatẽ, & hoc per actum voluntatis, igitur, &c.

Secundo prępterea. Digniratis eſt in homine eſſe filium Dei adoptiuum, quia non conuenit alicui naturæ non intellectuali, ergo hoc Chriſto conuenit.

3. Item ſicut manent naturæ ita proprietates naturæ: ergo cũ adoptari ſit proprietas naturæ habentis gratiã. Videtur ꝙ iſtud poſſet dici de Chriſto ratione naturę diuinę

Sed contra hoc Magiſter in litera adducit athoritates.

2. Item tunc eſſet filius Trinitatis, quia tota Trinitas adoptat, ſicut & agit omnem actum ad extra, & ita eſſet filius ſui.

*Bonau. d.8. art. 2. q. 2. S.Tho.3. p. q.23. art.4.*

A. Reſpondeo dicendo, quod qui diceret filiationem eſſe pręciſe ſuppoſiti, & nũ ſecundum naturã, poſſet faciliter dicere Chriſtum non eſſe filium adoptiuum, quia iſta relatio conuenit ſuppoſito ſecundũ ſe. Sed dicendo filiationem fundari in natura ſimili naturę generãti naturaliter: filiatio adoptiua fundabitur in natura, quæ eſt ſimilis creãti, vt imago eius ſimilitudine naturali, & eſſet ſimilitudine gratię, qua ipſa, vt natura intellectualis poteſt attingere ad hæreditatem adoptantis. Translatum eſt enim iſtud vocabulum a iuriſtis vt dicatur filius adoptiuus, qui non eſt naturaliter genitus ab aliquo nec ex generatione naturali habens ius ſuccedẽdi in hæreditate, ſed ex gratia præordinatur, vt habeat ius ſuccedendi itaquod ibi tria concurrunt ſcilicet extraneitas ex generatione naturali, & gratia quę eſt gratuita voluntas ipſius adoprantis, & bonum ad quod pręordinatur ex iſta gratia, ſcilicet hæreditas ad quã habet ius ſuccedendi ex adoptione.

*1. modus quod non adoptiuus.*

Et patet, quia iſta non conueniunt Chriſto ſecundum generationem diuinam, quia ex generatione naturali diuina eſt hæres naturalis in hæreditate æterna. Secũdũ etiam naturam humanam, non dicuntur hæc ſibi conuenire, quia ſecundum iſtam generationem non fuit extraneus, quia fuit innocẽs.

B. Cõtra, ſi intelligatur extraneitas, tantum in habendo peccatum, ergo Maria non fuiſſet filia adoptiua ſi nunquam contraxit peccatum originale, quod eſt falſum. Si dicatur quod ipſa contraxiſſet peccatum originale quantum erat ex generatione naturali quę eſt per rationẽ ſeminalem: iſte autem non habuit ex generatione naturali vnde contraheret. Saltem Adam in ſtatu innocẽtię, non fuiſſet filius Dei adoptiuus, quia non contraxit, nec habuit tunc vnde contrahere, quia fuit creatus vel productus ſine vlla ratione ſeminali. Angeli enim nõ fuiſſent filii Dei adoptiui, quia ſemper fuerũt innocẽtes. Pręterea patet in adoptione humana, quod non oportet adoptiuum fuiſſe extraneum, hoc eſt inimicum neq; ex actu proprio: neq; ex actu parẽtum: quia ſic vel inimicus cõmuniter non adoptatur, ſed magis dilectus altero iſtorum modorum.

*2. modus, quod ſit adoptiuus.*

C. Ergo ſufficit extraneitas: quę eſt carẽtia iuris in hæreditate adoptantis, & hoc quantum eſt ex generatione naturali, ſed Chriſtus quantũ eſt ex generatione tẽporali nũ habebat ius in hæreditate ęterna, ergo habuit extraneitatẽ illam quæ requiritur in adoptato, & patet quod modo habet ius per gratiam vt filius hominis, ergo eſt adoptiuus.

*Quod nõ adoptiuus.*

D. Qui iſtam rationem non concedit poteſt dicere, quod in filio adoptato requiritur talis extraneitas: quod in inſtanti generationis naturalis, non habeat ius in hęreditate, ita quod prius habeat eſſe naturale ſecundum quod ſit extraneus antequã adoptetur: Chriſtus nunquam fuit ſine gratia, ergo Chriſtus non fuit adoptiuus. Sed hæc ratio non videtur ſufficere, quia tunc Angelus ſi fuiſſet creatus in gratia, non fuiſſet adoptatus, nec filius Dei adoptiuus.

*Quod adoptiuus.*

E. Sufficit ergo prioritas naturæ, vt ſcilicet perſona adoptata in primo inſtanti naturæ in quo generatur vel creatur, ex illa ſola generatione, vel creatione nõ habeat ius & in ſecundo inſtanti naturæ ex gratia habeat ius, ita fuit in propoſito: prius enim natura, iſta natura terminauit generationem: imo etiã vnita Verbo, ante quã in ipſa eſſet gratia habitualis, ex d.2.q.2. huius tertii.

*Ratio Scoti quare nõ adoptiuus.*

F. Si hoc non placet poteſt vltimo dici quod requiritur extraneitas in inſtanti priori temporis vel naturæ talis quod non neceſſario concomitetur aliquid generationẽ naturalem vt diſpoſitio de congruo conferens ius ad hęreditatem: hic autem generationẽ temporalem concomitabatur gratia, qua anima Chriſti fuit ius in illa hęreditate. Et ſi obiiceretur quod concomitabatur non tamen in primo inſtanti naturę, ſed in ſecũdo: & ita in primo inſtanti fuit extraneitas, quia carentia iuris quod conferebatur in ſecundo inſtanti, Reſponſionem quære.

Ad

AD argumenta. Ad primũ dico, quod homo adoptat per nouũ actum voluntatis, & ita ipſum adoptare eſt aliquem ad hæreditatem optare per nouum velle, ſed Deus non nouo velle adoptat: ſed nouum effectum producendo ſcilicet gratiã. Prędeſtinare ergo, & ſi ſit preordinare quodã per actum voluntatis ad hæreditatem, & quodam adoptare ad illud, non tamẽ proprię dicitur adoptatio, ſed tãtum ipſa collatio noua gratiæ: quæ correſpondet nouo velle in homine adoptante, dicitur adoptatio. Non ergo ſequitur, Deus prædeſtinat, ergo adoptat, ſed oportet addere quod illi prædeſtinato; vt tanquam extraneo conferat gratiam.

Ad ſecundum dico, quod eſt dignitatis ſupplentis indignitatẽ: quia extraneus nõ poteſt dignificari niſi adoptetur ad hereditatem, ſed indignitatis eſt quandoq; eſſe extraneum.

Ad tertium concedo, quod de Chriſto dicitur proprietas conſequens humanã naturam, eſt etiam naturalis filius Marię, eſt iuſtus & gratus Deo, ſed eſſe adoptatum non dicit proprietatem naturæ create ſecundum quam Chriſtus nunquam fuit extraneus ab hereditate paterna, ſed naturæ deprauate.

Contra. Iſta negatio extraneitatis in Chriſto non eſt niſi propter gratiam habitualem Chriſti, quia propter illam ſolam habet ius in hæreditate æterna, non autẽ per ſolam vnionem perſonalem, quia ſi illa fuiſſet ſine gratia habituali, poſſet Chriſtus ſecundum naturam humanam non habere ius in hæreditate illa, ſed ſi iſta gratia habitualis, fuiſſet collata illi naturæ in primo inſtanti exiſtenti in proprio ſuppoſito, illud ſuppoſitum vere diceretur filius adoptiuus, ergo & modo non negabitur propter extraneitatem, quia modo eſt illa carentia iuris ad hæreditatem quę tũc fuiſſet. Reſponſionem quere.

*Super Diſt. 10. Quæſt. vnic.*

AVthor in litera multa facit. Primo circa dificultatem quæſtionis inquit, quod dicendo filiationem adoptionis neceſſario fundari in ſuppoſito ſecũdum ſe, facile eſt dicere non eſſe adoptiuum. Dicendo vero filiationem fundari in natura ſimili generanti, videtur quoque quod ipſa filiatio adoptionis poſſit fundari in omni ſubiecto, quod ad imaginem Dei factum, intellectu & voluntate præditum, capax eſt gratiæ. Probatur. Hoc nomen eſt tranſlatum a iuriſtis, ad significandum filium qui non iure naturalis generationis, ſed ex gratia habet ius ad hæreditatem: quodcumque ſubiectũ capax gratiæ, poteſt ex ipſa gratia habere ius ad gloriam, igitur quodcumque tale poteſt fundare relationem filiationis adoptionis.

Doctor iſto modo obſcure ſatis, vti ſolet, duos tãtum refert modos oppoſitos dicendi. Ratio obſcuritatis eſt, quia improbando rationem primi modi infert ſecundum modum, per modum concluſionis. & poſtea redit inquirẽdo propriam & legitimam rationem prioris modi, quod facit litera D. Et aſſignando plures modos defendendi non eſſe adoptiuũ, ſitere redditur obſcura, cum tamen ſolum duos modos dicendi referat.

Primus igitur modus dicendi eſt quod nõ fuit adoptiuus ſecundum naturam diuinam quia ut ſic fuit filius naturalis. Nec ſecundum naturam humanam. Probatur. Secundum naturam humanam nũquam fuit extraneus, igitur non filius adoptiuus, &c. et conſequentia maior, quia ad adoptionem requiruntur tria. Primum extraneitas ex generatione naturali. Secundum eſt gratia, id eſt gratuita voluntas adoptantis ad bonum ad quod habet ius. igitur ſi extraneus non fuit, adoptiuus non fuit. Modus adnotatur (ad finẽ quæſt.) ratio reiicitur. Quia ſi extraneitas requiritur, ſequitur quod Beatiſſima Virgo nõ fuiſſet adoptata, quia nunquam fuit extranea ſub peccato. Si dicas, habuiſſe cauſam contrahendi, & quod de ſe contraheret niſi ex gratia eſſet preuenta, fortius impugnatur ſic. Igitur Adam qui a principio non habuit peccatum, nec rationem ſeu cauſam vnde contraheret, ſimiliter & Angeli, nõ fuiſſent adoptiui, quia in principio non fuerunt extranei. Præterea. Tertio probo non requiri quod adoptiuus ſit inimicus & extraneus. In adoptione humana non requiritur quod adoptatus ſit inimicus adoptantis, ex actu proprio adoptati, aut ſuorum parentum, imo requiritur quod adoptatus ſit amicus adoptantis, ſiue hoc ſit ex amore quem adoptans habet ad adoptatum, vel ad parentes eius. igitur ad adoptionem non requiritur extraneitas quæ eſt inimicitia Sed ſufficit extraneitas quæ eſt carentia iuris in hæreditate adoptantis. Sumpto conſequens pro maiori ſubſumitur minor. Sed Chriſtus quantum eſt ex generatione temporali, non habebat ius in hæreditate æterna, ergo vtrumque ſequitur ſimul, primo quod habeat extraneitatẽ, quæ ſufficit ad adoptionẽm, & ſic ſit adoptiuus, cuius oppoſitum docet prima opinio. Secundo ſequitur etiam, quod ratio, fundata in prima conditione adoptionis ſit nulla, puta non eſt adoptiuus, quia nunquam fuit extraneus. Vide quomodo vlterius conſequenter ſit ſecundus modus dicendi, puta quod ſit adoptiuus. Author non intendens tenere hunc, ſed primum modũ, commemorando primum modũ, & rationem aſſignatam in ipſo. Qui iſtam rationem, puta primam aſſignatam & impugnatam, non concedit, poteſt dicere quod ratio quare non eſt Chriſtus adoptiuus, eſt quia in filio adoptiuo requiritur talis extraneitas, quod in inſtanti generationis naturalis, non habeat ius in hæreditate, quia prius habet eſſe naturale, ſecundum quod eſt extraneus, antequã adoptetur & habeat ius. Et quia Chriſtus nõ prius habuit eſſe naturale, imo ſemper habuit gratiã, ideo nõ fuit adoptiuus. Hęc ratio differt a prima, quia prima, ſolum requirebat innocentiam quæ eſt negatio peccati inuenta in Adam & Angelis, etiam ſi dicamus non fuiſſe creatos in gratia. Hæc autem, non ſolum innocentiam, ſed gratiam iuſtificantem concreatam ſimul cum ſubiecto ponit. Hæc diuerſitas rationis præſuponit diſtinctam

 extra

extraneitatem Dicendo, ad adoptionem requiri extraneitatem quæ eſt per peccatum, recte dicitur in prime, Chriſtum non eſſe adoptiuum, quia innocens. Dicendo ad adoptionem non requiri extraneitatem inimicitiæ, neceſſe fuit ad dicendum, Chriſtum non eſſe adoptiuum, ponere quod non ſolum ab inſtanti fuerit innocens, ſed quod habuerit gratiam iuſtificantem. Redarguit Scotus hanc rationem, nam ex ea ſequitur Angelos non eſſe adoptatos, ſi fuerunt creati in gratia, conſequens eſt falſum, nam etiam ſi a principio fuerint creati in gratia, fuerunt adoptiui, igitur iſta ratione non poteſt excludi Chriſtus ab adoptione. Tunc infert conſequens. Ergo ad adoptionē ſufficit quod perſona adoptata prioritate naturæ, prius habeat generationem ex qua non debeatur hereditas, ante quam habeat gratiam ratione cuius debetur. Sub ſumẽdo minorem, ſed prius natura, humana natura Chriſti terminauit generationē matris, & fuit vnita Verbo quam haberet gratiam, (quia ſubſtantia eſt prior accidente) infert ſecundo. ſecundum modum (ſicut fecit impugnatione prima) dicens. Ergo Chriſtus fuit adoptiuus.

*Opinio Scoti.* Tenendo primum modum, omiſsis his rationibus aſsignat aliam dicẽs. Quod ad hoc quod quis adoptetur requiritur quod in adoptato non ſit aliqua diſpoſitio, quæ de congruo conferat ius. Et quia in Chriſto eſt talis diſpoſitio, puta vnio ratione cuius non debuit Pater negare hæreditatem, ideo nõ eſt adoptiuus. Statim, & ſolutione ad 3. arguit contra iſtam rationem, de quo noſtro dubio.

*Expoſitio quæſt.* Supponendo & repetendo ab Authore præmiſſa, adoptare eſt alienum, & extraneum in hæredem aſſumere, donando illi ius ſuccedendi in bonis eius. Ideo duæ requiruntur perſonæ, adoptans, & adoptata, bonũ etiã ad quod adoptatur. Ex parte adoptãtis requiritur quod adoptet ex gratia. Nam ſi ex debito dat ius adoptionis, eſſet ſolutio, reſtitutio aut cõtractus venditionis. Ex parte adoptati requiritur quod acceptet donationẽ adoptantis. Ad hoc de ſe requiritur vſus rationis, per accidens, ſi puer eſt, ſufficit, conſenſus tutoris, qui pro pupillo adoptato ſupputatur, cuius bona non poteſt diſsipare, ſed bono pupilli ſemper debet conſulere. C. De adminiſtratione tutorum, & L. Quicquid in tutoris dolo. c. Arbitrium tutelæ. In adoptante autẽ proprius requiritur conſenſus, & non ſufficit alienus. Mediat inſuper inter adoptantẽ, & adoptatum relatio extraneitatis. Id eſt quod non ſit filius naturalis, alias ex debito, non ex gratia eſſet illud ius. Omnes has conditiones ſub conditionibus Authoris incluſas, ſub duabus includit Concilium Francofordienſe dicens. Adoptiuus non dicitur, niſi qui eſt alienus, Theologice loquẽdo, adoptio eſt donatio ſeu acceptio gratuita iuris ad gloriam, quæ eſt gratis per gratiam Dei, qua iuſtificantur impij, reconciliantur Deo inimici & exuſi, regenerãtur in filios Dei, filij iræ, & in hæreditatis Patris, ſi perſeuerent, ingrediuntur alieni. Ad hoc miſsit Deus filium ſuum factum ex muliere, factũ ſub lege Galat. 4. Vt cum adhuc inimici eſſemus Rom. 5. adoptionem filiorum reciperemus Galat. 4. & clamaremus Abba. Pater: ſi autem filii, & hæredes Rom. 8. Quamuis ergo nomen a Iuriſtis ſit vſurpatum, ratio tamen adoptionis, non metaphorice, ſed proprie noſtræ adoptioni conuenit.

Adoptio diuina ab humana differt, quia humana eſt ad bonum extrinſecum ipſi adoptanti, diuina vero eſt ad bonum quod eſt ipſemet Deus adoptans, eo quod ipſe eſt ſummũ bonũ, & nemo bonus, niſi ſolus Deus. Ex parte modi habendi hoc bonum deſumitur alia differentia. In humana non ſuccedit adoptatus niſi intercedente morte adoptantis, quia non intendit in vita, bona ſua alienare & donare. In diuina, adoptans eſt Deus Rex ſeculorum & immortalis, adoptatus eſt qui decedere debet vt in bonis adoptantis ſuccedat, iuxta illud Exod. 33. Non videbit me homo & viuet, ideo pretioſa eſt mors Sanctorum, & Paul cupiebat diſſolui, vt eſſet cum Chriſto, gemebundas quę Dauid dicebat. Heu mihi, quia incolatus meus. Hanc inſinuat D. Tho. 3. p. q. 23. art. 1. ad 3. 2. *Differentia adoptionis.* Eſt alia. In humanis qui adoptat, nõ generat nec producit adoptatũ. Deus autem qui multifariam multis quę modis loquitur, & communicat ſe producendo nos in eſſe naturæ, & in eſſe gratiæ per quã regeneramur in filios, hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti. Habet D. Thom. vbi ſupra ſolutione ad 1. 3. Ex parte motiui adoptantis eſt differentia, nã Deus habens filium conſubſtantialem, noſtrorum nõ indigens ex abundantia bonitatis ſuæ nos adoptat, vt hæreditatem capiamus ſalutis, homo ex indigentia filii naturalis, alienum filium in ſui ſolatium adoptat, Thom. ibidem ſolutione ad 2. 4. Ex parte adoptionis eſt differentia, nam homo per verba quæ hominem ligãt adoptat. 5. Deus adoptat per gratiam quæ diffuſa eſt in cordibus noſtris, per Spiritum ſanctum qui datus eſt nobis, Romen. 5. 1. Ioann. 3. Videte qualem charitatem dedit nobis Deus, vt filii Dei nominemur & ſimus. Hæc denominatio realis eſt a reali fundamento reſultans. Humana vero, rationis eſt, quia nihil ponit in homine. Conſequens eſt quod adoptare eſt commune tribus perſonis, quia ponit in homine gratiam, quæ eſt opus ad extra S. Thom. 3. p. q. 23. art. 2. Et conuenit Deo proprię. Nec oppoſitum docuit Durand. vt male illi tribuit Medina 3. p. q. 23. ar. 2.

Et dictis conſtat, adoptionem ſoli intellectuali naturæ poſſe conuenire, quia ipſa poteſt Deum videre. *Dubio.* Dubium eſt quando ſit adoptata rationalis creatura. Dico quod quando eſt in gratia. Accepiſtis Spiritum adoptionis, in quo clamamus. Abba, pater. Si filii & hęredes. Ergo gratia iuſtificante ſumus Dei filii, & hæredes Dei cohæredes autem Chriſti Rom. 8. Notandũ autem quod ſicut ipſa gloria dicitur gratia conſumata, ſic nomine adoptionis, gloria intelligitur, Rom. 8. Nos ipſi primitias ſpiritus habẽtes intra nos gemimus adoptionem filiorum Dei expectantes. Vbi gloriam intelligit, nam gratiam iam habebat. Plura ſunt alia loca Pauli. Iſta ſufficiant.

Conſtat ex dictis. Prædeſtinatos, dum ſunt in peccato mortali, non eſſe filios Dei adoptiuos, quia habẽs peccatum, non eſt ex Deo Scotus ſolutione ad 1. Ratio deſumitur ex S. Thom. 1. p. q. 23. art. 2. Quia prædeſtinatio nihil ponit in prædeſtinato, ſed ſolum eſt propoſitum conferendi gratiam conſumatam, tãdem gloriã. *Scot.* Conſtat autem, in humanis non adoptari homines proprie per propoſitum, ſed per verba illa quando cõfertur, ſic diuina adoptio, per propoſitum & gratiam ſimul ſit. Rom 8. Quos autem prędeſtinauit, hos & vocauit, hos & iuſtificauit. Ergo prædeſtinatio, vt verbis Scoti ſolutione ad 1. vtar, ſine collatione gratiæ nõ eſt propria adoptatio. Ideo bene colligit Scot. differentiam inter adoptionem diuinam & humanã. Homines habẽtes nouũ velle adoptant. Deus qui ab æterno habuit vnicum velle, non adoptat de nouo habendo nouum velle, ſed conferendo de nouo effectum gratiæ iuſtificantis, & regenerantis. Vnde bene in Concilio Conſtantienſi ſeſſ. 15. Damnatur Ioannes hus qui dixit quod Paul.

Paul. nunquam fuit membrum diaboli. Qui enim facit peccatum ſeruus eſt peccati. Ergo prædeſtinatus nõ eſt adoptatus.

*Dub. Gabriel.* Dubium eſt, an vice verſa preſcitus exiſtens in gratia ſit adoptatus. Gabriel hac d. tenet partẽ negatiuam. Ratio eſt quia iſte non eſt præordinatus ad hæreditatem, quod videtur de ratione adoptionis. Opinio falſa eſt, & videtur erronea contra illud Rom. 8. Qui Spiritu Dei aguntur, hi ſunt filii Dei, ſed qui eſt in gratia mouetur ſpiritu Dei, igitur eſt filius Dei. Et in Concilio Conſtantienſi, contra Ioannem Hus qui oppoſitum dicebat, diffinitur. Preſcitos poſſe aliquãdo eſſe iuſtos, & viua membra Eccleſiæ. Ergo filii habentes ius. Quod hoc ius habeat poſſeſſionem, vel poſit amittio non obſtet. Confirmatio enim, in gratia aliud donũ eſt. Perditio tua ex te Iſrael. Ex Deo gratia, per quam habemus ius. Ex nobis, peccatum per quod amittimus ius, ideo dare ius & introducere ad poſſeſſionem dono perſeuerantię duo ſunt dona. Dicendo cum Gabriele, quod adoptatio eſt ordinatio ad gloriã, nimirũ quod reprobus nonquam ſit adoptatus, quia prima negatiua reprobatio, eſt non ordinatio. Dicendo autem quod tantum eſt regeneratio & acceptio iuris. conſtat quomodo ſicut prædeſtinatio aliquando eſt ſine adoptione ſic adoptio ſiecum reprobatione.

*Dub.* Dubium eſt an Deus plus diligat filium adoptiuum præſcitum, quem peccatorẽ prędeſtinatũ. Videtur non poſſe cõparari. Nõ ratione prædeſtinationis, quia alter eorũ non eſt prædeſtinatus. Non ratione gratiæ, quia alter eorum eſt in peccato. Dico habere gratiam, eſſe bonum habenti, & eſſe prædeſtinatum eſt bonum prædeſtinato. quorum vtrumq; ex dilectione Dei eſt, igitur quęri poteſt, quem horum plus diliget Deus. Peccatorẽ quaſi habitualiter, & in propoſito volendi iuſtificare. Epheſ. 2. Propter nimiam charitatem qua dilexit nos, & cum eſſemus mortui peccatis, conuiuificauit nos in Chriſto. Rom. 5. Commendat autem charitatem ſuam Deus in nobis, quoniam ſi cum adhuc peccatores eſſemus ſecũdum tempus Chriſtus pro nobis mortuus eſt. Iuſtum præſcitum diligit Deus quaſi actualiter ſecundum præſentem iuſtitiam. Dici ſolet quod ſecundum præſentem iuſtitiam plus diligit iuſtum preſcitum. Sed in hoc non comparantur, ſicut nec comparari poteſt habitus & priuatio, affirmatio & negatio. Eo igitur modo quo ſecundum communia poſſunt comparari (ſecundum propria comparari non poſſunt, vt argumentum probat) dico quod melior videtur dilectio prædeſtinati exiſtentis in peccato, cui denique vult vitam æternã, Pater enim plus diligit filiũ quem domi nõ recipit dum eſt iratus, quam mercenarium, cui mercedem ſoluit & domi recipit. Quia ſi ex vna parte eſt iratus, ex alia cõmouentur viſcera ad iniuriam condonandam & conſtituendum hæredem omnium bonorum.

*Dub.* Dubium eſt an Angelis conueniat adoptio. Ratio dubitandi deſumitur ex Chryſoſtomo hom. 22. in Geneſim vbi explicans illud c. 6. Videntes filii Dei filias omnium, redarguit eos qui per filios Dei intelligũt Angelos dicens, nunquã in ſacris literis, Angelos filios Dei dici. Dico Angelos non eſſe gratos ex ſua natura, ſed per gratiam quam qui non ſeruauerunt miſerabiliter ceciderunt. Ergo qui non ceciderunt, hæreditatem Patris habent per gratiam adoptionis. Sic illud Matth. 18. Angeli eorum in cœlis ſemper vident faciẽ Patris mei qui in cœlis eſt. Iob 1. Cum veniſſent filii Dei, Angeli intelliguntur. Eadem fere verba habẽtur c. 2. Cap. 38. de Angelis dicitur. Cum me laudarent aſtra matutina, & iubilarent omnes filii Dei. Ex hoc apparet adoptiuũ poſſe eſſe ſine filiatione naturali, quia non fundatur in illa, ſed in gratia, ideo quod recipit gratiam adoptatur, ſiue ſit Angelus, ſiue perſona humana cũ filiatione, ſiue natura humana ſine perſonalitate. Et hinc oritur difficultas quomodo Chriſtus non ſit adoptiuus, & apparet nullam eſſe rationem D. Thom. 3. p. q. 23. a. 4. dicentis, non eſſe adoptiuum, quia vnica tantum eſt filiatio, & perſona, de quo ſtatim.

Ad Chryſoſt. dico ſequutum fuiſſe. 70. qui, vbi in vulgata locis citatis habetur, filii Dei, habent Angeli. Secundo dico, quod redarguit eos qui ſic extorte interpretabantur illum locum, & reiiciẽdo falſum ſenſum communiter dicimus. Hoc non inuenitur, a nullo dicitur, quamuis ſemel dicatur.

*Num homo Chriſtus ſit filius Dei adoptiuus.*

DVBIVM hoc, de quo multiplex eſt modus dicẽdi, principalis quęſtio eſt apud Authorem. Primus modus dicendi eſt quod ſit adoptiuus; quod intelligi poteſt dupliciter. Primo cum excluſione filiationis naturalis. Iſte modus dicendi non eſt opinio ſed hæreſis manifeſta. Videndus eſt Caſtro 4. euerſus hæreſes Verbo Chriſtus hæreſi. 3. Sequitur ex errore Neſtorii dicentis eſſe hominem purum. Neſtorius vt colligitur ex hiſtoria Tripartita libro 12. c. 4. fuit tempore Theodoſii Iunioris, & quia Ambroſius, qui fuit tempore Theodoſii maioris aut Theodoſii Iunioris, meminit huius, error iſte Neſtorio antiquior eſt. Arrius gratia ſolum, nõ natura filium Dei eſſe dicebat. Denique a tempore Apoſtolorum fuerunt errores de diuinitate Chriſti. Secundo dicendo eſſe filium Dei naturalem, dici poteſt eſſe adoptiuũ. Et hoc multipliciter. Primo dicẽdo quod in Chriſto ſit duplex filiatio, ſicut dixit Scotus. d. 8. Secundum vnam eſt naturalis, ſecũdum aliam adoptiuus. *Caſtro.* Alio modo quod vna exiſtente filiatione, dicatur adoptiuus ex adoptione humanitatis, licet in ipſa non ſit filiatio, quemadmodum Angeli dicũtur filii Dei adoptiui, licet in ipſis non ſit filiatio naturalis per generationem. Non enim eſt ſenſus humanitatem eſſe filiam, ſed quod ratione illius, Chriſtus dicatur filius adoptiuus, ſicut ratione humanitatis ex Virgine, dicitur filius hominis, & tamen ſecundum S. Thom. ſolum in Chriſto eſt tantum vnica filiatio. Ex quo apparet quod eius ratio non oſtendit quod non ſit adoptiuus; Qui ergo ſequendo ſecundum modum quem Autor refert in litera dicunt eſſe adoptiuum, ad minus debent dicere, ſic denominari ab humanitate ſic adoptata. Quia iſte eſt minus falſus, & minus improbabilis ad defendendum ſecundum modum. Qui vero penitus dicunt non eſſe adoptiuum, dicunt quod nec humanitas dici poteſt adoptiua.

Quod poſſit dici adoptiuus ab humanitate adoptata probatur aſſumendo pro maiori primum conſequens tertie rationis, qua Author impugnat primum modum dicendi non eſſe adoptiuum. Ad adoptionem ſufficit extraneitas quę eſt carentia iuris, quantum eſt ex generatione temporali, nõ habuit ius ad gloriam, igitur fuit adoptiuus. Habetur iſta in ſumma text. Minor probari poteſt ſic. Habuit ex vnione, ſeu ex gratia, neutrum eſt ex generatione naturali, ergo eſt adoptiuus. Probo conſequentiam. Non eſt naturalis, igitur adoptiuus, tenet conſequentia, quia habet hæreditatem, ergo eſt filius.

ſed inter adoptiuum & naturalem nõ datur medium, ergo. Ex ſecundo conſequenti aſſumpto pro maiori cũ eadem minori probatur idem ſic. Ad adoptiuum nõ requiritur prioritas temporis, ſed ſufficit quod perſona adoptata prius natura habeat eſſe cui ex ſe non debeatur hæreditas, quãuis ſtatim ſimul tempore habeat gratiam ratione cuius debeatur, huiuſmodi fuit Chriſtus vt probauimus ſupra d. 2. q. 2. art. 3. igitur fuit adoptiuus. Hoc argumentum in litera Authoris habetur totam quę difficultatem includit, & ſolutio illius plenam expoſitione in oppoſitæ ſententiæ poſtulat, & in hac parte ſolum ſufficiebat. Ad maiorem tamen explicationem.

Rom. 1. Secundo ſic. Chriſtus Rom. 1. dicitur prædeſtinatus, igitur adoptatus, tenet conſequentia, quia prædeſtinare eſt adoptare. Hoc eſt primum Authoris. Secundum Authoris manifeſtum eſt.

Tertio arguit Author. Manente natura manent proprietates naturæ, & manente fundamento manet relatio, ſed adoptari eſt proprietas naturæ habentis gratiã, & gratia eſt formale & propinquum fundamentũ huius relationis adoptionis, igitur ſicut iſta natura dicitur ſimilis alteri ratione albedinis, dicetur adoptata ratione gratiæ, non obſtente quod natura non ſit perſona. Cõſequentiam probo. Si natura in inſtãti quo accepit gratiã, nõ eſſet aſſumpta, ſed maneret ſolitarie eſſet adoptata, ergo & modo, tenet cõſequentia, quia manet fundamentum huius relationis. Probatio huius conſequẽtiæ, eſt replica in Authore ſolutione ad 3. & eſt argumentum Vaſſol.

Quarto vnire ſibi humanam naturam, eſt diſtinctum donum a dono gratificandi illam ordinãdo eam ad viſionem beatam igitur quamuis ſit gratus ratione vnionis poteſt dici adoptiuus. Antecedens probatur. Terminus vnionis eſt Verbum diuinum, ſed poſſet Deus vnire ſibi naturam quod eſt opus potentiæ, non ordinando illam ad gloriam: hoc enim non implicat cõtradictionẽ de potẽtia Dei, quia eſt opus ad extra, & poſſet Deus non ſe oſtendere intellectui creato, alias opus ad extra eſſet neceſſarium & non liberum, igitur quamuis ratione vnionis ad diuinam perſonam homo ille dicatur vere filius Dei, ratione alterius doni dici poterit adoptatus.

Hilar. Quinto, vt homo, non fuit filius naturalis, igitur adoptiuus. Pro hac ſententia facit expreſſe Hilarius 2. de Trinitate poſt medium. Poteſtatis dignitas non amittitur, dum carnis humanitas adoptatur. Ad idẽ eſt Ireneus 3. aduerſus hæreſes c. 22. parum poſt principiũ. Verbum Dei homo, & qui filius Dei eſt, filius hominis factus eſt, commixtus Verbo Dei, vt adoptionem percipiens, fiat filius Dei. Id ipſum Marius Victorinus libro 3. contra Candidum Arrianum pag. 6. in 5. tom. Bibliothecæ ſacræ. Nos adoptione filii, ille natura etiã, & quadam adoptione filius, & Chriſtus, ſed ſecundum carnẽ.

Auguſt. Fauet Auguſt. ſuper Ioannem, quẽ Magiſter refert in litera quiſquis. Quod vnigenitus æqualis eſt Patri, non eſt gratiæ, ſed naturæ: quod autem in vnitatẽ perſonæ vnigeniti aſſumptus eſt homo, gratiæ eſt, non naturæ.

Dur. Propter hęc argumenta Durand. in 3. d. 4. q. 1. & hac d. q. 3. docet concedi poſſe hãc propoſitionẽ Chriſtus in quãtum homo eſt filius adoptiuus Spiritus Sãcti, conſequenter Trinitatis, quia adoptio opus eſt ad extra tribus perſonis cõmune. Non eſt vnicus, nec primus in hac re Durand. vt Xuarez, & Medina 3 p. q. 23. exiſtimat. Durando Antiquior, Vaſſol hanc prius docuit hac d. q. vnic. ar. 2. Rubion etiam ſequitur hãc ſententiam quam probabilem Richard. hac d. art. 2 q. 2. exiſtimauit.

Gab. Gabriel docet Chriſtum non poſſe dici filium Dei adoptiuum, quia de ratione filii adoptiui eſt, quod non ſit naturalis, ſed Chriſtus eſt filius Dei naturalis, igitur nõ eſt adoptiuus. Secundo docet quod hæc eſt etiam falſa. Chriſtus ſecundum humanitatem eſt filius adoptiuus, quia humanitas non eſt filius. filiatio enim proprietas eſt perſonę: humanitas autem perſonalitatem propriam non habet. Denique concedit Gabriel humanitatem Chriſti eſſe adoptatam, quia ex gratia habet ius ad gloriam. Ex quo apparet quod eo ſenſu quo Angelus, qui non eſt filius, dicitur filius Dei adoptiuus, quia ſicut filius ex gratia habet ius ad gloriam, & nõ iure naturæ: ſic etiam humana Chriſti natura. Hanc ſententiam ſequitur Maior & Almainus. Sequitur rurſus quod non interponendo ly. Filius, poſſit dici Chriſtus adoptiuus ab humanitate adoptata in opinione Gabrielis. Imo ſequitur ſimpliciter & abſolute, velit nolit Gabriel, quia cũ quærimus an ſit filius Dei adoptiuus, non ſumimus quandam filiationem in concreto, vt male exiſtimat Gabriel, quæ denominetur adoptata, ſed intelligimus quicquid per gratiam iuſtificantem regeneratur & adoptetur ad hæreditatem, ideo ſiquis opinando cum Scoto, eſſe in Chriſto duas filiationes reales puta æternam & temporalem, ipſum adoptiuum diceret, filiationem tertiam poneret. quæ in Angelis inuenitur, qui non habent aliquam filiationem naturalẽ. Ratio huius eſt, quia noua intelligitur regeneratio per gratiam, & in hac regeneratione. ſeu eſſe accepto per gratiã fundatur hæc ſpiritualis filiatio. Creati in Chriſto Ieſu in operibus bonis Epheſ. 2. Id eſt præter eſſe naturale, eſt aliud eſſe totaliter nobis a Deo datum, datur aliud totaliter de nouo in quo fundatur filiatio ſpiritualis. De hac eſt quæſtio nunc, vnde male Gabriel exiſtimet vnam fundari in alia, & ex negatione vnius, negat aliam ſolum quo ad nomen, concedendo illam quo ad rẽ, ideo ſi humanitas adoptata eſt, Chriſtus adoptiuus denominari poteſt. Perperam cũ his annumerant Vazquez, Scotum. Peſsime cum ſenſu & errore Elipandi cõuenire dixit, vt ex dicendis patebit.

Eph. 2.

Quomodo conueniat vel differat hæc opinio ab errore Elipandi damnato in Concilio Francofordienſi videbimus dubio ſequenti.

Secunda ſententia huic oppoſita docet quod Chriſtus Dominus non poſsit dici filius adoptiuus. Neque humanitas in abſtracto poſsit dici adoptata. Denique deueniendo ad vltimam abſtractionẽ, nec anima Chriſti ſeparata poteſt dici adoptata. Hæ propoſitiones ſic ſe habent. Qui concedit primam, vt Durand. concedit reliquas. Qui negat poſteriorem, a fortiori docet priores non poſſe concedi. Ita Scotus in calce quæſtionis, ſubſumendo minorẽ vltimi modi defendendi quod non ſit adoptiuus. Vbi ſubſumit quod anima Chriſti non habuit ius per adoptionem. Primã in concreto habet Scotus expreſſe argumento, ſed contra. Qui vero concedit humanitatem eſſe adoptatam, non concedit conſequenter primam propoſitionem. Ita Gabriel ſupra citatus, qui exiſtimat poſſe vnum concedi, & aliud negari. Nos autem dicimus, quod qui concedit humanitatem eſſe adoptatam, neceſſe habet conſequenter concedere Chriſtum eſſe filium adoptiuum, per aliquẽ modum, puta eo modo quo Angeli dicuntur filii Dei adoptiui, ratione regenerationis per gratiam, quia tunc ſicut filii regenerantur, & per illam regenerationem habent ius ad hæreditatem, ſicut habent filii naturales ad

hære-

hæredetatem temporalem. Hæc quantum admodum concedendi, vel negandi propoſitionem.

Quantum ad probationem huius negatiue, non eſt filius adoptiuus. *S. Thom.* S. Thom. 3. p. q. 23. ar. 4. docet nũ eſſe filium Dei adoptiuũ, quia filiatio eſt propria ſuppoſiti, non conueniens naturæ, ſed in Chriſto eſt vnica filiatio naturalis, igitur non eſt adoptiuus. Huic modo dicendi fauet Concilium Francofordienſe, epiſtola ad Epiſcopos Hiſpaniæ dicens. Quid eſt adoptio niſi charitatis copulatio, qua pater adoptione ſibi copulat filium, quem proprium non habet? Nonne tunc duo filii erũt Deo Patri, vnus proprius, & alter adoptiuus. Si Deus genitus eſt, nequaquam adoptiuus, ſed filius, quia alia eſt perſona filii, alia adoptiui filii vel ſerui. Reiicit Author hanc rationem, dicẽdo quod filiatio præciſe non fundatur in ſuppoſito, ſed in natura, vt conſtat d. 8. Tunc arguit ſic. Filiatio naturalis fundatur in natura ſingulari ſimili generanti, igitur hæc eadem natura recipiens gratiam fundabit filiationem adoptiuã, igitur ſupradicta ratio nulla eſt ad inferendam intentam concluſionem. Secundo filiatio adoptiua. (vt ſupra diximus contra Grabielem) non prærequirit tamquam ſubiectum filiationem naturalem quam poſtea adoptio denominet (ſi ita eſſet concluderet ratio) quia ipſa adoptio eſt regeneratio per gratiam ſecum afferens ſuam filiationem formalẽ, igitur ſolum requirit ſubiectum recipiens gratiam. talis erat humanæ naturæ igitur ea alia ratione probandum eſt quod non ſit adoptiuus. Suadetur prima cõſequentia. Angelus recipiens gratiam eſſet filius adoptiuus, & tandem non eſſet filius naturalis, igitur filiatio adoptiua non fundatur in filiatione naturali, nec denominat illam. Similiter adoptaretur anima, ſi per ſe crearetur, & tamen non eſt filia. Similis quoque quæſtio eſſet, ſi Pater vel Spiritus ſanctus ſumeret carnem. Tertio ſic. Chriſtus dicitur vere filius hominis, ſiue ſit noua alia filiatione ſecundum Scotum, ſiue ab eadem filiatione diuina cum noua generatione Mariæ; ergo a noua infuſione gratiæ denominari poterit adoptiuus. Declarantur huiuſmodi rationes. Terminus diuinæ Aſſumptionis, & vnionis, eſt Verbum diuinum, terminus adoptionis eſt regeneratio, iuſtificatio, ſeu ordinatio ad gloriam, qui eſt alius terminus, igitur diſtinctis actionibus haberi poſſunt, & vna nõ impedit aliam filiationem, quantum eſt ex ratione aſſignata. Dices quod humana natura non eſt grata ex gratia habituali, ſed ratione diuinæ perſonæ. Dico quod nec ex hac ratione probatur intenta concluſio, quia ſaltim ex vi illius gratuitæ vnionis habet ius ad gloriam: ille enim effectus eſt naturalis qui reſoluitur in cauſam naturalem, igitur ille gratuitus qui non ex natura, ſed ex dono eſt, igitur non minus erit adoptiua. Imo magis aſſimilabitur humanæ adoptioni, in qua adoptans non ponendo aliquid in adoptato, ex gratia confert ius ad hæreditatem. Debet igitur amplius hæc ratio explicari. Quamuis igitur Scotiſta non recurrat ad filiationem humanæ naturæ, quam ponit Scotus. d. 8. poteſt impugnare hanc opinionem.

Secundus modus dicendi non eſſe adoptiuum, ſequendo literam Scoti eſt dicendo quod ad adoptionem requiritur quod aliquando fuerit extraneus, Chriſtus non fuit extraneus, igitur non eſt adoptiuus. Hæc extraneitas, vt bene aduertit Bonauent. intelligitur dupliciter, vno modo negatiue quod de ſe ſit non filius, & non gratus, quo pacto, omnes, vno dempto Chriſto, prius fuerũt extranei, quã⸗ tum habuerint gratiam infuſam, quia ad hunc modum non requiritur prioritas temporis, ſed ſufficit prioritas naturæ. Secundo modo ſumitur extraneitas contrarie quia prius quam habeatur gratia, præcedit peccatum. Propterea impugnando hunc modum, non abſolute, ſed conditionaliter dicit Scotus. Contra ſi intelligatur extraneitas tãtum in habendo peccatum, &c. Hũc modũ dicendi ſequitur Magiſter hac d. p. a. dicens de Chriſto. Adoptiuus non eſt, quia non prius fuit, & poſt modum adoptatus eſt in filium, ſicut nos dicimur adoptiui filii quia cum nati fuerimus filii iræ per gratiam facti ſumus filii Dei. *Magiſter* Hunc etiam modum ſequitur Alexand. Alenſ. 3. p. q. 10. M 4 ad finem. vbi inquit. Adoptio ponit differentem ſtatũ humanæ naturæ, vnum in quo ſit non filius, quod non eſt inuenire in Chriſto ſecundum quod homo. *Alenſ.* Creatura ponit eſſe poſt non eſſe. Adoptio ponit bene eſſe, poſt male eſſe. Eſt autem notandum conſequenter eſſe dicendũ quod homo adoptatus per aliquod tempus ſit inimicus exiſtens in peccato. Huic modo dicendi fauet liber ſacroſyllabus editus in Cõcilio Francofordienſi, & in eodem Concilio approbato dicens. Porro adoptiuus dici non poteſt, niſi is qui alienus eſt ab eo, a quo dicitur adoptatus, & gratis ei adoptio attribuitur quoniam non ex debito, ſed ex indulgentia adoptio preſtatur, ſicut nos aliquando, cum eſſemus peccando filii iræ, alieni eramus a Deo. Hunc modum dicendi quo ad vtrunque falſum reputat Scotus, nam Beatiſſima Virgo, Adamus, & Angeli fuerunt adoptati & tamen nunquam fuerunt extranei poſitiue, ſed ſolum negatiue, quia ex ſe, & ex natura ſua non habuerunt illam primam gratiam. Secundum impugnatum eſt d. 3. vbi diximus quod Maria potuit per inſtans eſſe in peccato, igitur quamuis ſit extraneus poſitiue, non ſequitur quod debeat eſſe extraneus per aliquod tẽpus. Sed antiquos Doctores Scholaſticæ Theologiæ primos iſtores excuſare libet dicẽdo exemplificare in eo quod commune eſt. Non tamen negabunt quin poſſit aliquis de poſsibili eſſe adoptiuus, abſque eo quod prius poſitiue fuerit in peccato: fauet prędictus liber ſacroſyllabus, qui exemplificat in noſtra adoptione, qui de facto poſitiue, per aliquod tempus ſumus in peccato. *Excuſatur Magiſter.*

Tertius modus dicendi eſt quod quamuis non requiratur quod per aliquod tempus ſit extraneus per peccatum, requiritur tamen quod per aliquod tempus, non habeat ius. Iſte modus habetur literæ D. Cuius ſit præoitus ignoto. Ponit minorem extraneitatẽ, quæ de facto fuit in Adam, & in Angelis, ſi non fuerunt creati in gratia. Fuiſſet in eo qui crearetur in puris naturalibus. Impugnatur iſte modus, quia tunc Angeli creati in gratia, non fuiſſent adoptiui, quod eſt falſum.

Quartus modus dicendi eſt, quod non fuit adoptiuus, quia adoptiuus prius natura debet eſſe non filius, ſed Chriſtus nec prioritate naturæ fuit non filius igitur non eſt adoptiuus. Maior eſt vera, minor probatur. Humanitas, prius prioritate naturæ habuit gratiã, quam vniretur & aſſumeretur, igitur nec prioritate fuit non filius ante quam eſſet filius, igitur non fuit filius adoptiuus. Hunc modum dicendi ſequitur Richard. hac d. art. 2. q. 1. *Ricard.* Ponit minorem extraneitatem, quã præcedentes modi, quia ponit poſſe adoptari qui crearetur in gratia. Incipit a litera E. Minor quam aſſumit Ricard. eſt falſa, impugnata d. 2. q. 1. art. 3. Formatur ſic. Gratia eſt accidens non habens eſſe exiſtentiæ niſi in ſubſtantia exiſtenti, ſed humana natura nõ habuit exiſtentiam, niſi vnita Verbo, igitur de primo ad vltimum

mume

mum. prius natura erat humana natura vnita Verbo, quam poſſet dare gratiæ exiſtentiam. Secundo dato, quod humana natura prius haberet gratiam, quã vniretur Verbo, non inde ſequitur, Chriſtum non eſſe adoptiuum, nam in vniuerſum ſubſtantia eſt prior accidente, igitur dato quod gratia habitualis præcederet incarnationem tanquam ornamentum ad vnionem, prius natura, humana natura non haberet gratiam, quam haberet illam, & ſic ab illa gratia adoptaretur humana natura, & ab humana natura ſic adoptata denominaretur Chriſtus adoptiuus. Quod illa gratia adoptaretur humana natura, patet, quia natura de ſe non habet ius ad gloriam, gratia non dedit ius filiationis naturalis, igitur dedit ius adoptionis, igitur erit Chriſtus adoptiuus, igitur Ricardi ratio nulla eſt. Hanc impugnationem tangit Scotus hic, qui videtur ſimul impugnaſſe duos modos præcedentes, puta 3. de prioritate temporis, & hunc quartum de prioritate

*Ricard.* naturæ. Ambos tangit Ricard. dictus. Quia tamen nec duratione, nec natura, prius fuit non filius Patris, quã filius, & prior ordine naturæ, humana natura gratiam habuit, quam aſſumpta fuerit, non fuit filius adoptiuus. Hæc Ricard. cuius ſententia manet impugnata.

*Scot.* Vltimus modus dicendi in litera, eſt ipſiue Scoti dicentis duo. Primo quod ad adoptionem ſufficit prioritas naturæ, & ſic concludit falſitatem omnium aliorum modorum. Si nec iſte modus placet, dicat vltimo quod ratio quare non eſt adoptiuus, eſt quia ad hoc quod quis ſit adoptiuus requiritur quod neque de ſe habeat ius ad hæreditatem, neque generationem naturalem ſequatur, aut concomitetur aliqua diſpoſitio ratione cuius debeatur de congruo ius ad gloriam. Sed Chriſto eo ipſo quod filius naturalis debebatur de congruo ius ad gloriam ratione gratiæ habitualis, igitur non erat filius adoptiuus. Contra ſe ipſum obiecit Author. Humana natura Chriſti non erat grata ex vi vnionis, quia ſi ſola vnio ſine gratia in Chriſto eſſet, poſſet Chriſtus non habere ius ad hæreditatẽ. Sed ſic eſt quod natura humana prioritate quadam rationis eſt prior gratia, & vt prior gratia, quantum eſt de ſe non eſt grata, ergo hoc ſufficit, vt quantum de ſe eſt dicatur adoptata tanquam extranea, licet in eodem inſtanti temporis quo fuit habuerit gratiã. Hæc noſtra ratio includit ambas obiectiones Authoris, primam in fine corporis, ſecundam in fine ſolutionis vltimi argumenti. Ad vtramque reſpondet. Quære ſolutionem.

*Vazquez* Vazquez diſputatione 1. contra Elipandum de Adoptione Chriſti cap. 12. fol. 241. p. 2. ad medium referendo obiectionem Scoti inquit. Ad hoc ita reſpondet Scotus. Quære ſolutionem, quam ego non inueni, nec puto inueniri poſſe. Nam illa gratia non neceſſario comitatur vnionem, nec eſt diſpoſitio ad illã vt ſuperius notaui, (habet Scotus d. 2. q. 2. art. 3. Hæc Vazquez. Eadem diſputatione cap. 5. fol. 228. p. 1. inquit. In hoc capite, ſententia Scoti, quæ cum præcedentibus, ſenſu Elipandi conuenire videtur, & quædam teſtimonia antiquorum Patrum referenda ſunt. Primum ergo Scotus in 3. d. 10. & in reportatis affirmat, dici poſſe Chriſtum filium Dei adoptiuum. Cũ in reportatis (liber eſt Scoti ſuper quatuor libros ſententiarum) dicat, Patres ea tantum ratione negaſſe Chriſtum eſſe filium adoptiuum, ne verba communia cum hæreticis haberentur, plane concedit, ſecundam proprietatem, vbi ſcandalum non eſſet, abſolute dici poſſe adoptiuũ: quo ſenſu diſcipulus eius Baſſol. eadem d. q. 1. art. 2. propoſitionem illam concedit. Deinde Scotus, vt probabilem defendit ſententiam oppoſitam, quæ dicit Chriſtum nõ eſſe, nec dici poſſe adoptiuum. Hæc Vazquez, cuius Sapientiæ conſideratione, & interiori conſpectu ſi primo ſui oblectatus. Videns Scotum cum Elipando connumeratum ſine dubio pie ac religioſe ſum conturbatus, efferbuerunt viſcera mea, Sapientiã viri miratus ſum, ſed modeſtiam Ieſuitæ deſideraui.

Ad hæc dico, quod ſi Scotus diceret cum Thomiſtis Chriſtum eſſe gratum ex vi vnionis ſine gratia habituali, facilius eſſet reſpondere, & oſtendere quonam pacto, non eſſet filius Dei adoptiuus ſecundum humanam naturam ſed quia hic, & ſupra d. 2. q. 1. ar. 1. aperte docet, quod in Chriſto non fuerunt habitus otioſi, ſine dubio ſignificat, quod erat gratus per gratiam, ideo vim habet obiectio. Dicendum tamẽ quod adoptare eſt aliquem in filium aſſumere, qui antea nihil habebat de ſubſtantia Patris, neque poſt adoptionem habet. Sed iſtæ negationes non includũtur in Chriſto, igitur nullomodo eſt adoptiuus. Simili ratione diſt. ſequenti docet Autor quod Chriſtus non ſit creatura, quia nec totum eſſe, nec principale eſſe accipit per creationem. Et notandum quod ib primo argumento ſed contra, ex hoc quod non eſt adoptiuus, probat non poſſe dici creaturam. Non poſſe dici creaturam, probat etiam ex hoc quod totum ſuum eſſe non eſt creatum, nec principale eſſe, igitur conſtat eſſe ad mentem Authoris, quod non ſit adoptiuus quia in illo eſt naturale eſſe filii Dei. conſequentia tenet. quia totum eſſe adoptati eſt extraneũ adoptanti: totum autem eſſe Chriſti nõ eſt extraneũ Deo, igitur non poteſt Chriſtus dici filius Dei adoptiuus. Quãuis enim ab humanitate quis denominetur homo, non dicitur tale nomẽ denominatiuum, quia denominatiua ſunt, quæ denominationem tantũ tribuunt: quæ vero tribuendo denominationẽ ſimul tribuunt ſubſtantiam & eſſe naturale, non dicuntur nomina denominatiua, propter rationem aſsignatã; puta quod denominatiua ſolum tribuunt denominatione. Sic nomine filii adoptiui, intelligitur filius qui ſolum eſt adoptiuus, nullomodo naturalis, Chriſtus eſt filius naturalis, igitur nullomodo eſt adoptiuus. 1. Ioan. dicitur, Deus charitas eſt, & qui manet in charitate, in Deo manet. Sed Ioann. 6. dicitur. Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in illo. Vbi ſignificatur alium modum ſpecialiorem, & excellentiorem, quam vnionem explicat S. Cyrill. lib. 4. in Ioann. c. 17. exemplo ceræ liquefactæ, quæ per commixtionem vnitur alteri ceræ, & exemplo fermenti quod quaſi incorporatur maſſæ appoſite. His exemplis ſignificant quod huiuſmodi vnio per Sacramentum Euchariſtiæ, non ſolum fit per affectum, ſed per aliquem modum realis coniunctionis. Ad hunc modum, adoptatus ſolo affectu coniungitur adoptanti, non natura, & hoc ſiue ante, ſiue poſt adoptionẽ, ideo ſemper manet extraneus. Chriſtus autem non coniungitur ſolo affectu ſed natura, & reipſa, igitur id quod intelligitur nomine adoptionis non inuenitur in Chriſto, igitur non eſt adoptiuus. Notandum autem, non eſſe adoptiuum propter defectum, habet enim ius ad gloriam, ſed propter ſuperabundantiam, quia eſt filius naturalis. Eſt ſimile in eo qui non eſt liberalis, non quia per defectum, ſit auarus, ſed quia per ſuperabundantiam eſt prodigus, inter quæ extrema liberalitas medium tenet, Ad hunc

*Scotus declaratur.*

*Nota.*

*1. Ioann.*

modum

modũ peccator nõ eſt adoptiuus, licet poſſit eſſe prędeſtinatus, quia per defectum nõ eſt coniunctus Deo per affectum. Chriſtus vero non adoptiuus, quia per ſuperabundantiam eſt coniunctus Deo pluſquam in affectu. Adoptiuus tenet medium: habet pluſquam peccator, & minus quam Chriſtus. Igitur ſicut auarus non eſt prodigus, nec liberalis, quia deficit ab vtroque. Sic peccator nec eſt filius naturalis, nec adoptiuus, quia deficit ab vtroque. Et ſicut liberalis non eſt magnificus, nec prodigus, quia non attingit ad ſuperabundantiam magnifici vel prodigi. ſic adoptiuus non attingit modum filiationis Chriſti. Denique ſicut magnificus non eſt propriè liberalis, ſed aliquid plus, a fortiori prodigus non eſt liberalis, ſed pluſquam liberalis, (ab hoc quod ſit vitium abſtrahendum, & non conſiderandum eſt modo) & Rex non eſt eques, imo nec Dux, aut Comes, ſed omnino aliquid plus. Sic Chriſtus non eſt adoptiuus, ſed aliquid plus. Nihilominus includit omnem perfectionẽ adoptiui filii. Dices hoc eſſe deuenire in rationem Alberti hac d. art. 13. qua vltimo loco vtitur Vazquez loco allegato: Scotus autem non vtitur hac ratione, ſed ſolum recurrit ad gratiam: recurrendo autem ad gratiam ſtat difficultas, & non oſtenditur ſufficientia rationis. Dico Scotum recurrere ad gratiam docendo, Chriſtum eſſe gratum per illam. Cum hoc tamen ſtat quod ex vnione & reali coniunctione, ſtet omnis & quælibet alia differentia ſumpta ex præſentia ipſius perſonę. Recurrẽs enim ad effectum videtur recurrere ad cauſam. Igitur tacite recurrit Scotus ad præſentiam perſonæ, ratione cuius ſequitur gratia cum quodam debito, ita vt non cauſet adoptionem. Quia non habet modum, quem habet in adoptione. Et adoptio ſignificat gratiã conſignificando ſolitudinem ſine conſortio diuinæ perſonæ. Et totum hoc eſt de eſſentia adoptionis. Figa hic pedem. Sta in hoc teſtamento, & in illo veteraſce. Veritatem dico non mentior antequam in Vazquez legiſſem, ſic intellexeram Scotum, vt lectoribus collegii Societatis Ieſu Valentiæ in originali ſignati, oſtẽdi. Eſſe aduerſum eius ſequenti dubio magis manifeſtum fiet. Ad hunc ſenſum reducenda ſunt verba S. Bonau. dicentis quod non ſibi competit adoptio, quia non cõpetit ſibi extraneitas, ille namque extraneus eſt a filiatione, qui non eſt filius. Hæc Bonau. Ideſt filiatio naturalis impedit filiationem adoptiuam ex præſentia & coniunctione perſonæ. Hæc ſententia probatur ex illo Rom. 8. Qui proprio filio non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum. Vbi inquit Adrianus, Scimus quia non eſt traditus ſecundum diuinitatem, ſed ſecundum id quod homo erat. Igitur hominem ipſum Apoſtolus proprium Dei filium proteſtatur. Probatur ex illo. Matth. Tu es Chriſtus filius

Matth. Dei viui. Vbi in Græco habetur pro nomen habens emphaſim. Tu es ille Chriſtus, ille vnctus, ille filius Dei. Ideſt ille qui habens aliquid ſupra cunctos alios omnes excedit. Cant. 5. Qualis eſt dilectus tuus ex di-

Cant. 5. lecto o pulcherrima mulierum: Qualis eſt dilectus tuus ex dilecto, quia ſic adiuraſti nos. Geminatus repetitus que ſermo dilectiſſimum ſignificat. Significat dilectũ a Patre ſecundum naturam diuinam, & dilectum ſecundum quod homo, iuxta quod Hebr. 1. Cui aliquãdo Angelorum dixit, Filius meus es tu, ego hodie genui te. Ergo nomine filii adoptiui non explicatur modus filiationis quæ in Chriſto Domino reperitur, & ſic falſo adoptiuos denominantur. Multiphariam multiſque modis explicant Sancti, & Concil. Francofor. nõ fuiſſe filium adoptiuũ ſed naturalem. Sũma hęc eſt.

Ratione vnionis nõ eſt adoptiuus.

Notandum autem quod ſi Spiritus Sanctus carnem ſumeret, ratione conſimili homo ille eſſet filius naturalis. Ratio eſt, quia huiuſmodi filiatio naturalis excludens adoptiuã non fundatur præciſſe in filiatione diuina quatenus proprietas ſecũdæ perſonæ Trinitatis. Sed eſt quædam filiatio fundata in perſona diuina prout diuina eſt. Ideo quęcunque perſona diuina dabit hanc filiationem ratione ſubſtantialis vnionis humanitatis cum tali perſona diuina. Quemadmodum quæcunque diuina perſona in via Thomiſtarum cauſabit meritum infinitum.

Dubiũ eſt an ipſa humana natura in abſtracto dici poſſit adoptata. Ratio dubii eſt, quia in abſtracto ſignificata, bene cõceditur quod ſit creatura, & aliud eſſe ab eſſe increato Dei, & tamen in concreto non conceditur quod Chriſtus ſit creatura, aut aliqua duo, ergo in abſtracto poterit dici adoptata, quia ex gratia fuit ordinata ad gloriam. quod eſſentiale in adoptione eſt, & Scotus non negat hunc effectum gratiæ Chriſti, igitur. Secundo. Humanitas prius ratione eſt Verbo coniuncta, quam grata, ergo gratia quæ poſtea aduenit, non coniungit per ſubſtantialem vnionem, ſed per accidentalem, ergo eſt adoptio. Declaratur vis rationis. Si humanitas eſſet grata per ſubſtantialẽ vnionem facile eſſet intelligere quod non eſſet adoptata. Quia ſubſtantialis vnio excludit vnionem per affectũ: Similiter, ſi intelligeremus quod gratia erat ſubiectiue in humanitate, & quod admodum glutini coniungebat humanitatem cum Verbo, etiam intelligeremus quomodo gratia erat medium trahendi humanitatem ad ſubſtantialem vnionem, medians inter vtrumque extremum. Sed quia ſecundum Scotum, gratia nõ eſt medium vnionis, ſed ipſa extrema immediate vniuntur. & gratiam præcedit ſubſtantialis vnio, difficile poteſt aſſignari. quid gratia præſtet. niſi ornatũ, aut vnionem per affectum, quæ non traſcendit filiationẽ adoptionis. Alter. dareñius in Chriſto, cum filiatione diuina, iſtam quæ eſt per vnionem, & tertiam per adoptionem, & quandam aliam. quod rationi diſſonum & in Theologia falſum eſt. Argumentum vrget, & totam difficultatem continet. Si dixeris cum Thomiſtis eſſe gratam per vnionem, ante gratiam arguo ſic. Perſona conſideratur vt perſonans, & vt gratificans: gratificatio autem, & perſonatio, licet ſint ab eadem diuina perſona, duo ſunt dona diſtincta, quia poſſet Deus aſſumere naturam, non ordinando eam ad gloriam, aut aliquam gratiã ab ipſamet vnione diſtinctam, igitur ſi de facto vniuit, & per illam vnionẽ acceptauit, & ordinauit ad gloriam ab eadem perſona erit Chriſtus naturalis & adoptiuus.

Dub. de ſeruitute Chriſti.

Dico quod ſi Scotus affirmaret cum Richardo, & Alexandro, gratiam eſſe medium vnionis, aut humanitatem eſſe gratam per vnionem, vt dicunt Thomiſtæ, facile eſſet intelligere quomodo gratia non cauſaret adoptionem. Sed opinio Alexãdri & Richardi eſt impugnata d. 2. Et opinio Thomiſtarum multum præiudicat nobiliſſimo habitui gratię. Denegando ei nobiliſſimum effectum gratificandi. Tunc ſolum deſeruiret pro mero animæ ornatu, vt concedere videtur. Medina 3. p. q. 7. dicendo vero quod gratificat, & quod poſterius ratione datur poſt vnionẽ, ingens eſt labor, magna ſuſcipitur prouincia in declarando quomodo non ſit adoptio. Scotus ſuſpẽſus manens dixit. Quære ſolutionem. Sed ſicut difficilius oſtenditur veritas, & laborioſius quæritur, ſic glorioſius inuenitur, & fructuoſius manifeſtatur. Dico, ergo quod vnio & ordinatio ad gloriam, ſunt duo dona quæ quantum eſt de ſe ſunt diuiſibilia, vt ſuppono ex diſt. 11. & ex diſtinct. 13. diſputando an gratia in Chriſto fuerit neceſſaria. Secundo ſupponendum eſt, quod gratia in Chriſto non fuit ſolum ad animę ornatum, ſed habuit ſuum nobiliſſimum effectum gratificandi animã Chriſti. Tertio docet Scotus quod nunc iſta dona ſunt

connexae & habent ordinem. Nam gratia, quæ poſterius ratione, datur poſt vnionem, prius ratione quam detur eſt debita de congruo in ipſo inſtanti vnionis.

*Ioann. 1.* Hoc illud. Gloriã quaſi vnigeniti. Concil. Francof. col. 3. Si vnigenitus quomodo adoptiuus. Vel ſi nõ eſt proprius filius quomodo tũc Plenus gratia & veritate. De congruo dixit, ne phyſicam emanationem ſignificaret, aut neceſſitatem aliquam actionem in Deo poneret. Hæc gratia non fuit quaſi gratuita ex primo effectu beneuolentiæ, ſed quaſi debita & ſequuta ex alio priori effectu & dono vnionis, per quod homo Chriſtus eſt naturalis Filius Dei modo expoſito. Vnde docemur merum donum gratuitum Chriſti, ſolum fuiſſe ipſam vnionem, cætera vero data fuiſſe conſequenter ad vnionem. Igitur ſicut in nobis ſe habet meritum ad gloriam, quæ non datur niſi ex ſuppoſitione meritorũ ſic ſe habet aliqualiter vnio ad gratiam, quę non datur niſi ex ſuppoſitione ipſius vnionis cum aliquo debito puta congruitatis, & decentiæ diuinæ ſapientiæ. Non

*Scot.* ſolum indicauit, ſed aperte docuit hoc Scotus d. 7. q. 3. ar. 2. dicens. Sicut in aliis merita ordinãtur ad gloriam ita naturæ humanæ Chriſti, ordinata fuit vnio in ordine ad gloriam. Quia non tantam gloriam dediſſet naturę non vnitæ ſicut vnitæ. Igitur conſiderat gratiam in fonte, effectum cum cauſa, fructum cum arbore, filiationem naturalem abſorbentem, atque ſepelientem adoptiuam. Igitur gloria ſeu hereditas ad quam ordinata eſt humanitas, non ſolum correſpondet gratiæ, ſed ſubſtantiali modo vnionis humanitatis cum perſona diuina. Quia ſicut non tantam gloriam dediſſet naturæ non vnitæ ſicut vnitæ, ſic nec tantam gratiam. Igitur quod maxime notandum eſt, iam gratia non datur quaſi gratuita ex ſolo affectu beneuolentiæ, vt filius non naturalis, fit filius per adoptionem. Sed datur quaſi debita, & conſequens maius donum, & quaſi in illo inuoluta & annexa, vt filius naturalis per vnionem perſonalem ſubſtantialem, ſit ex omni parte perfectus. Ad hunc finem cæteri habitus deſeruiunt. Ideo gratia quę in aliis ſortitur effectum filiationis adoptiuæ, in Chriſto impedita ex dono ſubſtantialis vnionis, & ſi ſuum præſtet effectum gratificandi, non poteſt denominare Chriſtum adoptiuũ, quia denominatio ſumitur a nobiliori quod præualet. Hic autem quantum ad denominationem ſopita eſt. Sic in naturalibus, gradus vnus caloris coniunctus. 7. gradibus frigiditatis, ſuum ſortitur effectum, quia frigus temperat. ſed non præſtat denominationem, quia impeditur ab excellentiori. Similiter in moralibus, venialia ſuum ſortitur effectum in iuſto, quem aliqualiter deordinat, Sed non denominat peccatorem, quia impeditur ex gratia quæ coniungit hominem cum Deo. Ad hunc modum, cum gratia ſine filiatione naturali eſt, & gratum facit, & denominationem adoptionis præſtat. Sed cum coniungitur & conſequitur filiationẽ naturalem, licet gratum efficiat, adoptiuum non deno-

*Nota.* minat. Si enim pater, qui ex ſpeciali gratia ad aliquẽ filium naturalem inſtituit maioratum, aut vinculum ſuorum bonorum, dediſſet illud filio non naturali, eſſet adoptio. Sed ſi ex ſimili gratia dat filio naturali, nõ eſt adoptio, quia donum illud fundatur & præſupponit filiationem naturalem, igitur cum filiatione naturali ſtat gratia doni, quod vere eſt donum eiuſdem dati, non tamen eiuſdem denominationis propter præcedẽtem filiationem naturalem, vel non naturalem. Fauet Concilium Francofordienſe epiſtola ad Epiſcopos Hiſpaniæ dicens. Vnitas perſonæ quæ eſt in filio Dei, & filio Virginis adoptionis tollit iniuriam. Non dixit Concilium gratiam nõ efficere Chriſtum gratum, ſed quod tollit adoptionem. Sicut excellentia vnius contrarij, tollit denominationem alterius permixti cõtrarij. Et inter mundi luminaria non contraria, luminare maius quod præeſt diei, impedit & obſcurat miniſtra mundi luminaria, quæ tanquam Solis vicaria pręſunt nocti. Taceat Scotiſta qui diminute intelligendo Scotum exiſtimat per ſolam gratiam abſolute eſſe gratum ſicut & nos. Si ſic eſſet certe eſſet adoptiuus. Comprobatur ex eodem Scoto in reportatis hac d. q. vnic. ad finem dicens. Beata Virgo fuit vere adoptata, quia ſua generatio, non requirit concomitanter habere ius hereditandi. Sed generatio Chriſti hominis naturaliter requirit concomitanter habere ius hereditandi, quia hoc requirit vnio perſonalis de congruo. Sed ſi aliquis ex generatione ſua naturali haberet concomitanter paſſionem Chriſti ſibi applicatam de congruo, concomitanter haberet ius hereditandi, igitur magis generatio naturæ humanæ vnitæ Verbo. Hęc Scotus. Igitur quamuis directe & expreſſe nõ aſsignemus pro cauſa negationis adoptionis, ſubſtantialem vnionem, tamen in re veritate ratio noſtræ in illa ſita latet, & inde ſumit valorem ratio Scoti arguentis a minori ad maius. Si non eſſet adoptiuus, qui ex ſua natura haberet applicatam paſſionem, multo minus Chriſtus ratione diuinæ. Igitur Scotus pro prima & præcipua cauſa negandi Chriſtum eſſe adoptiuum, ſiue ipſius humanitatem, eſt quia ex coniuncta perſona gratia ſequitur cum quodam debito naturalis filiationis & non abſolute gratuita ex ſolo gratuito affectu ad non filium, ſicut contingit in nobis. Huiuſmodi igitur negationes ſufficiũt, vt nec in Chriſto, nec in eius humanitate ſit adoptio, per quam non filius habetur tanquam filius, & qui habetur tanquam filius reuera non eſt filius. Chriſtus autem filius eſt, & humanitati eius gratia datur non tanquam extraneæ, & ſeparatæ, ſed cum debito tanquam coniunctæ. Abeat Thomiſta æſtimans eſſe Chriſtum, aut humanitatem eius, gratum per ſolam vnionem, ita vt habitus gratiæ non ſortiendo ſuum effectum quem in nobis cauſat, ſolum ſit vt ornatus. Hoc concilia non docẽt, nec inſinuãt. Sed quod non ſit ſolum gratia ſanctificatus, ſicut nos cæteri, ſumus, Sed ſimul diuinitate ipſa. Hoc Concilia indicãt. Hoc aperte docent. Sic dicendo adoptionem excludimus, & eundem & ſimilem effectum, quem in nobis gratia cauſat, excepta adoptione, includimus. Indignũ quippe ex vna parte, ſummam in Chriſto habitualem ponere gratiam: ex alia vero, ſuum illi nobiliſsimũ denegare effectum: Et hęc fuit altiſsima mens Scoti, qui voluit excludere adoptionem ſine iniuria iuris gratiæ. *Nota pro Scoto.* Huic inconuenienti non occurrit Vazquez. Nec hanc difficultatẽ ex propoſito, aut ſaltem obiter attingit. Hęc eſt mens Sancti Thom. 3. p. q. 23. art. 4. qui poſt quam dixit ſolutione ad 2. quod Chriſtus per gratiam vnionis eſt filius naturalis, inquit. Gratia habitualis in Chriſto non facit de non filio filium adoptiuum, ſed eſt quidam effectus filiationis in anima Chriſti ſecundũ illud Ioã. 1. Vidimus gloriam eius quaſi vnigeniti a Patre. Ideſt licet gratia gratificet, adoptiuum non facit, quia datur effectus ille eo modo quo filio naturali tanquam filio dilecto, datur quidam effectus gratuitus. Ideo nõ duæ, ſed vna & eadem ratio aſsignatur ibidem a S. Thom.

In hoc autẽ deficiũt autores cõtrariæ ſẽtẽtię dicẽtes eſſe adoptatã Chriſti humanitatẽ, quia exiſtimãt hanc

eſſe

eſſe legitimam conſequentiam. Ex dono & gratia ordinatur ad gloriam. & non ex natura, igitur eſt adoptata. Ad hoc diſtinguo antecedens. Ordinatur ex dono adequato adoptioni falſum eſt ſed ex dono ſuper excedenti ratione coniunctionis & vnionis cum diuina perſona. Propter exceſſum etiam nō ſolum prodigalitas, quæ in prudentia deficit, diſtinguitur a liberalitate. Sed magnificentia, quæ prudentia regula humanorum actuum regulatur. Quia ſupra liberalitatem ad magnus ſumptus eſt. Si inferas etiam ſolam gratiam tranſcendere adoptionem, quia humana adoptio nihil ponit in adoptato: gratia autem ponit aliquid reale, per quod efficimur conſortes diuinæ naturæ, & filii Dei nominamur & ſumus, ergo tranſcendit adoptionem. Dico quod licet prima fronte gratia videatur excedere humanam adoptionē, quæ ex infirmitate donātis nō ponit aliquem habitum in adoptato, ſicut gratia. Tamen tenera non tranſcendit. Quia non aſcendit ad naturalem filiationem, quæ eſt per aliquid ſubſtantiale: gratia ſolū efficit vnionem accidentalem per affectum, idem eius filiatio adoptiua eſt.

Secundo dico, quod in opinione Thomiſtarum dicentium humanitatem eſſe gratam ex vi vnionis, ſatis manifeſtum eſt quonam pacto humanitas non ſit adoptata, quia non per gratiam ſed per ipſam ſubſtantialem vnionem, eſt grata. Cum obiicis argumento vltimo huius dubii, quod etiā ſic ordinati ex vi vnionis eſt donū, ergo ſaltim alio genere adoptionis a noſtro modo adoptionis natura illa dicetur adoptata. Dico quod filiatio adoptiua & naturalis non ſolum differūt ſpecie, ſicut albedo & dulcedo, quæ poſſunt eidē ſubiecto conuenire, ſed differunt ſicut rationale & irrationale, frigidum & calidum, quæ ſunt in compoſſibilia. Sed inſtas non ſunt incompoſſibilia ipſa dona, puta vniri perſonaliter, & ex ipſa vnione ad vitam ordinari, ergo ſi perſona vtrunque dat, vtrunque etiam poteſt preſtare denominationem. Dico quod ad denominationem nō ſolum requiritur quod det, ſed quod preualeat, & ſit gratia ſolitarie ſine conſortio naturalis filiationis, quia filius adoptiuus denotat filium extraneum cum negatione filiationis naturalis. Si ad huc inſtes ille affectus eſt gratuitus qui reſoluitur in affectum gratuitum, ſed gratia vnionis eſt gratia, igitur ſi in illam reſoluitur iſte effectus gratuitus gratificandi Chriſtum ſtabit adoptio. Dico quod eſt donum naturalis filiationis habens ex natura ſua deſtruere adoptionem. Sicut lux tenebras, calor frigus. Et non eſt alia ratio, niſi quia hoc eſt hoc. Indicauit Concilium cum dixit. Vnitas perſonæ quæ eſt in Filio Dei, & filio Virginis, adoptionis tollit iniuriam.

Sed circa precedantia verba Scoti ex reportatis non
Dub. facile emergit dubium. Si enim gratia non ſequitur vnionem hypoſtaticam de iuſtitia & debito naturali ac phyſica emanatione, male dicitur quod vnio perſonalis magis requirat gratiam concomitanter, quam paſſio exhibita pro aliis, quia nō ſolum de cōgruo, ſed de iuſtitia requirit gratiam. Dico ſecundum Scotum infra d. 19. meritum Chriſti non eſſe infinitum ex iuſtitia ſed de cōgruo ratione circunſtantiæ diuinę perſonæ. Igitur vtrunque ſtat ſimul, nempe quod pro multis ſit de iuſtitia. & tamen quod de ſe non ſit infinitum niſi de congruo. Si hoc non placet, quod in via Scoti probabiliſſimum eſt. Dico ſecundo quod Scotus d. 7. q. 3. art. 1. inquit, quod ſicut merita cadunt ſub prædeſtinatione, ſine quibus non ordinaretur quis de congruo ad tantam gloriam ſicut cum eis: ita videtur iſta vnio ordinari ad tantam gloriam de congruo, licet non cadat ſub prædeſtinatione tanquam meritum, Igitur nomine congrui intelligit Scotus decentiam diuinæ ſapientiæ quæ non debuit ordinare hominē ad gloriam ſine meritis, quia incongruum hoc erat ipſi diuinę ſapientiæ. Ergo cum hac congruentia bene ſtat quod meritum ſit de iuſtitia, quia apud Scotum varie accipitur ly de congruo.

Ad primum argumentum dico, quod de eſſentia adoptionis, non ſolum eſt quod quis per gratiam ordinetur ad gloriam, ſed quod qui non eſt filius, ex gratia tamquā exiſtimatus filius ordinetur. Chriſtus accepit gratiam vt filius ratione precedentis vnionis. Datur enim illa gratia ratione ſubſtantialis vnionis, vt ex S. Thom. dictum eſt. Docetque Scotus ſupra d. 2. q. 2. art. 3. inſinuat quæ præſenti diſtinctione.

Ad 2. dico, quod quamuis vnio prioritate naturæ precedat gratiā. & gratia ſubſequatur, bene ſtat quod ex precedenti illa vnione ſubſtantiali, impeditur adoptio. & tamen non impeditur gratificatio. Quia adoptio ſignificat negationem filiationis naturalis. Hęc negatio non inuenitur in Chriſto, imo oppoſita affirmatio, puta filiatio naturalis. Cum filiatione naturali nō habet gratia oppoſitionem, ſicut habet adoptio, ideo gratia gratificat, non tamen adoptat.

Ad 3. dico, quod in opinione Thomiſtarum perſona gratificat modo quodam ſuper excedenti adoptionem, idem per adoptionem non explicatur gratificatio quam diuina perſona preſtat. Sed per hoc quod eſt filius naturalis.

Ad primū argumentum poſitum in principio quæſtionis dico quod ſiue habuerit ius illud ex vnione, ſiue ex gratia cōſequenti vnionē, ex vnione precedenti gratiam impeditur illa adoptio. Et vtendo verbis Cōcilii Francofordienſis vnitas Filii dei, & Filii Virginis adoptionis tollit iniuriam. Gratia enim illa, & hæreditas quæ ratione illius datur, ex precedenti vnione tanquam filio datur, vt abſoluendo dubium dictum eſt. Ad ſecundam probationem eiuſdem primi dico, quod licet de potentia abſoluta poſſit filius naturalis ex aliqua iuſta cauſa ex hæreditari. Et quantum attinet ad hominem Chriſtum poſſet non videre Deum, nec ordinari ad vitam ęternam. Nihilominus id quod datur taliter eſt debitum quod illud debitum ſufficit ad excludendam adoptionem, vt dictum eſt.

Ad 2. bene reſpondet Scotus ſolutione ad 2. quod prædeſtinatio non eſt propria adoptatio. Nam prædeſtinatio ſolum eſt propoſitum dandi gloriam. Adoptio vero eſt habere ius ad hæreditatem. Hoc ius non dat Deus prædeſtinando, ſed gratiam infundēdo, ideo adoptio non habetur propriæ niſi per gratiam.

Ad 3. reſpondet Scotus quod proprietates naturæ intrinſecæ, & abſolute ſine dubio manent in Chriſto ſicut & ipſa natura. Similiter in Chriſto ſicut manet gratia manent intimi affectus gratię, vt pote facere iuſtū & gratum, Sed adoptare non dicit proprietatem naturę creata, Sed naturæ deprauatæ. Ideſt non dicit proprietatem intrinſecam naturæ, quę ſtante natura nō poſſit impediri, aut tolli. Sed de facto, loquendo iuxta preſentem materiam de natura humana, eſt proprietas naturæ deprauata, quæ per gratiam ſanatur. Non enim intelligas nō adoptari niſi quod prius eſt deprauatum. Tunc enim Adam & Angeli nō fuiſſent adoptati. Et Scotus modo concederet quod in corpore quæſtionis impugnauerat, & ſic ſibi ipſi ſubito atque repente eſſet contrarius, Ergo intelligit quod eſt

proprietas proueniēs naturę ab extrinſeco, per quod ſignificat poſſe impediri modo expoſito. Cum ſubiungit. Sed naturæ deprauatæ, loquitur de facto. Aut de natura quæ de ſe poteſt deprauari, & quæ ſolitaria eſt, Deo non vnitę, cui nullomodo rectitudo aut hæreditas debita eſt, vt ſupra dictum eſt.

Ad 4. Sequendo opinionem Thomiſtarum dictum eſt in tertio precedenti, loquendo de humanitatis adoptione.

Ad 5. dico, ratione vnionis ſubſtantialis recte denominetur, & dicitur homo Chriſtus filius naturalis modo expoſito. Ad Sanctorum authoritates ad extremum dicendum eſt ſi non fuerit locus reſpondendi aliter quod appellent adoptiuam, quia ex dono & gratia eſt ordinatio ad vitam ęternam. Sed talis locutio impropria eſt, & falſa ſi recte examinetur.

Ad locum ex reportatis, quem adducit Vazquez, dico quod Scotus non dicit quod Patres ea tantum ratione &c. Sed inquit. Ad quæſtionem dico, quod vel Sancti negarunt Chriſtum eſſe Filium Dei adoptiuum propter hæreticos, &c. Poſt pauca. Vel dico quod pro tanto dicunt Sancti quod Chriſtus non eſt Filius Dei adoptiuus, quia, &c. vbi habet eādem rationem quam loco preſenti. Aſſignando duos modos dicendi, vnū ad ſaluandas authoritates Sanctorum quæ videntur ſonare eſſe adoptiuum, alium modum quem ex propoſito ſequitur, hic & ibi, falſum eſt, vt illi Vazquez imponit quod ſecundum Scotum de ſe ſit adoptiuus, & ſolum propter ſcādalum negare hanc propoſitionem. Sed propter modum habendi gratiam cum quodam debito ex coniunctione & vnione cum Filio Dei naturali, vt ſupra late dictum eſt.

Si obiicias quod gratia excedit adoptionem, quia ponit aliquid in adoptato quod non ponit humana adoptio. Dico, non excedere adoptionem, quia ſolū ponit vnionem cum Deo per affectum, & non per ſubſtantialem vnionem.

*Num ſententia Durandi, & aliorum Catholicorum ſit erronea, an ſolum temeraria.*

De hac re multiplex eſt modus dicendi. Primus eorum qui dicunt quod hæc ſententia non eſt damnata in Concilio Francofordienſi. Quia ibi ſolū damnatur error Neſtorii quem ſequebātur Elipandus, & Felix. Ita ſentit Franciſcus Feuardentius libro 3. aduerſus hæreſes verbo Chriſtus hereſi. 3. Sigibertus in ſuo Chronico ſub anno 793. Antoninus de Florentia 3. p. hiſtoriæ, titulo 14. c. 1 §. 6. Probatur ex libro Sacroſyllabo vbi dicitur Dei ergo filius, quæ ratione credi poteſt adoptiuus, qui inſeparabiliter aſſumpto homine, in vna perſona coeunte vtraq; natura, non duo filii alius Dei, & alius hominis, vt (ſicut illi errando eſtimant) adoptiuus ſit filius. Tunc ſic. Si non duo filii eſt Chriſtus, vt illi errando eſtimant, ergo ſecundū illos nempe Elipandum & Felicem duo filii, duoque ſuppoſita erant in Chriſto, vt docebat Neſtorius.

Dicendo vero quod eſt naturalis, ſine erroris periculo dici poteſt quod ſit adoptiuus. Hoc ipſum colligitur ex eadem epiſtola vbi refellendo ſententiam Elipandi & Fælicis dicentium Chriſtum eſſe ſeruum dicitur. Non ne olim eadem hæreſis veſtra, in Neſtorio ab vniuerſali Sancta Eccleſia refutata eſt, etiam & damnata. Colligi videtur hæc expoſitio ex Damaſcen. 3. de fide orthodoxa c. 21. dicente. Ii autem, qui ſeruum eum dicunt, vnum Chriſtum inſtar Neſtorii in duos diuidunt. De adoptione autem, & ſeruitute quantum ad hoc, eadem eſt ratio, quia Elipandus ſicut adoptiuum eſſe dicebat ſic ſeruum. Et ſicut adoptio videtur excludere filiationem naturalem, ſic ſeruitus excludere naturale dominium verum, & equalitatem Patris, ergo eo modo quo in vno conueniebat cum Neſtorio, ſic in altero, & ſub ratione qua conueniebat cum Neſtorio damnatur, non vero in ſenſu, quo hanc opinionem docet Gabriel, & alii Catholici. Facit Ionas Aurelienſis libro 1. de cultu imaginum. vbi ait, in illo Concilio dānatum fuiſſe Elipandum cum authore ſui erroris Neſtorio, quem imitatus eſt.

Vltimo probatur ratione. Omnia quæ ponit illa poſitio videntur vera, igitur nullomodo dicendum eſt damnari in predicto Concilio, conſequentia tenet, quia verum, non poteſt vt falſum damnari a Concilio quod non poteſt errare. Antecedens probatur. Natura humana Chriſti nō habuit ius ad gloriā ex natura ſua, ſed ex dono gratuito, ſiue illud ſit gratia habitualis, ſiue vnio ad diuinam perſonam: hoc autem ſolum intelligitur nomine adoptionis, igitur ſententia Durandi & Gabrielis nullomodo poteſt eſſe hæretica, aut erronea.

Secunda ſententia docet quod hæc ſententia ſit ſo- ſolum temeraria, quia Authoritas Concilii Francofordienſis nō ſit ita certa & explorata, & ſufficiat ad hoc quod hæc veritas ſit de fide, ideo ſatis ſibi videntur, ſi hanc ſententiam temeritatis notam inurant. Quidā frater in Comitiis Generalibus Ordinis Prędicatorū, habitis Valentiæ anno Domini 1596 temerariam errori proximam eſſe ſuſtinuit his noſtris temporibus. *2. ſententia.*
Specialis eſt difficultas, quare his noſtris temporibus potius quam antea ſit temeraria, ſolū errori proxima. Si enim in Concilio Francofordienſi hæc propoſitio eſt damnata, non ſolum temeraria errori proxima eſt, ſed vere & abſolute erronea. Si vero in predicto Concilio damnata non eſt, non apparet quare his noſtris temporibus ſit temeraria errori proxima, propter paucos Doctores, qui noſtris temporibus eam damnant. Quia plures ſunt Doctores antiqui qui defendunt oppoſitam ſententiam, vt pote Durand. Gabriel. Ioannes Maior, Vaſſul. & qui his omnibus maiorem obtinuit authoritatem Richard. & Hilarius, atque Ireneus, quos ſupra citauimus. Suntque etiam nunc moderni Authores qui hanc eandem defendunt ſententiam. Aut igitur ſupra eſt damnata, & ſic ab annis preteritis, a diebus innumeris, a ſeculis antiquis, puta a tempore Cōcilii Francofordienſis eſt damnata tanquam erronea, aut nullo modo eſt temeraria. *Durand.* *Richard.*

Tertia ſententia docet quod ſit erronea. Ita docet doctiſſimus Vazquez priori diſputatione contra Elipādum cap. 7. licet cap. 8 iudicium de hac re aliis Doctoribus relinquat. Si quid ibi de mente eius queras. Reſpondet in fine totius diſputationis, Elipandum in re non erraſſe, ſed ſolum in verbis. Ratio primi eſt, quia Elipādus bene fatebatur humanitatem eſſe vnitam Verbo. Ratio ſecundi eſt, quia conſitendo hanc vnionem, tribuebat Chriſto appellationem adoptionis, a verbis autem in ordinate prolatis cauendum eſt, Quā Conciliū Francofordienſe ob rationes quas diximus, merito dānauit. Hæc Vazquez in fine totius diſputationis. Pro explicatione huius oſtendendum eſt quod Elipandus non fuit Neſtorianus ſentiens cum Neſtorio Chriſtum eſſe purum Filium Dei adoptiuum. Sed ſimul cum filiatione adoptiua ſecundum diuinam naturam, ponebat filiationem adoptiuam ſecundū quod homo erat.

Oſten-

Vazquez Oſtendit hoc optime Vazquez priori diſputatione cō tra Elipan. iam diſp. 8. Primo, ſi Elipandus eſſet Neſtorianus, nunquam vbi ruxie poſtularet e Carolo Magno, vt congregaret Concilium ad defenſionem ſuæ ſententiæ. Sciebat enim neque Carolum, neque Concilium aprobare errorem Neſtorii, igitur ſperabat, & falſo ſibi promittebat, poſſe Theologice oſtendere eſſe adoptiuum ſecundum humanitatem, quia vt probat ſecundum argumentum omnia quæ docet illa opinio Durandi, & Gabrielis, videntur vera. Secundo, quia Concilium & Adrianus non probant in Chriſto eſſe vnam perſonam diuinam, ſed ſuppoſita vnitate & veritate diuinæ perſonæ in Chriſto, nituntur probare, nō debere dici adoptiuum, quia filiatio adoptiua, & naturalis non ſe compatiuntur in eadem perſona, igitur reuera Elipandus cum filiatione naturali contendebat ponere adoptiuam. Tertio Elipandus eodem modo affirmat Chriſtum eſſe adoptiuum, quomodo ſeruum eum eſſe dicebat: Sed eſſe ſeruum probabat teſtimonio Sacræ Scripturæ, vt poſt Philipp. 2. formam ſerui accipiens in ſimilitudinem hominum factus, ergo exiſtimat poſſe Theologice, abſque manifeſto errore Neſtorii, hanc propoſitionem ſuſtinere. Denique id manifeſtiſſime conſtat ex confeſſione Elipandi, quam Beatus, & Etherius in ſuo libro, qui in Bibliotheca Toleta-

Elipādus na habetur conſcripſerunt. Confeſſio integre in Vazquez habetur. Fragmentum ſufficiens ſic habet. Loquendo enim de Chriſto inquit. Qui non per illam, quæ natus eſt de Virgine, viſibilia condidit. Sed per illā quæ nō eſt adoptiua, ſed genere, neque gratia, ſed natura. Et per iſtam Dei, ſimul & hominis filius, adoptiuus humanitate, & non adoptiuus diuinitate, mūdum redemit. Hæc Elipandus. Integram confeſſionem habet Vazquez diſputationem contra Elipandum. Sed ſumma hæc eſt quod Chriſtus ſecundum diuinitatem erat filius naturalis. Secundum humanitatem adoptiuus, ſicut ſunt cæteri Sācti, qui illi in vita cōformantur.

Hoc ſuppoſito ſub cenſura & correctione dico primo quod id, quod in re docent Durand. & cæteri Catholici, puta quod humana natura habuit gratiam, per quam fuit ad gloriam ordinata verum eſt vt probat ſecundum argumentum.

Secundo dico, quod ſententia Elipandi, Durandi, & omnium aliorum qui dicunt Chriſtum vel humanitatem Chriſti eſſe adoptiuam, eſt erronea, & videtur dānata in Concilio Francofordienſi. Probatur. Homo Chriſtus ratione vnionis dicitur, & eſt vere Deus, & magis immediate dicitur Filius Dei (quia humanitas immediate fuit vnita filio Dei) igitur, qui doceret ſecūdū rē humanitatē vnitā filio Dei, & ad huc negaret illū hominem eſſe Deum erronee ſentiret, & ſua ſententia falſa eſſet ac erronea, igitur quamuis ſecūdum rem, quis vere diceret humanitatem de ſe non habuiſſe ius ad gloriam, ſed ex dono, quia per potentiam diuinam poſſet aſſummi, & non ordinari ad gloriam: tamen erronee affirmabit, hominem Chriſtum, qui propter vnionem eſt filius naturalis, eſſe adoptiuum. Primam cō-

Scot. ſequentiam probo ex Scoto d. 7. q. 2. art. 1. in corpore vbi inquit quod ex factione paſſiua quæ eſt in humanitate, ſequitur alia factio paſſiua ſecundum dici, qua ſcilicet, Verbum factum eſt homo, igitur ſi conceden do realem factionem ſecundum eſſe paſſiuam, negatur factio paſſiua ſecundum dici, erit propoſitio erronea, & damnabilis. Ad hunc modum ex filiatione naturali diuinæ perſonæ Chriſti, ipſemet homo Chriſtus ſecūdum dici dicitur ac denominatur, & propter vnionem, vere eſt filius Dei, igitur non ſufficit confiteri realem filiationem ſecundum diuinā perſonam, ſed oportet longe abiicere & ſepelire filiationem adoptiuam Verbo eorem quare ſit neganda, & nullomodo nominanda filiatio adoptiua, iam diximus. Quia filiatio naturalis excludit & tollit omnem filiationis adoptiuæ. Et adoptio excludit filiationem naturalem. Cum enim ſecundum Scotum nomen adoptio, ſit tranſlatum a Iuriſtis, vt dicatur filius adoptiuus, qui non eſt naturaliter genitus (verba ſunt Scoti, & notāda eſt negatio) nec ex naturali generatione habens ius ſuccedendi in hereditate, ſed ex mera gratia & pia affectione adoptātis, recte ſequitur quod Chriſtus qui eſt filius naturalis, & in quo non reperiuntur huiuſmodi negationes, quod non poſſit eſſe adoptiuus, quia nomine adoptiui intelligitur qui eſt filius per gratiam.

Si dicas quod Cōciliū ſolum diffinit quæſtionē de nomine. Dico, quod quæſtio de nomine, eſt quando neque in re ratione rei, nec ratione modi ſignificandi, ſequitur aliqua fallacia aut falſitas, ſed ſiue ſic, ſiue ſic dicatur, ſemper eſt eadem veritas, ſeu res ſignificata. Hic autem omnino variatur conceptus obiectiuus ex diuerſa denominatione, ideo non eſt quæſtio de nomine, ſed de re, vt exemplo adducto de factione ſecundū eſſe, & ſecundū denominationē, oſtenſum eſt. Quantūcumcunque enim factionem paſſiuam concedas, puta quod ex puriſſimis ſanguinibus Virginis formata eſt caro Verbi, eodem inſtanti anima rationali animata, & a verbo aſſumpta, & quicquid aliud Catholici concedunt: Si tamen negaſſes communicationem idiomatum, puta quod ille homo erat Deus. Similiter quæ negaſſes factionem ſecundum dici, (dicitur ſecundum dici, quia non fuit in Verbo, cum aliqua mutatione ſecundum eſſe mutationis & factionis) puta Verbum caro factum eſt, reuera, non ſolum errares in denominatione, ſed in re ipſa, quia licet ex ſuppoſitione concederes quod eſt realis incarnatione, ex ſola negatione prædictæ denominationis variatur ipſe conceptus, & veritas rei. Facit Apoſtolus Hebr. 1. Cui aliquando Angelorum dixit. Filius meus eſt tu. Igitur ipſum nomen pro re ipſe ſupputatur, & ex varietate nominis ſumitur diuerſitas conceptus rei. Quia tunc aliquid diuerſum in re ſentimus. Ne autem ſimile quid fingeremus, mens Concilii eſt, quod nullo modo debeat adoptiuus dici. Quia eo ipſo quod adoptiuus dicitur, purus homo, nō filius naturalis ſignificatur. Ideo deuenitur in errorem Neſtorii. Quaſi ſi diceret Concilium. Quamuis in re non ſentiat Elipandus cum Neſtorio, vtitur tamen verbis, quæ catholicum ſenſum variant, & eundem ſenſum erroneum reddunt, Verbi gratia. Durand. vt ſupra vi- Durand.
dimus d. 3. docuit fomitem eſſe appetitum ſenſitiuum, in hoc ſenſu non eſt error ponere in Chriſto fomitem, quia reuera in eo fuit appetitus ſenſitiuus, Sed abſolute loquendo error eſt ponere in Chriſto fomitem, qui ex peccato eſt, & ad peccatum inclinat. Et quia fomes non ponitur, & in Chriſto fuit appetitus ſenſitiuus, colligitur aperte quod fomes eſt aliquid vltra appetitum ſenſitiuum. Sic colligimus quod perſonalitas eſt aliquid vltra naturam ſingularem. Quia in Chriſto ponitur vnum, negatur aliud. Si diceremus quod nulla eſſe differentia, vtrumque ſimul erroneo ſequeretur, & quod eſſet in eo fomes, & quod eſſet in eo duplex perſona, puta diuina & humana. Ad hunc modū, quia adoptio ſignificat hominem ordinatum ex gratia ad gloriam, connotando quod hoc precise & ſolitarie habeat, ex gratia manifeſtus videtur error appellare

Chriſtum adoptiuum. Similiter, ſi quis diceret, Patrē ab æterno produxiſſe filium eiuſdem ſubſtantiæ indiuiſæ, & nihilominus diceret, quod Pater ſit cauſa filij. Et pro diſtinguitur, diceret, diuiditur a filio: diceremus certe quod conueniebat cum errore Arrij dicentis, filium eſſe creaturam, natura diuiſam a Patre. Quia ly cauſa, ly diuiditur, plane denotant diuiſionem naturæ. Ecce quo pacto ex ipſa nominis appellatione, ſequitur error oppoſitus eſſentiæ veritati. Hoc pacto, quamuis Elipādus in re non conueniat cum Neſtorio, ex appellatione nominis, tribuit illi Concilium errorē Neſtorij, & damnat Cōciliū propoſitionem tanquam erroneam. Quia quod nomen ſignificat (ſige pedem hic) erroneum eſt, quantumcunque vtens illo, ſentiat quod verum eſt. Hoc eſt illud Hieronymi. Ex verbis inordinate prolatis incurritur hæreſis. Ratio deſumitur ex Ariſt. 6. Top. cap. 3 (quem Author allegat d. 7 q. 1. art. 6) vbi inquit quod contingit error in problematibus dupliciter, aut quia proferimus falſa, vt potè ſi dicamus quod albedo conuenit homini tanquam genus, quod expoſui pag. 293. col. 2. Aut quia, vera improprijs, & in vſitatibus vocibus ſignificamus. Ergo vtrunque ſimul ſtat verum, & quod Durā. ſit, & Elipandus vtendo tali voce, in ſignificato alius proferāt errorem, quia hæc eſt ratio & quidditas illius ſignificati, & ita non quod quæ in re dicunt, vt potè quod humana natura, non ex ſe, ſed ex dono habeat ius ad gloriam, ſit verum. Adde quod Elipandus potuit deficere in hoc, quod Chriſtus vt homo non ſit filius Dei naturalis, Sed quod ſecundum deitatem ſit filius naturalis. Secundum vero humanitatem adoptiuus: Cum tamen vere, etiam in quantum homo ratione vnionis, nō naturalis generationis, (ſi ſit ho ) naturalis ſit filius Dei. Significatur expreſſe Gloſſa Philip. 2. in illa verba, Dominus noſter Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei Patris, vbi inquit. In quantum homo aſſumpſit nomē Dei, nō per gratiam adoptionis, ſed per gratiam vnionis. Videndus eſt Magiſter hec d. ad finem. Albert. hac d. art. 13 vbi id ipſum docet. Suadet ratio, nā Ioan. 3. per gratiam dedit Pater, vt filij Dei nominemur, & ſimus, ſed homini Chriſto longe aliud magis dedit, quia nulli Angelorum dixit. Filius meus es tu, ſicut dixit homini Chriſto, igitur modo expoſito ratione vnionis, ille homo & Deus erat, & naturalis filius Dei qui in hunc mundum venit. Tunc bene obiicit Concilium contra Elipandum, quod diuidat Chriſtum in duos filios, puta naturalem, & adoptiuum, volens quod ille homo dicatur filius naturalis, nullo modo adoptiuus. Certe in hoc videtur Elipandum erraſſe. Quod hęc ſit mens Concilij probatur ex eadem epiſtola ad Epiſcopos Hiſpaniæ, vbi Concilium obiicit ſibi ex parte Elipandi Cur times adoptiuum Chriſtum Dominū nominare? (ergo de denominatione, & communicatione idiomatum erat quæſtio cum Elipādo) Dico tibi, quia nec Apoſtoli eum ſic nominarunt, nec Sancta Dei Eccleſia Catholica conſuetudinem habuit ſic eum nominandi: imo nec credere eum adoptiuum, ſed proprium filium Ac ſi aliter diceret Concilium Cum Elipando non eſt controuerſia de filiatione diuina, ſicut cū Neſtorio, ſed de hominis Chriſti nuncupatione, & appellatione. Et tunc docet Conciliū, quod ille homo Chriſtus non ſit nominādus adoptiuus. ſed naturalis filius. Poſtea iterum, Tu vero quiſquis es, qui Chriſtum prædicas adoptiuum, vnde tibi iſte ſenſus veniſſet voluiſſem ſcire? Patriarchæ neſcierunt. Tractatores hoc nomen tacuerunt. Doctores fidei noſtræ non docuerūt. Fauet Hilarius 6. de Trinitate prope finem vbi adducens illa verba Rom. 8. Qui proprio filio nō pepercit, inquit Nunquid nam, etiam nunc, adoptionis ergo erit nuncupatio, in quo proprietas eſt nomen. Ac ſi diceret, cum vnione diuinæ filiationis non ſtat nūcupatio filij adoptiui, ſed ille idem homo, qui paſſus & crucifixus. qui in hunc mundum venit, & cui Pater nō pepercit. filius Dei naturalis nuncupandus eſt ratione vnionis. Fauet Aug. libro contra Secundinum Manichæum c. 5. dicens. Lege Scripturas, nunquam inuenies de Chriſto dictum, quod ſit filius adoptiuus Dei. Ad idem eſt Ambroſius Rom. 1. Qui prædeſtinatus eſt filius Dei. Cuncta vnico verbo docet Concilium Francofordienſe prædicta epiſtola ad Epiſcopos Hiſpaniæ dicens. Vnitas perſonæ, quæ eſt in Dei filio, & filio Virginis, adoptionis tollit iniuriam. Hæc verba in finem reſeruaui, quia omnis controuerſiæ ſunt finis. Hic inſinuatur ratio, quare ille homo ſit filius Dei, & quare non eſt adoptiuus. Quare qui ponit eſſe adoptiuum, Cum Neſtorio diuidit Chriſtum. Ergo nullatenus nominādus eſt adoptiuus Chriſtus. Vnde bene Cōcilium tribuit Elipando errorem Neſtorij, qui adoptiuo diſſoluit hanc vnitatem.

Solum poteſt eſſe dubium, circa prædictam cenſuram, an authoritas Cōcilij Francofordienſis, ſit authētica. Huic obiectioni optime occurrit Vazquez. priori diſputatione de adoptione contra Elipandum c. 7. vbi probat Authoritatem Concilij eſſe authenticam. Nam huius Concilij Francofordienſis, damnātis Elipandum, & Fœlicē, meminerunt Sigibertus in ſuo Chronicon ſub anno 79., Regino ſub anno 794. Ado ſub anno 795. Abbas Vſpergenſis in ſuo Chronico ſub anno 795. Annonius, qui fuit centum circiter annos poſt Concilium Francofordienſ. libro 4. de geſtis Francorum c. 84. tres damnationes Elipandi commemorat. Primam factam apud Regnum quę eſt ciuitas metropolis Bauariæ, quæ nunc dicitur Ratiſpona. Ibi enim diligentia Caroli Magni, congregatum fuit Concilium contra Fœlicem, quem Elipandus ſequebatur. Cū Fœlix de ſuo errore conuictus ibi fuiſſet. Romā ad Adrianum iuſſu ipſius Caroli miſſus fuit, vbi coram Pontifice in Eccleſia Sancti Petri illam abiurauit. Et ita ſecūdo ibi fuit damnatus. Et damnatio prima, facta per Cōcilium apud Regnum, fuit per Pontificem approbata. Tertia & vltima damnatio fuit in Concilio Francofurdienſi, vbi ex Germania, & Gallia innumeri interfuere Epiſcopi, imo ex Italia ad fuit Paulinus.) Vnde conijcitur alios ex Italia ad fuiſſe.) Epiſcopus Aquileienſis, qui dicitur ibidam librum Sacroſyllabum ædidiſſe. Ad fuerunt Legati Adriani Pontificis, vt referunt Ado. Theophilactus, & Stephanus. Accedit vltimo, diligentia, & ſolicitudo Laurētij Surij, qui anno Domini 1567. huc Concilium, multis ignotum, in lucem ædidit.

Sed quæris quo pacto eſſet puniendus, qui nunc publice pronunciaret huiuſmodi propoſitionem. Dico ſaluo meliori iudicio quod non eſſet punienda huiuſmodi propoſitio tanquam erronea, in ſenſu quo eam concedit Durand. Quamuis enim ex Concilio Tridentino poſſit quis colligere illic diffinitum eſſe tanquam de fide, habitus eſſe qualitates infuſas: non tamen ſequitur eſſe de fide, nec puniendam tanquam contrariam fidei, oppoſitam ſententiam. Quia dum non conſtat clare, & explicite, poſſum interpretari Cōcilium aliquo ſenſu, qui non ſit contrarius fidei, vt fecit Aragō Secūda ſecūdę Ego tamen poſſum opinari eſſe de fide, quia non poteſt aliter Cōcilium commode explicari. Sed

quæ

quia pœnæ ſunt reſtringendæ, non debet ſic punire damnatos, conſilet clementius. Ad hunc modũ quãuis legẽ Io Cocl. & librum Sacroſyllabũ, quã diligentia potui, conſilet, propoſitionẽ ibi eſſe damnatã. non conſilat omnino in quo ſenſu damnauit Concilium, mitius alſer agendum, cum eo qui illam proferret. Fœlix enim, & Elipandus deprauabant, & falſo citabant loca Sanctorum, & Scripturæ, quod non facit Durand. Hac de cauſa bene in comitiis generalibus Ordinis Prædicatorũ, inſtituit prædictus ſeteris quod erat temeraria, errori proxima.

Ad locum ex libro Sacroſyllabo, dico, quod illa parenthoſis, ſicut illi errando æſtimant, ſolum refertur ad id quod ſequitur, adoptiuus ſit filius, non ad id quod precedit, non duo filii Tunc ſenſus eſt. Ex hoc quod ratione Vnitatis perſonæ in duabus naturis, ſolum eſt Chriſtus vna perſona, dici non poteſt adoptiuus filius, vt Elipandus, & Fœlix falſo exiſtimant. Quia ex ſua opinione ſequi videtur quod ſint duo filii, & duæ perſonę, vt dicebat Neſtorius.

Ad locum ex Concilio Fracofordienſe, ex quo mouentur dicere Elipandum conuenire cum Neſtorio, & vt ſic fuiſſe damnatum, dictum eſt in re non conueniſſe cum Neſtorio, ſed iuſta de cauſa talis error illi tribuitur. quia ex ſignificato illius nominis, aperte ſequitur. Sic enim diſputando cum Catholico qui defendit aliquam propoſitionem falſam, quam ex apparenti ratione exiſtimat eſſe veram, adducimus illũ ad aliquod conſequens hæreticum. Ad hunc modum, blando ac paterno affectu, procedit Concilium cum Elipando, non eum ex communicando, aut anathematizando, ſicut procedit Concilium Tridentinũ contra Lutheranos, ſed potius quaſi diſputando, probando, & ad inconueniens Neſtorii deducendo: Vnde de nouo communico, quod Elipandus non ſentiebat cum Neſtorio in re, ſed in verbis, ex quibus deducitur error Neſtorii. Maxime, quia deprauabat, & falſo citabat loca Sanctorum, & Scripturæ, vt probaret eſſe adoptiuum. Hoc enim illi Concilium tribuit.

Ad vltimum conſtat, quomodo ex impropriis verbis incurratur hæreſis.

*Num Chriſtus dici poſsit filius Trinitatis, & ſui ipſius.*

DVbium hoc ſedem habet apud Authorem 2. arg. & 1. contra. Vbi Author vtrumq. falſum reputat, & inconueniens exiſtimat. Pro parte affirmatiua arguitur ex illo Math. 17. Hic eſt filius meus dilectus in quo mihi bene complacui. Quæ verba ſunt totius Trinitatis. ergo vere Chriſtus dici poteſt filius totius Trinitatis. Colligit Adrianus ex illo verbo cõplacuit. Quod ſignificat conſenſum plurium. Similiter Math. 3. dicitur. Vidit Spiritum Dei deſcendentem ſicut columbam, & venientem ſuper ſe. Et ecce vox de cœlis dicens. Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, Sed Spiritus Sanctus, non deſcendit ſupra diuinitatem, ſed ſupra humanitatem, ergo ad humanitatem verba referuntur.

Secundo. Chriſtus Ioann. 20. dixit ad Diſcipulos ſuos. Aſcendo ad Patrem meum, & patrem veſtrum, Deum meum & Deum veſtrum. Sed nos totam Trinitatem æque habemus Deum & patrem, ergo ſimiliter Chriſtus loquitur de ſe ipſo ſecundum humanitatem, ſecundum quam, totam Trinitatẽ habet Deum. Non tamen dixit, vt notat Adrianus, Patrem noſtrũ. Quia etiam ſecundum humanitatem peculiariter eſt Pater Chriſti, puta naturalis ratione vnionis ſubſtantialis. Non ratione æternæ proceſsionis ſicut eſt paternitas, & filiatio in diuinis.

Contra eſt Hieron. Matth. 3. vbi inquit, Reuelatum fuiſſe myſterium Trinitatis voce Patris, manifeſtatione Filii, & Spiritus Sanctus ſuper illum deſcendentis. Ad idem eſt Aug. 6. de Trinitate cap. 10. poſt mediũ Athanaſius ſermone 4. contra Arrianos non longe a fine Chryſoſt. homil. 12. & 57. in Matthæum. Leo. ſermone de Transfiguratione. Euthymius & Anſelm. ſuper locũ Matth. 3. Videtur expreſſe hoc haberi 2. Petri 1. Accipiens enim a Deo Patre honorem & gloriam voce delapſa ad eum huiuſmodi a magnifica gloria. Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Confirmatur ex Concilio Toletano 11. in confeſſione fidei deſumpta ex Auguſt. in Enchiridion, cap. 38. & 39. & 2. de Trinitate cap. 10. vbi inquit vocem illam Matth. 3. & 17. Hic eſt filius meus dilectus eſſe intelligendam de Patre æterno. Facit etiam Concilium Alexandrinum, vbi quadam epiſtola, quæ eſt 10. apud Cyrill. locum Ioann. 20. modo citatum, explicat de Patre æterno, non de tota Trinitate.

Dubium hoc precedenti deſeruit. Si enim in predictis locis loquitur perſona Patris, & non tota Trinitas poſſet quis dicere, quod illa verba referuntur ad Patrem ſecundum naturam diuinã, & ſic bene ſtat quod Chriſtus ſit adoptiuus ſecũdum humanam naturam. Et ſic non conuincetur non eſſe adoptiuum. Si ſunt totius Trinitatis, magis conſtat quo modo etiam vt homo, non ſit filius adoptiuus, ſed naturalis ratione vnionis. Et hoc contendit Adrianus. Sed tunc viget argumentum Scoti. Ergo eſſet filius ſui ipſius. Quod videtur falſum, & abſurdum.

Dico quod ſunt quædam loca, quæ nullo modo poſſunt explicari de tota Trinitate. Ioann. 15. Cum venerit Paraclytus quẽ ego mittam vobis a Patre Spiritum veritatis, qui a Patre procedit. Hic diſtincte loquitur de perſonis correlatiue ad principiũ vnde procedunt. Secundo dico, quod illa verba ſunt Patris, & totius Trinitatis. Primum probatur, quia eſt ſermo de Filio, qui relatiue dicitur ad Patrem. Secundo, quia Eccleſia communiter orat dicendo. Deus qui, &c Concludendo, Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Tũc ſic, ex appoſitione Filii & Spiritus ſancti ly Deus nomen commune, ſtat pro perſona prima deitatis. ergo ſimiliter cũ correlatiue dicitur Pater & filius. Tertio dico, quod quia in Chriſto eſt aliquid quod reſpicit tota Trinitas nempe humana natura, bene poteſt, vt inquit Adrianus ſupponere pro tota Trinitate. Probatur, apponitur ly complacui. igitur licet ordine quodam, qui inter diuinas perſonas catholice admittitur, intelligatur Pater, ſimul quoque intelliguntur aliæ perſonæ Patris eſt illa vox, faciamus hominem. Sed quia pluraliter loquitur, aliis diuinis perſonis alloquitur ibi æternus Pater: non Angelos, vt volunt Iudæi. Primo quia Angeli non ſunt eiuſdem naturæ cum ipſo Deo, ideo non ſunt tãtæ dignitatis vt ipſos deberet alloqui. Quis conſiliarius eius fuit inquit Iſaias. Secundo quia *Iſai.* in formatione aliarum creaturarum non eſt alloquutus Angelos, ergo nec in creatione hominis. Quod hic fuerit allocutus, ſermo eſt hyperbolicus, vt notat Ambroſ. lib. de dignitate humanæ naturę Gregor. 9. Moralium. Cyrill. lib. 1. contra Iulianum. Niſſenus. Origenes Chriſoſt. Rupertus, & Iulinus. Sed nihilominus explicatur excellentia humanę naturæ. Vltimo probat *Ambroſ.* *Gregor.* *Chriſoſt.*

Chryſoſt.

Chryſoſt. tom. 1. hom. 2. de verbis Iſaiæ. Nam ſi videndo Dominum Deum Sabbahot ſedentem ſuper thronum excelſum & eleuatum velabāt faciem ſuam. non valentes ſuſtinere fulgorem vultus eius etiam non poſſent præſtare conſilium. Si igitur in illo numero plurali loquitur Pater, & alloquitur alias diuinas perſonas, conſequens eſt quod vbi dicitur, Filius meus, in quo mihi bene complacui, loquatur Pater loquendo ſimul de alijs perſonis. Pro hac ſententia facit liber Sacroſyllabus col. 5. vbi loquendo de Filio, & Spiritu Sancto inducit locum Matth. 3. Vox patris intonuit dicens. Hic eſt filius meus dilectus in quo mihi bene complacui. Ergo cum diſtinctè locutus ſuerit de Filio & Spiritu Sancto, ſequitur quod loquitur de prima perſona Patris. Cui ordine quodam placuit. Simulque cum alijs complacuit. Ex hac doctrina colligit Vazquez Libello de adoptione contra Elipandum, quod ſicut recte dicitur: Chriſtus ſecundum diuinitatem, eſt Deus ſui ipſius ſecundum humanitatem, ſic dici poteſt, Chriſtus ſecundum humanitatem, eſt filius naturalis (intellige ratione vnionis) ſui, ſecundum diuinitatem. Et Chriſtus ſecundum humanitatem eſt filius naturalis Verbi. Similiter cōcedi poteſt iſta Chriſtus habet Deum. Sufficit enim diſtinctio, quæ ibi includitur, Sic concedi poteſt, Chriſtus eſt Filius Dei, non ſolum ratione diuinæ perſonæ, ſed ratione vnionis. Notandum autem quod etiam ſi illa loca intelligantur de tota Trinitate, non eſt intelligendum inquit Vazques quod explicite tota Trinitas ſub nominibus diſtinctis perſonarum dicatur Pater Chriſti. Nā tunc Chriſtus diceretur Patris Filius. Et filius Verbi. Et ſic abſolute prolata, denotaretur quod eſſet perſonalis diſtinctio inter Chriſtum, & Verbum, quod eſt error. Ad hoc inconueniens adducit Scotus ſecundo argumento ſed contra dicam. Si diceretur Filius Trinitatis, diceretur etiam filius ſui. Tunc bene arguit Scotus. Abſolute dicitur Filius, & abſolute non dicitur filius ſui, ergo non eſt filius adoptiuus ſicut nos qui dicimur filij adoptiui totius Trinitatis. Hæc eſt vis argumenti.

Ex dictis conſtat quod non poſsit dici abſolute ſeruus. Quia diceretur ſeruus ſui ipſius. Docet Cyrill. epiſtola Synodica, quam 3. Synodus Epheſina recepit. Damaſc. lib 3. c. 21. Ratio, quia ſeruus dicit relationem ad Dominum, & denotatur diſtinctio ſuppoſitorum. Legendus S. Thom 3. p. q. 20. art. 2. Quod nō poſsit dici ſeruus conſtanter docet Adrianus Concil. Francof. epiſtola ad Epiſcopos Hiſpaniæ in libro Sacroſyllabo, & ipſo Concilio Francof. Vbi dicuntur plura. Primo quod licet lege antiqua tamquam in vmbra dictus fuerit ſeruus. Iſai. 42. Ecce ſeruus meus Iacob. Zachar. 3. Ecce ſeruum meum orientem: non tamen dicendus eſt in lege noua. Quia nullus vnquam Euangeliſtarum, nemo Apoſtolorum, ſeruum eum commemorat, ſed Dominum, & Saluatorem. Nam in ipſo paſsionis articulo Matt. 26 non dicit Domine ſi fieri poteſt tranſeat a me calix iſte. Sed dixit Pater ſi fieri poteſt. Ergo filius, & Dominus, non ſeruus eſt. Ioann. 13. Domine adauge nobis fidem. Poſt reſurrectionē eſt ſpecialis ratio. Quia data eſt illi poteſtas in cœlo & in terra. Matth. 28. Dominus quidem Ieſus. Marci vltimo. Ioann. 20. dixit Thom. Dominus meus, & Deus meus, Philip. 2. Omnis lingua confiteatur, quia Dominus Ieſus, &c. Pſal. 71 Deus iudicium tuum Regi da Pſal. 109. Dixit Dominus Domino meo. De ſe ipſo explicat Chriſtus Matth. 22.

*Iſai.*
*Zachar.*

Contra Adrianum facit illud Matth. 20. Filius hominis non venit miniſtrari ſed miniſtrare Lucæ 22. Ego in medio veſtrum ſum ſicut qui miniſtrat. Secundo omnis creatura eſt Deo ſubiecta & ſerua, ergo ab humanitate dicetur Chriſtus ſeruus.

Propter prædicta loca multi Sancti, quos optime adducit Xuarez 3 p. q. 20. quos ſequitur S. Thom. ibidem videntur appellare Chriſtum ſeruum, et miniſtrum. Alij vero id negant. Dico quod nullus Sanctorum, vel pauci dicunt Chriſtum ſeruum, ſed accepiſſe formam ſerui. Sic Aug. Ioann. 14. Et hom 39. vbi inquit Dominus noſter etiam in forma ſerui, non ſeruus. Sed in forma ſerui, Dominus fuit. Leo hom. 2. de Natiuitate de Chriſto inquit. Creata eſt forma ſerui, ſine conditione ſeruili. Ergo in obliquo ſolum denotat accepiſſe formam humilem iuxta illud Paul. Exinaniuit ſemetipſum formā ſerui accipiēs. In recto denotat quod abſolute ſit ſeruus habens quandam conditionem vilem, & coactam. Maxime quia in ſacris literis connotat ſeruitutem peccati. Quia qui facit peccatum ſeruus eſt peccati. Et quia huius vocis, ampla ſignificandi latitudo, Chriſto derogat, & ei conuenire non poteſt, falſa videtur iſta Chriſtus eſt ſeruus. Humana Chriſti natura creata eſt. Et in Chriſto aliquid creatum eſſe dicimus. Sed Chriſtum creaturam eſſe negamus. Quia denotatur, quod primum Chriſti eſſe, vel totum eſſe eius creatum ſit. Quod eſt falſum, hac enim ratione Damaſc. libro 3 c. 21. & prædictum Concil. Francofordienſe, negat Chriſtum eſſe ſeruum. Secundo dico quod cum in ſacris literis dicitur ſeruus, idem eſt quod humilis. Sic prædictum Concil. Francoford. Facit ad hoc quod vbi Iſai. 42. dicitur Seruus meus Matth. 12. dicitur, Ecce puer meus. Et ſic habetur in Hebræo. & 70. ſecundum Hieronymum quæſt 2 ad Algaſiam. Confirmatur ex eodem Hieronymo, qui vertens Ecce ſeruus meus, reddens rationem, inquit Nec mirum ſi ſeruus vocetur, factus ex muliere, factus ſub lege, qui cum in forma Dei eſſet, humiliauit ſe, formam ſerui accipiens. Ecce quomodo Hieronymus. qui ſeruū vocat, iuxta Concilium, humilem ſignificat, non ſeruum, carentem dominio.

3. Dico, plus eſſe eum vocare ſeruum. quā ſubditum, miniſtrum, vel minorem. quia vt inquit S. Thom. videtur æqualiter de omnibus titulis ſentire Nam voluntarie efficitur quis ſubditus. Lucæ 2 Erat ſubditus illis. Similiter voluntarie efficitur miniſter. Minor dicit relationem ad maiorem. Ioann. 14. Pater maior me eſt. Cum quo ſtat quod poſsit eſſe Dominus. Vel in alio æqualis. Sed ſeruus denotat nullum habere dominium. In hac negatiua incluſa, eſt falſitas huius propoſitionis.

4. Dico, quod longe falſius & periculoſius eſt, adoptiuum eum vocare. Probatur ex Concilio Francofurdienſi col. 15. vbi dicitur. Adoptiuus ſiquidem nō habet aliam ſignificationem niſi vt Ieſus Chriſtus non ſit proprius filius, intellige Dei. Horrendum ergo poſt hæc verba, eum adoptiuum nominare. De ſeruitute non tam aſſeueranter loquitur Concilium. Ex Sanctis deſumitur differentia. In obliquo enim, & cū determinatione, & ſpecificatione, ſeruum ſcripturæ, & Sancti eum vocant. Adoptiuum vero nunquam. Nec in recto, nec in obliquo. Neque abſolute. nec cum ſpecificatione, aut aliqua determinatione, funditus penitus adoptiuū ſcripturæ nō vocant, Sed naturalem.

Ad argumenta patet ex dictis. Præſtat anguſtia compoſitionis, non poteſt longius ſermonem protrahere.

SOLET

SOLET ETIAM quæri, &c.

## DISTINCTIO II.

Circa II. diſt. in qua Magiſter agit de communicatione idiomatum ad perſonam filii reſpicientiũ & pertinentium ad deffectũ quęruntur tria. Primo, Vtrũ Chriſtus ſit creatura. Secundo. Vtrum Chriſtus ſecundum quod homo ſit creatura. Tertio. Vtrum Chriſtus incepit eſſe.

### QVAESTIO. I.

*Vtrum Chriſtus ſit creatura.*

AD primum arguitur quod ſic. In Chriſto eſt natura humana ſicut diuina, & per cõſequẽs proprietates vtriuſq; naturę ſecũdũ Dam. c. 50. ergo ita dicitur creatura propter vnam naturam ſicut creator propter aliam. *Dam. lib. 3. c. 4.*

2. Præterea. Chriſtus eſt homo, eſt prędicatio inquid ſecũdum illud extra de hæretici. c. cum Chriſtus. Quæro quid prædicat hoc prædicatũ homo: aut aliquid creatum, aut aliquid increatum, ſi increatũ, ergo idẽ formaliter prædicat homo de Chriſto, quod prædicat hoc prædicatum Deus, hoc eſt falſum, quia tunc idem formaliter eſſet dicere Chriſtus eſt homo, & Chriſtus eſt Deus, igitur prædicat aliquid creatum.

3. Præterea. Chriſtus eſt homo, aut ergo creatus, aut increatus. Iſta ſũt immediate oppoſita circa omne ens: ſi ſit homo increatus, eſt homo ęternus, ſi homo creatus propoſitum.

4. Præterea. De quo prædicatur inferius, & ſuperius, ſiue illud ſit ſuperius eſſentiale in eodem genere, ſiue communius extra genus, ſicut de quo dicitur ignis, & corpus, & creatura quæ eſt ſuperius ad omne aliud a Deo vt videtur, ergo de quo dicitur homo de eodem dicitur creatura.

5. Præterea. Chriſtus ratione corporis eſt cõceptus, ergo ratione animæ creatæ eſt creatus. Conſequentia probatur: quia non minus denominatur totum a proprietate partis perfectioris, quam a proprietate partis minus perfectæ.

Sed contra hoc, in litera ſunt authoritates.

2. Item, omnis creatura rationalis eſt filius Dei per adoptionem, vel poteſt eſſe, Chriſtus nõ poteſt eſſe filius adoptiuus ex precedenti. q. ergo non poteſt dici, vel eſſe creatura.

3. Item ſi Chriſtus eſt creatura, & Chriſtus eſt filius Dei, ergo filius Dei eſt creatura: modus arguendi eſt bonus, quia medio exiſtente hoc aliquid, neceſſe eſt extrema coniungi, ergo &c.

4. Præterea, nihil creatũ dicitur de Chriſto. Probo, quia nihil eſt creatum in Chriſto, niſi natura humana, Iſta natura non dicitur de Chriſto, ergo &c.

Reſpondeo. Hic dicitur quod iſta propoſitio, Chriſtus eſt creatura eſt neganda, quia cõmunicatio idiomatum non ſit in his, vbi eſt repugnãtia proprietatis vnius naturæ ad aliam naturam, talis eſt hic quia creatura includit inceptionem eſſe, & ita repugnat ęternitati, quæ eſt proprietas filii Dei. *Bonau. bec. d. ar. 2. q. 1. & q. 3. ad 2.*

Contra non plus repugnat illi naturæ eſſe poſt non eſſe, vel incipere eſſe, quam non eſſe poſt eſſe, vel etiam deſinere eſſe, quia vtrunq; repugnat æternitati. ſed Chriſtus conceditur mortuus, cum tamen mortuum eſſe, dicat non eſſe poſt eſſe: quia nõ viuere poſt viuere, & viuere viuentibus eſt eſſe 2. de anima igitur. *Impug. opin.*

Preterea mortale, & immortale ita opponuntur formaliter ſicut creatum, & increatũ, & tamen ambo dicuntur de Chriſto *Text. com. 7.*

Preterea ita formaliter naturæ creaturæ repugnat eſſe creatorem vel ęternam, ſicut repugnat æterno incipere, ergo eque negabitur Chriſtum eſſe creatorem propter repugnantiam ad vnam naturam, ſicut eſſe creaturam propter repugnantiam ad aliã.

Aliter dicitur quod non ſit communicatio idiomatum in negationibus, neque in his quæ dicunt reſpectum vnius naturæ ad aliam naturam. *Henri. in ſum.*

Primum apparet, quia aliter dicerentur abſolute cõtradictoria de Chriſto quia negatio aliqua conuenit vni naturæ cuius oppoſita affirmatio ineſt naturaliter ratione alterius: puta natura diuina eſt æterna, natura humana nõ eſt ęterna: ſed ſi per hoc Chriſtus diceretur non ęternus: Chriſtus diceretur ęternus, & non æternus, negationes ergo quæ inſunt ratione alterius natu-

ræ,ſcilicet humanę,quia inſunt ſecundum quid puta cum determinatione diſtrahente nō denominant ſimpliciter illud de quo dicuntur.

Similiter ſecundum ſcilicet de dicentibus reſpectum vnius naturæ ad aliam declaratur,nō enim ſi natura humana eſt aſſumpta, dicitur Chriſtus aſſumptus,creatura enim non tãtum includit negationem,ſcilicet non eſſe ante eſſe,ſed includit reſpectũ vnius naturę ad alterã ſicut ad illam a qua accipit eſſe, ergo iſta non dicentur de toto.

Contra ſicut creatura dicit reſpectum vnius naturę ad aliam, vt naturę humanæ ad diuinam. Ita videtur quod creator dicat ecõuerſo reſpectum naturæ diuinæ ad humanam,ergo ſi iſta quę dicunt reſpectum non dicantur de toto, Chriſtus non erit creator. Negatio etiam aliqua poteſt inueniri quæ importetur per hoc nomen quod eſt creator,puta non accipere eſſe poſt non eſſe ab alio,ſicut in hoc nomine creatura, igitur ſicut Chriſtus non dicitur creatura propter negationem incluſam,ita nec dicetur creator propter eandem rationem.

Præterea,Chriſtus eſt minor Patre,hoc conceditur abſolute, vt dicitur Ioann.14. & tamen hoc dicit reſpectum vnius naturę ad aliam, quia non eſt minor Patre, niſi ſecundum naturam humanam,ergo,&c.

*Varro. bac.d.* Aliter dicitur, quod propoſitio eſt ſimpliciter cõcedenda ſi bene intelligatur, negabatur tamen communiter a Sanctis propter hęreſes hereticorum dicentium Chriſtum eſſe puram creaturam, cũ quibus noluerunt ſancti communicare in ſermone. Quod autem abſolute de virtute ſermonis poſsit cõcedi,probatur per Damaſ.c.5.qui dicit quod Chriſtus eſt creatus, & increatus,paſsibilis,& impaſsibilis. Et per eundẽ. c.97.conceditur creatura Dei,& per Aug. de ſermone Domini in monte, voluit eſſe creaturam qui eſt creator. Et Hiero. ſuper Epiſtolam ad Eph.ſuper illud. Ipſius factura ſumus dicit. Multi timore trepidant ne Chriſtum creaturam dicere compellantur, nos autẽ proclamamus non eſſe periculum dicere Chriſtum eſſe creaturam. *Aug.* *Hieron.*

Cui iſta opinio non placet poteſt dicere ipſam eſſe falſam propter iſtam rationem, quia creari dicit quoddã fieri,ita quod vltra fieri addit aliquid & quantum ad reſpectum quem dicit fieri ad cauſam efficientem, & quantum ad illum reſpectum quem dicit ad oppoſitum præcedens.

Quo ad primum fieri reſpicit efficiens in communi,ſed creari propriæ reſpicit primum efficiens, vt immediate producens, ita quod nihil dicitur proprie creari, niſi quod a ſolo primo efficiente, immediate producitur ad eſſe. Quo ad ſecundum fieri dat intelligere oppoſitum præcedens qualecumque,ſiue poſitiuum, ſiue priuatiuum ſed vltra hoc creari proprię ſumptum addit quod oppoſitum immediate præcedẽs ſit contradictorium, puta negatio non in aliquo ſubiecto, ita quod nec priuatio,nec contrarium. *1.diuiſio.*

Hoc modo a creari ſtricte accepto,illud dicitur ſtricte creatura, quod accipit eſſe a primo efficiente immediate, & poſt omnino non eſſe:ſiue poſt purum nihil,& ſic nõ eſſet dubium Chriſtum non eſſe creaturã, quia nec humana natura in Chriſto eſt ſic creatura. ipſa enim non a ſolo primo efficiente immediate producebatur in eſſe,ſed etiam a matre, quæ aliquam cauſalitatem habuit reſpectu eius, neque etiam poſt oppoſitum contradictorium, quod eſt omnino non ens vel nihil, ſed poſt oppoſitũ priuatiue, quãdo ſcilicet materia corporis traſmutabantur a forma ſanguinis, ad formam corporis organici animati. Hoc enim modo ſolummodo Angeli, & anima intellectiua, & gratia, & quædã huiuſmodi, quę de nihilo producuntur a primo efficiente dicuntur creari.

Alio modo generalius accipitur creari prout dicit habitudinem ad primum efficiens, licet non vt immediate producens excludendo omnem cauſam, dicit etiam ordinem ad oppoſitum pręcedens,ſcilicet negationem,ſed non excludendo quod ſit in aliquo ſuſceptiuo. Et a creari hoc modo generalius dicto,dicitur creatura generaliter de omnibus aliis a Deo præter quam de Chriſto,omnia enim alia a primo efficiente recipiunt eſſe, & dicuntur creari, licet etiam ſint effectus aliarum cauſarum non tamen dicuntur aliarum cauſarũ creaturę,quia creatura iſto modo non dicit relationem ad aliquam cauſam ſecundam, accipiunt etiam eſſe ſui primum,poſt non eſſe,ſiue illud ſit nihil,ſiue in aliquo ſuſceptiuo. *2.memb. 1.diuiſionis.*

Eſſe autem primum alicuius dupliciter poteſt intelligi. *2.diuiſio.*

Vel

1. mebrū diuiſionis Vel illud quo totum dicitur primo ens: hoc eſt adequate, ſicut humanitas dicitur primū eſſe corporis organici animati, quia hoc totum eſſe quod conſurgit ex vnione iſtarum partium eſt eſſe adequatū totius.

2. Alio modo eſſe primum alicuius poteſt dici eſſe primæ partis alicuius in illo toto, puta ſi corpus organicum præcederet duratione animationem: primum eſſe hominis hoc modo eſſet eſſe corporis organici: quecunque ergo creatura accipit eſſe primum altero iſtorum duorum modorū poſt non eſſe, vel totale, vel partiale primæ partis: & ideo ſi corpus organicum fuiſſet ab æterno inanimatum, & in tempore animaretur, totus homo diceretur creatura: licet non accepiſſet totū eſſe poſt nō eſſe, quia eſſe alterius partis eſt æternum, ſed primū eſſe totale. Chriſtus autē nullomodo accipit primū eſſe ſui poſt non eſſe, quia neq; primū eſſe totale ꝙ reſultaret ex natura diuina & humana, quia nullū tale eſt ſecūdū Damaſ lib.3.c.3. Quia tūc nō manerēt ibi iſte naturę, niſi confuſe, ſed ſicut ſunt duę diſtinctæ naturę, ita duo eſſe diſtincta, neque primū eſſe partiale, vt eſſe Verbi, quia illud eſt ęternum, deficit ergo ſibi habitudo illa quam neceſſario dicit creatura ad oppoſitum pręcedēs quæ eſt quod poſt nō eſſe ſequatur eſſe, vel primū partiale, ſi nullum habet totale, vel eſſe totale ipſius quod creatur, ſic non eſt in propoſito.

*Concluſio Scoti.* *Damaſ.*

Contra iſtam rationem obiicitur ſic: quia quicquid eſt terminus alicuius mutationis poteſt eſſe terminus creationis natura humana in Chriſto quę terminauit generationem poteſt eſſe terminus mutationis generaliter dictæ, & per conſequens poteſt eſſe terminus creationis generaliter dictæ, ergo Chriſtus ſecundum quod habet eam eſt creatura, non enim videtur quod creatio plus reſpiciat primitatem eſſe pro termino ſuo quam quecūque alia mutatio pro termino ſuo cū ipſa poſſit habere pro termino ſuo quicquid poteſt alia mutatio habere pro termino ſuo.

Præterea, Chriſtus vere dicitur mortuus quod vere dicit priuationem eſſe, & priuationem primi eſſe, vt videtur, quia non magis vnū oppoſitum ponit acquiſitionē primi eſſe quā aliud priuationē primi eſſe.

Ad primum concedo quòd natura poteſt terminare creationē generaliter dictā & terminauit eā, vt ipſa vere dicatur creatura. Nec tamen propter ipſam Chriſtus dicitur creatura, quia eſſe proprium vel primum huius naturę nō eſt eſſe primū Chriſti, & ideo eſſe primum naturę ſequitur eſſe primū Chriſti, quia eſſe Verbi. Et aliud eſſe primum non poteſt Chriſtus habere. Et cum dicitur quod iſta mutatio, ſcilicet creatio non magis ponit primum eſſe termini acquiri quam aliqua alia mutatio. Dico, quod hoc eſt falſum, quia iſtam ſpecificationem addit creatio vltra alias mutationes, vt ſicut aliquid nō eſſet creatura ſi eſſet tantum a ſecunda cauſa, pro eo quod creari dicit reſpectum ad primum efficiens, & tamen poteſt dici genitum reſpectu cauſe ſecundæ ſimpliciter, licet per generationē acquiratur aliquod eſſe ſimpliciter, ſi tamen illud nō ſit primum eſſe geniti, & etiā primum eſſe geniti non ſequatur non eſſe, tale genitum non dicitur creatura, & ideo non ſequitur, Chriſtus eſt genitus prout prædicatum cōuenit ei ratione naturę humanæ, ergo eſt creatura generaliter niſi gratia materiæ, quia eſſe ſimpliciter terminans generationem ignis, eſt primum eſſe ipſius quod dicitur genitum.

Ad ſecundum dico, quod mortuum nō priuat primum eſſe Chriſti, ſed eſſe ſimpliciter quod eſt viuere, ita & generari dicit acquiſitionem eſſe ſimpliciter, ſed non neceſſario primi eſſe. Vnde vere cōceditur Chriſtus mortuus ſicut genitus temporaliter, non tamen cōceditur annihilatus, quia ſicut non dicitur creatus, ita nō dicitur annihilatus: quod enim opponitur creationi dicit annihilationem primi eſſe.

Ad iſtā concluſionem etiā ponitur alia ratio talis, quia illud de nominatiuū quod natum eſt denominare generaliter multa, puta totum & partem, accidēs & ſubiectū, non denominat totum per partem, neque ſubiectum per accidens, ſicut vnum, quod natum eſt dici de ſubiecto & accidente nō denominat formaliter ſubiectum per accidens, non enim dicitur Sortes vnus vnitate accidentis, vt albedinis, ita quod ſi albedo ſit vna, & Sortes erit vnus, & ſi albedines plures, Sortes plures; quia Sortes eſt tantum vnus. ergo cū hoc quod eſt creatura, natum ſit dici generaliter de entibus tam de ſuppoſito quam de natura, nō denominabit ſuppoſitum ratione naturæ, niſi conueniat ſuppoſito propria denominatione, nullo autem modo conuenit huic ſuppoſito, niſi quia denominat ipſam naturam, & per ipſam non poteſt denomina-

re ſuppoſitum,igitur,&c.

Et per hoc patet quare Chriſtus dicitur genitus temporaliter,& non creatura quia generari denominat naturam, & mediante natura natum eſt denominare ſuppoſitũ, creatura nata eſt denominare vtrumq; propria denominatione,& ita neutrum eſt ibi ratio qua reſpectu alterius.

*Ad 1.* Ad argumenta. Ad primum dico,quod illud quod natum eſt denominare ſuppoſitum ratione nature poteſt dici de iſto ſuppoſito,puta viuere , intelligere,comedere &c. ſed creatura non eſt tale denominatiuum.Exemplũ,homo ſecundum caput dicitur criſpus , non tamen ſecundum caput dicitur triangulatus vel rotundus, quia primum de ominatiuum,natum eſt denominare partem & per illam totum, ſecundum vero non,ita eſſe creatorem natum eſt denominare naturam & ſuppoſitum ratione naturæ,non ſic creatura. Aliter poteſt dici ſecundum primam rationem poſitam ad quęſtionẽ,quod creator nõ dicitur aliquid repugnans nature,vel huic ſuppoſito ſicut creatura, creare enim eſt dare eſſe propria cauſalitate poſt non eſſe,hoc Chriſto non repugnat,creari eſt accipere eſſe primum a primo efficiente poſt non eſſe,hoc Chriſto repugnat.

*Ad 2.* Ad aliud concedo quod homo prædicat aliquid de Chriſto,& illud eſt creatum, & creatura , ita quod de illa natura vere dicitur creatura,ſed nõ ſequitur,quod de Chriſto,ſi enim medium accipitur in maiori in abſtracto,& in minori dicatur de Chriſto in concreto, erunt quatuor termini.

*Ad 3.* Ad aliud poteſt dici quod eſt homo creatus,ita quod ly creatus diſtrahatur ibi per hoc quod eſt homo vt dicatur creatus homo, & tunc non ſequitur,ergo eſt creatura ſed eſt fallacia ſecundum quid & ſimpliciter ſicut homo fortes factus eſt albus,ergo eſt factus. Aliter poteſt dici quod diuiſio eſt inſufficiens,quia licet quodcunque vnũ diuidatur in ſe per alterũ iſtorum , non tamen quod in ſe implicat duo ſcilicet naturam & ſuppoſitum , quia ratione naturæ repugnat ſibi vnum , & ratione ſuppoſiti repugnat ſibi aliud.

*Ad 4.* Ad aliud dico,quod quecunque quiditas in abſtracto pertinens ad quodcunque genus habet creaturam pro ſuperiori denominatiue , ſicut & hoc quod eſt eſſe effectum,ſed non omne concretum pro ſuperiori, ſed tãtum illud concretum cuius primum eſſe eſt eſſe illius denominatiui,id eſt cuius primum eſſe eſt creatum, ſed eſſe primum Chriſti non eſt creatum nec primum totale,nec primum partiale,ſicut eſſe creaturam non eſt ſupertus ad eſſe album, vt propter hoc dicatur Sortes , eſt creatura, quia albedo eſt creatura,ſed ex alia ratione priori , vnde licet de albedine dicatur creatura,non tamen de albo,ſi album non eſt eſſe primum illius de quo dicitur.

Ad aliud patet quod dicitur genitus,& conceptus, quia iſta nata ſunt denominare totum ratione naturę, ita quod reſpectu iſtorum natura eſt,vt quo reſpectu totius, non ſic autẽ reſpectu huius prędicati quod eſt eſſe creatura oportet enim quod propria denominatione diceretur de ſuppoſito alio ab illa qua dicitur de natura,aut ſaltem competeret ſuppoſito ratione primi eſſe eius. *Ad 5.*

### *Super Diſt. II. Quæſt. I.*

AVTHOR in litera tria principaliter facit. Primo recitat opinionem dicentium iſtam propoſitionem eſſe falſam. Secundo recitat opinionem dicentium eſſe veram,negari tamen a Sanctis ne viderentur conuenire cum hæreticis. Vltimo loco proprium ponit ſententiam.

Prima opinio eſt D. Bonauent. dicentis quod iſta propoſitio eſt neganda. Quia non contingit Communicatio idiomatũ,quando proprietas vnius naturæ prædicat aliquid quod pugnat cum proprietatibus alterius naturæ. Sed ſic eſt quod creatura dicit inceptionem: inceptio autem pugnat cum æternitate, quæ conuenit cuilibet perſonę,ergo falſe eſt iſta Chriſtus eſt creatura. *Bonau. hac d.ar. 2.q.3.*

Impugnat hanc rationem dicens , quod non plus repugnat Deo incipere eſſe,quã deſinere eſſe. Sed Deus dicitur mortuus quod denotat deſinere eſſe,ergo ſi hoc verificatur de Deo ratione humane naturæ,ergo verificabitur etiam incipere eſſe. Secunda ratio patet. Vltima huius impugnationis truncata eſt, formatur ſic. Sicut repugnat ęterno incipere eſſe formaliter, id eſt eſſe creaturam,ſic creaturæ repugnat formaliter eſſe creatorem. Sed ratione vnionis ad perſonam diuinam, dicitur homo Chriſtus creator,igitur ratione vnionis perſonæ diuinæ ad naturam humanam dicetur creatura.

Alii tenendo eandem concluſionem aliam aſſignant rationem dicentes quod non ſit communicatio idiomatum in negationibus. Nec in his quæ dicunt reſpectũ vnius naturæ ad aliam. Primum probatur. Humanitati conuenit quod non ſit æterna. Naturæ diuinæ cõuenit oppoſitum puta quod ſit æterna,ergo contradictoria verificarentur de eodem Chriſto ſi in negationibus eſſet communicatio idiomatum. Quod non ſit cõmunicatio idiomatum in his quæ dicũt reſpectũ vnius naturæ ad aliam probatur . Natura humana dicitur aſſumpta a perſone diuina,e contra, natura, vel perſona diuina non dicitur aſſumpta,igitur verũ eſt quod non eſt communicatio idiomatum in his quæ dicunt reſpectum. Tunc ſic Sed creatura dicit duos reſpectus vnum ad terminum a quo,nempe ad non eſſe antea , aliũ reſpectum *Henric.*

pectū dicit ad primam cauſam producentē, igitur ſi in his quæ dicunt reſpectum non eſt communicatio idiomatum, Chriſtus non poterit dici creatura, quia denotatur non eſſe antea, & habere aliam cauſam priorem.

Antea primam, ſecundam iſtam rationem impugnat Author, quia ſequeretur quod Chriſtus non poſſet dici creator. Probatur ſequela. Sicut creatura dicit reſpectum naturę humanę ad diuinam, ſic creator dicit reſpectum naturæ diuinæ ad humanam, igitur ſi quæ dicunt reſpectum non dicuntur de toto, falſa erit iſta Chriſtus eſt creator. Sed non eſt falſa, ſed vera, igitur ratio aſſignata nulla eſt. Secundo impugnatur hæc ratio. Quod hoc ſit maius, hoc ſit minus, reſpectum dicit. Sed Chriſtus Dominus Ioann. 14. dicitur minor Patre ratione naturę humanæ, & æqualis ratione naturæ diuinæ, igitur in his quæ dicunt reſpectum, eſt communicatio idiomatum. Ex hac ratione impugnatur prima ratio de negationibus. Creator dicit negationem, puta quod creator ſit a ſe non ab alio. Creatura dicit eſſe quoddam poſitiuū cōnotando, ſi ſic loqui licet, non eſſe æternam, dicit enim non eſſe a ſe ſed ab alio, & ſic dici ordinem ad non eſſe præcedens, igitur ſi quia natura humana non eſt æterna, non dicitur Chriſtus creatura, ſimiliter non diceretur creator, quia ibi includitur illa negatio non eſſendi ab alio, quę pugnat cum affirmatione quæ conuenit naturæ humanæ puta quod in tempore eſt ab alio non a ſe. Sed hoc non obſtante iſte homo Chriſtus dicitur creator, igitur poterit dici creatura.

Circa ſecundum recitat opinionem dicentium poſſe
2. opinio concedi, Chriſtum eſſe creaturam. Probatur authoritati-
Varronis bus Sanctorum qui eam concedunt Alii ideo illam nō
hac d. concedebant, ne viderentur conuenire cum hæreticis,
Opinio qui dicebant eſſe puram creaturam.
Scot. Circa 3. Author ponit propriam ſententiam, quæ conſtat gemina diuiſione bimembri, & quatuor con-
1. diuiſio. cluſionibus. Prima diuiſio. Creatio accipitur dupliciter. Vno modo ſtricte, alio modo large. Creatura ſtricte eſt productum a primo efficiente nullo præſuppoſito ſubiecto. Et ſic includit duas relationes, vnam ad cauſam primam efficientem, quia nihil ſic poteſt creari, niſi a cauſa prima. Aliam relationem dicit ad non eſſe præcedens, ita vt nihil omnino precedat. Creatura large etiā dicit relationem ad primam cauſam, ſed non excludit conſortium alterius cauſę. Similiter relatio quam dicit ad non eſſe præcedens, non eſt negatio contradictoria omnis entis, ſed poteſt præſupponi aliquod ſubiectum, ex quo producatur.

2. diuiſio. Secunda diuiſio. Eſſe primum creaturæ, dicitur dupliciter. Vno modo, illud quo totum primo dicitur habere eſſe. Sic humanitas eſt primum, & adequatum eſſe quod reſultat ex vnione animæ cum corpore. Secundo modo dicitur eſſe primum, eſſe primæ partis. Verbi gratia. Si corpus eſſet per aliquod tempus organicum, ante infuſionem animæ, tunc corpus, eſſet primum eſſe hominis.

Iuxta quatuor membra diuiſionum, eſt numerus concluſionum.

Prima concluſio. Humanitas non poteſt dici creatura ſtricte. Patet, quia non fuit a Deo immediate, ſed mediante matre. Similiter quātum ad terminum, a quo, non fuit producta ex nihilo, ſed ex puriſſimis ſanguinibus Virginis. Stricte enim, ſolum Angeli, anima & gratia cœli & elementa creantur.

2. Concluſio: Large loquendo de creatione humanitas dici poteſt creatura. Patet iſta. Nota quod effectus productus a Deo & cauſa ſecunda ſimul, ſolum reſpectu primæ cauſę, dicitur creatura, quia de ratione creaturæ, eſt dicere relationem ad primam cauſam.

3. Concluſio. Ad hoc quod aliquid dicatur creatura, debet habere eſſe primum aliquo ex omnibus modis, quos diximus in 2. diuiſione.

4. concluſio. Chriſtus non poteſt dici creatura, quia non accipit eſſe primum, aliquo illorum duorum modorum. De primo patet, quia nulla tertia entitas reſultat ex vnione diuinę perſonæ cum natura humana, quod clare probatur ex Damaſceno. Quod non accipiat eſſe prioris partis, probatur, quia eſſe primū Chriſti eſt æternum, puta ipſa diuina perſona Verbi. Poſtea proponit duo argumenta in corpore quæſtionis, quę ſtatim ſoluit.

*Num de ratione creaturæ ſit, quod primum eſſe ius producatur a primo efficienti.*

DVbium hoc ſedem habet apud Authorem concluſione 4. cui correſpondet vltimum principale. Propono ſic. Quia corpus cōpletur & de nouo formatur in vtero, totus homo dicitur conceptus, ergo cum anima creetur, & ſit pars principalis, diceretur homo creatus, quamuis anima non ſit primū eſſe hominis falſum igitur eſt quod de ratione creationis ſit, quod primum eſſe producatur a primo efficienti.

Secundo facit primum ex duobus in corpore quæſtionis. Ad explicationem huius ſciendum quod omne ens aut eſt creator, aut creatura, quia omne ens aut habet eſſe a ſe, aut ab alio. Secundum iſtam conſiderationem omnia excepto Deo dicuntur creatura, non per reſpectum ad agēs particulare, ſed reſpectu primi efficientis, quia vt diximus in ſumma textus proponendo ſententiam Authoris, de ratione creaturæ, eſt dicere relationem ad primum efficiens. (v. g.) Generatur Paulus, illa productio reſpectu Dei dicitur creatio large. Reſpectu cauſæ ſecundæ, non dicitur creatio, ſed generatio. Quia etiam de ratione creationis large, eſt dicere relationem ad primum efficiens, & ad primum eſſe creaturæ, alias quotieſcunque produceretur in nobis aliquod accidēs eſſet noua rei creatio quod non videtur verum. Vnde S. Tho. 1. p. q. 45. art. 4. inquit quod creatio eſt propria ſubſiſtentium. Vltra hoc creatio ſtricte dicit quod totū eſſe rei nullo præſuppoſito ſubiecto producatur a prima cauſa. Hoc modo creatus eſt Angelus, Cœli, elemēta. Creatione large fuit creatus Adam, quia formauit illum Dominus de limo terræ.

Ex dictis ſequitur, quod ſi Deus dediſſet alicui quod ex nullo præſuppoſito ſubiecto produceret aliquid, nō eſſet propriæ, & ſtricte creatio, quia nō eſſet productio a prima cauſa, quamuis eſſet productio primi eſſe, nullo præſuppoſito ſubiecto. Sicut econtra, ſi producatur a prima cauſa præſuppoſito ſubiecto, nō eſt creatio ſtricte, quia vt dictum eſt ad creationem ſtricta requiritur duplex primitas. Scilicet productio totius primi entis, & quod ſit a prima cauſa. Quamuis enim anima Adæ fuerit creata ſicut Angelus, non dicitur homo creari, quia corpus, quod ex limo terræ formatum eſt, pars eſt hominis eſſentialis, ideo totus homo non producitur ex nihilo. Secundo ſequitur quod ſi corpus eſſet ab æterno ſine anima, imo per impoſſibile ſi eſſet increatum, & anima crearetur in tēpore corpori vnita, totus homo ex illa vnione reſultans, diceretur creatus, quia licet non eſſet creatum eſſe primæ partis, nihilominus eſſet creatum primum eſſe totius, & ad creationem ſufficit quod

a primo efficienti producatur primum eſſe vno ex duobus modis ſupra dictis. Hoc corrolarium expreſſe habetur in Authore immediate ante duo argumenta quæ proponit in corpore quæſtionis, cum docet quo dupliciter accipiatur eſſe primum. Tertio ſequitur econuerſo quod ſi anima eſſet ab æterno, & in tempore crearetur corpus, totus homo diceretur creatus, non ſolum ratione eſſe totius, ſicut modo dicebamus in precedenti corrolario, ſed ratione productionis primi eſſe. Corpus enim, & vniuerſaliter quecunque pars materialis eſt primum eſſe cuiuſcunque rei ſubſtantialis, hoc corrolarium nō habetur expreſſe in Authore, ſed colligitur ex 6. concluſione in ſumma text. quæ fundatur in ſecunda diuiſione. Sequitur vltimo quod ſi corpus eſſet ab æterno increatum, & anima crearetur in tempore, ex cuius vnione non reſultaret aliquod totum, ſed totum eſſet quodam aggregatum, non diceretur homo creatus, quia ex ſuppoſitione primum eſſe non creatur. neceſſe totale. quia nullum tale reſultat, ex ſuppoſitione quod nihil eſt aliud niſi aggregatio partium. Dici tamen poſſet factum, aggregatum vel quid ſimile. Diceretur etiã quod haberet aliquid creatum.

Ad argumenta patet dubio ſequenti ſolutione ad 5. & 6.

*Num Chriſtus ſit creatura.*

OMiſsis hæreticis, qui dixerunt Chriſtum eſſe puram creaturam, omnes Catholici conueniunt in hoc, quod in Chriſto ſit vna perſona diuina increata, & vna natura humana creata. Docet Author concluſione 2. & ſolutione ad 1. ex duobus quæ ſunt in corpore quæſtionis, & ſolutione ad 2. principale. Sub opinione eſt, an in proprietate ſermonis poſsit Chriſtus inconcreto dici creatura. Partem affirmatiuam docet Varro. citatus in margine. Docet Gabriel, & Almainus. Sequitur Caietanus 3. p. q. 16. ar. 10. Videtur eſſe S. Tho. ibidẽ quia inquit eſſe negandam ſolum, ne videamur cum hæreticis conuenire. Probatur Chriſtus dominus dicitur creator ratione naturę diuinæ, ergo poteſt dici creatura ratione naturæ humanę, tenet conſequentia, quia ſicut naturæ diuinæ repugnat quod ſit creatura incipiens eſſe poſt non eſſe, ita repugnet naturæ humanæ quod ſit æterna ſine principio. Sed hoc non obſtante dicitur creator, ergo poterit dici creatura. Hoc argumentũ colligitur ex impugnatione S. Bonauent. & cum iſto coincidit primum Authoris.

Gab.
Caiet.

Secundo iſta prædicatio, Chriſtus eſt homo, eſt quidditatiua, vt patet extra de hæreticis c. cum Chriſtus, ſed prędicatum, homo, non prædicat aliquid increatũ, ergo poteſt dici creatura, tenet conſequentia, quia non eſt dare medium. Minor probatur, quia ſi prædicaret aliquid increatum, tunc idem formaliter quod de Chriſto prædicat Deus, prædicaret etiam homo, quod eſt falſum, quia tunc idem formaliter eſſet dicere, Chriſtus eſt homo, & Chriſtus eſt Deus.

3. Chriſtus eſt homo, aut ergo creatus vel increatus, ſi increatus, ergo ab æterno eſt homo, quod eſt falſum. Si creatus habetur intentum quod eſt creatura. Cõſequentia tenet a ſufficienti diuiſione, quæ datur per membra oppoſita inter quæ non datur medium.

4. Chriſtus eſt homo, ergo eſt creatura, tenet conſequentia per regulam cum quipiam de quopiam. Creatura enim eſt tranſcẽdens dictum de omni eo quod ponitur in prædicamento: Chriſtus autẽ ponitur in prædicamẽto, ratione humanæ naturę, ergo dicitur creatura,

5. Chriſtus ratione corporis eſt conceptus, ergo ratione animæ createę erit creatura, conſequentia tenet, quia non minus debet totum denominari a parte nobiliori, quæ eſt anima, quam ab ignobiliori, quæ eſt corpus.

6. Contra rationem quarte concluſionis in qua Author abſoluit quæſtionem ſunt duo argumenta in corpore quæſtionis. Dicitur enim quod non ſit creatura, quia non accipit eſſe primum totale, vel primum partiale. Contra. Creatio non plus reſpicit pro termino eſſe primum, quam quæcunque alia mutatio, ergo ſi natura humana poteſt eſſe terminus mutationis generaliter dictæ, poterit etiam eſſe terminus creationis generaliter dictæ. conſequenter humana natura erit creatura, & ab illa poterit Chriſtus dici creatura.

7. Si Chriſtus non poſſet dici creatura, maxime quia hoc dicit aliquid repugnans diuinæ perſonę, ſed hoc non, quia Chriſtus dicitur mortuus in quo denotatur deſitio, quæ ita repugnat Deo ſicut creatio quæ dicit inceptionem, ergo vel neutrum, vel vtrunque concedi debet.

8. Arguamus ex illo Roman. 1. Factus eſt ei ex ſemine Dauid. Si factus, ergo reſpectu prime cauſę creatus. Hoc ipſum probatur ex pluribus Sanctis, incipiendo a litera Authoris prima ſit Damaſcenus libro 4. c. 10. vbi inquit quod Chriſtus eſt creatus & increatus, paſsibilis & impaſsibilis. Hoc ipſum ex eodem primo argumento principali. Idem ex Aug. de Sermone Domini in monte vbi inquit. Voluit eſſe creatura qui eſt creator. Et quodam ſermone Natiuitatis inquit. Admirabile Sacramentum quo creator voluit eſſe creatura. Idem de fide & Symbolo c. 4. & epiſtola ad Dardanum inquit. Quod ad Verbum attinet, creator eſt Chriſtus, quod ad hominẽ vero creatura eſt Chriſtus. Idem docet Hieronymus epiſtola 2. explicans illa verba. Ipſius factura ſumus, vbi inquit. Multi timore trepidant, ne Chriſtum creaturam dicere compellantur. Nos autem proclamamus non eſſe periculum, Chriſtum eſſe creaturam. † Ad idẽ eſt Leo Papa ſerm. 3. quem allegat S. Tho. 3. p. q. 16. art. 8. vbi inquit. Noua & inaudita conuentio, Deus qui eſt, & qui erat, fit creatura. Idem habetur Concilio Conſtantinopolitano. 6. actione 11. vbi Sophronius oratione quadã, quæ poſtea fuit approbata actione 13. Chriſtum, creatum & increatum appellat. Dicitur enim. † Nos libere pro clamamus non eſſe periculum eum dicere creaturã, quem vermem & non hominem, crucifixum, maledictum tota fiducie profitemur, & natum & conditum. Facit etiam pro hac ſententia communis vſus loquendi; Beatiſsimam enim Virginem, nobiliſsimam inter puras creaturas prædicamus, ad diſtinctionem Chriſti, qui nõ eſt pura creatura, ſed creatura & creator.

Secunda ſententia eſt Authoris hic dicentis quod Chriſtus non eſt creatura. Hanc docet Alexand. 3. p. q. 3. M. 1. Bonau. Durand. Capreol. & Paulud. hac d. Pro hac eſt Auguſt. 1. de Trinitate explicans illud Ioann: Verbũ caro factum eſt. vbi inquit quod Chriſtus nullomodo eſt creatura. Et libro de Agone Chriſtiano vbi inquit. Non ſunt audiendi qui dicunt Chriſtum eſſe creaturã. Idem docet libro 83. quæſt. 67. Ambroſ. 1. de Trinitate c. 6. & lib. 3. de fide ad Gratianum c. 7. Secundo docet hæc opinio quod humanitas Chriſti bene poteſt dici creatura large, non ſtricte. Tunc eſt difficultas quomodo ab humanitate creata nõ denominetur Chriſtus creatura: hoc enim contendit primum argumentũ ex duobus quæ ſunt in corpore quæſtionis. Reſpondet hæc opinio quod improprie bene poteſt concedi. Hoc habet ſo-

Scot.

bet ſolutione ad 3. Proprie vero non conceditur, quia de ratione creationis eſt quod primũ eſſe ſubiecti quod dicitur creatum habeatur per creationem. Primum autẽ eſſe Chriſti vt habetur in ſumma tea. non habetur per creationem. Quare ſubiectum non denominatur ab humanitate creata, oſtẽditur ratione vltima ante ad argumẽta principalia, ſolutione ad 1. & vltimum principale vt ſoluendo argomenta dicemus, ſed ſumma & literæ coordinatio hæc eſt.

*Dur.* *Cano.* Hanc ſententiam, Durandus, quem ſequitur Cano. 12. de locis c. 11. probat ſic. Creatura producitur nullo præſuppoſito ſubiecto, ſed in Chriſto præſuponitur diuina perſona, ergo non poteſt dici creatura. Hæc ratio ad hanc concluſionem nullã eſt, quia ſolum probat nõ eſſe creaturam ſtricte, quod dubium non eſt. Solum eſt *S.Tho.* dubium an dici poſsit creatura large. S. Tho. inquit. Hãc propoſitionem eſſe negandam, ne conueniamus cum hæreticis. Hæc ratio non eſt ſcientifica, ſed religioſa prudenter vitans errorem, non oſtendans ſcientificam cauſam, quare non ſit cõcedenda. Ideo nimirum quod S. Thom. numeretur inter Authores præcedentis ſententiæ, ita vt opinio eius ſit, quod propoſitio ſit vera, & poſsit concedi, debet tamen vitari ne videamur cũ hæreticis conuenire. Meminagnoſcere inſufficientiam rationis S. Thom. probat ea ſecundo argumento ſed cõtra, in principio quæſtionis. *Scot.* Scotus ergo arg ſed contra hanc concluſionem probat tribus rationibus. Primu formatur ſic. Creatura rationalis, vel eſt, vel poteſt eſſe & dici filius Dei per adoptionem. ſed Chriſtus ex præcedenti quæſt. non poteſt eſſe filius Dei adoptiuus ergo non poteſt dici creatura. Secundo ſic. Chriſtus eſt creatura, Chriſtus eſt filius Dei, ergo filius Dei eſt creatura. Modus arguendi eſt optimus, quia medio exiſtenti hoc aliquid, id eſt particulari, neceſſe eſt extrema coniungi. Tunc ſic. Sed filius Dei non eſt creatura, igitur nec Chriſtus eſt creatura, tenet conſequentia, quia ex vero non niſi verum. Si antaui ſequitur conſequens falſum, ſequitur quod etiam antecedens vnde ſequitur ſit falſum. Hoc argumentum, quod in authore eſt ſecundum ſed contra, eſt 4. ratio in Metina. Tertio probatur ſic. In Chriſto nihil eſt creatura niſi natura humana, ſed natura humana non dicitur de Chriſto, ergo Chriſtus nullomodo eſt creatura. Quarto in corpora quæſtionis probetur ſic. Ad creatione requiritur quod primũ eſſe ſubiecti ꝙ dicitur creari, habeatur per creationẽ altero duorũ modorũ quos dubio præcedẽti expoſuimus, ſed nullum tale primum eſſe habetur in Chriſto per creationem, igitur nullomodo eſt creatura. Maior ſupponitur ea dubio præcedenti, conſequentia legitima eſt, minor probatur. Primum eſſe totale reſultans ea partibus vnitis, nõ producitur per creationem, quia tale eſſe reſultat ea partibus vnitis confuſis, aut ſaltim ea partibus quarum vna ſe habet vt materia, altera vt forma, quæ duæ cauſæ ſimul cauſant illud totũ. Sed diuina perſona, & humana non ſunt permixtæ & confuſa, ſed diſtincte, & ſine confuſione manſerunt, nec una ſe habet vt materia, altera, vt forma, igitur nulla tertia entitas, ſeu quodam eſſe totale, quod nunc eſſe primum dicimus, habetur in Chriſto per creationem, ergo ratione huius primi eſſe nõ denominabitur Chriſtus creatura. Quod non producatur primum eſſe primæ partis in Chriſto probatur. Ex duobus extremis quæ in Chriſto inueniuntur vnita, primum eſt ipſa diuina perſona quæ fuit ab æterno, & non ſolum ſecundum eſſe diuina perſona eſt primum eſſe, ſed etiam ſecundum vnionem, prout in tempore in inſtanti incarnationis facta eſt, diuina perſona eſt primum eſſe, quia ipſa eſt quæ dat humanæ naturę ſubſiſtentiam, & humana natura eſt, quæ trahitur ad Verbum, & non Verbum ad humanitatẽ, de quo ſupra d. 7. q. 2. ar. 1. & 3. Igitur nullũ eſſe primum, habetur in Chriſto per creationem, igitur nõ poteſt Chriſtus ab illo eſſe creato quod habet creatura denominari, tenet conſequẽtia ex firmiſsimo principio fundamento, quod creatio dicit productionem primi eſſe a prima cauſa, etſi ſit creatio ſtricte debet produci primum eſſe totale nullo præſuppoſito ſubiecto.

Ex hoc ſequitur contra Vaſſol, quod creatura non *Vaſſol.* poteſt propriæ accipi pro omni eo quod per nouã productionem accipit nouum eſſe, quia ſi aliqua creatura eſſet ab æterno, & in tempora acquireret aliquod accidens in tempore, non diceretur quod in tempore facta fuiſſet creature, quamuis factum fuiſſet illud accidens per creationem large, quia illud eſſe non eſt primum eſſe ſubiecti, ſed ſecundarium, non eſt ſubſtantiale, ſed accidentale, ideo ab illo non denominatur ſubiectum, creatura. Ad hunc modum ab humanitate non poteſt dici Chriſtus creatus propriæ, quia in concreto ſignificatur, quod eſſe primum ipſius Chriſti, habeatur per creationem quod erroneum eſt. Cum vero nomen, non eſt connotatiuum, ſed mere abſolutum ſi aliquid de nouo producitur neceſſe eſt quod illud ſit ſubſtantiale pertinens ad primum eſſe illius vno ex duobus modis prædictis, quia ſi ad ſubſtantiam ſubiecti expectat, ſaltim ex ipſo ſequetur primum eſſe ſubſtantiale totale, quia ex ipſo & alia parte reſultat totum. Si non reſultat, ſignum eſt quod non eſt de ſubſtantia eius, ſed aduenit enti cõpleto ſecundum totum ſuum eſſe ſubſtantiale Chriſtus autem. connotatiuum, vel quaſi connotatiuum nomẽ eſt. Ideo ex vnione diuinæ perſonæ & humanæ naturæ. non reſultat quædam tertia entitas, ſeu quoddam eſſe totale ratione cuius dicatur creature. Nihilominus illa vnio ſubſtantialis eſt. vt d. 1. q. 1. ar. 1. dictum eſt.

Ad primum argumentum reſpondet Author eſſe quędam denominatiua quę denominãtur a parte: a criſpitudine enim quæ eſt in capite totus homo dicitur criſpus, non tamen totus homo dicitur albus ab albedine quæ eſt in dentibus, nec totus homo dicitur rotundus, quamuis caput eius ſit rotundum, ſimiliter non dicitur totus homo triãgulatus, quamuis haberet caput triãgularũ. Ratio huius eſt quia criſpitudo non eſt nata ineſſe homini, niſi in capite. Si ibi inſit totus homo dicitur criſpus. Albedo nata eſt in eſſe in toto hominis corpore, ideo ſi ſolum ſit in dentibus, totus homo non denominatur albus. Ad hunc modum, hoc quod eſt eſſe creaturam, natum eſt denominare naturam & ſuppoſitum, ideo niſi ipſum ſuppoſitum, aut eliquod primum eſſe ipſius habeatur per creationem, non denominabitur creatura ab eſſe creato ipſius naturæ. Applicando hanc doctrinam ad propoſitum dicimus quod creator natum eſt denominare naturam & ſuppoſitum ratione naturæ, non ſic creatura. Creator enim dicit primum eſſe primi efficientis, & cũ hoc eſſe in Chriſto inuenietur, non obſtante quod humana natura non creet, poteſt dici Chriſtus creator, quia illud primum eſſe quod creator dicit, non variatur per ſecundum eſſe humanæ naturæ. Creatura vero dicit primum eſſe acceptum a prima cauſa. Ideo ad hoc quod ſuppoſitum in concreto dicatur creatura, requiritur, quod primum eſſe eius habeat eſſe per creationem, & quia primum eſſe Chriſti eſt increatum, non ſufficit eſſe humanæ naturæ denominare illud creaturam. Declarat hoc amplius ſecunda ſolutio, creatura enim nõ re- *2. ſol.*

pugnat

pugnat Chriſto, quia creare eſt dare eſſe prima cauſalitate, quod Chriſto poteſt conuenire. Creari eſt accipere primũ eſſe a primo efficienti, poſt non eſſe, quod Chriſto repugnat, ideo non poteſt denominari creatura ab humanitate creata. Nota quomodo in hac ſecunda ſolutione approbat rationem D. Bonau quam in principio huius quæſtionis impugnauit. Ex quo apparet quod aliquando gratia diſputationis impugnat.

*Nota.*

Ad 2. concedit Author quod homo prædicat de Chriſto aliquid creatum, & quod humana natura poteſt dici creatura. Negat tamen quod Chriſtus poſsit dici creatura. Nec ex aliquo ſillogiſmo poteſt id concludi quia argumentabitur in quatuor terminis, id eſt nullus erit terminus bn ſumptus, vt pote arguendo ſic. Natura humana eſt creatura, Chriſtus eſt homo, ergo Chriſtus eſt creatura Hæc concluſio ſequitur ex præmiſſis, quæ nullum habeat medium, quia in maiori ſumitur natura humana in abſtracto, & in minori ſumitur in concreto. Et hoc conuenit cum 3. argumento ſed contra, vbi probando cõcluſionem dixit. Nihil eſt creatum in Chriſto niſi humana natura, ſed humana natura nõ dicitur de Chriſto. Si enim humana natura diceretur de Chriſto, minor præcedẽtis ſillogiſmi eſſet iſta. Chriſtus eſt humana natura, & tunc ſimul cum maiori, recte ſequeretur ergo Chriſtus eſt creatura. Sed quia in maiori ſumitur in abſtracto, & vt ſic in abſtracto, iuxta 3. argumentum ſed contra, non prædicatur de Chriſto, ſequitur, vt nunc dicitur, quod ſemper arguatur in quatuor terminis Nota ergo quomodo ſibi conueniunt 3. argumentum ſed contra, & ſolutio huius ſecundi.

Ad 3. reſpondet, quod Chriſtus eſt creatus homo. Quando infertur, ergo eſt creatura, negat cõſequentiã, quia eſt fallatia a ſecundum quid ad ſimpliciter. In prima ly creatus diſtrahitur, id eſt minus propriæ & non niſi reſtricte verificatur apponendo creatus homo. In ſecunda accipitur abſolute, ideo denotatur quod ſecundum totum ſuum eſſe ſit creatura. Vt in hac propoſitione, Sortes factus eſt albus, ſolum denotatur quod de nouo acquirat albedinem, ideo non ſequitur, ergo Sortes factus eſt quia denotatur quod fiat ſecundũ ſuum eſſe ſubſtantiale. Ad hunc modum non valet, Chriſtus eſt creatus homo, ergo eſt creatus, quia in ſecunda denotatur quod ſecundum ſuum eſſe primum ſit creatus. Secundo reſpondet quod illa diuiſio eſt bona, quando datur de vno quod eſt in ſe aliquid abſolutum. Tunc enim neceſſe eſt quod quodlibet vnum ſit creatum, vel increatum. Quando vero eſt nomen cõnotatiuum, vel quaſi cõnotatiuum quod in ſe implicat, & includit duo quale eſt nomen Chriſtus continens in ſe naturam, & ſuppoſitum, non eſt neceſſe alterum membrum diuiſionis cum excluſione alterius competere. Sed poteſt dari aliquod vnum, cui ratione vnius repugnet ſibi eſſe creatum. Vnde formaliter loquendo, Chriſtus eſt creatus homo in tempore, iden vt homini repugnat ſibi æternitas increata. Et ratione ſui primi eſſe, repugnat ſibi creatio, quæ eſt productio primi eſſe in tempore a primo efficieti. Conſequenter ſequitur, quod illa diuiſio in connotatiuis quæ includunt duo, non eſt immediate oppoſita. Sed vtrumque membrum poteſt ſubiecto connotatiuo ratione diuerſorum conuenire. Sicut conſtat ex Concilio & authoritatibus Sanctorum ſupra arg. 8. cõmemoratis.

Ad 4. Reſpondet Author, quod licet omne abſtractum habeat creaturam pro ſuperiori, non tamen omne concretum, ſed ſolum illud cuius eſſe primum habetur per creationem.

Ad 5. quod eſt vltimum Authoris patet ex his quæ diximus ſolutione ad 2.

Ad 6. quod eſt primum ex duobus quæ habentur in corpore quæſtionis, negatur antecedens. Quemadmodum enim effectus, non dicitur creatura reſpectu cauſæ primæ, ita non dicitur creatura ratione alicuius eſſe ſecũdi, ſed ratione primi eſſe. Nec eſt aliqua alia ratio, niſi quia creatio vltra alias mutationes addit hanc ſpecificationem, puta quod ſit productio primi eſſe. Quia vero generatio ſolum dicit productionem alicuius eſſe ſimpliciter, recte Chriſtus dicitur genitus & conceptus.

Ad 7. Similiter reſpondetur, quod mors ſolum dicit priuationem alicuius eſſe ſimpliciter, ſicut generatio ſolum eſt productio alicuius eſſe ſubſtantialis. non tamen dicit priuationem primi eſſe, ideo Chriſtus qui nõ dicitur creatura, nec creatus, dicitur conceptus & mortuus. Nullo tamen modo diceretur anihilatus, quamuis nihil humanitatis remaneret, quia hoc dicit defitionem totius eſſe. Similiter non dicitur creatus, quia dicit inceptionem primi eſſe.

*Nota.*

Ad 8. Ex Paulo dico quod Apoſtolus ſtatim addidit ſecundum carnem, quæ modificat, reſtringit, & diſtrahit terminum vt non ſupponat abſolute, & ita propriæ. Sic S. Thom. 3. p. q. 16. art. 8. Per hoc reſpondere poteſt ad Authoritates ſanctorum, & Concilij. Solum enim intendunt ſignificare quod in Chriſto ſit aliquod eſſe creatum ſimul cum increato. De proprietate ſermonis nihil dicunt. Sic Author hic ſolutione ad 3. Non enim valet, factus eſt ſecundum carnem, ergo eſt factus, ergo a fortiori nõ valet, factus eſt ſecundum carnẽ, ergo eſt creatura. Quia ſi non plus, ſaltim nõ minus, requiritur ad creationem quam ad factionem, ergo ſi prima cõſequẽtia nõ valet, multo minus valet vltima.

## QVAESTIO II.

*Vtrum Chriſtus ſecundum quod homo ſit creatura.*

AD 2. Quæſt. ſic proceditur, videtur quod ſit creatura. Quia ſecũdum quod homo eſt aliquid non increatum quia tunc homo prædicaret idem de Chriſto quod Deus quod eſt falſum, ergo prædicat aliquid creatum, ergo eſt creatura.

2. præterea. 5. phy. quod conuenit toti ſecundum partem dicitur de toto, ſicut homo ſanatur, quia thorax ſanatur, ergo cum naturę humanę conueniat eſſe creaturam, hoc dicetur de Chriſto, & maxime cũ determinatione illius naturæ, ergo ſimpliciter dicetur quod Chriſtus eſt creatura ſecũdum quod homo, ſicut ſimpliciter verum eſt dicere quod homo ſanatur ſecundum thoracem. *Text. com. 1.*

Sed contra ſi ſecundum quod homo eſt creatura, ergo ſecundum quod iſte homo, quia nõ eſt alius homo quam iſte homo, ſed ſi ſecundum quod iſte homo eſt creatura.

ra. Probatio cōſequētię, quia de eo quod ſequitur reduplicationem abſolute, poteſt enunciari prædicatū, ſicut ſi homo ſecūdū φ coloratus videtur, coloratū videtur, ergo ſi ſecundum quod iſte homo eſt creatura: vere iſte homo eſt creatura, cōſequēs eſt falſum, quia ſecūdum Dama. 50. c. Iſte puer creauit ſtellas, ergo eſt creator, & ita non eſt creatura.

Præterea, & Chriſtus ſecundum quod homo eſt creatura, igitur ſimpliciter eſt creatura, conſequens eſt falſum ex præcedēti quæſtione, probatio cōſequētię, quia quod enunciatur de ſuppoſito eum reduplicatione ſpeciei, enunciatur de eodē ſimpliciter. Sicut ſi Petrus eſt in quantum homo, ergo Petrus eſt ſimpliciter. Ita in propoſito, igitur, &c.

1. Regula Reſpondeo, dicendo, quod quando propoſitio affirmatiua eſt falſa, ex repugnantia extremorum quæcunque determinatio, vel reduplicatio addita, quæ non tollit repugnantiam eorum, non tollit rationē falſitatis illius. reduplicatio autem proprie ſumpta non diminuit alterū extremum quia eſt determinatio extremi ad extremum, ergo ipſa non verificat aliquam propoſitionem quæ ſine reduplicatione fuit falſa. Tamē ſi addatur alteri extremo vt prędicato, aliquid distrahens ipſum, vt diſtractum non repugnet alteri extremo, ſicut prius repugnauit non diſtractum poteſt propoſitio cum tali determinatione diſtrahente eſſe vera. Et non ſine ea, ſicut ſi albū ſimpliciter repugnet Ethiopi, & propter hoc erit hæc propoſitio falſa. Ethiops eſt albus, & hic Ethiops in quātū homo eſt albus. Addito tamē eo quod eſt ſecundum dentes ad prædicatum per quod diſtrahitur ipſum prædicatū, & tollitur repugnantia eius ad ſubiectum, propoſitio eſt vera quæ tamen ſine additione non fuit vera.

2. Regula.

1. concl. Ad propoſitum, ſi ſecundum quod homo accipiatur proprie reduplicatiue, neutrum eorum diſtrahitur, & ita non tollitur repugnātia ſi qua eſt, & ita nō magis eſt iſta vera, Chriſtus ſecundum quod homo eſt creatura quam iſta: Chriſtus eſt creatura, quia vtrobiq; manet eadem ratio falſitatis. Sed ſi addatur iſta determinatio ſecun-

2. concl. dū quod homo, alteri extremo, puta prędicato, vt diſtrahat ipſum reſpectu ſubiecti, tolleretur illa repugnantia prædicati iā diſtracti ad ſubiectum, quæ fuit prædicati ſimpliciter ſumpti ad ſubiectum, hæc ergo propoſitio accipiendo ly ſecundum quod proprie: vt eſt nota inhærentiæ reduplicationis predicati falſa eſt. Secundum autem quod ſpecificat ſiue diſtrahit ipſum prędicatum, vt notet creationem ſecūdum quid ſic poteſt concedi, quamuis tamen ſit impropria, & exponenda per iſtam, Chriſtus ſecundum humanitatem eſt creatura. Exēplum huius, patet in illo exēplo de Ethiope comparato ad albedinē, quia ſicut iſta eſt falſa. Ethiops eſt albus, ita iſta, Ethiops ſecundum quod habens dentes eſt albus ſecundum quod propoſitio eſt proprie reduplicatiua. Iſta tamen eſt vera, Ethiops eſt albus ſecundum dentes, & hoc ſecundū quod habens dentes, ſi iſtud ſecundum quod, diſtrahat prędicatum, tamen ſic non eſt propria.

Ad argumenta. Ad primum principale dico, concedendo quod eſt aliquid, & poteſt concedi quod eſt aliquid increatum ſecundum quod homo, quia tūc diſtrahitur prædicatum per li ſecundum quod homo ſicut Ethiops eſt albus ſecundum dentes, ſed tunc nō ſequitur ſimpliciter, ergo Chriſtus eſt creatura, ſicut nec alibi, ergo eſt albus, ſed eſt fallacia ſecundum quid & ſimpliciter. Vel dici poteſt quod eſt aliquid increatum quia aliquid non ibi ſtat tantū pro natura, ſed pro denominato illius, ſcilicet naturę: Illud autem aliquid poteſt dici increatum ratione ſuppoſiti quod denominatur a natura. Nec ſequitur quod idē prędicaret homo de Chriſto quod Deus, quia vt Deus prędicaret de ipſo Chriſto eſſe increatum per ſe, & eſſentialiter, homo autem tantum denominatiue.

Ad aliud dico, φ ſi oppoſita poſſunt in eſſe per diuerſas partes, neutrum denominat totum ex vi ſermonis, ſed vtraque eſt falſa, ſicut patet de ſcuto cuius vna medietas eſt alba, & alia medietas eſt nigra, falſum eſt etiam enunciare ſiue album, ſiue nigrum ſimpliciter. Nec phyſ. 5. phyſ. curauit de logica, ſed de ipſa realitate ſecundū quod aliquid dicitur tripliciter moueri. Quando aliquod prędicatum natum eſt ineſſe toti per aliquā partem, quia ſ. licet ſibi pręciſe in eſt. tunc ex hoc quod denominat partem, ſequitur, quod denominat totū, quia denominat ipſum ſicut natum eſt ipſum denominare, quēadmodū viſio nata eſt ineſſe animali pręciſe ſecundū oculos, & ideo ſi ſecundum illos inſit de virtute ſermonis, ineſt toti, ita ſi ſanari natū eſt pręciſe, vel principaliter ineſſe homini ſecun- Ad 2.

ni ſecundum thoracem, hoc eſt ſecundum cor, quod intelligo per thoracem, poteſt ſic dici animal ſanum ſimpliciter, quia thorax eſt ſanus. Si tamē ſecundum aliam partem eque ſit natum ineſſe hor, & oppoſitū ſecundum quod denominat hanc partem nō dicitur ſimpliciter animal ſanum, quia tūc duo oppoſita, poſſunt ſimul enunciari de eodem. Ita ad propoſitum dico, quod ſi creatura non eſt nata enunciari de toto ratione partis niſi forte illius partis, a qua totum habet eſſe primum, vel ratione totalis eſſe totius, & humanitas vel natura humana in Chriſto nō ſit primū eſſe Chriſti, nec eſſe totale eius, non poteſt de Chriſto ratione naturę create enunciari hoc quod eſt creatura, neque ſimpliciter, neq; cum reduplicatione.

Et ſi obiiciatur quod duo oppoſita conceduntur eſſe vera de Chriſto, ſicut mortale, & immortale, paſsibile, & impaſsibile, ergo creator, & creatura.

Dico, quod contraditoria nunquam cōceduntur eſſe vera de Chriſto, ſicut nec de quocunque alio, quia & ſi ratione duarū naturarum oppoſite proprietates affirmatiue dicantur de toto, quia ſufficit ad hoc quod vtraque affirmatiua habeat aliquam cauſam veritatis ſecundum quam poſsit ineſſe ſubiecto, tamen negatiue illarum affirmatiuarum ſimul eidem ineſſe ſimpliciter, eſt impoſsibile. Et ita contradictoria nunquam ſunt ſimul vera, immo ſicut eſt paſsibilis, & impaſsibilis, ita falſum eſt ipſum non eſſe paſsibilem, & ſimiliter ipſum non eſſe impaſsibilem.

*Super Diſtinctio. 11. Quaeſtionis 2.*

QVia reduplicatiua modificat, modificando, propoſitionem falſam, veram reddere ſolet, quaeritur, an cum modificatione ſit vera, quae abſolute & ſimpliciter falſa eſt.

*Diuiſio.* In litera vna tacita eſt diuiſio bimembris. Duplex regula, gemina quę concluſio. Diuiſio tacita eſt. Ly ſecundum accipitur dupliciter. Vno modo proprie, & tunc denotat cauſam inhærentiæ prædicati cum ſubiecto. Alio modo accipitur impropria, quando ſtat ſpecificatiue, & diminutiue, vt extremum ſic diſtractum, & diminutum, non repugnet alteri. Vt cum Ethiopi repugnat albedo abſolute; addendo vero ſecundum dentes, propoſitio quæ erat falſa, iſta nempe, Ethiops, eſt albus, redditur vera, vt ſi dicas Ethiops ſecundum dentes, eſt albus.

*1. regula.* Prima regula. Quotieſcunque propoſitio affirmatiua eſt falſa ex repugnantia terminorum, etiam eſt falſa cum reduplicatione, ſi reduplicatio ſumatur proprie. Probatur hæc regula. Talis propoſitio non poteſt eſſe vera, niſi tollatur repugnantia terminorum, ſed reduplicatio proprie ſumpta, non tollit talem repugnantiā, quia non diminuit, nec mutat aliquē illorum, ergo ſemper talis propoſitio manet falſa.

Secunda regula, Quando reduplicatio eſt impropria, diſtrahens aliquod extremum, propoſitio, quę antea erat falſa ſine reduplicatione, poteſt eſſe vera cum illa, vt patet in illa propoſitione de Ethiope.

Iuxta duas regulas, & duo membra diuiſionis, eſt duplex concluſio. Prima. Sicut iſta eſt falſa. Chriſtus eſt creatura, ita iſta. Chriſtus ſecundum quod homo eſt creatura. Prima hæc, per primam regulā probatur, quia accipiendo ly ſecundum proprie, nihil diminuit. *1. concl.*

Secunda concluſio, iuxta ſecundum membrum diuiſionis, & ſecundam regulam. Accipiendo ly ſecundū improprie, & ſpecificatiue, propoſitio eſt vera, impropria tamen, exponenda per iſtam, Chriſtus ſecundū humanitatem, eſt creatura. *2. concl.*

De hac quæſtione, videndus eſt Caietanus 3. p. q. 16. art. 10. vbi vtranque regulam & concluſionem reiicit, negādo minorem, puta, ſed nulla reduplicatio diminuit. Circa Secundam concluſionem contendit quod ſit vera & propria. Probat ad finem commētarij, quia iſta eſt vera, Sortes in quātum capillatus eſt criſpus. Et iſta ens in quantum ens eſt ſubiectum Metaphiſicæ. Secundo probatur ex frequenti vſu caute loquentium ac dicentium Chriſtum ſecundum quod homo fuit paſſus, crucifixus. Ad hoc dico, Caietanum nihil probare, Primo quia Scotus in prædicta minori, non dixit, quod non poſsit tolli vel diminui prædicta repugnatia. Sed quod non tollitur ſi ſumatur propriæ, contra quod nihil probat Caietanus. Probando primam regulam, & primam concluſionem, oſtendo inſufficientiam impugnationis. Accipiendo reduplicatiuam proprie, non eſt propoſitio vera, niſi ſuæ exponentes ſint veræ. Sed exponentes ſunt falſe, igitur ipſa propoſitio in qua ponitur reduplicatiua. Probatur minor. Iſta Chriſtus ſecundum quod homo eſt creatura, debet exponi per iſtam, Chriſtus eſt creatura, & ratio quare Chriſtus eſt creatura, eſt quia eſt homo. Sed prima exponens eſt falſa, & impugnata quęſtione præcedenti. Similiter cauſalis eſt falſa, quia ratio præciſa, quare Chriſtus ſit creatura, non eſt, quia eſt homo, nam ſi aſſumeret lapidem eſſet creatura, igitur ſumendo reduplicatiuam proprie, nullo modo poteſt propoſitio eſſe vera. *Caiet.*

Ad 2. dubiū dico, quod ille propoſitiones quas adducit Caietanus, non habēt repugnantiam extremorum. Sortes non eſt aptus natus eſſe criſpus, niſi ſecundum capillos. Deberet ergo adducere propoſitiones, quæ ex repugnantia terminorum eſſent falſe.

## QVAESTIO III.

*Vtrum Chriſtus incepit eſſe.*

AD TERTIA quæſt. Sic proceditur, videtur quod ſit vera quia Chriſtus nominat ſuppoſitū duarum naturarum ſecūdum Damaſcen. lib. 3. cap. 3. Sed ſuppoſitum duarum naturarum incepit eſſe, ergo, &c. *Damaſc.*

Præ-

Preterea, quod incepit eſſe ſecundum eſſe ſubſtantiæ, incepit eſſe ſimpliciter, quia eſſe ſubſtantiæ, eſt eſſe ſimpliciter, Chriſtus incepit eſſe ſecundum eſſe humanum, quod eſt eſſe ſubſtantiæ, igitur, &c.

Text. Com. 7. Præterea, quod generatur incepit eſſe ſimpliciter, quia ſecundum Ariſtotel. 5. phyſic. generatio eſt a non eſſe ad eſſe ſimpliciter, Chriſtus generabatur, igitur, &c.

Præterea. Verbum incepit eſſe. Probatio conſequentiæ, quia quando de aliquo dicitur incipere determinatum per aliquod prædicatum, de illo toto dicitur incipere, ſicut ſi Sortes, incipere eſſe albus, Sortes albus incepit eſſe, ergo ſimiliter in propoſito.

Sed contra Ioan. 8. ante quam Abrahã fieret ego ſum, ergo ab æterno, ergo non incepit eſſe.

Dam. lib. 3. c. 4. Item Damaſc. cap. 50. Homo ille fuit ſine principio: ſed inceptio ponit principium, ergo non incepit eſſe.

A. Reſpõdeo, ꝙ hic ſunt duo cõſiderãda. Vnũ ex parte ſubiecti. Aliud ex parte prędicati. Ex parte ſubiecti an totũ ens per accidens poſsit ſtare reſpectu huius prędicati, ratione ſuæ totalitatis, an ratione partis formalis, an præciſſe ratione partis principalis. Sicut ſi Sortes albus dicatur incipere eſſe, vtrum ſubiectum poſsit accipi reſpectu prędicati pro toto ente per accidẽs, an pro ipſa albedine vt ſcilicet totum dicatur incipere quia albedo incipit eſſe in toto, vel ſolum poteſt accipi pro ipſo ſubiecto de quo dicitur albedo.

B. Et quia hęc difficultas non videtur eſſe in ſubiecto reſpectu aliorum prædicatorum, immo videtur eſſe difficultas ex parte prædicati, vt videlicet, an inceptio enuntiata per prædicatum tale, ſignificet inceptionem totius ratione totalitatis ſuæ, vel ratione alterius partis. Si ratione partis, cuius partis? Videtur ꝙ de vi ſermonis, nõ poſsit reſpectu huius prædicati ſubiectum magis arctari quam reſpectu alterius prædicari, quia quod ponitur in vno extremo, non determinat illud quod ponitur in altero extremo. Poſſet autem reſpectu alterius prędicati accipi ſecundum rationem totalitatis ſuæ, ſiue ſecundum rationẽ partis formalis, vt ſicut ſi albedo faceret perſe vnum cum homine, eſſet hęc per ſe primo modo: homo albus eſt coloratus, licet hęc non eſſet per ſe, homo eſt coloratus. Quemadmodum iſta eſt per ſe ſecundo modo, animal rationale eſt riſibile, licet hæc non ſit per ſe aliquo modo animal eſt riſibile. Ita ſi Chriſtus imponatur ad ſignificandum Verbum hominem ſecundum Damaſc. lib. 3. cap. 3. poterit de hoc ſubiecto prędicari aliquid, vel ratione totius, vel ratione partis alicuius. Sicut igitur, ſi Chriſtus ſecundum humanitatem eſt mortuus, Chriſtus eſt mortuus, ita ſi ſecundum humanitatem incepit eſſe Chriſtus, incepit eſſe, ita quod ſi hoc prędicatum poſsit vere enunciari de hoc ſubiecto ratione illius partis ſubiecti, videtur quod ſimpliciter poſsit enuntiari de eo. Punctus controuerſiæ.

D. Reſtat ergo quod totum ſit ex parte prędicati vtrum incipere eſſe, dicat inceptionem ſecũdum primum eſſe eius de quo dicitur, vel ſecundum quodcumque eſſe ſimpliciter illius. Quia ſi primo modo, iſta propoſitio eſt falſa, ſicut & iſta Chriſtus creatur. Si ſecundo modo, cum quodlibet eſſe ſubſtantię ſit eſſe ſimpliciter, & Chriſtus incepit eſſe ſecundum eſſe humanum quod eſt eſſe ſubſtantiæ, Chriſtus incepit eſſe ſimpliciter. Secundum magis videtur eſſe de virtute ſermonis, quia ſicut eſſe ſecundum, enunciat eſſe ſimpliciter, nõ ex vi ſermonis, primum eſſe illius de quo dicitur, ſi ſubiectum habeat plura eſſe ſicut Chriſtus. Ita & incipere, determinatũ per ſecundum eſſe, videtur dicere inceptionẽ in eſſe ſimpliciter, nõ autem in eſſe primo illius ſubiecti. Concluſiones probabiles.

E. Simpliciter ergo de vi ſermonis poſſit concedi, quod Chriſtus ſecũdum quod importat hoc quod eſt Verbum homo, incepit eſſe, hoc eſt habet aliquod eſſe ſimpliciter, quod prius non habuit, licet illud non ſit primum eſſe Chriſti. 1. Concl.

F. Hoc modo etiam poſſet concedi iſta propoſitio. Iſte homo incepit eſſe de ſubiecto demonſtrante ſuppoſitum, non tamẽ nude, quia non in natura diuina, ſed in natura humana verum eſt enuntiare inceptionem ſimpliciter illius ſubiecti, ita quod nõ habeat cõcedi. Filius Dei incepit eſſe, ſicut Chriſtus, vel iſte homo incepit eſſe. quia eſſe humanum, eſt eſſe ſimpliciter Chriſti, vel iſtius hominis, nõ autem eſt eſſe Verbi ſimpliciter, quia licet de Verbo dicat eſſe ſimpliciter quia eſſe ſubſtãtiæ. non tamen eſt eſſe ſimpliciter Verbi, quia reſpectu Verbi eſt eſſe quaſi aduentitium, & quaſi 2. Concl.

eſſe accidentis reſpectu ſubiecti, non autē eſt ita aduentitium eſſe reſpectu Chriſti, vel reſpectu iſtius hominis.

*Obiectio.* Et ſi dicas quod iſte homo non poteſt ſupponere, niſi pro ſuppoſito naturæ diuinę. Dico, quod verum eſt, tamen poteſt ſupponere per illo, vt eſt ſuppoſitum in natura humana, ſicut Sortes albus ſupponit pro ſuppoſito ſubſtantię, tamen vt in albedine exiſtens. Sancti tamen noluerunt cōcedere illam propoſitionem propter hæreticos, qui dixerunt Chriſtum ſimpliciter incipere quantum ad primum eſſe, ponentes eum eſſe puram creaturam. Sed incipere eſſe, non importat hoc quod eſt creatura. *Concl.*

Ad argumēta patet, quia procedunt ſecūdum, quod de Chriſto ratione duarum naturarum dicuntur proprietates vtriuſq; naturæ, & ita ratione naturæ diuinæ & humanæ potuit ſimpliciter incipere, & non incipere eſſe.

*Super Diſt. II. Quæſt. 3.*

Authoe in litera duo facit. Primo præmitit difficultatem quæſtionis Secūdo reſpondet ad quæſitū. Quantum ad primum, inquit, duo hic eſſe conſideranda. Vnum ex parte ſubiecti, aliud ex parte prædicati. Ex parte ſubiecti conſiderandum eſt, an cum ſubiectū eſt ens peraccidens, poſsit ſtare reſpectu huius prædicati, quod eſt incipere eſſe, ratione ſue totalitatis, an ratione partis formalis, vt ſi dicatur. Sortes albus incipit eſſe, an tunc ſubiectum poſsit accipi reſpectu prædicati pro toto ente peraccidens, an pro ipſa albedine, vt ſcilicet totum dicatur incipere, quia albedo incipit eſſe in toto, aut ſolum poſsit accipi pro ipſo ſubiecto, de quo dicitur albedo.

Sed quia hæc difficultas non videtur eſſe in ſubiecto reſpectu aliorum prædicatorum, nam certum eſt, quod cum dico, album diſgregat viſum, diſgregare viſum conuenit ſubiecto ratione partis formalis, quæ eſt albedo. Similiter licet iſta ſit accidentalis, homo eſt albus, tamen iſta, album eſt coloratum eſt per ſe, igitur nō ſemper prædicatū cōuenit ſubiecto ratione partis materialis, ſed ratione partis formalis, quę facit traſire propoſitionem de materia accidentali ad naturalē, & per ſe. Tota difficultas eſt ex parte huius prædicati, quod eſt incipere eſſe. an videlicet incipere eſſe, dicat inceptionem totius eſſe, ſeu primi eſſe, an vero ſufficiat inceptio alicuius eſſe ſimpliciter. At ſi clarius dixiſſet. In hac quęſtione tota difficultas prouenit ex hoc prædicato, incipere eſſe, & conſiſtit in hoc, an ad hoc quod ſubiectum dicatur incipere eſſe, requiratur vt totum eſſe ſubiecti incipiat eſſe denouo, ita vt denotetur quod antea nihil eius fuerit, aut ſaltem requiratur quod primum eius eſſe incipiat, nam quodcunque iſtorum requiratur, certum eſt quod iſta eſt falſa Chriſtus incepit eſſe. Quia nec totum eſſe eius incepit eſſe, nec primū eſſe eius nēpe diuinæ perſonæ. Hac enim ratione diximus quæſtione 1. huius diſt. quod non ſit creatura. Si autem ſufficit quod incipiat eſſe, aliquod eius eſſe ſimpliciter & ſubſtantiale, quod ponitur a parte ſubiecti, tūc iſta erit vera, Chriſtus incepit eſſe, quia aliquod eſſe eius ſimpliciter, puta humanæ naturæ quę eſt eius ſubſtantiale, incepit eſſe. Habetur hęc litera. B.

Prima concluſio. Iſta propoſitio, Chriſtus incepit eſſe abſolute prolata, nulla diſtinctione præmiſſa, ad minus eſt periculoſa errori proxima.

Probatur ex Authore qui non abſolute eam concedit, ſed multis præmiſsis diſtinctionibus. Secundo quia hac ratione noluerunt Sancti eam cōcedere. Ratio aſſignatur in fine quæſtionis.

2. Concluſio. Supponendo quod nomen Chriſtus, eſt nomen diuinæ perſonæ exiſtentis, & perſonantis humanam naturam, quæ in tempore incepit eſſe in diuino ſuppoſito, videtur vera iſta, Chriſtus incepit eſſe. Supponendo vnum, probatur aliud. Supponitur quidē, primum eſſe Chriſti, puta eſſe diuinum non incepiſſe, nam ſi hūc ſenſum faceret. ly incipere eſſe, ſine dubio eſſet falſa. Hoc ſuppoſito probatur ſic. De Chriſto nonſolum prædicantur aliqua ſecundum diuinum ſuppoſitum, ſed ſecundum humanam naturam, igitur ſi ratione humanæ naturæ, de Chriſto prædicatur, quod ſit mortuus, na poteſt prædicari incipere eſſe, tenet conſequentia, quia incipere & deſinere contraria ſunt, & nō videtur maior ratio de vno quam de alio. Hæc ratio habetur in corpore litera C. Secundo probatur litera D. ly eſſe ſecundum adiacens, non prædicat primum eſſe tantum, ſed aliquod eſſe ſimpliciter, id eſt ſubſtantiale, igitur quando nomen poſitum a parte ſubiecti habet plura eſſe, quale eſt nomen Chriſtus, bene poteſt de illo prędicari ly eſſe, conſequenter incipere eſſe, ſi incipiat denouo habere aliquod eſſe ſimpliciter, & ſubſtantiale tale eſt eſſe naturæ humanæ, igitur incepit eſſe. Conſequentia cum minori ſunt manifeſta. Maior probatur 2. & 3. poſitis in principio quæſtionis. Singulariter enim hic procedit Author: probat enim ſuam cōcluſionem non argumentis ſed contra, ſicuti facere ſolet, ſed argumentis poſitis in principio quæſtionis.

3. Concluſio. Simili ratione poteſt concedi iſta. Iſte homo incepit eſſe, vbi prō nomen demonſtret ſuppoſitum, non ſecundum diuinam naturam, ſed ſecundum humanam. Probatur, quia tunc ſolum denotatur quod inceperit eſſe homo, ſed iſta eſt vera. Verbum in tempore cepit eſſe homo, igitur ſi in ſubiecto ponatur aliquid formale cui competat prædicatum, propoſitio erit vera. habetur ad finem quæſt.

*Num iſta Chriſtus incepit eſſe. ſit vera.*

De propoſita quæſtione controuerſia eſt nobis cū D. Tho. & Thomiſtis 3. p. q. 35 ar. 9. vbi communi conſenſu hanc negant. Fundamentum potiſsimum eſt quia in Chriſto vnica tantum eſt diuina perſona. Sed terminus poſitus a parte ſubiecti accipitur materialiter, nō formaliter, ergo nullomodo iſta propoſitio eſt vera. Hoc argumentum habetur in corpore. *D. Tho.*

2. arguit Caietanus ex illo ad Hæbr. vltimo. Ieſus Chriſtus heri hodie. ipſe & in ſecula, ergo ſemper fuit, conſequenter ſecundum Paulum nunquam incepit eſſe. Hac eſt argumentum ſed contra.

3. Arguit Caietanus. Exponentes ſunt falſe, ergo ipſa exponibilis, conſequentia eſt legitima, antecedens probatur. Iſta Chriſtus incepit eſſe. includit iſtā, iſte homo aliquando non fuit. quod eſt contra citatum Paulum. & contra illud Ioann. 8. Antequam Abraham fieret, ego ſum, ergo nullomodo iſta eſt vera. Declaratur vis rationis. Quamuis de Chriſto poſsint dici contraria, puta: æternus & temporalis, non tamen contradictoria, *Caiet.*

æternus & non æternus. quia hæc contradictio deſtruit quod in veritate habetur in Chriſto, & ſic nullomodo talis propoſitio poteſt eſſe vera.

4. Iſta propoſitio eſt damnata ab Vniuerſitate Pariſienſi, vt refert Almaynus in hoc 3 d. 7. q. 1. & cũ appellatum eſſet ad Alexandrum 6. approbauit condemnationem, ergo huiuſmodi propoſitio nullomodo eſt vera.

5. Arguit contra fundamentum & 2. probationem ſecundæ concluſionis in ſumma text. Etiam in accidentibus reperitur veritas de ſecundo Adiacente, nam iſta eſt vera, albedo eſt, ergo cum de aliquo prædicatur, verbum, eſt, non denotatur quod ſit ſubſtãtia vel accidẽs. ſed abſtrahendo ab vtrуque, dico, quod eſt, ergo, cum de Chriſto dico incipit eſſe, non denotator, quod incipiat ſecundum eſſe ſubſtantiale, ſed abſoluta quod ſit. Sed abſolute non incipit eſſe, quia non ſecundũ ſuum eſſe principale, ergo hæc propoſitio, Chriſtus incepit eſſe, falſa eſt.

In hac quæſtione controuerſia inter Catholicos eſt de proprietate ſermonis, an incepiſſe ſecundum humanam naturam, ſufficiat ad hoc quod Chriſtus dicatur incepiſſe. Hoc eſt an prædicatum de ſe hoc quod intẽdimus ſignificet, an vero plus. Nam ſi plus ſignificat, quam nos ſolum velimus ſignificare, quod incepit ſecundum humanam naturam, propoſitio erit impropria, licet in re ſit cõuenientia. Ad hoc ſupponendum, quod cum, incipere eſſe, prædicatur de nomine ſubſtantiuo. denotatur totum eſſe rei. de nouo habere eſſe, & antea non fuiſſe, ut cum dico homo incipit eſſe. Quando vero nomen poſitum aperte ſubiecti, eſt connotatiuum includens in ſe duo nõ oportet quod incipiat eſſe ſecundum ſuum eſſe totale, aut principale. ſed ſufficit quod incipiat ſecundum ſuum eſſe formale, vt cum dico, calidum incipit eſſe, ſolum denotatur quod incipiat eſſe calidum, quamuis ſecundũ ſe antea fuerit, quia facit nunc ſenſum, calidum incipit eſſe in eſſe calidi. Neque eſt contra Authorem litera B. dicentem, ly eſſe, ſecundum adiacens dicere eſſe ſimpliciter, quia illud eſt verum de abſolutis, non de connotatiuis. Sub ſumendum eſt, quod Chriſtus eſt nomen connotatiuum, vel habens ſe admodum connotatiui dicens perſonam diuinam, non abſolute, ſicut Verbum, ſed cum vnione humanæ naturæ. De hoc compoſito diximus ſupra d. 6. Lege Scot. in 4. d. 3. q. 2 art. 3. Neque obſtat quod cõ-

Scot. notatiua conſignificent accidens, & natura humana ſit ſubſtantia, quia hoc prouenit ex hoc quod naturaliter vna perfecta natura ſubſtantialis, non poteſt vniri ſuppoſito. Dato vero quod diuina virtute natura ſubſtãtialis, vnitur diuino ſuppoſito, nomẽ ſignificans vnionem vtriuſque naturæ in vno ſuppoſito, connotatiuũ eſt. Tale eſt nomen Chriſtus.

Secundo, ſciendum quod quamuis de ſe ſupponat pro toto illo compoſito, ſępe tamen ſumitur pro parte principali. Ioann. 8. Antequã Abraham fieret ego ſum.

Ioann. Ioan. 1. Qui poſt me venit ante me factus eſt. Ideſt mihi præpoſitus, & ante poſitus ſecundum Aug. tract. 4.

Aug. ſuper Ioannem. Ambroſ. lib. 3. de fide c. 5. Gregor. hom.

Ambro. 9. in Euang. Quod eſt intelligendum ſecundum vſum rationis in vtero. Ita Magiſter in 3. d. 13 c. 1. Bonauent. in 2. d. 3. ar. 3. q. 2. Matth. 16. nomine omniũ diſcipulorum dicit Petrus. Tu es Chriſtus filius Dei viui Quod ſumatur formaliter pro homine, probatur ex libro ſacro Syllabo ędito in Concilio Francofordienſi, & ab eodẽ Concilio approbato, vbi probando ex hoc loco quod Chriſtus non ſit adoptiuus dicitur. Si abſolute dixiſſet, Tu es filius Dei viui, fingeres forſitam more tuo falſa argumentatione, cum ſecundum diuinitatem, filiũ Dei confeſſus ſit. Sed quoniam cum additamento dixerat. Tu es Chriſtus filius Dei viui, omnium hæreticorum ora fidei ſuo pugno attriuit. Chriſti namque nomen, ab homine quem aſſumpſit accepit, quia vnctus in homine fuit. Ergo de Chriſto prędicari poſſunt, quæ ſunt Dei. & quæ ſunt hominis. Vide ergo quomodo aliquando ſumatur formaliter pro homine, aliquando vero pro ipſa perſona filii Dei. Sic nunc dicimus quod Petrus eſt in cœlo, quia anima quæ eſt pars præcipua Petri eſt in cœlo. Geneſ. 2. dicitur. Formauit

Geneſ. igitur Dominus Deus hominem de limo terræ. Cõſtat autem ſolum formaſſe corpus. Ergo nomine hominis aliquando vna, aliquando alia pars intelligitur. De hoc latius d. 1. q. 1 art. 2. dub. 2. vbi diximus quod nomine carnis intelligitur homo, & etiam nomine animæ, vt ibi omnis caro corruperat viam ſuam. Septuaginta animæ intrauerunt in AEgyptum. Facit hoc maxime ad rem ſuppoſitu quod hæc vnio aſſimilatur vnioni animæ, & corporis.

Sit concluſio. In ſenſu quo Scotus concedit hanc propoſitionem nõ eſt erronea. quia facit hunc ſenſum. Chriſtus habet aliquod eſſe ſubſtantiale quod eſt eſſe ſimpliciter, ſecundum quod antea non erat. Et inter viros doctos ſuppoſitis præmiſſis fundamentis, exiſtimo quod ſit propria, & ſatis defenſabilis.

Bonau. Ab hac ſententia parum diſcrepat Seraphicus Bonauentura hac d. art. 1 q. 2 Durand. d. 12. q. 1. non negãs illam dicit, eſſe æquiuocam & diſtinguendam, ideo quãuis oppoſitam ſententiam ſequatur, tamen non reijcit

Cyrill. iſtam. Pro hac noſtra ſententia facit Cyrill. libro de fide ad Theodoſium prope finem dicens. Cum Verbũ antea non eſſet Chriſtus. in ipſa carnis aſſumptione, dictũ eſt Chriſtus. Vbi manifeſte eſt videre quod nomine Chriſti, non intelligit perſonam Verbi ſecundum ſe. ſed compoſitum ſubſiſtens in duabus naturis. Ex hoc ſic arguere poſſumus. Hoc nomen eſt nouum ab eo quod incapit de nouo, quia vtimur nominibus pro rebus, ergo aliquid incepit eſſe de nouo, ſed non incepit perſona Verbi ſecundum ſe, ſed hoc cõpoſitum includens perſonam cum vnione duarum naturarum, hoc intelligimus nomine Chriſti, ergo Chriſtus incepit eſſe, ita quod hæc vnio duarũ naturarũ & cõpoſitũ quod nomine Chriſti intelligitur in tempore fuerit, quamuis ipſa perſona ſecundum ſe fuerit ab ęterno Nec hoc eſt alienum a ſacris literis, nam ex Ioanne habemus quod Verbum caro factum eſt. ex Paulo ad Galat. 4. habemus

Galat. 4. quod factum eſt in plenitudine temporis. ergo ſi in tẽpore factum eſt, in illo tempore incipit eſſe, nam ſi non incipit eſſe, ab ęterno fuit, ergo myſterium incarnationis ab æterno fuit, & non in plenitudine tẽporis, quod eſt hæreticum concedere. ergo quod aliquid fiat in tẽpore, & quod in eodem tempore non incipiat eſſe, videtur inintelligibile, nam ad hoc fit, vt ſit, & eſſe, eſt terminus factionis. ſed fieri in hoc tempore, eſt nunc eſſe, antea non fuiſſe, illud idem eſſe quod de nouo fit. Sed nomine Chriſti intelligimus perſonam compoſitã ex duabus naturis vnitis, & hæc vnio, & hæc compoſitio, non fuit ſemper, ſed vt futuram antiqui Patres ſperabant, & cum venit plenitudo temporis in tempore facta eſt, & tunc eſſe cæpit. Ambroſius exponens illud

Ambroſ. Iſaiæ 9. Paruulus natus eſt nobis inquit. Nec nunc primum naſcitur qui erat ſemper, & erat in principio, ſed illud quod non erat nobis naſcitur. Hoc eſt puer ex Virgine, corpus ex Maria, ergo ſecundum aliquod eſſe

 non erat

non erat, & in illo eſſe naſcitur. Euthimius exponẽs illud Ioann. 10. Erat lux vera inquit. Tanquam Deus ſemper erat, tanquam homo eſſe cœpit, ergo hæc propoſitio, iſte homo (demonſtrato Chriſto) cœpit eſſe, vera eſt. Fulgentius libro de incarnatione cap. 10. inquit. Verbum incepit eſſe Chriſtus, Verbum tamen manſit in æternũ & caro in ipſo ſumpſit initium. Ac ſi clarius dixiſſet iuxta noſtrum 2. notabile, in quo hæc veritas fundatur, Chriſtus non ſolum ſupponit pro Verbo, ſed pro compoſito ex perſona Verbi & humana natura, & hoc compoſitum, quod dicitur Chriſtus, eſſe cœpit, nã quamuis non cœpit hoc totum totaliter ſecundũ omnem ſuam partem, tamen incepit, compoſitum. Concedit Aug. tractat. 105. in Ioannem dicens. Antequam mundus fieret nec nos eramus, nec ipſe mediator Chriſtus. Vbi nomine Chriſti, non intelligit perſonã Chriſti ſecundum ſe, ſed vt compoſitam. Ideo Angelus de futuro dicebat. Quod enim ex te naſcetur. Quod autem addidit. Vocabitur filius Dei, non eſt contra nos, nam ſolum exponit veritatem myſterij recurrendo ad perſonam huius compoſiti, in quo ſenſu dixit Chriſtus Ioann. 8. Antequam Abraham fieret ego ſum, id eſt ſecundum perſonam. Loquendo vero de toto compoſito dicebat de futuro, vocabis nomen eius Ieſum ergo Ieſus incepit eſſe in ſenſu expoſito. Paul. Rom. 5. Vocat primum Adam formã futuri. Quia reſpectu Adæ erat futurus. Dicendum ergo quod perſona Verbi ante incarnationem non dicebatur Ieſus, ſed Verbum, filius Dei, ergo Ieſus in tempore incepit eſſe ideo Ioann. c. 1. non dixit. In principio erat Ieſus: Ieſus erat apud Deũ. Quæ licet, ſi diceret, propoſitio eſſet vera, non tamen eſſet formalis. Leo Papa epiſtula 5. & ſermone Natiuitatis inquit. Incomprehenſibilis voluit comprehendi, ante tempora manens, eſſe cœpit in tempore. Ecce quomodo nunc loquitur de hoc toto ſecundum vnam naturam, modo ſecundum aliam, & tribuit illi æternitatem ſine inceptione, & inceptionem in tempore, & expreſſe concedit quod incœpit eſſe. Idem docet ſermone 3. Pentecoſtes, vbi dicit Chriſtum eſſe temporalẽ, ſub quo, vt dictum eſt clauditur incœpiſſe. Ex libro Sacro ſyllabo argumentum formatur ſic. Nomẽ Chriſtus, dicitur ab homine quem aſſumpſit, ſed cœpit eſſe homo in tempore, igitur Chriſtus incœpit eſſe, quia eſſe hominis, eſt eſſe ſimpliciter. Cum hoc multum conuenit, vltimum in principio quæſtionis. Hæc concluſio probatur argumentis Authoris. Primum patet. Secũdũ formatur ſic. Chriſtus in tempore fuit genitus, & natus ex Virgine, ergo incepit eſſe, tenet conſequentia, quia ſecundum Ariſt. 5. phyſicorum text. com. 7. generatio eſt productio a non eſſe ad eſſe, & nihil amplius includitur ſub incipere eſſe. Neque hinc probatur quod ſit creatura, quia de ratione creaturæ eſt quod primum eſſe ſubiecti producatur denouo de quo iam ſupra. Hoc eſt quod, vt diximus, inquit Paulus ad Galat. 4. Cum venit plenitudo temporis. Tunc enim proſequendo argumentum Authoris verum eſſet dicere nunc naſcitur, nunc incipit naſci, vel incepit naſci, ergo incepit eſſe. Huic argumento reſpondet Caietanus dicens, quod communiter loquendo verum eſt, quod id quod generatur incipit eſſe, ſed quãdo id quod generatus ſuppoſitaliter præeſt, vt accidit in præſentiarum non habet verum. Sed contra. Suppoſitalis hæc præexiſtentia, non tollit quin generetur, & naſcatur denouo, ſed generari includit eſſe acquirere, ergo qualis eſt generatio, talis eſt aquiſitio eſſe, ergo ſicut nunc generatur, nunc incipit eſſe: generatur denouo ſecundũ eſſe ſimpliciter, igitur incipit eſſe ſimpliciter, licet nõ ſecũdũ eſſe primariũ, vt expoſitum, & præmiſſum eſt ab Authore. Ad idem ſic. De Chriſto dicitur quod ſit mortuus, quia ad mortem non requiritur deſitio totius ſicut ad annihilationem, ergo poteſt dici quod inceperit eſſe, quia non plus requiritur ad vnum, quam ad aliud, eo quod iſta ſunt oppoſita interſe. Cum quo bene ſtat quod aliquod eſſe eius ſit æternum. Hoc ipſum ſic. Chriſtus non dicitur annihilatus, nec ſtricte creatus, quia hæc prædicata conueniunt eſſe primo ſei, igitur cum mori, quod eſt deſinere eſſe, & generari quod eſt incipere eſſe, minus dicãt, ſequitur quod nec deſinere, nec incipere conueniunt primo eſſe Chriſti igitur hoc ceſſante, poterit propoſitio eſſe vera. Ex quo ſequitur, quod ſi humanitas Chriſti annihilata eſſet, non poſſet dici annihilatus Chriſtus quia non deſtuit eſſe, totum eſſe Chriſti, ſi tamen humanitas ſeparatetur a Verbo in ſenſu expoſito quia deſtuit eſſe vnio, diceretur quod Chriſtus deſiuit eſſe, faceret enim hunc ſenſum, deſiuit eſſe illa compoſitio humanitatis cum diuina perſona. Deſiuit Verbum ſubſiſtere in humana natura, vel deſiuit vnio humanitatis ad Verbum. Ratio eſt, quia deſitio, & inceptio, minus dicunt, quam annihilatio, & creatio, quæ dicunt deſitionem & inceptionem totius eſſe, igitur prædicata quæ nihil dicunt contra eſſe diuinæ perſonæ. poſſunt competere Chriſto ratione humanæ naturæ, & hic eſt punctus controuerſiæ. Contra Caietanum dicẽtem, poſſe Chriſtum dici creaturã. fortius poteſt argui, quia creatio includit incipere eſſe, & plus requiritur ad creationem, quam ad inceptionem.

2. Concluſio Etiam concedi poteſt iſta. Iſte homo incepit eſſe. Hæc ſicut in ſumma text. habetur ad finem corporis quæſtionis. Patebit amplius ſoluendo argumenta Caietani.

3. Concluſio. Ratione diuerſarum naturarũ vtrũq; ſimul poteſt concedi, puta quod inceperit eſſe, & quod non inceperit eſſe. Habetur ſolutione ad argumẽta. Hæc exponit fundamentum Authoris oſtendens, quod incipere eſſe non ſit prædicatum conueniẽs præciſe toti compoſito Chriſti ratione totius, ſicut riſibilitas hominis, ſed conuenit toti ratione partis. ſicut criſpitudo ratione capitis, & diſciplinabilis ratione animæ, ideo licet non inceperit ſecundum diuinam, eo quod incepit ſecundum humanam dici poteſt quod inceperit: quæmadmodum dicitur mortalis ratione humanæ naturę, licet ſit immortalis ratione diuinę perſonę. Hoc enim contendit hæc opinio, quã puto exiſtimaſſe probabilem . Thom. cum dixit Et licet eſſet vera, ideſt non eſt improbabilis, Annihilari vero, vel creari neceſſario debent conuenire toti Chriſto ratione totius, & primæ partis.

Vltima concluſio, Quamuis ex præmiſſis fundamẽtis inter viros doctos hæc propoſitio ſit vera, adhoc ea nullomodo in concionibus eſt vtendum. Hanc expreſſe habet S. Thom. loco citato. Scotus in fine corporis quæſtionis. Sed noua ſe mihi offert ratio, nẽpe quod eſſe diuinum Chriſti, eſt principale in Chriſto, & creditu difficilius, quod enim eſſet homo, & videbatur, & nõ eſt difficile creditu. Quod autem eſſet homo Deus, hoc grande miraculum, nouum ſub ſole nouum, igitur dicere quod incepit eſſe, periculoſum eſt de ſe. Secundo quia propoſitio quæ pro aliquo tempore eſt probabilis. & vſitata, proceſſu temporis eſt inutilis, periculoſa & ſine fructu. quamuis non ſit hæretica, vel erronea: talis eſt propoſitio, quod Beata Virgo ſit concepta in originali: vix eſt qui pie audiat, licita tamen eſt, & non peri-

*Euthim.* *Fulg.* *Aug.* *Rom.* *Nota.* *Leo.* *Sacro ſyllabo.* *Scot.* *Caiet.*

periculoſa, ſed quia non pie auditur, ſine fructu eſt. Ad hũc modũ iſta propoſitio poteſt exponi, & tolli eius æquiuocatio, apponendo incepit eſſe homo, ad quid generando textum dubium profert. Incepit eſſe. Sed ſi de facto concionator exponendo miſtios & tempus incarnationis quando Verbum ſumpſit carnem, & caro factum eſt, diſiſſet, tunc fuit Ieſus, tunc incepit eſſe Chriſtus, & ex obliuione nihil plus diceret, contendimus quod non eſſet propoſitio erronea, quia verba præcedentia eſſent expoſitio. Abſolute vero prolata nullomodo eſt tuta.

Ad primum dico, quod in Chriſto ſolum eſt vna perſona, ſed quia cum nomen ſit connotatiuum poteſt prædicatum conuenire ſubiecto ratione ſignificati formalis, ideo iſta poteſt eſſe vera.

*Paul. exponitur.* *Aug.* Ad 2. dico, Paulum oſtendere ibi quid conueniat Chriſto ratione humanæ, & quid ratione diuinæ naturæ, oſtendit hoc eleganter, vt ſolet Aug. tom. 10. ſermone. 7. Natiuitatis dicens. Habet diem qui eſt ante omnem diem, Chriſtus Ieſus heri hodie idem ipſe, & in ſecula. Heri dixit propter mortalitatem, hodie propter æternitatem. Paulus differentius Gregorius Nazianzenus libro 4. Theologiæ ad finem dicens. Ieſus Chriſtus heri, & hodie corporaliter, idem ſpiritualiter in ſecula ſeculorum. Corporaliter idem eſt quod ſecundum humanam naturam. Spiritualiter idem eſt quod ſecundum diuinam, quia Ioann. 4. Spiritus eſt Deus. In Chriſto igitur in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, eſt heri, & hodie ſecundum corpus humanæ naturæ, quia in illa cognouit ſucceſsionem præſentis, & præteriti. Ecce quomodo vtraque temporis differentiam in humana retulit naturam. Secundũ diuinã, ipſe, & in ſæcula. Hãc expoſitionem ſequitur Theodoretus dicens. Heri, & hodie, humanam appellauit naturam: ſæcula autem vocauit diuinitatem. Eundem autem dixit, & hoc eſſe, & illud, quoniam vnus filius vnigenitus, idem & primogenitus. Id eſt, idem Chriſtus qui eſt filius Dei vnigenitus, & filius hominis in multis fratribus primogenitus, ſecundum humanitatem habet heri & hodie. Sed ſecundum diuinitatẽ habet æternitatem, quę cum ſit tota ſimul non habet heri & hodie.

*Greg.* *Theodor.* *Caiet.* Caietanus adducit hunc locum tanquam ſi Paulus voluerit prædicare æternum includendo omnem differentiam temporis, puta heri, hodie & in ſæcula. Sancti volunt quod ratione diuerſarum naturarum cõueniãt ſibi diuerſa prædicata, vt docet Scotus ſoluendo argumenta, & habetur noſtra 3. concluſione. Ergo fauent noſtrę ſententiæ, qui dicimus quod inceperit vt homo, & ſemper fuerit, vt Deus. Hæc ſanctorum expoſitio, licet vera ſit, ſi ipſa verba Pauli conſiderentur, tamen conſiderando Pauli proceſſum, non videtur Pauli menti quadrare. Ipſa ratio, vt frequenter inquit Auguſtinus ſit authoritas, quia ſine ratione ſecundum eundem Sanctum, authoritas nulla eſt, intellige humana. Paulus igitur contendit probare excellentiã Chriſti ad omnes alios. Cõſequenter cõparat Sacerdotiũ Chriſti, & legẽ Euangelicã ad legem veterem, & Sacerdotium antiquum, ideo inquit cap. 1. Cui aliquando Angelorum dixit. Filius meus eſt tu, &c. Cap. 7. inquit. Hic autem eo quod maneat in æternum, ſempiternum habet Sacerdotium accedens per ſemetipſum ad Deum. Commemorando mortem inquit. Hoc enim fecit, ſemel ſeipſum offerẽdo. Cap. 10. Hic autem vnam pro peccatis offerens hoſtiam in ſempiternum ſedet in dextera Dei. Cap 13. cõtinuus atque perpetuus in hac veritate, ſicut ſponſa quę in principio & fine, ſponſum de oſculari deſiderabat, inquit. *Ipſe dixit*, Ioſue 1. Non te deſeram, nec derelinquam. Memento te præpoſitorũ veſtrorum qui vobis locuti ſunt Verbum Dei quorum intuentes exitum conuerſationis imitamini fidem. Ieſus Chriſtus heri & hodie, ipſe & in ſęcula. Hęc Paulus, qui vt credo non loquitur de æternitate diuina ſecundum ſe, ſed de æternitate Sacerdotis eius participata ex æternitate ſuæ diuinæ naturæ. Quod Sacerdotiũ, non habuit heri & hodie, id eſt per breue tẽpus ſicut alii Sacerdotes, ſed habet in ſæcula, id eſt in ſempiternum. Habet expreſſe S. Thom. cap. 7. loco allegato lectione 4. vbi

*S. Thom.* explicans præcedentia verba. Et alii quidem plures facti ſunt Sacerdotes idcirco quod morte prohiberentur permanere, inquit. Sed iſte Sacerdos ſcilicet Chriſtus eſt immortalis. Manet enim in æternum. ſicut Verbum Patris æternum, ex cuius æternitate, redũdat etiam ęternitas in corpus eius, quia Chriſtus reſurgens ex mortuis, iam non moritur. Rom. 6. Quia igitur reſurgendo à mortuis manet in æternum, bene infert Paul. cap. 7. quod habet ſempiternum Sacerdotium. Et cap 10. inquit, quod in ſempiternum ſedet in dextera Dei. Conſonat illud Dan. 7. Poteſtas eius, poteſtas æterna, vbi loquitur de homine Chriſto, quia inquit. Ecce cum nubibus cœli quaſi filius hominis. Quaſi dixit, non quia

*Dan.* vere homo non ſit, ſed quia non ſolum homo, ſed ſimul Deus. Sic Luc. 1. Regni eius non erit finis, id eſt Eccleſia in qua ſempiternum habet Sacerdotium. Chriſti enim regnum, non temporale, ſicut aliorum Regũ, ſed ſpirituale eſt. Quod hoc ipſum contendat Paulus loco a Caietano citato, probo ex S. Thom. qui ibi inquit. Heri id eſt in tempore primitiuorum Apoſtolorũ: Hodie id eſt in tempore iſto. Ipſe & in ſæcula. Matth. vltimo. Ecce ego vobiſcum ſum. Hæc S. Thom. Ac ſi clarius dixiſſet. Paul. probat quod ſemper eſt vobiſcum nunquam nos deſerens, ideo induxit Paul. locum Ioſuę 1. cui Dominus dixit. Non te deſeram. Ita exponit Chryſoſtom. hom. 33. ſuper epiſtolam ad Hæbr. Ex nulla expoſitione ſanctorum, quos viderim, colligitur quod non incepit ſummus ſicut incepit Myſterium Incarnationis, ſic incepit Chriſti Sacerdotium, & ipſe Chriſtus modo expoſito, quia nomine Chriſti, vt conſtat ex libro Sacroſyllabo, hominem vnitum Deo intelligimus.

Ad 3. dico, quod ſicut in via Scoti, iſte Chriſtus incepit eſſe homo, facit hunc ſenſum, incepit habere aliquod eſſe ſimpliciter, quod antea non habebat, ita eius exponentes erunt iſte Chriſtus in hoc inſtanti incipit eſſe ſecundum aliquod eſſe ſimpliciter, & ſecundũ illud eſſe immediate ante hoc non fuit. Ideo licet iſta ſit cauenda, iſte homo aliquando non fuit. Sine dubio admitti poteſt iſta, iſte homo aliquando non fuit homo. Quia iam apparet pro quo ſupponant termini & quid neget negatio. Hãc exponentem clare, & manifeſte cõcedit citatus Ambroſ. Dico etiam quod iſta, Chriſtus incepit eſſe, non æquiualet negatiue neganti aliquid, quod debeat affirmari, vt ſi dicas Chriſtus fuit æternus, Chriſtus non fuit æternus: non enim propoſitio de qua eſt ſermo, equiualet negatiue, quia tunc ædificaret errorem. Sed equiualet contrariæ, id eſt ſecundum aliquod eſſe non eſt æternus: Sicut enim dico æternus & temporalis, mortalis, & immortalis. Nõ enim eſt ſenſus quod eo modo quo eſt mortalis, non ſit mortalis, quia tunc eſſet negatio veritatis. Sed quod ſecundum aliquod eſſe, non ſit mortalis, & ſecũdum aliquod eſſe ſit mortalis. Addendo huic doctrinæ, doctrina ... notabilis, & Aug. dicentis, ante quam mundus fieret, ſit

nos eramus, nec ipſe mediator Chriſtus, conſtat quomodo accipiendo Chriſtum pro principali parte eius erat ab initio & ante ſecula. Accipiendo vero pro toto compoſito, non erat ante incarnationem, ſed in inſtanti incarnationis eſſe cœpit. Hæc doctrina tot Patribus munita eſt turris Dauid, mille clipei pedēt ex ea, omnis armatura fortium non præualebit aduerſus eam.

Ad 4. dico, quod potuit damnari, quia ea verba Arriani ſentientes incepiſſe quod ad omne ſuū eſſe quod eſt erroneum ideo vt not. 3. dictum eſt in aliqua acceptione dicendum eſt, quod Chriſtus fuit ſemper, in alia quod incepit eſſe. Secundo approbari potuit damnatio oppoſitæ propoſitionis tanquā ſecurior & tutior in eo ſenſu quo illā concedit Scotus non videtur poſſe damnari, quia controuerſia logica eſt quæ ad Summum Pontificem non expectat, niſi inde aliquid contra mores aut fidem ſequatur.

Ad vltimum dico, Cuiternum declinare a concreto ad abſtractum, a connotatiuo ad abſolutum, a connotatiuo ſubſtantiali ad accidentale, ly eſt ſecundum adiacens, bene poteſt prædicari de accidente abſoluto, & de cōnotatiuo accidentali. Sed illa prædicatio, ſeu eſſe quod per prædicatum ſignificatur, eſt ſecundum quid: Chriſtus eſt nomen connotatiuum ſubſtantiale, ideo debuit incipere eſſe ſecundum eſſe ſimpliciter, nā ſi Chriſtus inciperet ſentire dolorem falſa eſſet iſta, Chriſtus incipit eſſe. Si ergo nomen poſitum a parte ſubiecti, eſt ſubſtantiuū, ad hoc quod hoc prædicatum, incipere eſſe, poſſit illi conuenire, debet denouo incipere habere aliquod eſſe ſubſtantiale. In ſuper, ratio Authoris debet intelligi ſic. Si aliquid obſtaret quo minus propoſitio eſſet vera, maxime, quia ly eſſe, denotat aliquod eſſe ſimpliciter, ſed ſi hoc requiritur, ſic eſt quod humanitas dicit hoc, quia dicit aliquod eſſe ſubſtantiale, igitur ex hac ratione non deſinet propoſitio eſſe vera. Si tu dicis quod accidentale ſufficit, magis eſt pro nobis. Sed impræſentiarum falſum eſt, vt dixi in prima ſolutione. *Nota.*

## POST PRÆDICTA
### queritur, &c.

## DISTINCTIO 12.

CIRCA iſtam diſt. 12. in qua Magiſter agit de conditionibus naturæ aſſumptæ, queritur vnum.

*Vtrum Chriſtus potuerit peccare.*

AD queſt. ſic proceditur, videtur quod potuerit peccare Ioann. 7. Si dixero quod non noui eū ero ſimilis vobis mendax, ſed potuit dicere: & dixit totam iſtam orationem, ergo potuit dicere partem, ergo potuit dicere non noui Patrem, & mentiri, & per conſequens peccare.

2. Præterea 3. de lib. arb. Melior eſt natura quæ peccare poteſt quam illa quæ peccare non poteſt: ſed Chriſtus aſſumpſit naturam noſtrā optimam in optimo ſui, igitur aſſumpſit eā vt potētem peccare, ergo potuit peccare in iſta natura.

3. Item, quod quis poteſt, ſi vul poteſt ſimpliciter, quia ſecundum Auguſt. de ſpiritu & anima, hoc eſt in poteſtate hominis, vt faciat quod facit, & ſumitur ab Anſelm. ſecundo cur Deus homo, cap. 1. vel 10. ſed Chriſtus potuit peccare ſi voluit, quia velle peccare eſt peccare, ergo potuit illud ſimpliciter, ergo, &c. *Aug.* *Anſelm.*

Sed contra. Si potuit peccare, ergo potuit damnari, cōſequens eſt falſum, ergo & antecedēs. conſequētia eſt manifeſta, quia propter peccatum quilibet damnatur.

2. Item Chriſtus ſemper fuit beatus, ergo non potuit peccare, nec damnari, conſequētia eſt manifeſta quia priuatiua oppoſita non ſimul inſunt magis quam contradictoria, quia ſunt immediate oppoſita circa aptum natum.

Reſpondeo hic ſunt duæ difficultates. Vna quomodo Beatus nō poteſt peccare. Alia quomodo Chriſtus cū eſſet viator potuit habere naturam impeccabilem cum beatis. *D. 49. q. 6.*

Primus articulus pertinet ad quartum librum de hoc ibi.

De ſecundo dico, quod cum Chriſtus in primo inſtanti vnionis eius cum Deo fuit beatus, & beatitudo abſtulit ſibi omnē peccabilitatem vel poſſibilitatē peccādi quæ poteſt auferri per beatitudinē, licet cū hoc diſpēſatiue ſtaret poteſtas merēdi. Plenitudo enim gloriæ qua ipſe fuit coniunctus fini, non minus quā alius beatus (licet potuit mereri) excludit omnem poteſtatē in eo auertēdi a fine ſicut in aliis. Illi tamē qui dicunt quod ex vi vnionis neceſſe fuit naturam vnitam frui, haberēt cōſequēter dicere quod nō ſolum ex plenitudine gloriæ fuit impeccabilis, ſed ex vi vnionis, hoc autem improbatum eſt ſupra. *2. concl.*

Ad primum argumentum dico, quod Chriſtus potuit dicere, & dixit totam illā orationem, & per conſequēs partem eius quia ibi eſt cōſequētia neceſſario, proferēs enim illam conditionalem profert vtrāq; cathegoricam, ſed hoc fuit tantum materialiter dicere. Sed nō potuit dicere, id eſt, aſſerere illam partem, quia hoc nō potuit eſſe, niſi intellectus eius poſſet decipi ſic acquieſceret, vel animi ſignum voluntarie prolatum diſcordare a ſignificato, quorū neutrum poteſt eſſe in perfecte beato, quia vtrunque eſt imperfectionis, vnum mora-

lis,

lis, alterum intellectualis.

Ad ſecundum dico, quod natura quam aſſūpſit erat de ſe poſsibilis peccare, quia non erat beata ex vi vnionis, & habuit lib. arb. ita vertibile ad vtrūlibet: ſed per beatitudinem eſt confirmatum a primo inſtanti, vt ſit in peccabile ſicut beati ſunt impeccabiles.

Ad alterum dico, quod illa maior eſt falſa de virtute ſermonis, quia notat vnam cathegoricam ſequi ad vnam conditionalem quę conditionalis eſt neceſſaria, & cathegorica ſequens eſt contingens, & ex neceſſario non ſequitur contingens, ideo enim illa conditionalis quæ antecedit in conditionali totali eſt neceſſaria, quia antecedēs includit conſequens, velle enim reſpectu huius quod eſt peccare includit poſſe, quia velle non tantū eſt poſſe hoc, ſed agere. Cōſequens autem eſt contingens, quia alicui naturæ conuenit: alicui non. Si tamen iſta maior debeat aliquo modo verificari oportet eam exponere, vt antecedens illius conditionalis totalis, habeat aliquam determinationem ſine qua conſequens non ſequitur ex eo, Et debet illa determinatio eſſe iſta. Quod quis poteſt, ſi vult, & debet vel poteſt, illud velle poteſt ſimpliciter. Sine iſta enim determinatione, non ſequitur conſequens, puta ſi nō poteſt hoc velle niſi ex ſupoſitione impoſsibilis. Quod autem eſt poſsibile ex ſuppoſitione impoſsibilis, non eſt poſsibile ſimpliciter. Sic autē minor eſt falſa, Chriſtus potuit velle peccare, quia ſicut non poteſt peccare, ita nec velle peccare.

*Super Diſt. 12. Quæſt. vnic.*

AVthor in litera duo facit. Primo, duas præmitit difficultates. Secundo ommiſſa vna, abſoluit aliā. Prima difficultas, omnibus Beatis communis eſt. Altera particularis. Communis eſt, quonam pacto Beatus non poteſt peccare. Particularis eſt, quonam pacto iſte Beatus, puta Chriſtus non potuerit peccare. Communis difficultas vniuerſaliter inquirens de omnibus Beatis, ommittitur, & id 4. ſent. deffertur. Particularis difficultas hic diſputatur. Ratio difficultatis eſt, quia Chriſtus ſimul erat viator, igitur difficile apparet oſtēdere, quonā pacto gauderet dono impeccabilitatis, quo fruūtur, & gaudēt alii Beati. Quo ad ſecundum, ratione dubitandi præmiſſa abſoluit ſecundam difficultatē duobus concluſionibus.

Prima Concluſio. Chriſtus Dominus erat impeccabilis ex vi beatitudinis. Probatur. Chriſtus in primo inſtanti fuit Beatus, ergo illa beatitudo dedit illi donū impeccabilitatis quod habent alii Beati, tenet conſequētia, quia licet iuſta Dei diſpenſatione, fuerit viator, & poſſet mereri, tamen quantum ad animam plene coniunctus fuit fini, non minus, quā alii Beati, ergo cū impeccabilitas Beatorum proueniat ex hac perfecta coniūctione cū fine, ſequitur aperte quod eſſet impeccabilis.

Secunda Concluſio. Qui dicunt quod humana natura frueretur Deo ex vi vnionis, conſequēter dicere debent quod ex vi vnionis eſſet impeccabilis. Sed ſicut illud eſt falſum, improbatum d. 2. q. 1. contra Henricum, ſic falſum eſt quod ex vi vnionis ſit impeccabilis.

*Num Chriſtus Dominus ex hypoſtatica vnione impeccabilis fuerit.*

CHriſtū Dominum nullum habuiſſe peccatum certa res eſt de fide tenenda. Habetur Lucæ 1. Quod enim ex te naſcetur Sanctum vocabitur Filius Dei. Proclamat Chriſtus Ioann. 8. Quis ex vobis arguet me de peccato. Clara, & eleuata voce prædicat Paul. 2. Cor. 5. *Ioann. 8.* dicēs. Eū qui non nouerat peccatū, pro nobis pecatum fecit Hebr. 9. Semetipſum obtulit immaculatum Deo. Quia in ore duorum, vel trium ſtat omne Verbum conconat Petrus epiſt. 1. c. 2. dicens. Qui peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius. Nō obſcure colligitur veritas ex illo Ioann. 1. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Suadet ratio, nam qui tollit peccatum, & ſatisfacit pro peccato, debet eſſe gratus abſque peccato innocens, & ſine macula. Hanc rationem tangit Apoſtolus, Hebr. 7. Talis decebat vt eſſet nobis pōtifex, ſanctus, innocens impollutus ſegregatus a peccatoribus, qui non habet neceſsitatē pro ſuis delictis exorare. *Heb. 7.* Iuxta quod in Concilio Epheſino can. 10. Diffinitur Chriſtum obtuliſſe ſacrificium pro peccatis noſtris, non pro ſuis, quia nullum habuit. Idem diffinitur in Concilio Lateranenſi ſub Martino 1. canon. 1. Sunt ad hoc innumere authoritates Sanctorum, quas ſuperuacaneum eſt recenſere iure clara & manifeſta. Conuincitur hic error Iudæorum qui culpabiliter ignorantes Chriſtum, voracem eum dicebāt, atque blaſphemum. Conuincitur quoque error eorum qui dixerunt in Cruce, motus impatientiæ ac deſperationis habuiſſe. Ita refert Lindanus dialogo 2 Oſius lib. 1. de hæreſibus. Fertur quoque Caluinum dixiſſe, quod in horto fuit turbatus, & ſine ſpiritu oraſſe cum dixit. Pater ſi poſsibile *Lindanus.* eſt, tranſeat a me calix iſte Quæ omnia eſſe falſa, cōſtat ex dictis, & prima cōcluſio expoſita manet. Ratio eius eſt, quia erat beatus.

Circa ſecundam concluſionem, controuerſia eſt inter Thomiſtas, & Scotiſtas, an vnio hypoſtatica, huius Impeccabilitatis ſit ratio. Conueniunt in hoc quod de *Controu.* potentia ordinata, non poteſt Deus non coagere ad actus rectos humanitatis, ſicut non poteſt non coagere ad actus Beatorum. Et quod gratia & omnes habitus virtutis ſint conueniens ornamētum humanitatis vnitę. Habet Scotus ſupra d. 2. q. 1. art. 1. ad vltimum. Conſequenter quod eſſet cōtra ſuauem Dei diſpoſitionem, & ſit horridum in Chriſto audire peccatū. Punctus tamē controuerſię eſt, an de ſe repugnet ꝙ ſit in peccato, ita vt per potentiā diuinā, in peccato eſſe nō poſſit, quia repugnat quod Deus permittat hanc humanitatē peccare, quęmadmodum permitit aliorum peccata Partē affirmatiuam tenēt Thomiſtę 3. p. q. 15. Ratio eſt quia ex vi vnionis erat Filius Dei, igitur ex vi vnionis erat gratus. igitur de ſe repugnat quod eſſet in peccato. Secundo docet hæc opinio, quod ſi aſſumeret naturam exiſtentem in peccato, in inſtanti aſſumptionis eſſet Deo grata ex vi vnionis ratione cuius deleretur peccatum. Hæc duo *Metinā.* concedit Metina 3. p. q. 7. art. 1. concluſione 6. vbi hæc obiter pertractat. Diſputat ex propoſito q. 15. art. 1. vbi refert. Capræolū dicentem hac diſt. oppoſitam ſententiam eſſe erroneam, & contra eam non rationibus ſed flammis agendū eſſe. Ratio huius opinionis eſt, quia actiones ſunt ſuppoſitorum, ideo ſi humanitas vnita

 pecca-

peccaret, tale peccatum, & talis actio tribuenda eſſet Verbo & diuino ſuppoſito. Si dixeris cum Durando hac d. q. 2. quod actiones Chriſti intrinſeca, ſolum ſunt humanitatis Verbi autem diuini, ſolum ſunt denominatiue quatenus ſuſtentat humanitatem, dicit illa opinio, quod eſt error aſſerere quod non aliter ſe habeat Verbũ in operibus humanitatis aſſumptæ, quam in operibus alterius humanitatis. Vbi tribuit aliquam ſpecialem actiuitatem & concurſum Verbo reſpectu actionum humanitatis aſſumptæ. In ſuper, cõſequenter loquendo dicit Metina quod eſt error aſſerere, quod non plus agat Filius quam Pater in operationibus humanitatis aſſumptæ. Vt magis ſe explicet inquit. Actiones humanitatis, vt intelligere, velle & ratiocinare in genere cauſæ efficientis eſſe a tota Trinitate quia opera ad extra ſunt indiuiſa. Verbi autẽ diuini ſũt in genere cauſæ formalis. Deniq; fol. 380 inquit, quod Verbũ eſt principale, & præcipuũ principium actionis vitalis humanitatis. Sub fundamẽto hoc includitur illud argumẽtum Actiones ſunt ſuppoſitorum, actiones Chriſti ſunt ſuppoſiti diuini ſummè grati, ergo peccare non potuit. Secundo reducitur illud aliud argumentum. Humanitas erat inſtrumẽtum Verbo coniunctum, ergo omnes actiones humanitatis ſunt tribuendæ Verbo diuino. Hæc & ſimilia argumenta, ſicut ipſa veritas pendẽt ex hoc, an Verbum habeat aliquam ſpecialem actiuitatẽ, & concurſum ſuper actiones humanitatis aſſumptæ. Hoc fundamẽtum infirmum eſt, nam Verbum reſpectu humanitatis non ſe habet vt forma, nec vt pars, alias eſſet quid potentiale, ergo efficientiam quam non habet, vt prima cauſa, non habet vt ſuppoſitum vniens. Sed vt cauſa prima non habet aliquam efficientiam diſtinctã a Patre, ergo nec vt pars huius compoſiti ex vnione humanæ naturæ. Manifeſtatur amplius. Cum Verbum fuit terminus vnionis humanitatis, quod fuit actionis, fuit a tota Trinitate. Quod fuit proprium Verbi, non fuit agere, ergo cum poſtea nõ habuerit alium modum eſſendi, ab illo quẽ habuit in principio, non habet aliam relationem ad Verbum. Sed ille primus modus atque prima relatio, non pertinet ad principium actionis, ſed ad rationem terminationis & ſuſtentationis, ergo nullo modo cum humana natura operatur, habet Verbum ſpecialem actiuitatem & concurſum ſuper illas actiones. Tertio, Impeccabilitas requirit continuationem actus recti, ſed hæc continuatio requirit cauſam efficientem recte elicientem: hæc non poteſt eſſe Verbum, quia eius perſonalitas non eſt actiua, igitur. Si autem actiua eſſet præcipuæ eſſet ab eſſentia, quæ prioritate rationis conuenit Patri qui eam a ſe habet.

*Xuarez.* Hoc fundamento tanquam infirmo iuxta dicta cauſa derelicto, Xuarez 3 p. q. 15 art. 2. diſput. 34. inquit, quod ratio quare Chriſtus non poterat peccare, nõ eſt ſpecialis efficientia quam habeat Verbum, ſed quia Verbum erat vnitum humanæ naturæ, & quando plures naturæ & voluntates eandem perſonam componũt, ad officium ſuperioris voluntatis expectat inferiorem appetitum ſeu voluntatem in officio continere, atque ad id quod honeſtum eſt dirigere. Sicut ipſum myſteriũ ex ſimilitudine vnionis animæ & corporis ſuadetur ita hoc fundamentum. Ratio reprimere debet appetitum cui coniungitur, ſic Verbum ratione vnionis debebat omnem actum inordinatum humanæ naturæ prohiberet. Et quia videtur ponere debitum, & obligationem in Deo, qui ſuperiorem habere non poteſt docte ſatis occurrit huic inconuenienti dicens, non eſſe debitum ex obligatione alicuius legis, quia Deo repugnat legi alicuius ſubijci, ſed eſt debitum bonitatis ſuæ, id eſt prouenit hoc ex bonitate ſua quæ non poteſt declinare a bono, & ab eo quod iuſtum eſt. Hac enim ratione Deus non poteſt mentiri, quia hoc repugnat ſuæ bonitati. Deus enim nec alicui debet, & omnia poteſt, ſed ex ſuæ naturæ perfectione prouenit quod mala non poſsit, & quod promiſſa debeat adimplere: quia hoc ſolum eſt dicere quod Deus non eſt flexibilis ad malum ſed determinatus eſt ad bonum. Et quia operationes humanitatis aſſumptæ, ſunt operationes Dei per vnionem, ad bonitatem Dei in ſenſu expoſito pertinet impedire omnia peccatum eius, ideo nullo honeſto fine poteſt permittere peccatum humanitatis aſſumptæ. Nam Deus aliorũ hominum voluntatem, ſolum reſpicit, vt cauſa vniuerſalis per generalem prouidentiam, reſpectu vero volũtatis Chriſti habet habitudinem proprij ſuppoſiti, ideo peculiari modo illum gubernat, rectitudini & honeſtati eius conſulens. Hæc expoſitio magis accedit ad veritatem, quam melius explicare videtur. Sed tamen coincidit cum Metina, quia eodem nititur fundamento. Nã operationes humanitatis in ipſe libera ſunt, a fortiori Deus libere cõcurrit omni modo libertatis, alias aliquẽ effectũ ad extra neceſſario cauſaret. Secundo hæc operationes ſunt diuini ſuppoſiti non effectiue, quia ſic etiã eſſent totius Trinitatis, ſed tantum terminatiue, quia ſuſtentat naturam: ſed ſuſtentare naturam non variat nec mutat habitudinẽ quam dicit illa operatio ad Deũ ita vt Verbum reſpectu illius habeat ſpecialem rationẽ efficiendi, ergo non plus ex bonitate ſua determinatur ad rectitudinem huius actionis, quam ad rectitudinem actionum aliarum naturarum. Si enim Deus ex imperio ſuo, & motiuo, & iniectione ſua iuberet, & moueret Petrum ad odium ipſius Dei, certe eſſet author illius mali, quia habuit ſpecialem, & moralem efficientiam illius, ideo ex bonitate ſua eſt determinatus Deus ad nõ mãtiẽdũ, & alia huiuſmodi. Sed ex hoc quod humana natura intelligitur ſuppoſitata in Verbo non intelligitur variata ratione principij ipſius Verbi in ordine ad actiones humanitatis, quia ipſum terminare non eſt agere: in ſuper, per terminare nihil reale acquiſiuit Verbum ſed efficientiæ ratio conuenit Verbo ratione principij realis, ergo ſi demus humanam naturam committere actũ obliquum, non intelligimus aliter Deum ad illum concurrere efficienter quam ad actus aliorum hominum, ergo decentia, non neceſsitas eſt, vt ſpecialiter regat, & gubernet hãc humanitatẽ, & regere, & gubernare actio eſt totius Trinitatis, ergo a Trinitate erat q manu teneretur, & nõ peccaret. Reſpondet Xuarez, quod volũtas diuina, ſic cõmunis eſt tribus, q etiã eſt propria cuiuslibet perſonæ, ideo cura regẽde volũtatis aſſũptæ per ſe primo pertinet ad Verbũ, cuius humana natura ſuo modo propria, facta eſt per aſſũptionẽ. Pater autẽ diſcordare non poteſt a Filij voluntate, ideo omnes tres cõcurrunt, ne humana natura peccet. Sed hæc ratio nulla eſt, quia quicquid cõuenit Filio, per prius competit Patri, dempta vnione & terminatione. Et concordia, quæ eſt inter Patrem & Filium, non eſt, quia Pater non poteſt diſcordare a Filio, ſed quia Filius non poteſt diſcordare a Patre. Docuit Chriſtus dicens Ioann. 5. Non poteſt Filius a ſe facere quicquam, niſi quod viderit Patrẽ facientem. Quæcunque enim ille fecerit, hæc & Filius ſimiliter facit. Ioann. 16. Cum autem venerit ille ſpiritus veritatis docebit vos omnem veritatem. Non enim loquetur a ſemetipſo, ſed quæcunque audiet loquetur. Filius enim, & Spiritus ſanctus propria operantur virtute, non aliena, quia ſunt Deus per naturam eandem cum Patre. Sed quia non habent naturam a ſe, ſed a Patre, dicuntur non operari a ſe, ergo potius dicẽdum, quod Filius nõ poteſt diſcordare a Patre, quam quod Pater non poſsit diſcordare a Filio. Quantũ ad ſenſum *Ioann. 5.*

con-

concordiæ, idem omnino eſt. Sed in ratione Theologica multum intereſt, ſic, vel ſic loqui. Pater, & Filius ſimiles ſunt. Sed Filius eſt ad ſimilitudinem Patris, non Pater ad ſimilitudinem Filii. Ideo Filius imago Patris, non Pater Filii. Ratio, quia Filius producitur a Patre, non Pater a Filio. Sub ſumitur minor. Sed velle regere, & gubernare humanitatem aſſumptam, atque ipſum regere, opus eſt Trinitatis, (loquimur de actibus diuinis vt tranſeunt in opus, aliter vnicus eſt actus diuinus) ergo non per prius conuenit Filio, quam Patri. Ergo ratio Xuarez nulla eſt, niſi agnoſcat in Verbo ſpecialem rationem agendi, quæ improbata eſt. Si ergo ſpecialis efficientia non ponitur in Verbo, nec ſpecialis cura debet poni. Nam ratio ſpecialis curæ, ex nullo capite poteſt deſumi, niſi ex vnione. Si Verbum vnitum ſpecialiter non eſt principium actionum humanitatis, nõ ſibi imputabuntur ſi male ſint, ergo non erit illi ſpecialis cura ne male ſint. Prælatis imputatur peccatum ſubditorum, quia illos debent cõtinere in officio, & virtute agendo quod iuſe eſt. Ideo in illis requiritur efficientia, & ipſi debent illos monere, docere, & corrigere. Cum illis imputatur, eſt quia ex defectu curæ ſuæ, cõmittũt illi peccata, ideo ipſi per aliquem modum ſunt cauſa illorum. Si ergo non intelligitur quo pacto Verbum ſpecialius ſit cauſa, quam Pater, non apparet quare cura regende volũtatis aſſumptæ, per ſe primo conueniat Verbo, ideo retorqueo argumentum in authorem. Principium agendi per prius conuenit Patri quam Filio. quia Pater eſt qui primo habet eſſentiam, cum per actionẽ totius Trinitatis fuerit humana natura Verbo vnita, & quod fuit proprium Verbi non ſit agere, ſequitur quod regere & gubernare humanitatem, per ſe primo compatit Patri. Chriſti enim ſunt verba illa Pſal. 21. De ventre matris meæ Deus meus eſt tu, ne diſceſſeris a me, quoniam tribulatio proxima eſt, quoniam non eſt qui adiuuet. Ideſt ab inſtanti Conceptionis in ventre matris eu eſt Deus meus. Paſſio, anguſtia, & tribulatio eſt in proximo, qui perſequantur multi ſunt, qui adiuuet nullus niſi tu Pater. Adiuua ergo me. Ita exponit Hiero. Ergo a Patre petit auxilium, quia ad ipſum primo pertinet agere omnia quæ regere & gubernare. Igitur continuum illud auxilium atque manutenentia, vt non peccaret, ex primo fonte, primo quæ principio, quod eſt principium ſine principio, nempe ex Deo Patre, dimanabat, qui humanitati non erat vnitus, & cõiũctus, igitur non ex vnione, ſed ex dono totius Trinitatis erat impeccabilis. Declaratur veritas. Iuſtificatio adulti, non intelligitur ſine Dei cognitione, qua ratione in Chriſto omnes ponuntur habitus, igitur ad continuationem illius iuſtitię requirebatur donum Dei Patris, igitur de ſe nõ implicat quod concederet vnum puta, vnionem non concedendo aliud. Pſal.

Conuenientius defendi poteſt hæc ſententia dicendo, quod in illa voluntate & dono vniendi ſibi humanam naturam clauditur. & includitur complacentia ipſius humanę naturę, & ſic ex vi vnionis eſt grata, quia velle vnire ad eſſe perſonale Filii Dei, fuit velle acceptare illam. Sed neque hæc ratio concludit, quia quamuis vellet aliquem iuſtificare per gratiam, ad hoc dare fidẽ donum Dei eſt. Et quamuis gloria corporis, conſequẽs ſit ad gloriam animæ, & hæc duo connexa, & annexa ſint, tamen iuſta Dei diſpenſatione in Chriſto ſeparata ſunt. Ergo de ſe, vnire ſibi naturam, & ordinare illam ad gloriam conſeruando illam ſine peccato, duo dona ſunt, de ſe ſeparabilia. Et ex vi vnionis non eſt phiſica ratio quare repugnet, quod non poſſet Deus permittere cadere hanc naturam vnitam in peccatum. Quod in diuina ſapientia non fuerit inuitata aliqua ratio ad huiuſmodi permiſsionem, imo ad omnino oppoſitum, nihil inde probatur contra noſtram ſententiam, qui inquirimus principium phiſicum, ideſt reale, vnde ſibi prouenieibat continua atque perpetua iuſtitia, & rectitudo.

Nouitio Theologo dubium eſſe poſſet an ſi Pater qui eſt primum principiũ ſine principio, vel tota Trinitas, carnem ſumſiſſet, eſſet iſta ſpecialis ratio prouidentię. Dico, quod quantum ad decentiam, & ordinatã Dei potentiam iam diximus, quod non poterat nõ coagere ad actus rectos huius naturæ. Quantum ad phiſicã repugnantiam ex natura rei, reſpectu diuinæ omnipotentiæ, non plus repugnaret, etiam ſi tota Trinitas incarneret. Quia illa vnio præter dependentiam ſuppoſitalem, nihil reale abſolutum ponit in humana natura, ideo non variatur ordo intrinſecus cauſarum, ergo de potentia Dei abſoluta poſſet Deus concurrere cum humanitate tanquam cauſa phiſica, non concurrendo perpetuo cũ auxilio efficaci neceſſario ad impeccabilitatẽ.

Oppoſita ſententia eſt Scot. hac d. & ſupra d. 2. q 1. art. 1. ad 3. Hanc ſequitur Gabriel, & Durand. hac d. q. 2. Marſil. in 3. q 9 art. 2. Fundamentum huius opinionis eſt, quia Verbum non ſpecialiter cauſat actus humanitatis aſſumptæ, nec aliquo modo eſt principium intrinſecum illarum. Hoc enim myſterium in vnione conſiſtit. Per vnionẽ autem, ſolum habet natura exiſtere in ſuppoſito diuino. Quo ad cętera, ita realiter manſit diſtincta (caue ne dicas ſeparata, quia aliud eſt) ac ſi non eſſet vnita & coniuncta, conſequenter operationes inconfuſe ac diſtincte manſerunt. Ergo actionum moralium, de quibus eſt ſermo, ipſum liberum arbitrium cum concurſu communi totius Trinitatis erat cauſa. Ideo ſi defuiſſet ſibi auxilium requiſitum ad vitanda omnia peccata ſine dubio poſſet deficere. Secundo docet Scotus quod de potentia ordinata non poterat peccare propter vniuerſi, quia decreuit Deus ſimul cum vnione dare omnes habitus virtutum, & omnia quæ expellunt peccata. Secundo, quia quemadmodũ non poteſt Deus ex lege ſua non coagere ad actus Beatorum, ita non poteſt non coagere ad actus humanitatis vnitæ, & beatæ, ergo ex beatitudine erat impeccabilis. Ab horrent autem audire quod potuerit peccare Filius in quo Pater ſibi bene complacuit. Sed ego dutius exiſtimo, abſolutã, & omni modã neceſsitatẽ ponere in diuino auxilio circa naturam creatam, licet Verbo vnitam. Quia Deus omnia opera ad extra cõtingenter reſpicit. In operibus ad intra nimirum quod ponatur neceſsitas, quia eſt productio per modum naturæ, ad extra eſt opus liberum. Ne igitur contra te flammis agatur, dic quod de potentia Dei abſoluta poſſet non concurrere ſpeciali auxilio cum humanitate aſſumpta, quia nihil ad extra operatur neceſſario. Et vt principium effectiuũ non ſpecialiter reſpiciebat humanitatem, Sic tenebis ſententiam, & fugies horrorem ac flammas Capreoli. Ex impugnatione alterius ſententiæ, hęc noſtra probatur. Hæc noſtra ſententia videtur eſſe S. Tho. Quia 3. p. q. 15 art. 1, ſolum docet quod non debuit ſumere peccatum: ex repugnantia autem naturali, nihil loquitur. ſed ſolum de decentia. Secũdo quia idem S. Tho. 3. p. q. 28. art. 1. docendo quod Beatiſsima Virgo debuit eſſe Virgo in concipiendo, inquit, Loquendo de Chriſto. Non poterat autem eſſe quod in natura iam corrupta, ex cõcubitu naſceretur ſine infectione originalis peccati. Si autem ex vi vnionis tolleretur peccatum, ratio S. Thom nulla eſſet, quia quamuis Chriſtus conciperetur ex concubitu maris, & fæminæ, non cõtraheret, quia ex vi vnionis impediretur tale peccatum: Sed vnione non obſtante inquit quod ſi con-

Scot. Duran. Marſil. S. Tho.

concipercetur ea concubitu maris, & fæmine contraheret, & quod conueniens fuit ne contraheret, vt nõ naſceretur ea concubitu viri, igitur ſentit quod cum vnio ne poſſet eſſe originale peccatum. Videtur eſſe Aug. lib. de Nuptijs, & concupiſcentia, vbi loquendo de matrimonio Ioſeph cum Maria inquit. Solus nuptialis concubitus ibi non fuit, quia in carne peccati fieri non poterat, ſine vlla carnis concupiſcentia, quæ accidit ea peccato: ſine qua concipi voluit, qui futurus erat ſine peccato: Ac ſi clarius dixiſſet. Vt non contraheret originale, debuit concipi ſine viro. Vbi nota quod oſtendentes non habuiſſe originale, non recurrunt ad vnionem.

*Aug.*

Ex dictis cõſtat quod afortiori aſſumere poſſet naturã exiſtentem in peccato, quæ in ipſo poſſet manere. Medina 3. p. q. 15. ar. 1. & q. 7. ar. 1. dubio vltimo, & art. 13. ad finem, quem ſequitur Bañez 1. p. q. 62. ar. 3. dubio. 2. ad 4. Xuarez vbi ſupra, & eſt communis ſolutio Thomiſtarum, inquit, quod ſtatim reſultaret gratia, ſicut ex ſole reſultat lux quod expreſſe habere videtur S. Tho. 3. p. q. 7. ar. 13. in corpore. Aut ſaltim ex vi vnionis eſſet accepta. Contra. Gratia qua nunc iuſtificemur, ſecundum probabiliorem opinionem, eſt habitus, ergo eſt terminus realis actionis ad extra, ergo libere producitur a tota Trinitate, & non naturaliter conſequitur reali emanatione ſeu phiſica ſequela. Si ſit ſermo de gratia quæ ſine infuſione habitus eſt acceptatio ſeu dilectio, quemadmodum Rex aliquem diligit, arguo ſic. Poteſt ſtare vnio abſque eo quod Deus ordinaret iſtam naturam ad hæreditatem æternam, quia vnio eſt vnus & eo talis per ſe terminus diſtinctus a quolibet alio, igitur nõ ea vi vnionis eſſet grata. Secundo fortius arguo ſic. Si natura aſſumpta ante vnionẽ per ſe exiſteret in peccatõ infidelitatis, aſſenſus ille erroneus corrũpi non poteſt niſi viſione beata, aut aſſenſu vero fidei, vel ſpecie infuſa. ſaltim a viſione beata dematur, quomodocũque ſit, quia ſine vera cognitione impoſsibile eſt placere Deo, nullomodo poſſet talis natura iuſtificari ſine dono Dei illuminante, & errorem illum corrumpente, maxime ſi talis natura ante aſſumptionem eſſet in peccato odij Dei, neceſſaria eſſet poſitiua Dei dilectio, quæ eſſe non poteſt ex vi vnionis, ſed ea efficientia totius Trinitatis. Si dixeris quod ſtatim in inſtanti vnionis teneretur iuſtificare, non debito legis ſuperioris, quæ nulla eſt, ſed debito ſumpto ex natura diuinæ bonitatis, quia idem eſt ſuppoſitum illius naturæ. Cõtra. Peccatum cõmiſſum ante vnionem, non poteſt tribui ſuppoſito diuino. Sed ſic eſt quod poſt quam quis commiſsit peccatum, non tenetur ſtatim ſub reatu & obligatione nouæ culpæ extra commiſſo peccato, ergo per aliquod tempus poſſet eſſe in peccato ante vnionem cõmiſſo. Probo conſequentiam, quia ſi exiſtens in proprio ſuppoſito non teneretur exire a peccato, conſequenter nec in alieno, quod ſupplet vicem proprij ſuppoſiti. Secundo dato quod ſit debitum morale conueniens diuinæ ſapiẽtiæ, quod ego libenter concedam, ſolum videtur probare decentiam, non neceſſariam ac phiſicam efficientiam. Sequitur ex dictis quod ſi præfuiſſet in puris naturalibus poſſet ſic ſine alia gratificatione manere, nã nõ apparet aperta contradictio, ſicut Authores ſupracitati contendunt.

*Med.*
*Xuarez.*

Ad fundamentum contrariæ opinionis quid ſit dicẽdum ea impugnationibus patet. Verbum enim non ſpecialiter mouet hanc naturã, ſed tota Trinitas. Actiones enim ſunt ſuppoſitorum denominatiue tãtum. Ita Caietanus 3. p. q. 75 art. 2. Elicitiue ſunt a natura, imo ab anima, quæ per ſe exiſtere poteſt a corpore ſeparata. Docuit Scotus in 4. d. 12. q. 3. ad 2. & in 1. d. 12. q. 1. ar. 1. ad 2. dicens, quod actiones non ſunt ſuppoſitorum, nec iſta propoſitio eſt philoſophi 1. Metaph. quia ibi tantum habetur quod actio eſt circa ſingularia: ſuppoſiti autem vt vltimate denominati ab actione. Quod maxime eſt verum in hac natura, quę eſt in ſuppoſito alieno omnino diſtincto In alijs ſuppoſitis, nõ datur ſuppoſitum ſine natura, nec natura per ſe exiſtens, quæ non ſit ſuppoſitum, ideo magis verum habet maxima Ariſt. Nec ea noſtra ſententia ſequitur quod ſint in Chriſto duo ſuppoſita, ſed tantum ſequitur quod ſint duę naturę integre, & duæ voluntates, de quo infra d. 17.

*Caiet.*
*Scot.*

Ad aliud cum dicitur, quod humanitas erat inſtrumentum, dico habere ſe ſicut inſtrumẽtum. Sed reuera non erat inſtrumentum, quia agebat per propriam formam, & intrinſecum ac vitale principium, quod eſt cõtra rationem inſtrumenti. Dato autem quod eſſet inſtrumentum, non minus moueretur ab alijs diuinis perſonis, quam a Verbo, quod ſolum hic ſe habet terminatiue. Adducit Xuarez plures authoritates Sanctorum pro oppoſita ſententia, quas longum eſſet recenſere. Quantum attinet ad formam ſcholaſticam, dico quod ſunt intelligende iuxta ſecundum dictum Scoti, nempe quod de facto & potentia Dei ordinata, non potuit peccare ea vi vnionis, non tamen ſunt intelligende de potentia Dei abſoluta.

Ex dictis conſtat quomodo de facto in Chriſto nõ fuerit fomes peccati, nam fomes peccati dicit reſpectũ ad peccatum originale, cuius effectus eſt, & ad peccatũ ad quod inclinat. Dicitur enim fomes peccati, quia ex peccato eſt, & ad peccatum inclinat, id eſt ad actum inordinatum ipſius appetitus. De quo ſupra contra Durandum d. 3 qui concedendo quod fomes eſt appetitus ſenſitiuus ſequebatur fuiſſe in Chriſto in quo ſine dubio fuit appetitus ſenſitiuus. Ideo quãuis in ſenſu quo Durandus loquitur non ſit error ponere fomitem in Chriſto quia ſolum docet eſſe appetitum ſenſitiuum. Nihilominus ſecundum ſe error eſt ponere in Chriſto, quia fomes dicit appetitum connotando deordinationem ad peccatum, & originẽ ex Peccato, quia ex peccato eſt, & ad peccatũ inclinat. Legẽdum eſt Cõcilũ Tridentinum ſeſſ. 5. decreto de originali peccato. Ex oppoſito etiã ſequeretur fuiſſe in Adamo in ſtatu innocẽtiæ, quod nullus cum Durando concedet, ergo ſi non in Adam neque in Chriſto ſanctiori Adam. Secundo dico quod ponere in Chriſto motus inordinatos ipſius appetitus, vt poſſuerunt Pelagiani eſt error. Quia huiuſmodi motus, non ſubijciuntur rationi, & ſunt peccata venialia, Vtrunque pugnat cum plenitudine gratiarum, quam habuit Chriſtus, Et cum ſtatu beatifico. Ergo nulle paſsiones quæ dicunt ordinem ad peccatum, fuerunt in eo, ſed paſsiones mere naturales, quæ dicuntur pro paſsiones, vt dolor, triſtitia, & alia quæ fuerunt materia meriti, & ſatisfactionis pro peccato. Contra Pelagianos videndus eſt Auguſtinus lib. 1. contra duas epiſtolas Pelagianas. Et lib. 4. hyponoſticon ad finẽ. Quomodo in illo non fuerit ignorantia videbitur d. 14. vbi agitur de ſcientia eius. Quomodo fuerit dolor & triſtitia, d. 15. vbi videbimus an fuerit in eo timor.

*Dur.*
*Aug.*

Cum prædicti eſtat fuiſſe conueniens quod ſummeret carnem de maſſa perditionis, id eſt de natura deſcendente ex Adam. Patet Lucæ 3. vbi Chriſti generationẽ reducit ad Adam. Seraphicus Bonauent. hac d. q. 1. plures adducit rationes congruentiæ. Prima eſt ad manifeſtationem iuſtitiæ, vt præuaricator, & ſanctificator eſſent

*Bonau.*

eius-

giuſdem generis. Hanc etiam adducit S. Thom. 3. p. q. 4. art. 5. Secundo ad manifeſtandum amorē, & miſericor. Dei, qui non dedignatus eſt ſumere naturam de genere Adam, aquo fuit offenſus. Iuxta quod Paulus Heb. 2. Non confunditur eos vocare fratres. Tertio ad manifeſtandum eſſe irreuocabile decretum Dei, qui ſtatuerat ex vno capite Adam totum humanum genus multiplicare. Quarto, vt natura humana in ſua dignitate cõſeruaretur, dum nulli alii naturæ, ſed ſoli Deo eſſet ſubiecta. Vt cui debebat creationem, deberet redemptionē. Alter ponit hanc rationem S. Thom. loco allegato dicens. Debuit victor Diaboli naſci ex illo genere, quod per Diabolum fuerat victum. Vltima, quam ponit ſanctus Thom. eſt, quia ſic Dei potentia magis oſtenditur dum de natura corrupta & infirma aſſumpſit quod in tantam virtutem, & dignitatem eſt promotum. Iuxta quod David. Suſcitans de puluere egenum, de ſtercore erigens pauperem, vt collocet eum cum principibus. ſuſcitare infirmum, ab infimo loco ad ſupremum, potentiæ ſuæ manifeſtum eſt opus, in ſuper potentiæ eſt proprio gladio inimici, inimicum ſuperare quod David fecit occidendo Goliath. Sic eum qui non nouerat peccatum, peccatum fecit. Ideſt hoſtiam pro peccato. Hæc breuiter, ſunt rationes congruentiæ ad hanc veritatē.

Præterea ſciendum eſt, &c.

## DISTINCTIO 13.

Circa iſtam 13. diſtinctionem, in qua Magiſter determinat de progreſſu Chriſti, quantum ad eius conuerſationem, & operationem, quæruntur quatuor.

1. Vtrum Chriſto potuerit conferri ſumma gratia quæ potuit conferri creaturæ.

2. Vtrum de facto fuerit collata animæ Chriſti ſumma gratia poſsibilis conferri creaturæ.

3. Vtrum poſsibile fuerit voluntatem animę Chriſti habere ſummam fruitionem poſsibilem naturæ creatæ.

4. Vtrum anima Chriſti potuerit ſumme frui Deo ſine ſumma gratia.

## QVAESTIO I. DE *gratia Chriſti.*

Circa primam queſtionem quæruntur tria. 1. Vtrũ ſumma gratia ſit creabilis.

2. Vtrum iſta ſumma gratia creabilis potuerit conferri animę Chriſti.

3. Vtrum de potentia ordinara Dei, poſſit conferri alteri gratia æqualis gratiæ Chriſti.

### ARTIC. I.

*Vtrum ſumma gratia ſit creabilis vnica creatione.*

*Hoc argum. erat 2. Primũ art. ſequẽti habetur.*

Ad primum ſic proceditur, videtur quod non poſsit creari ſumma gratia, quia gratia, quam anima Chriſti potuit recipere neceſſario eſſet finita, & in certo gradu, quia in facto eſſe, & non in fieri, ſed vltra iſtũ gradum poſſet fieri gratia maior. Probo, quia ſi intelligatur gratia in aliquo gradu maiori, non propter hoc intelligitur infinita, ſed finita; gradus enim finitus nõ repugnat perfectioni creaturę, ergo non eſt cõtradictio fieri aliquid perfectius iſto, & illud nõ eſſet aliqua forma in ſpecie alia a gratia, quia iſta ſpecies eſt ſuprema in perfectionibus ſupernaturalibus.

2. Pręterea. Si gratia animę Chriſti eſſet in termino, vt non poſſet omnino maior illa eſſe, aut hoc eſſet propter rationem in ſe, aut propter aliquid ex parte efficientis aut ſuſceptibi. Non primo modo quia ipſa eſt participatio charitatis infinitæ, & ita poteſt in Infinitum creſcere antequam deueniat ad charitatem quam participat. Nec ſecundo modo, quia efficiens eſt infinitum. Nec tertio modo quia forma recepta ſemper ampliat capacitatem recipientis, quia charitas dilatat.

*S. Thom. 2. 2. q. 24 art. 7.*

*Aliud argumentum, & argumenta ſed cõtra quare art.*

Reſpondeo dicendo, quod ſummũ poteſt accipi dupliciter, vno modo poſitiue per excedentiam ad omnia alia. Aliomodo negatiue per nõ excedi ab aliquo alio. Primo modo non eſt, niſi vnum dictum per ſuperabũdantiam. Secũdo modo poſſunt eſſe multa talia, ſicut ſunt multa genera generaliſsima, quorum quodlibet non habet genus ſuperius. Primo modo loquendo dico quod Deus non potuit confferre animę Chriſti ſummam gratiam poſsibilē. Quia poteſt creare æqualem. Potuit enim, & poteſt aliam naturam æqualem iſti aſſummere, & æqualem gratiam ſibi dare. Secundo dico, quod ſummam gratiam creabilem potuit dare huic animæ. Ad quod oſtendendum probo duo. Primo, quod ſumma gratia iſto modo potuit creari ſimul vnica creatione. Secundo, quod potuit conferri creaturæ. Primum probo ſic. Accepta aliqua gratia determinata infima, puta, a, quęro aſcendendo, aut eſt ſtatus ad aliquam ſupremam, & habetur propoſitum. Aut non, ſed poteſt procedi in infinitum, & tunc ſequitur quod quanto aliqua magis excedit, a, tanto eſt perfectior, & per conſequens, illa quæ in infinitum excedit, eſt in infinitum perfectior, & ita in ſe erit intenſiue infinita: & tamen cum ipſa videatur ab intellectu diuino ſicut vnum creabile, poteſt vna creatione creari, & ita præter hoc quod infertur impoſsibile, ſcilicet quod

*ſequenti. Diuiſio himẽbris, & concluſiones præambulæ.*

*1. concl. principalis.*

*2. concl.*

*Primum probatur*

quod ſit gratia ſic infinita, habetur propoſi
tum, quod iſta gratia poſsit vnica creatio-
ne creari ſicut ab intellectu diuino videtur
vt vnum creabile.

B. Ab iſta ratione habent euidentiam
*Tex. comen.* 69 ſuam aliæ duæ rationes quarum vna acci-
pitur a philoſopho. 3. phiſicorum c. de infi
nito, quod quantum contingit eſſe in potē
tia, tantum contingit eſſe in actu, & ita nō
eſt procedere in infinitum in potentia æun
do ad formam. Et ideo, neceſſe eſt in for-
ma quantumcunque perfecta, ponere ter-
minum qualiter cunque poſsibilem. Sed
contra illam propoſitionem inſtatur, quia
poſsibile eſt innumeris procedere in infini
rum in potentia: nullus tamen numerus eſt
actu infinitus, ergo hic non tantum contin
git eſſe in actu quantum eſt in potentia.
*3. phiſico.* Reſpondetur ſecundum Auer. quod appo
*a cap.* 60 ſitio in numeris, eſt ſecundum diuiſionem
*vſque* 68 continui: in diuiſione autem continui pro-
ceditur ad materiam. Sed continuum creſ-
cit & augetur eundo ad formam in proceſ
ſu autem ad formam neceſſe eſt eſſe ſtatū,
non autem in proceſſu ad materiā, & ideo
in quantitate continui eſt ſtatus in maius,
non autem in multitudine numerorum, ſi-
cut nec in diuiſione cōtinui in minus. Sed
contra hoc. Si quilibet numerus eſt per ſe
vnus, ergo quilibet numerus habet pro-
priam formam, ergo procedendo ad quem
libet numerum maiorem, eſt proceſſus ad
formam propriam includente virtualiter
formas præcedentes, ergo non eſt proceſ-
ſus in infinitum etiam in numeris.

C. Dico ergo, quod ratio Philoſophi
ibi non concludit, niſi de quanto molis, ſe
cundum quam quantitatem, quantum con
tingit eſſe in potentia, tantum contingit eſ
ſe in actu, imò tantum eſt in actu, quia non
contingit quantum creſcere ſecundū ęum,
niſi per hoc quod partes ablatę ab vno cō
tinuo per diuiſionem, apponantur cōtinuo
alii creſcenti. Et ita, cum partes illæ nūquā
poſsint excedere totum diuiſum. Nec to-
tum quantum cui ſit appoſitio poteſt eſſe
maius, niſi ſecundum quantitatem continē
tem quātitates diuiſim, & eius cui facta eſt
appoſitio: probabilitas dicti ipſius philoſo
phi eſt, quia ſecundum æum, agens natura-
le ſine cuius actione nihil poteſt eſſe nouū,
non poteſt quantū aliquod maiorare, niſi
accipiat ab alio quāto particulam apponē-
do illi quanto. Sed ſecundum Theologos,
loquendo de potentia diuina, poteſt eſſe
aliquod quantum maius in potentia, quam
ſit in actu. Quia Deus poteſt maiorare ali-
quod quantum, nō apponendo partes abla
tas ab alio quāto. Ad hoc ergo quod dicta
probatio Philoſophi applicetur ad quanta
virtutis, oportet habere aliam probatio-
nem Philoſophi. Et non eſt ibi alia proba-
tio, niſi quod in quibuſcunque permanen-
tibus, ſicut poteſt aliquid inferius eſſe vnū
factibile vnica factione, ita quodcunque
infinitorum ſi eſſet factibile, eſſet factibile
vnica factione: ita poſſet fieri ſummum, &
tamen eſſet infinitum ſi eſſet proceſſus in
infinitum. Ex hoc ergo quod charitas, vel
gratia eſt quodam permanens etiam ſecun-
dum quemcunque gradum, ſequitur quod
ſi procedatur in infinitum, quilibet gradus
factibilium erit per ſe factibilis. Et ita quā-
tumcunque contingit eſſe in pontentia,
contingit eſſe ſimul in actu. Quia poſsibi-
litas ad talem vel tantam formam, non eſt
poſsibilitas ad aliquid, tantum in fieri, ſed
ad aliquid in facto eſſe. Et iſtum intellectū
tangit cōmentator alibi, quod omnes po-
tentiæ quæ ſunt in maioratione quantita-
tis; ſunt vnius potentiæ demonſtratæ, vel
determinatæ. Hoc eſt vna potentia ad ſu-
premum actum, inquo continentur omnes
actus, ad quos ſunt illæ multæ potentiæ,
quarum vna reducitur ad actum poſt aliā.
Sed in diuiſione cōtinui, potētiæ multæ, nō
ſunt partes vnius potentiæ demonſtratæ,
vel determinatę. Ideſt non eſt ibi aliquis
vnus actus, inquo cōtineātur omnes actus
terminantes potētias ordinate reducibiles
ad actum. Et ideo, dicere, ſunt partes vnius
potentię demonſtratę, tantum valet ſicut
dicere, in quibuſcunque actibus ordinatis,
quilibet actus, ſecundum quemcūque gra-
dum, eſt per ſe factibilis: ibi ſupremum in
potentia, poteſt eſſe ſimul in actu; quia
vnica potentia poteſt reduci in actum. In
quibus autem natis eſſe tantū in fieri ſunt
multæ potentię ordinatę: non poteſt ali-
quod vnum ſummū poſsibile dari in actu
quātum contingit eſſe in potentia. Sed vl-
tra quodlibet factibile in fieri, poteſt fieri
aliquod maius, licet vnica factione.

Alia ratio ponitur ad concluſionem iſtā
ralis. Quantamcunque charitatem Deus
poteſt creare, tantam poteſt creare, ſubie-
ctum includit prędicatum, ponatur ergo
in eſſe, quod tantam creet, quantam poteſt
creare, ergo non poteſt maiorem creare.
Habetur ergo propoſitum, quod ſumma
crea-

creabili, poteſt creari. Hęc ratio declaratur ſic, quod prima propoſitio, poteſt eſſe hypotetica conditionalis, vel cathegorica de conditionato prędicato. Primo modo eſt neceſſaria, quia antecedēs includit cōſequēs, ſi tātā poteſt, tātā poteſt, & hoc modo debet poni in eſſe. Quia, ſi cōſequēs ponatur in eſſe, & nō antecedens. fit fallatia conſequentis. Non enim oportet, quod ad quod ſequitur conſequens, ad idem ſequatur antecedens. Illa autem de eſſe, eſt antecedens ad illam de poſsibili. Deberet ergo propoſitio prima ſic poni in eſſe. Quantā creat, tantam creat. Si autem accipiatur ſecundo modo, vt eſt cathegorica de conditionato prędicato, iſte eſt ſenſus. Poteſt creare tantam, quātam poteſt creare. Ideſt poteſt creare ſummam creabilem. Et ſic, ſi notetur potentia vnica modificans compoſitionem propoſitam, non eſt vera de forma. Nec ſic, ſubiectum includit prędicatum. Quia prędicatum, eſt ſpecificatum per illam determinationem, quæ, non eſt perſe nota, in eſſe ſubiecto. Sed tātum eſt vera gratia matetix, quia in permanētibus, quantumcunque procedat ſummum poſsibile, eſt ita factibile vnica factione, ſicut quodcunque aliud. Et ita illę duæ raciones tantum habent euidentiam ex prima.

Secundo ſupponendo.

*Pro ſecūdo Articulo.*

AD argumenta. Ad primū dico, quod aut intelligitur, quod vltra iſtam gratiam finitam ſupremam poſsit fieri aliquis alius gradus alicuius gratiæ maior. Aut aliquis gradus in natura perfectionis ſupernaturalis, maior, licet ſit vltra ſpeciē gratiæ. Aut abſolute, non in natura perfectionis ſupernaturalis maior, ſed abſolute aliquis gradus ſuperior. Si primo modo, dico quod non poteſt, imo includit contradictionem, quia gratia iſta, eſt in termino. Et cum dicitur, ſi intelligatur gradus finitus ſibi addi, nō erit infinita. Dico, quod erit incompoſibilitas, quia aliquod finitū intelligibile poteſt repugnare alii finito intelligibili. Sicut ſi intelligatur album addi nigro in aliqua perfectione. Hic vtrunque componens eſt finitum, & tamen nihil eſt factibile, quia ipſa quæ intelliguntur componi ſecundum intellectum includentem contradictoria; ſunt incompoſsibilia. Vnde in talibus non valet. Poſſum hoc intelligere, ergo hoc poteſt fieri, quia non eſt infinitas. Hoc enim non eſt intelligibile, niſi

*1. art. ſequenti, vltimum etiam.*

*Nota ſimile.*

ſecundum quod intellectus eſt in ſe falſus, & hoc includit contradictionem. Et licet ſic intellectum, non ſit infinitum, tamen habet aliquam incompoſsibilitatem, & repugnantiam in ſe. Si ſecūdo modo intelligatur, tunc ponendo gratiam eſſe ſummā perfectionē, diceretur eodē modo, quod intelligendo aliquem gradum ſuperiorem gratia ſumma in genere perfectionis ſupernaturalis, eſt tunc intelligere contradictoria, ſicut aliquem colorem eſſe ſuper ſummum album. Si tamen charitas vel gratia nō ſit ſumma perfectio ſupernaturalis, ſed fruitio: poteſt concedi quod vltra ſummū gradum charitatis, poteſt fieri gradus ſuperior vltra illam ſpeciem, ſicut gradus fruēdi. Si tertio modo intelligatur, poteſt dici, quod ſupra totum genus qualitatum nobiliſsimarum, quales ſunt iſtę perfectiones ſupernaturales, poteſt poni quod eſt infinitum generis ſuperioris, puta infima ſubſtātia. Quia totum genus ſubſtantiæ excedit totum genus qualitatis. Nec eſt inconueniens quod minima ſubſtantia in perfectione naturali excedat accidens quodcunque licet aliquod accidens vt in perfectione ſupernaturali, hoc eſt in coniungendo obiecto ſupernaturali, excedat ſubſtantiam. Tale enim accidens nō dicitur ex ſe perfectum, ſed ex hoc quod coniungit immediate cum obiecto perfecto. Duobus modis vltimis, aliquid eſſe ſuperius ſumma gratia, non eſt ad propoſitum.

Ad ſecundum dico, quod quocunq; illorum modorum cōſiderando gratiā, Chriſtus habet gratiam in termino, ita quod nū poteſt habere maiorem. Et poſſunt etiam ex illa ratione fieri tres rationes ad propoſitum noſtrum. Prima quia charitas eſt quędam participatio Dei, ideo neceſſe eſt, quod ſecundum aliquem gradum determinatum capiat partē infinitæ perfectionis, ita quod neceſſario includat determinatū gradum reſpectu charitatis infinitę, ſicut eſt determinata participatio, alioquin poſſet concludi quod calor, & quęcunque talis forma, poſſet eſſe infinita, quia quęlibet forma eſt participatio infiniti. Similiter ſecundo ex parte capacitatis, quia & ſi capacitas ſit reſpectu cuiuſcunque gradus in forma, non tamen capacitas alicuius finiti eſt ad formam infinitam. Et cum dicitur quod auget capacitatē, hoc patet eſſe falſum, quia quando duæ cauſę concurrunt ad conſtituendum tertium, poſterior, non

*Ex ipſa ratione S. Thom. probat ſuam ſententiam.*

dat

dat priori aliquid pertinens ad propriam qualitatē eius. Sed materia eſt aliquo modo prior forma, ſaltem origine, ad coſtituē dum compoſitum, ergo forma non dat materię aliquid pertinens ad propriam qualitatem ipſius materiæ, & ita nec aliquā potētialitatem, vel capacitatem, (quæ eſt ſua potentialitas) auget ſibi. Quod ſi dicas, quod charitas ſecundum vnum gradū auget capacitatem, non in ſe, ſed ad alium gradum. Contra, charitas inquocunque, eſt forma ęiuſdē rationis, ergo capacitas ęius inquocūque, eſt ęiuſdem rationis, ergo nō poteſt capacitas aliqua augeri per aliquam charitatem receptam, ſed tota prę ſuponitur naturaliter. Ideo dico, quod in natura rei, eſt ſumma capacitas, vel minima, ante omnem formam receptam. Nec illa augetur, vel minuitur quācunque formam recipiat. Quia poſſe habere gratiam ſecundū
*Aug.* Auguſt. 1. de prædeſtinatione Sanctorum cap. 4. ineſt homini a natura, ita quod iſta potentialitas fundatur in natura animæ, vt eſt taliſeſſentia, ita quod nihil ęam mutat.

*Super Diſt. 13. Quæſt. 1. art. 1.*

Titulus præmiſſa diuiſione tacite declaratur dum dicitur, ſummum accipi dupliciter. Primo poſitiue. Secundo negatiue. Summum poſitiue eſt quando excedit omnia alia vt nihil ſit ſibi æquale: hoc modo
*5. Topic. c. 15.* tantū eſt vnū perſuperabundantiā, vt patet 5. Top. Huiuſmodi eſt Sol in genere lucidorum, ignis in genere calidorum. Sūmum negatiue, eſt quod a nullo exceditur, quamuis ſint aliqua æqualia cuiuſmodi ſunt omnia generaliſſima, quæ ſupra ſe nullum habent genus.

Iuxta membrā diuiſionis eſt duplex concluſio. Prima. Gratia Chriſti non potuit eſſe ſumma poſitiue. Probatur. Poteſt Deus creare aliam naturam cum ęquali gratia, igitur.

2. Concluſio. Summēdo ſummum negatiue, ſumma gratia potuit dari Chriſto, ita vt nulla eſſet maior. Probatur. Summa poteſt creari. ergo & dari, conſequentia pertinet ad 2 art. Antecedens probatur. Accepta aliqua gratia non ſumma quæro, an detur ſtatus. Si datur, habetur propoſitum Si non datur. ſed dicis poſſe augeri in infinitum. Contra. Tota perfectio iſtius gratiæ videtur ab intellectu diuino, ſicut vnum creabile vnica creatione, habens finitam & determinatam perfectionem, ergo reuera poni poteſt in executione.

Ab iſta ratione, inquit Author, habent euidentiam aliæ duæ rationes. Hæ rationes ſunt valde difficiles, de quibus agemus poſtea, quia non poſſunt reduci ad ſummam.

*Num gratia ſumma, & infinita ſit dabilis.*

*Thom.* De propoſito dubio, controuerſia eſt nobis cum Thomiſtis, qui ex mente S. Thom. 1. 2. q. 24. ar. 7. & 3. p. q. 7. ab art. 9. vſque ad 12. dicunt quod nullomodo eſt dabilis ſumma gratia, ſed ſemper poteſt dari maior, & magis intenſa. Probant ex triplici capite. Primo ex communibus omni qualitati. Secundo ex particularibus & propriis huius habitus. Vltimo ad hominem ex conceſſis. Ex communibus arguunt ſic. Gratia eſt quali
*1. arg.* tas finita, ergo ſemper eſt intenſibilis & remiſſibilis, conſequenter non eſt ſumma. Conſequētia tenet, nam quicunqꝫ gradus finitus, nō repugnat perfectioni creaturę, quia ſi intelligatur illa qualitas in aliquo gradu maior, nō propter hoc intelligitur infinita. Eſt t. authoris.

*Soto.* Secundo arguit Soto 1. Phiſicorum q. 4. Si Deus conſeruet calorem productum, poteſt producere alius gradus caloris, & vniri cum primo, ita vt fiat vna qualitas ergo nunquam peruenietur ad ſummum gradum caloris, ſed ſemper erit maior, & maior. iuxta communem proloquium. Qualitas eſt intenſibilis & remiſſibilis. Hoc argumento vtitur Ocham in 3. q. 7. In 1. q 8. Ioannes
*Ocham.* maior hac d. q. 1 §. Secunda poſitio tenet.

3. Ex particularibus gratiæ, arguo ex Authore arg. 2. Si gratia eſſet in termino, vt non eſſet dabilis maior, aut eſſet ratione ſui, aut quia Deus, non poſſet maiorē creare, aut quia ſubiectum non poteſt maiorem recipere: nullum horum, ergo nullomodo eſt dabilis ſumma gratia. Minor probatur. Charitas (quæ ſecundum Scotū eſt idem cum gratia) eſt participatio gratiæ infinitæ, ergo etiam ſi in infinitū creſcat, ſemper poterit eſſe maior, quia nunquā deerit quod poſſit a Deo participare. Probatur eadem minor, quia Deus eſt infinitæ virtutis, ergo poterit ſin infinitum augeri. Quod ex parte ſubiecti, omnem illam poſſit recipere, probatur. Quanto maiorem gratiam homo recipit, tanto magis augetur eius capacitas ad recipiendum, ergo nec ex hac parte dari poteſt ſumma gratia.

4. Si eſſet dabilis ſumma gratia, ſequitur quod homo purus poſſet peruenire ad gradum gratię Chriſti, & ad hoc quod non poſſet mereri augmentum gratiæ, quod eſt falſum.

5. Arguit Soto ad hominem. Scotus in 2. d. 2. q. 9. reſpondendo ad illud 2. de anima text. com. 41. omniū natura conſtantium determinata eſt ratio magnitudinis, & augmenti, inquit, quod ignis non habet terminum augmēti, ſed quocūque dato poteſt dari maior, ergo afortiori de potentia Dei abſoluta, quacunque data gratia, poteſt dari maior.

Sexto. Contra rationem Authoris arguit Ocham, quem ſequitur Almainus. Si ratio Scoti eſſet vera, ſequeretur quod poſſet Deus facere vnam quantum maximum, quo nullum eſſet maius, conſequens eſt falſum ergo illud ex quo ſequitur. Sequela probatur, quia Deus actum cognoſcit omne quantum factibile. Similiter ſequitur, quod poſſet facere omnia indiuidua ſimul, quod eſt falſum, ergo ratio Scoti nulla eſt. Hoc argumento etiam vtitur Maior. Hac diſt. 7 Hæc noſtra ſen-
*Maior.* tentia videtur damnata in Clementina contra Beguardos, quæ incipit. Ad noſtrum. vbi damnatur error aſſerentium hominem poſſe peruenire ad ſtatum in quo nō poſſit proficere.

In hac quæſtione, quæ ſatis dubia eſt, multipliciter quis poteſt opinari. Primo quod nullomodo datur ſumma gratia. Sic S. Thom. locis citatis. Capreolus in 1. d. 17.
*S. Tho.* q. 2. & in 3. hac d. ad argumentum contra ſecundā cōcluſionem, Metina 3. p. q. 7. Sequitur Almainus hac d.
*Metina.* quæſtione vnica, qui adeo recedit in hac parte ab Scoto, vt dicat opinionem eius eſſe ſingularem, & rationem eius nihil valere. Imo affirmat non eſſe Scoti, ſed ex additione aliorum haberi. Eandem ſententiam ſequitur Ioannes maior vbiſupra.

Secunda

Secundo poteſt. Quis opinari, quod reuera poſsit dari maior, & maior ſecundum ſe, vt dicebat precedens opinio: nihilominus, ratione ſubiecti in quo recipitur, habet terminum, ita vt nõ poſsit eſſe maior. Et hoc poni poteſt dupliciter, vno modo quod ſit ratio ſumma acceptationis, quia non poteſt ſubiectum ad plus acceptari. In ſuper quod ſit ratio eliciendi ſummum & intenſiſsimum actum, quem mediante illo habitu potentia poteſt elicere. Sic Almainus, Petrus de Aliaco hac d. q. vnica, Gabriel art 2. Vaſſol. in 1.d.17.q.3. Gregor. q. 6. Secundo modo quod datur ſumma ex parte ſubiecti quia ſubiectum non eſt capax maioris. Ita Bonauent. in 1.d.17.art.1,q.4. hac d. art.1.q.2. Richardus in 1.d.17. art.2.q.4. Sequitur Driedo. tractatu 1. de captiuitate, & redemptione generis humani.c.2. p. 6.ſent. 8. Propter hoc, quidam in Christo ſummam ponentes gratiam, dicunt quod ex vnione Verbi augetur capacitas de quo dubio ſequenti.

*Almai.* *Greg.* *Bonau.*

Vltima ſententia docet quod non ſolum ex parte ſubiecti, vt dixerunt primi ſub ſecundo modo, ſed abſolute & ſecundum ſe poteſt dari ſumma gratia, ita vt nullomodo poſsit dari maior. Idemque dicendum eſſe, de quacũque alia qualitate abſoluta, quod eſt contre primum modum, qui eſt S. Tho. Et contra ſecundum, in quantum conuenit cum primo. Secundo docet hæc opinio, quod ad recipiendam iſtam ſummam gratiam, non eſt neceſſe quod augeatur capacitas animæ ex aliquo habitu, vel ex vnione ad Verbum. Quia omnis & quælibet natura poteſt recipere ſummam gratiam, eo quod in capacitate, ſeu potentia paſsiua recipiendi gratiam, omnes naturæ intellectuales, ſeu rationales, ſunt æquales. Ita Scotus hic. Hanc ſententiam ſequitur Durand. hac d.q.1. & in 1.d.17.q.9, Marſil. in 3.q.10.art. 1.p. 3. concluſione 1. Ex Thomiſtis Palud. hac.d.q.1. Caietanus 2.2.q.24 art. 7. & 3. p q.7.art.9.10.& 12.& q.10. art.4, Cano. de locis c.14. Gloſſa de pœnitentia p.2.exponendo authoritatẽ Aug. charitas eſt aqua, &c. inquit. Saltem in patria, maior quã ſupremi ordinis Angelorũ haberi non poteſt. Loquitur forſam de potentia ordinaria, loquendo de aliis iuſtis excepto Chriſto & Beatiſsima Virgine. Aug reſpondendo ad obiecta Pelagianorum inquit. Nec illud nimis curo. verum fuerint hic aliqui, vel ſint, aut eſſe poſsint, qui perfectam, vt nihil addendum eſſet, charitatem habuerint. Vbi improbabile non exiſtimat, ſummam dari poſſe.

*Sẽtentia Scoti.*

In hac quæſt. non vertitur in dubium, an gratia ſit, vel eſſe poſsit ſummum ens productum a Deo, quia ex 7. Metaphi. text. com. 2. docemur, quamlibet ſubſtantiã, quodlibet accidens perfectione excedere. Sed vertitur in quæſtionem, an poſsit dari ſumma gratia, qua maior dari non poſsit per potentiam diuinam. Hac ratione, non querit Author an gratia fuerit infinita, ſed an fuerit ſumma. S. Tho. 3. p. q 7. art. 11. querit an fuerit infinita, Quomodo autem differant ſummum & infinitum docet Scotus in 1.d.2.q.1.in fine quarti dicti dicens. Si ſummum intelligatur abſoluta, idem eſt quod id quod a nullo excedi nõ poteſt (in ſumma text. habetur). Non autem iudicat an ſit finitum, vel infinitum, ſed quod excedi non poteſt. Infinitum autem dicit conceptum ad ſe, explicans interminatam perfectionem. Quod de omni perfectione eſt intelligendum. ita quod non poſsit ei addi aliqua perfectio. Prouenit ex hoc, quod tale ens includit omne aliud ens formaliter, vel eminenter. Nam ſi non contineret, ſine dubio poſſet ei addi perfectio. Quia homo a natura ſua non eſt ſapiens, poteſt addi ei perfectio ſapientiæ, Sic de cæteris. Idem eſt iudicium de quanto molis. Hoc autem vni ſoli Deo conuenit, cui nullomodo poteſt fieri additio alicuius perfectionis. Si enim intelligeremus aliquod ens ſciens omnia, non intelligeremus illud infinitum, ſi intelligeremus poſſe habere maiorem bonitatem. Et ſi haberet infinitam bonitatem, & ſapientiam, non intelligeremus infinitum, ſi poſſet habere maiorẽ potentiã. Quia infinitum ſimpliciter, eſt cui non poteſt fieri additio alicuius perfectionis, eo quod iam ex omni parte eſt perfectum, quod ſoli Deo vt diximus conuenire poteſt. Si autem intelligamus extra Deum eſſe infinitam ſcientiã, nihil aliud eſſe poteſt, quã intelligere ei cognita eſſe omnia & occultũ eſſe nihil. Ideo in genere ſciẽtiæ nullomodo fieri poſſe additionem illam, quamuis fieri poſsit in genere potentiæ, bonitatis vel alicuius perfectionis non. Ex vtroque autem ſimul aperte colligitur, quod infinitum hoc modo ſit infinitũ ſecũdum quid. Et quod infinitum ſecundum quid, & ſummum, conuertantur & penitus ſint idem. Nihil autem plus intelligere valemus, niſi quod detur, calor, cui nouus gradus caloris addi non poſsit. Quod detur gratia, cui addi non poſsit nouus gradus maioris gratiæ, & acceptationis ad ſupremum gradum gloriæ.

*Scotus.*

Secundo, ſciendum eſt quod gratia eſt qualitas animæ inherens, quod nunc non probo ſed ſuppono ex 2. ſententiarum, & 1.2, q. 110. Eſt autem non genus generaliſsimum, ſed ſpecies ſub genere, ideo cum de iſtiori categratiæ ſermo eſt, diſtingui ſolet genus ab ſpecie, dicendo quod gratia diſtingui, & conſiderari poteſt dupliciter, in eſſe qualitatis, vel in eſſe gratiæ. Quid ſit in eſſe qualitatis ea communi ratione aliarum qualitatum conſtat. nam poteſt hoc nomine intelligi alia ratio qualitatis ſpecialiſsima per quam contrahitur hæc qualitas ad hoc quod ſit gratia. Sic in homine conſiderate & intelligere poſſumus rationem ſuam formalem in ordine ad hominem quem reddit gratum ita quod ſi eius ratio eſt acceptatio ad gloriam intelligamus iam hominem per illum habitum eſſe ſumme & infinite acceptum ad gloriam ita vt maior gloria nulli homini poſsit dari quam dabitur iſti ratione ſummæ gratiæ. Idõ dicendum. ſi dicamus quod de ratione gratiæ, vt gratia eſt, eſt decorare animam & aſsimilare illam Deo vbi tẽgitur (ommittitur tamen) quæſtio illa, an gratia, ſit acceptatio ad gloriam, an vero poſsit eſſe in homine peccatore. Quicquid ſit de hoc, inquirimus aliquem effectũ proprium quem quælibet creatura habet. Scientia facit ſcire. Tunc autem ſcientia modo expoſito dicetur infinita & ſumma, cum omnia eſſent ſcita omni modo quo ſciri poſſunt. Ad hũc modũ, intelligetur quis habere ſummam gratiam, cum acceptus fuerit ad ſummum quod dari poteſt homini grato, & dilecto. Siue ratio dilectionis fuerit habitus ille, ſiue non habeat hoc ex natura ſua, ſed ex diuina ordinatione.

Iuxta primum modũ huius ſecundi notabilis. Almainus hac d.q. vnica, docet vt videtur, q gratia ſit infinita tã in eſſe qualitatis quẽ in ratione gratiæ, quia Deus in infinitũ poteſt gratiã intẽſiorẽ facere, & hãc intẽſionẽ intellectus diuinus comprehendit, ergo poteſt infinitam gratiam facere. Sed bona venia huius Doctoris, videtur dicere pugnãtia, quæ nullomodo poſſunt inter ſe cohætere, nõ capio, nec aliquo modo video, quonã

*Almai.*

ctô neget poſſe dari ſummam gratiam, & poſtea docteat eſſe infinitam. Explicatione indiget huius Authoris ſententia. Contra illum eſt Scot ſupra citatus, qui conſulto non vtitur hac voca, Eſt etiam Durand. hac d. q. 1. Marſil. in 3. q. 10. art. 1. Denique nulla infinitas intelligi poteſt in ratione qualitatis, niſi intelligatur eſſa ſumme intenſa, & tunc idem erit quod ſumma. Ratio vero contrahans gratiam ad eſſe gratiæ, etiam eſt qualitas, quia differentiæ diuidentes genus & conſtituentes ſpecies, licet formaliter non includantur in genera, quia tunc genus includeret oppoſita, tamen continentur ſub genere, & ad idem genus pertinent. Ideo ſi vt gratia eſt infinita, etiam vt qualitas. Econuerſo, ſi vt qualitas non eſt infinita nec etiam vt gratia. Secundo modo poteſt dici ſumma ſiue infinita, quia eſt ratio conferendi & communicandi ſummum & ſupremũ quod dari poteſt. Hoc modo etiam negant Thomiſte, non poſſe dari ſummam gratiam, nam negãt vt videbimus q. 2. huius d. Chriſtum fuiſſe acceptum ad ſummã beatitudinem, vt oſtendã q. 2. Dici autem poteſt infinita, vt eſt ordamentum ad vnionem hypoſtaticam. Aut quia ratione vnionis, eſt ratio meriti infiniti. Sed hoc potius ex vnione eſt, & nõ ex ipſa gratia, vt eſt aliquid abſolutum animæ in herens. Sic poteſt explicari Almainus qui inquit, ſine intenſione gratiæ in eſſe qualitatis, poſſe augeri in eſſe gratiæ, ſi acceptetur ad plura bona, *Almai.* & conferantur plura dona. Et poſſe augeri in eſſe qualitatis, & remitti in eſſe gratiæ, ſi qualitas aſſat magis intenſa, & habens gratiam eſſet acceptus ad minora bona. Vbi manifeſte docet quod gratia non ſit ratio acceptandi, nec ratio quare homo ſit gratus. Quod quamuis de potentia Dei, ita eſſe poſſit, quia in qualitate nulla eſt ratio neceſſitans Deum, aut cauſans ex natura ſua ordinationem illam, qua ſubiectum ordinatur in vitam æternam. Debemus tamen intelligera quod cum Deus conuertit aliquem, volens vt eliciat actus meritorios, ex dilectiona qua illum diligit, infundit iſtum habitum, qui moderatur inordinatum appetitum, emollit cor, & inclinat in dilectionam, & amorem Dei, qui eſt charitas, vt manente illo ſubiecto in charitate, maneat in Deo, & Deus in eo. & hoc potius pręſtat hic habitus quam Metaphiſica, vel Logica, alias ſi nihil præſtaret, ex natura ſua, impertinens eſſet ponere illũ potius quã fidem, Logicam, aut Metaphiſicã, Omni ergo creaturæ aliquid ex natura rei eſt dandum, quia ſicut res ad eſſe ſe habet, ſic ad operari. Aliquod eſſe habet diſtinctum ab alijs rebus, ergo aliquem effectum debemus illi dare, ne impertinenter ſit, ac ſi non eſſet.

1. Concluſio. Siue gratia, quæ eſt qualitas in herens animæ noſtræ, gratificet ex natura rei, ſiue ex ordinatione diuina, quia néminem habere gratum diſpoſuit, niſi habentem hunc habitum, ſine dubio eſt dabile quod quis ſit ſumme gratus, ita vt amplius eſſe non poſſit. Probatur. Hominem ſic eſſe in gratia, eſt eſſe acceptũ ad vitam quæ eſt aggregatio omnium bonorũ, & vniuerſaliter loquendo, eſt acceptari ad bonum quod diligens ex amore confert dilecto. Sed intelligi poteſt vltimũ ad quod poteſt acceptari, ergo intelligi poteſt ſumma gratia. Minor probatur. Creatura non poteſt eſſe Deus per naturam, ergo poſquam intelligitur eſſe per vnionem, nulla maior gratia ei fieri poteſt. *Aug.* Hoc teſtatur Auguſt. 13. de Trinitate capit. 19. & alibi ſepe dicens. Summa gratia in rebus per tempus ortis eſt, quod homo in vnitate perſonæ ſit Deo coniunctus. In ſuper Deus oſtendere poteſt intellectui creato omnia quæ intellectus poteſt intelligere, & videre in Deo conſtituendo illum ſuper omnes Cælos, caput omniũ, ergo ex parte ſubiecti ſine dubio datur ſumma gratia. Si dicis quod poteſt acceptari ad maiorem, explica modum, nam ſi dicis quod poteſt plura videra iam ego ſuppono quod omnia videat. Si dicis quod poteſt plus honorari iam ſuppono quod ſit ſic ſumme honoratus. Sic dicam de omnibus alijs donis.

2. Concluſio. Vt iſta habitus eſt operatiuus, poteſt dari in ſummo. Quamuis animus in ſe ſit finitus, cũ illa finita perfectione poteſt eleuare potentiam ad ſummũ quod ipſa eſt eleuabilis ita vt ipſa non poſſit maiori conatu operari, & applicare ſe obiecto, & ſubiecto circa quod operatur. Quãuis enim conatus naturalis ex viribus naturæ non poſſit ſe extedere ad huiuſmodi actus, Neque cum eodam habitu, potentia perfectior poſſit perfectiorem actũ producere, vt dicemus q. 3. ſed operetur iuxta menſuram illius eleuationis: dicimus tamen quod cum potentia actiue concurrit, non poteſt in infinitum eleuari, ſed dandus aſt terminus. Ideo d. 14. q. 2. queritur, an intellectus animæ Chriſti potuerit eleuari ad videndum omnia quæ Verbum videt. Dicunt Thomiſte quod non, ſed quod neceſſario debet dari terminus. Modo dicimus, quod quantum eſt eleuabilis potentia, tantum poteſt eleuari per habitum. Hic loquitur da actu, ſicut præcedens de acceptatione in habitu. Ratio huius eſt, quia datur terminus vtriuſque. Sed inuenitur proportio. Quia quantum poteſt potentia intellectus vidare, tantum poteſt lumem beatificum oſtandere. Si dixeris quod poteſt eleuari ad videndum plura, dicã quod poteſt dari lumem oſtendens plura. Sic de hoc, & da quocunque habitu ſuo modo dicã, vſque dũ deueniamus ad hoc quod non poſſit plura videre, quia eſt potentia finita. Ideo male Metina 3. p. q. 7. art. 12. ſua q. 3. concluſione 2. dicit, eſſe opinionem omnium Do- *Metina.* ctorum, quod viſio beatifica Chriſti poſſit eſſa maior. Nam vt videbimus d. 14. q. 2. vidit omnia quæ Verbũ vidit, vel vidit quicquid a creatura eſt viſibila. Et nihil poſſibile, illi animæ eſt denegatum, Quare omnia quæ denegãtur Chriſto, aut denegantur vt omnino impoſſibilia, aut vt minime conuenientia, abſolute, vel ſub tali ſtatu. Aliter impium eſt aliquid Chriſto denegare. Hęc concluſio, probatur argumento 1. ſed contra, quod concluſione ſequenti habetur.

3. Concluſio. Non ſolum in ſubiecto, ſed ex natura ſuæ ſpeciei, eſt dabilis ſumma gratia etiã in genere qualitatis, & ſummus calor, & ſumma albedo, etiam ſi extra ſubiectum fierent. Hęc eſt Authoris, & omniũ aliorum, quos ſupra commemorauimus cum Scoto. Probat argumentis ſed contra. Iſta natura potuit aſſumi ad ſummam vnionem quantum ad eſſe, ergo quantum ad operari, ſed ſumma vnio quantum ad operari, non eſt niſi per ſummum habitum gratię quæ eſt principium operandi, ergo dabilis eſt ſumma gratia. Profunda ratio, multa in ſe continens. Ex minori ſub ſumpta, pro- *Arg. ſed contra.* batur præcedens concluſio. Rem ſcire eſt obiectũ ſibi vnire. Rem diligere eſt vnira ſa rei dilecte, & vniuerſaliter, amor eſt vnio & transformatio voluntatum. Ex ſumma ergo vniona ad obiectum ſcitum & dilectum, probat ſummum eſſe habitum. Conſequentia tenet ex dictis, quia iſte habitus aſt operatiuus, & idem cum charitate. Si operatiuus, & operatio eſt in ſummo, etiã habitus eſt in ſummo. Vt ſi arguas. Motus eſt velociſſimus, quia in breuiori tẽpore non potuit hoc ſpaciũ per motum pertranſiri, igitur ſummus fuit impetus, cona-

tus,

tas, vel gratia ſi ſit maior gratia in : Hic manifeſte probatur quod ſicut in operatione datur terminus, ita in habitu qui eſt principium illius. & hoc pertinet ad concluſionem præcedentem. Sed hic iam aliud probat, nempe quod non ſolum detur in ſummo, in gradu proportionato cum illo ſummo actu qui elici poteſt e potentia, vt diximus concluſione præcedenti, ſed quod ſit ſummus habitus abſolute & ſecundum ſe. Hoc huius concluſionis eſt proprium. Hæc itemaque veritas probatur ex præcedenti capita & principio. Habitus eſt operatiuus, & vniuerſaliter omne eſſe, eſt propter operari, & quale in ſe eſt, ita operatur, ergo ex ſumma operatione potentiæ, optime infertur ſumma virtus operatiua, ideo ex opere creationis colligitur omnipotentia & infinita virtus, non obſtante quod res ſit finita (finitas intrinſeca conditio eſt creaturæ) quia modus producendi eſt ſupra omnem finitam virtutem. Cum ergo operari accidentium ſit in alio, ſicut habent eſſe in alio, ita ſi eſt ratio eliciendi ſummam operationem in ſubiecto, ſequitur quod ſit ſummus ipſe, quia habitus non poteſt habere aliud eſſe in ſe. Vel ſi poteſt habere, vt qualitas, non poteſt habere, vt habitus operatiuus. Dicere autē quod ſi extra ſubiectum augeatur, non poſsit in ſubiecto recipi, ſtultum omnino eſt, ergo idem eſt loqui de qualitate extra ſubiectum, & in ſubiecto. Ideo ſicut ſecundum opinionem Thomiſtarum nullus intellectus humanus & creatus poteſt videre in Verbo omnia quæ Verbum videt, ſic non poteſt dari extra ſubiectum, & ſecundum ſe ſpecies quę repræſentet omnia quæ Verbum videt. Si autem dari poſſet ſecundum ſe, haud dubium quin recipi poſſet in ſubiecto. Quia cum accidens dicat intrinſecum ordinem ad ſubiectum, ideſt ſit tale ens abſolutū, ad quod neceſſario ſequitur ordo ad ſubiectum, & ſubſtantiale ſubiectum excedat dignitate, & perfectione omne accidens, minus docte dici videtur, quod gratia poſsit eſſe maior extra ſubiectum, quam in ſubiecto. Quod docent Authores ſecundæ ſententiæ.

*Gabriel.* Expreſſe Gabriel in 3.d.17.q.8.art.1.cōcluſione 4. Vbi loquit, quod charitas Chriſti nō eſt maxima creabilis, eſt tamen maxime creabilis in ſubiecto, falſum eſt, nam ſubiectum perfectius eſt accidenti, ergo capax eſt maioris perfectionis quam accidens poteſt habere. De hoc mouet dubium Gregor. Ariminenſis in 1.d.17 q 6.dubio

*Greg.* quodam quod mouet probando 3. concluſionem. Sed ratione adducta probabile oſtenditur, nullum accidens eſſe creabile extra ſubiectum, quod non poſsit recipi in aliquo ſubiecto, vt clarius patebit art.2. quia omne accidens eſt perfectio alicuius ſubiecti, ideo in illo poteſt recipi. Quo ad ſuſtentationem, ipſum dat accidenti perfectionem. Bene, ergo ex modo exiſtendi in ſubiecto in ſummo, probatur eſſe in ſummo ſecundum ſe.

Sed poteſt dari ſumma operatio dilectionis, igitur dabilis eſt ſumma charitas, quæ eſt habitus operatiuus. Dato vero quod aliquod accidens poſſet eſſe maius in ſe, quam in ſubiecto, nihil contra nos, quia multę ſunt qualitates quæ non habent eſſe tale, niſi in ſubiecto. Quāuis enim Deus ſine ſubiecto, produceret notitiā, vel gratiam, in eſſe qualitatis, non tamen haberent eſſe notitiæ vel gratiæ extra ſubiectum. Si igitur in ſubiecto datur ſummus actualis notitia, vel actus intenſiſsimus dilectionis diuinæ, igitur ſpecies ſumme perfecta, & habitus in ſummo. Declarabit amplius ſequēs ratio.

Sed conſideremus maiorem huius rationis. Iſta natura potuit aſſumi ad ſummam vnionem quantum ad eſſe, ergo quantū ad operari. Hac ratione vtitur S. Tho.

*S. Thom.* 3.p.q.7.art.10.in corpore. Formatur ſic. Gratia ordinabatur ad vnionem hypoſtaticam, non vt diſpoſitio antecedens. ſed vt ornamentum conſequens: ſed vnio eſt ſumma quæ haberi poteſt, ergo gratia quæ eſt ornamētum eius eſt ſumma quæ dari & haberi poteſt. Ad idē

tendit Durand. q.1. hac d.q.1. tenendo noſtram ſententiam, conſequentiā probat ſic. Ad gratiam vnionis ſe- *Durand.*

quuta eſt gratia habitualis, quod concedunt Thomiſtæ

cum S.Tho.3.p.q.7 art.13. docuit prius Alexad.3.p.q. 8. *S. Thom.*

M.3.art. 4.§.vltimo, ſed gratia vnionis fuit perfectiſsima, quia non poteſt amplius creatura eleuari, ergo gratia habitualis quæ inde ſecuta eſt fuit perfectiſsima. Sed Scoti mens, vt puto eſt arguere a ſimili. Quemadmodū hęc vnio hypoſtatica eſt ſumma vnio in eſſendo, ita vt maior dari non poſsit, de quo ſupra d.1.q.1. art.1. ergo eodem modo poteſt dari ſumma vnio per operationē ad aliquod obiectum, ergo poteſt dari habitus in ſummo, ita vt nullus alius poſsit eſſe maior. Secundo probat ſic ex parte ſubiecti, ſicut antea id ipſum probauerat ex parte operationis. Natura intellectualis eſt capax

gratiæ ſecundum quod eſt Dei imago, vt docet Aug. li. *Aug.*

14. de Trinitate c. 8. ſed iſta natura potuit eſſe ſumme imago, ergo fuit capax ſummę gratiæ. Declaratur vis rationis. Ratio imaginis conſiſtit in ſimilitudine repręſentante id cuius eſt imago, ideo ſi Hector debilis, non robuſtus repræſentetur, non erit imago Hectoris, ergo cum dabilis ſit ſumma ratio imaginis, quæ dari poteſt in creatura, dabitur etiam ſumma gratia. Conſequentia tenet quia omnis potentia paſsiua repleri poteſt. Ergo ſi dabilis eſt ſumma imago, dabilis eſt ſumma gratia, cuius natura eſt capax in quantum Dei imago. Tertio probatur, efficacius ratione corporis. Deus videt finitam perfectionem gratiæ, & cuiuſcunque qualitatis, ergo totum illud eſſe poteſt producere. Antecedens probatur. Omnium rerum datur determinatus appetitus, ergo datur determinata perfectio. Prima conſequentia probatur. Si tota illa perfectio alicuius qualitatis quam Deus videt produci nō poteſt vnica actione, ergo ſunt infinitæ potentiæ, ideſt poſsibiles ſunt infiniti termini infinitarum actionum a prima creatione vſque ad finē ſine fine, & ſic vltima in infinitum excedit primā, quia nūquam datur terminus illius exceſſus quod eſt falſum. Hac ratione vtitur Scotus in reportatis, vbi ſolum pro

ponit ſuam ſententiam. Ideo male Almainus dixit, hāc *Almain.*

rationem non eſſe Scoti. Manifeſtatur vis rationis. Demus & ſignemus terminum qualitatis productæ, tu dicis quod poteſt magis intendi, intendatur. Quæro quare non vnica actione creata eſt cum poſt quam ille gradus intenſionis fuit productus, reuera non fuerunt duæ qualitates, ſed vna tantum magis intenſa, & radicata in ſubiecto. Non poteſt aſsignari ratio ex parte Dei qui eſt perfectiſsimus agens, non ex parte rei, quæ eſt factibilis vnica actione. Ex infirmitate enim agentis eſt, quod nō producat in principio intenſum calorē, quem producit in fine, ergo nulla ratio aſsignari poteſt quare non producatur ille perfectiſsimus gradus prima actione qui eſt producibilis ſecūda actione intēſionis. Nec par ratio eſt de indiuiduis, quia cum ſint diſtincti, & nō faciant vnum, non datur terminus ex parte rerum, niſi detur ex parte agentis. Sed Deus eſt infinitę virtutis, ergo nunquam datur terminus in indiuiduis. At vero in qualitate, omnes gradus qualitatis (quod maxime notādum eſt, quia hinc veritas pendet) penetratiue, & vnitiue ſe habēt & ſic vniūtur & ſunt vnum ſimpliciter, nō vnitate accidētali, ſicut plures homines ſunt vnus populus, vbi omnes manent diſtincti, ſed reuera omnes ſine iſta diſtinctione ſunt vna qualitas, quæ ęquiualet pluribus gradibus remiſsis in pluribus ſubiectis. Et hęc vnitas oſtendit quod illa res appetit eſſe tota ſimul. Pote-

ſit ergo diuina virtus totam illam qualitatem producere. Inde arguam Theologicę. Si hæc ſumme gratia ſecunda productione, & actione fuit producibilis quare a principio nō fuit producta, & Chriſto donata? quare illi fuit denegata?

B. Ab iſta ratione habent euidentiam aliæ duæ rationes. Gratia diſtinctionis dubio ſequenti.

Ad primum argumentum concedo antecedens, nego conſequentiam, quia ab agente perfectiſsimo poteſt ſimul habere omnem perfectionem, ita vt amplius intendi non poſsit. Si enim agens naturale eſſet ſumme, & infinitæ virtutis, ſtatim poſſet producere omnem perfectionem qualitatis, & non obtinuiſſet prouerbiū veritatem, quod omnis qualitas eſt intenſibilis, & remiſsibilis. Ex infirmitate igitur agentis, & partim ex natura rei, quæ cōſtat gradibus eiuſdē rationis, ſecus eſt ſubſtātia, Hæc veritas demanauit, quæmadmodū illa, ad introductionem formæ requirūtur præuiæ diſpoſitiones in ſubiecto, quæ reuera non requiruntur reſpectu agētis infinitæ virtutis. Ideo incarnationis myſterium in inſtanti fuit. Cum probatur conſequentia, dico quod repugnat intelligi in maiori perfectione intra ſuam ſpeciem quamuis tota illa poſita intelligatur finita. Sicut in genere quantitatis repugnat quod perfectiſsimo humano corpori addatur quantitas, & perfectiſsimæ imagini Cæſaris perfectior ratio figuræ. Quia tanta poſſet addi, quod in figurato nihil correſponderet, Cum autem id quod in Cæſare correſpondet ſit finitū, intelligi certe poteſt, quod perfectiſsima imagine repræſentetur, ita vt non poſsit fieri additio. Puncto etiam qui finitus eſt, nulla additio fieri poteſt, ſicut nec ſciētiæ aut cognitioni principiorum. Quia tā aperta eſt, quod totaliter ſcitur, vel totaliter ignoratur. Excipio cognitionē rerum in eſſentia, & per eſſentiam diuinam, quę pluſquam genere differt ab iſta, de qua eſt nobis ſermo. Author in primo mēbro diuiſionis ex tribus quę habētur ſolutione ad 1. exēplificat in albo & nigro. Quēadmodū, album addi nō poteſt nigro, quia eſſet additio vltra ſuam ſpeciem, ſic ſummæ gratiæ, ſiue ſummæ perfectioni ſupernaturali, quæ videtur eſſe fruitio in patria repugnat quod ſi ſit perfectiſsima addatur de nouo, noua perfectio, quia ſupponimus quod ſit perfectiſsima, & quod perfectio producibilis ſecunda actione qua intēditur, eſt producibilis a principio. Talis eſt viſio beata a principio eſt dabilis tota ſimul, Quod vltra gratiam & charitatem, ſit dabilis alia perfectio ſupernaturalis perfectior, vt pote fruitio ſupernaturalis. & ſubſtantia, quæ a toto genere excedit accidens, hoc non eſt ad propoſitū. Quia loquimur de perfectiſsimo in ſuo genere, & dicimus quod in ſuo genere dari poteſt vnum ſupremum, quod in ſuo genere non poſsit excedi.

Ad 2. dico. Quod ſicut verſus remiſsionem deueniendum eſt ad primum gradum vltra quem non poſſit amplius deſcendi, ita verſus intēſionem, vt nō poſſit amplius intendi. Si conſeruarentur omnes gradus non poſſet fieri additio, ſicut in precedenti dictum eſt.

*S. Thom.* Ad 3. Quod eſt ſecundum apud Authorē, deſumptum ex S. Thom. q. 24. art. 7. reſpondet retorquendo illud in Sanctum Thomam, quem acerrime acriterque impugnat. Impugnatione omiſſa, eſſigno ſolutionem dicēdo, quod repugnat ex parte formę & ſubiecti, quia creatura non poteſt in infinitum, ſed modo finito, ſui conditoris perfectionem imitari. Alias planta ad perfectionem animalis, & animal ad finitam perfectionem hominis poſſet peruenire, quod eſt falſum, ergo datur terminus intra ſuam ſpeciē quod eſt intentum. Ad vltimā partem argumenti dubio ſequenti patebit.

Ad 4. dico, quod de facto non perueniet, De quo articulo 3.

Ad 5. dico, quod eſt diſpar ratio, nam ignis augetur per appoſitionem combuſtibiliū, quæ ſolum ſunt vnū per aggregationem ſicut aceruus lapidum. Hic autē effectus non eſt vnius potentiæ demonſtratæ, ideo ſemper poteſt augeri. Nō ſic vnitas qualitatis, quæ eſt vnius potentiæ demonſtratæ, vt dicemus.

Ad 6. Leuchetus, optime de Scoto benemeritus, reſpondet, quod poteſt Deus facere quātum ita magnum, quod amplius non poſsit augeri. Hoc non reputo verum. Ideo negando illud, cum dicis id ſequi ex noſtra ſententia, dico, quod eſt diſpar ratio. Nam quantum, ex maiori extenſione non eſt perfectius, ſed maius. Alſedo vero, ſimiliter charitas vt quatuor, perfectior eſt charitate vt duo, & quia ipſa eſt finitę perfectionis, & Deus infinitæ virtutis, hinc eſt quod Deus vnica actione, poteſt ſimul totam illam perfectionem producere. Non vero quantum, quia extenſione nō fit perfectius ſed maius diuiſibile in illas partes ideo eſt ſicut plura in diuidua, quæ ſicut ſemper poſſunt plurificari, ita quantum in maius augeri. *Leuchet.*

Ad Clementinam dico, quod ibi damnatur error Beguardorum aſſerentium poſſe nos peruenire ad gradū gratiæ, vt amplius non poſsimus proficere nec peccare, quod nos non ponimus, quia impeccabilitas eſt donum Dei Secundo quia tunc eſſet alia gratia equalis gratiæ Chriſti, quæ de lege eſſe nō poteſt. Quia ipſum dedit Dominus caput ſuper omnem Eccleſiam quæ eſt corpus ipſius Ideo ſemper eſt in quo homo poſsit proficere iuxta illud Apocalip. 22. Qui iuſtus eſt iuſtificetur adhuc. Lege Concilium Tridentinum ſeſſ. 6. c. 10. Ex dono autem, homo poteſt confirmari, & ex omnipotentia Dei ſumma gratia produci. *Ephes. 1.* *Apocalip. 22.*

*Num quantum contingit eſſe in potentia, tantum contingat eſſe in actu.*

SVB iſta quæſtione, quæ claritatis gratia ſub titulo diſtincto mouetur, declaranda eſt litera Authoris, quę incipit. Ab iſte ratione. Habetur ſub B. De qua re videndus eſt Pater Rada, controuerſia 19. art. 2. nut. 5. Pro parte negatiua arguitur. In numeris eſt procedere in infinitum, ergo aliquid eſt in potentia, quod non contingit eſſe in actu. *Rada.*

Ad hoc dubium ſciendum, quod Auerroes 3. phiſicorum, a commentu 60. vſque ad 68. tenendo iſtā propoſitionem eſſe veram, reſpondet propoſito argumēto, quod continuum creſcit eundo ad formam, numerus vero augetur appoſitione alterius, & alterius continui, qui eſt proceſſus ad materiam, ideo in primo datur ſtatus, non vero in ſecundo proceſſu. Author reiicit hanc ſolutionem dicens, quod procedendo ad numerum maiorem, eſt proceſſus ad formam proprie includentem virtualiter formas pręcedētes, quia reuera quilibet numerus habet propriam formam. Ire autem ad materiam, eſt ire ad reſolutionem & diuiſionē, vt quādo diuiditur cōtinuum, quia deſtruitur antiqua forma, & eſt proceſſus ad minus formatum. Ire ad formam, eſt ire ad perfectionem totius, quæ eſt effectus formalis. Videndus eſt Author in 4. d. 44. q. 2. art. 2. con 1. In 2. d. 2. q. 9. ad 1. vbi docet, quod pars ſecundum formam, eſt pars ſecundum ſpeciem. Pars ſecundum materiam, eſt pars quanti, quatenus quanta eſt, quia quantitas ſequitur materiam. Patent termini ſolutionis commentato- *Scot.*

rie, quam Author obiter impugnat. Ideo non eſt curandum de impugnatione Caietani 1.p.q.7.ar.3. ſua quæſtione 5. vbi impugnat Authorem in hoc loco. Caiet.

Secundo not. quod quantum molle, non augetur, niſi ex aliis quantis, & ſicut ex pluribus partibus componitur, ita in plures partes eſt diuiſibile, & quælibet pars eſt in potentia, vt diuidatur in alias partes. Et quia hæc potentia ſemper eſt in fieri, nunquam in facto eſſe, & vna potentia non continet aliam, quia quælibet pars diuiſa, eſt iterum diuiſibilis noue & diſtincta potentia ab illa qua totum continuum fuit primo diuiſum, ideo hæc potentia dicitur non demonſtrata. Id eſt, quia nó poteſt dari tota preſens, non poteſt demonſtrari. Potentia vero demonſtrata eſt, quãdo res poteſt eſſe tota ſimul. & ſupremum, actu continet infimum, vt pote calor vt quatuor, calorem vt duo. Hoc eſt, quod ſicut pluribus actionibus poteſt dari calor vt quatuor, poſtea vt quinque & vt octo, ita poteſt dari tota illa intenſio vnica actione, quia omnes gradus inter mediũ continentur ſub ſupremo.

Sequitur in litera Authoris ſub C. Et ideo dicere ſunt partes vnius potentię demonſtrate, tantum valet, ſicut dicere. In quibuſcunque actibus ordinatis, quilibet actus ſecundum quemcunque gradum eſt per ſe factibilis, ibi ſupremum in potentia, poteſt ſimul eſſe in actu, quia vnica potentia poteſt reduci ad actum. Poſtea inquit. In quibus autem natis eſſe tantum in fieri ſunt multę potentię ordinate, non poteſt aliquod vnũ ſummum poſsibile dari in actu, quantum contingit eſſe in potentia. Hæc verba. In quibus autem natis, penitus ignoro. nec exiſtimo vllum facere ſenſum, quia ly natis, nihil ſignificat ad præſens. Mẽdoſa eſt litera, in omnibus originalibus. Cum locutus fuerit de actibus ordinatis, videtur quod ſenſus literæ ſit, in quibuſcunque actibus ordinatis, &c. vel nõ ordinatis, vt loquatur per membra oppoſita diuiſionis, modo expoſito. Ideo vult Scotus quod veritas noſtrę concluſionis quæ loquitur de quanto virtutis, non eſt concludenda ex propoſitione Ariſtot. in titulo propoſitá, quæ loquitur de quanto molli. Ratio eſt, quia Deus poteſt augere quantum, non apponendo partes ablatas ex alio quanto, ideo maius eſt in potentia, quã ſit in actu. Sed concludẽda eſt veritas ex hoc quod gratia eſt quodam permanens, cuius omnes partes ſunt vnius potentiæ demonſtrate, ideo quantum contingit eſſe in potẽtia tantum contingit eſſe in actu. Ergo Deus qui eſt infinite virtutis poteſt id producere, conſequenter dabilis eſt ſumma gratia. Alia ratio non eſt Authoris vt credo, nam inquit. Alia ratio ponitur ad concluſionem talis. Cum vero Author, inquit ponitur, dicitur, &c. ſemper loquitur ex mente aliorum. Ideo ad vitandum prolixitatem omitto illam.

Ad argumentum dico, quod in diuiſione continui non eſt dare vnam potentiam, imo ſunt multę, ideo quãtum contingit eſſe in potentia non contingit eſſe in actu. In intenſione qualitatis eſt dare vnã potentẽ, ideo quantum contingit eſſe in potentia tantum contingit eſſe in actu. Sed hæc ratio, & vltima, nihil probãt ſine prima quæ habetur dubio præcedenti concluſione 3. ideo bene dixit Scotus quod ab illa habent euidentiam iſtę duæ rationes,

*Num animæ capacitas, gratia, aut alio habitu augeatur.*

DVbium hoc preſenti & ſubſequenti art. deſeruit, habens ſedem apud Authorem in 2. huius, & in 1. ſequenti. Cum enim dicimus, quod ex parte ſubiecti datur terminus gratiæ, occurrunt Authores contrariæ opinionis dicentes, quod charitas auget capacitatẽ animæ, ideo ſemper maiorem recipere poteſt. Gotfredus primo argumẽto ſequentis art. & ſolutione ad idẽ argumentum ſentiens nobiſcum. quod ſumma gratia eſt creabilis loquit. Ideo in Chriſto poſſe recipi, quãuis vt homo non ſit tam perfectus ſicut Angeli, quia quodam alio habitu præcedente charitatem, augetur eius capacitas. Aliter intelligere non poterat quomodo natura inferior, poſſet recipere quantum ſuperior, Secundo dicebat quod capacitas animæ Chriſti augebatur ex vnione ad Verbum. Hoc vltimũ de vnione ad Verbũ, docet Richard. d.27 art.6.q.2.ad 4. Hac d.p.2.q.6.ad primum. Bonauent. art.1. citandus infra art. 6. Vbertinus de Caſſal. libro 4 c.9. vbi inquit quod humanitas Chriſti ex vi vnionis potuit ferre tam acerba tormenta. Videndus eſt de hac re Pater Rada controuerſia 19. art.2. concluſ. 1. Pro hac opinione arguitur. Forma auget capacitatem materiæ, quia dat ſibi eſſe propinquum ad recipiendam formam, ergo charitas augere poteſt capacitatem animæ ad recipiendam gratiam. Gotfre. Richard. Vbert. Radal

Confirmatur. Nam anime ſub vno aliquo gradu charitatis, puta quatuor, poteſt habere feruoris gradũ, quẽ habere non poteſt ſub quolibet gradu, puta vno, ergo charitas auget capacitatem. Similiter ſub maiori lumine & charitate maiorem recipit viſionem.

Caietanus, vt ſuum defendat Authorem inquit, quod in anima eſt duplex capacitas, alia remota, quæ eſt potẽtia nuda ſecundum ſe conſiderata, & iſta augeri nõ poteſt, imo ad charitatem præſuponitur. Alia eſt propinqua, qua anima per ſuperuenientem diſpoſitionem, diſponitur. Et iſta augetur, vt patet exemplo materiæ primæ. Hoc exemplo vtitur Caietanus ad diſſoluẽdam rationem Scoti, quam ſtatim proponam. Hac eadẽ diſtinctione vſus eſt Durand. q.1. ad 3. Non tamen nominat Scotum tanquam oppoſitum dicentem. Caiet.

Concluſio. Capacitas animæ non augetur per charitatem. Eſt Scoti contra S. Thom. & Thomiſtae. Prius docuit Seraphicus Bonauent. in 1.d.44. in expoſitione literę, vbi tenendo quod Chriſtus non potuit recipere maiorem gratiam, ſubiungit. Gratia nec auget, nec diminuit capacitatem. Idem habet hac d.ar.1.q.3. Probat. Autor ſolutione ad 2. ex Aug. de prędeſtinatione Sanctorum c.4. Poſſe habere charitatem in eſt homini a natura, ergo de ſe eſt in natura, & non a charitate. Si dicas quod augetur ex charitate, ſicut humidum naturale humido cibali. Similiter & calor. Contra, eſt ſecunda ratio Authoris eadem ſolutione. Quando duę cauſæ ſecundæ concurrunt ad eundem effectum, cauſa ſecunda non dat aliquam cauſalitatem cauſę primæ, quia prima non pendet a ſecunda, ſed ſubiectum recipiens gratiam preſuponitur ad gratiam, quia omne ſubiectũ eſt velut materia quæ præcedit formam. ergo gratia nõ dat aliquam cauſalitatem receptiuam ſubiecto. tenet conſequentia, quia recipere gratiam eſt cauſalitas materialis quam poteſt habere anima reſpectu gratiæ, & iſta debet precedere ipſam gratiam, igitur cũ Deus ſit ſumma omnipotentia, & anima ſit in perfecta obedientia poterit Deus ſimul omnẽ gradum gratiæ in anima producere abſque aliqua diſpoſitione, quæ augeat eius capacitatẽ. Ratio adeo efficax eſt vt Caietanus 2.2. q.24. art.7, ſua q.1. dicat, hanc rationem vehementer impugnare rationem S. Tho. De impugnatione non curo. Bonau. Aug.

Contra Caietani diſtinctionem, quæro quid intelligit per diſpoſitionem propinquam. Si maiorem digni

uitem moralem in genere meriti, vt Deus & Dominus noſter dignetur maiorem infundere; concedo cum Scoto in reportatis hac d, vbi docet, quod eſt capacitas propinqua ex meritis. Si maiorem potentiam paſsiuam, falſum eſt. Nam hæc non creſcit, quia anima de ſe eſt in potentia ad omnem ſuam perfectioné, imo hæc potentia nihil eſt aliud, niſi ipſa natura, vt quæſt. 2. Prologi docet Scotus.

Tertio. Prima capacitas animæ non augetur, vt ipſemet Caietanus fatetur, tali anima recipit gratiam quatenus Dei imago, eſſe autem ad imaginem Dei, eſt eius propria natura, iuxta illud. Faciemus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram, ergo fruſtra ponitur alia potentia propinqua ad recipiendam gratiam ſummam, ita vt vnus gradus gratiæ diſponat ad recipiendam ſecundum. Alias oporteret quod denuo fieret magis imago, & ſic etiam æius ſubſtantia eſſet intenſibilis, & remiſsibilis.

Quarto. Habitus in vniuerſum ponuntur ad ſupplendum virtutem naturæ, vt quod natura deficit, habitus ſuppleat. Qua ratione in Deo non ponuntur habitus, quia non eſt capax accidentis, & quia per naturam eſt iuſtus, eſt bonus, eſt omnia ſciens. Quod magis eſt verũ de habitibus ſupernaturalibus, qui ponuntur ad eleuandam potentiam, vt poſsit per habitum, quod eſt ſupra ſuam naturam, ergo potius ſunt ad agendum, quam ad patiendum. Male ergo dicitur quod ſunt diſpoſitio paſſiua, nam iam ſupponunt potentiam, cui tn herent antequam intelligantur augere æius capacitatem. Ponuntur igitur ad agendum, non ad patiendum.

Quinto, quilibet gradus gratiæ immediate recipitur in anima, & non ſe habent vt quãtitas, & qualitas, quarum vnum recipitur in alio, ergo vnus gradus non diſponit ad aliũ, ſed omnes ſimul ſe vniuntur ad eleuandã potentiam, ſicut vnitur virtus plurium hominum eleuantium lapidem. Vltimo arguo ex eo quod factum eſt. Chriſtus vnica actione, ſimul, recepit ſummam gratiam creabilem, ſine tali augmento capacitatis, ergo fruſtra ponitur. Hæc contra Thomiſtas.

2. Concluſio. Capacitas animę non augetur per aliquem habitum ſupernaturalem precedentem charitatẽ. Eſt contra Gotfredum dicentem, Angelum poſſe recipere maiorem gratiam quam homo, & animam Chriſti non poſſe recipere ſummam gratiam, niſi æius capacitas augeretur aliquo habitu ſupernaturali. Habetur argumento primo ſecundi art. Author redarguit eum ex conceſsis. Anima Chriſti de facto recepit ſummam gratiam (quam poſſe dari iſte author concedit, quia per illũ habitum aucta fuit æius capacitas) igitur ſi Angelus ſecũdum ſua naturalia poteſt recipere maiorem gratiam, quam homo, ſequitur quod ſi æi daretur iſte habitus augens capacitatem, poſſet tunc recipere maiorem gratiam, quam nunc habet anima Chriſti cum eodem habitu, ergo male conceſſum eſt, quod Chriſtus Dominus de facto habuerit ſummam creabilem. Nam hoc eſt contra opinantem, tenet conſequentia. quia ſi inequalibus æqualia addas, remanentia erunt inequalia. Dici poſſet quod ſicut in gratia datur terminus, ita in capacitate. Hac ratione Author in e. d. 7. ad penultimum. Et d. ſequenti, docet quod cum habitus eſt in ſummo, non augetur actibus. Vnde ſit ſecundum argumentum. Primus habitus ſupernaturalis qui eſt in voluntate eſt gratia, vel charitas, ergo nullus habitus ſupernaturalis pręcedit. Si dicas quod præcedit ſpes. Contra. Spes non præcedit, vt diſpoſitio augens capacitatem, quia ſolum ponitur ad eleuandam voluntatem vt per bona opera, ſperet & cõfidat conſequi beatitudinem. Nullo igitur modo ponendus eſt iſte habitus ſupernaturalis præcedens vt diſpoſitio.

Tertia concluſio. Capacitas animæ Chriſti, non augetur ex vi vnionis. Habetur ſolutione ad primum art. ſequentis. Probatur. Humanitas ex vi vnionis nihil intrinſecum acquirit, ergo æius capacitas non augetur. Antecedens probatur. Quicquid de nouo habet eſt relatio, & pendentia, vt patet d. 1. q. 1. art. 1. conſequentia tenet, quia habere maiorem capacitatem pertinet ad genus rei abſolutæ. Secundo. Extendere capacitatem, eſt aliquid efficere, ſed terminare dependentiam nõ eſt efficere, quia Verbum non habet aliquam efficientiam, quam non habeat Pater, aut Spiritus ſanctus, ergo capacitas ex vi vnionis non augetur.

Quarta concluſio. Capacitas animæ non eſt infinite. Concluſio eſt contra Almainum, dubio primo citatum, qui tenens gratiam poſſe creſcere in infinitum, & *Almain.* quod anima poteſt recipere quamlibet gratiam, conſequenter ponit animæ capacitatem eſſe infinitam. Nos non ponimus capacitatem infinitam, nec gratiam infinitam, ſed ſummam. Concluſio colligitur ex Authore in e. d. 1. q. 1. ad 2. principale. Suadetur ex hoc quod Beatus, ſine infinitate aliqua in potentia, modo finito videt Deum infinitum, ergo ad recipiendam gratiam, nulla infinitas debet poni in anima. Probatur. Non ponitur infinitas in humana natura cum vnitur Verbo, igitur nec reſpectu gratiæ. Niſi forſam denominatione extrinſeca infinitam diceres. quia videt infinitum. vel vnitur Verbo infinito.

Ad primum argumentum dico, quod materia primæ, in ratione materię, nihil recipit a forma, quia omnis æius cauſalitas præcedit formam, & forma non poteſt augere, niſi vnita, ergo prius intelligitur materia capax formæ, quam intelligatur forma augere eius capacitatem, ergo reuera forma, non auget capacitatem materię, ſed ipſa iam præſuponitur capax.

Ad confirmationem dico. eſſe verum in generé meriti, & moralis diſpoſitionis, vt contra Caietanum dictum eſt, non alio modo.

## ARTIC. II.

*Vtrum ſumma gratia potuerit conferri animæ Chriſti.*

AD primum ſic proceditur. Videtur quod non potuerit conferri. *Erat. 1.* Anima Chriſti non poteſt eſſe ſummum gratificabile, quia non eſt ſumma natura intellectualis, igitur nec ſummam gratiam potuit recipere. Probatio conſequentię. Quia natura intellectualis excellentior, eſt capax maioris perfectionis, & excellentioris, quia capacitas perfectionis eſt ſecundum gradum naturæ perfectibilis. Hic dicitur quod animæ Chriſti dabatur habitus quidam ſupernaturalis, *Gotfred.* perquẽ augebatur capacitas illius naturę, *quot. 19.* vt ſic poſsit recipere maiorem gratiam. Cõ *q. 12.* tra. Natura excellentior fuit capax eiuſdẽ habitus, vel alterius perfectioris, & per

iſtud

iſtud eſſet capax maioris gratię, & ita ſemper natura excellentior eſt magis gratificabilis, quam natura iſta, ſiue ex habitu, ſiue ex ſe, & ita ſi proportio eſt perfectibilis ad perfectionem, nunquam poteſt iſta habere maximam gratiam poſsibilē conferri creaturæ. Preterea nec poteſt ibi conferri ille habitus, quia cum gratia ſit actus primus ſupernaturalis, non preſupponit aliquem alium actum pretiium ſupernaturalem.

2.principale erat 4. 2. Præterea. Si poſſet habere gratiam ſummam creabilem, tūc poſſet habere gratiam cui nulla eſſe æqualis, probatio conſequentiæ quia quod per ſuperabundantiā dicitur, vni ſoli conuenit. 5. Thopicorum, 5.Top.c.15. conſequens eſt falſum quia poſſet Deus aliam naturam humanam ęqualem, vel Angelicam naturam aſſumere, & ei conferre æqualem gratiam.

Sed contra. Iſta natura potuit aſſumi ad ſummam vnionem quantum ad eſſe, ergo quantum ad operari. Summa vnio quātum ad operari, non eſt niſi per ſummum habitum gratiæ, quę eſt principium operandi, ergo, &c.

2. Preterea. Naturæ intellectuali conuenit quod ſit capax gratię, in quantū imago Dei, ſed iſta natura potuit eſſe ſumma imago Dei, ergo ſummę capax gratiæ, ergo potuit ſibi conferri ſumma gratia.

Ex art.1. ſupponitur. Supponendo quod ſumma gratia poſsit vnica actione creari, probo, quod iſta poſſit conferri animæ Chriſti. Primo, quia ſub iectum receptiuū accidentis conuenientis habentis gradus quod nō determinatur ex 1.ratio. ſe ad aliquem gradum, poteſt quantum eſt ex ſe recipere quemcunque gradum gratię. Maior declaratur per oppoſitum. Ideo enim aqua non poteſt quemcunque gradū caloris recipere, quia calor eſt accidens diſconueniēs aquę in aliquo gradu, & aliquis æius gradus non poſſet eſſe in aqua manēte aqua in ſui natura, ſed oportet aquam corrumpi, ideo etiam aer, cui calor eſt accidens conueniens, non poteſt quemcunque gradū caloris recipere, quia ex natura ſua determinatur ad certum gradum caloris habendum. Ita etiam de Mixtis. Sed quando accidens eſt habens gradus, & eſt cōueniēs ſubiecto & non determinatur ſubiectū ad aliquem gradum certum habendum, non videtur quare non poſsit ſibi quicunque gradus in eſſe, quia non inuenitur contradictio. Et vbicunque nō inuenitur cōtradictio, illud ponitur abſolute poſsibile. Vel ſic poteſt formari ratio, & breuius. Suſceptiuū formę habentis gradus, cuius nullus repugnat, poteſt quemlibet recipere anima ſie ſe habet reſpectu gratiæ. Probo. Si alicui ſuſceptiuo in quantum tale (per quod excluditur quælibet ratio actiui cōcomitāns) repugnat aliquis gradus gratiæ, Hic ablata eſt quædā additio. repugnat, & cuilibet æiuſdē rationis, quia quodlibet capax gratię, eſt capax, vt eiuſdem rationis, per ſecundam rationem huius art. nullus autem gradus gratiæ repugnat cuilibet ſuſcepriuo, ergo nec alicui.

2.Ratio. Præterea. Angeluſ & anima comparātur ad gratiam ſecundum eandē rationem receptiui (quia ipſa vt recipitur eſt forma æiudem rationis, & ita recipientia in quantum recipiunt ſunt æiuſdē rationis. Exēplum. ſicut albedo eſt æiuſdem rationis in lapide, & in ligno, ita iſta vt comparantur ad albedinem, non ſunt alterius rationis, imo accidit eis eſſe alterius rationis, vt recipiunt formam æiuſdem rationis) gratia Minor. autem animę, & Angeli, eſt eiuſdē ſpeciei, alioquin vna virtualiter excederet aliam, & ita omnis gratia eſſet maior quaecunque gratia Angeli, vel econuerſo: vtrunque eſt falſum, ergo ambo iſta comparātur ad gratiam, non vt ſunt in ſubſtantia alterius rationis. Sed iſta alteritas accidit eis vt recipiunt tale accidens, ergo quantam poteſt recipere Angelus, tantam poteſt anima recipere. Summam autem creabilem poteſt aliquis Angelus recipere, ergo & anima, ergo & iſta anima.

3.Ratio. Præterea. Quando inter aliqua extrema communia eſt proportio vt inter prima extrema illius proportionis, ipſa eſt inter quæcunque cōntenta ſub altero extremo. (Exemplum, calefactiuum, & calefactibile, ſunt prima extrema fundata ſuper habens calorem in actu, & in potentia. Inquibuſcunque ergo inueniuntur iſtæ rationes actualiter calidi, & potentialiter calidi illis poteſt in eſſe talis proportio) ſed prima ex Minor. trema huius proportionis, perfectio ſuper naturalis, & perfectibile ſupernaturale, ſunt gratia quantum ad propoſitum, & natura intellectualis, ergo inquibuſcunque contentis ſub alterutro extremo, eſt ratio iſtius proportionis, & ita quæcunque gratia poteſt eſſe perfectio cuiuſcunque natu Exem. ræ intellectualis. Exemplum ad hoc. Si color ſe habeat ad ſuperficiem primo vt perfectio ad perfectibile, & non determinatur ex natura alterius extremi ad aliquod inferius

rius, vt ſit extremum proportionis, quælibet ſuperficies poteſt perfici a quocunque calore. Quod ſi extrema determinetur aliũde, puta quod ſuperficies vnde talis ſubſtãtia ſcilicet lapidis, fiat determinatum extremum talis coloris: tunc ita ſuperficies non poteſt recipere quemcunque colorẽ, quod non eſt ex parte eius qua perfectibile eſt, ſed in quantum illud cuius eſt determinat, ſibi certam ſpeciem, vel certum gradũ coloris. Sed ſi abſolute eſſet perfectibile, & reliquum perfectio, quælibet poſſet perfici a quocunque gradu.

Hic iuxta primum membrum.

*Pro tertio Articulo.*

*Brat. 1. Gotfr. vbi ſupra* AD argumenta. Ad primũ dicitur quod licet non ſit ſumme gratificabile, quia tamen vnitur perſonæ Verbi, ex hæc vnione ampliatur eius capacitas, vt poſsit recipere ſummam gratiam, quam non poſſet recipere, ſi non eſſet aſſumpta. Cõtra hoc. Quia circa iſtam naturam nihil ponitur abſolutum nouum per iſtam vnionem, quia ipſam vniri Verbo, non dicit niſi ſpecialẽ dependentiam æius ad Verbum. Sicut ergo manet natura quantum ad omnia abſoluta, ita & eandem habens capacitatem. Præterea. Si Angelus fuiſſet aſſumptus, habuiſſet ex vi aſſumptionis maiorem capacitatem, quam nunc habet per te, & ita tantum aucta fuiſſet vltra capacitatem naturalem eius natura per aſſumptionem, quantũ modo natura aſſumpta aucta eſt per vnionem ex parte animæ vltra ſuam capacitatẽ naturalem, vel plus. Et ita, illa natura poſſet capere plus de gratia, quam modo anima Chriſti.

*Solutio Scoti.* Poteſt dici breuiter, quod quodcunque gratificabile, capax eſt, in potentia obedientiali, quantæcunque gratiæ, quia reſpectu huius accidentis peraccidẽs, & tamen cõuenientis, non habet vnde determinetur ad certum gradum. Nec iſtud inducitur per aliquam alterationem paſsi, vel ab agente naturali: ſed tantum ſecundũ quod abſolute ſubiectũ eſt capax, & Deus poteſt imprimere. Illa ergo propoſitio, quod proportio eſt perfectionis, & perfectibilis: ſi intelligatur ſecundum proportionem præciſſam, ſcilicet quod perfectius perfectibile capax eſt maioris perfectionis falſa eſt. Imo totum perfectibile in communi, reſpicit totam perfectionem in communi, & quodlibet quamlibet. Habet tamen iſta propoſitio probabilitatem de ſubiectis, & accidentibus naturalibus, quæ cauſantur ex eis. Quia ſecũdum perfectionem cauſę actiuæ totalis, eſt perfectio effectus. nullam tamen probabilitatẽ habet de formis ſubſtãtialibus & materia. Quia aliquãdo recipitur forma perfectior in perfectibili imperfectiori, quia dat ſimpliciter perfectionem maiorẽ & priorem. Sed non oportet hic inſtare de materia & forma ſubſtantiali, quia hic eſt ſermo de ſubiecto & accidente. Sed tantum hic inſtãdum eſt, quod propter accidentalitatem talis accidentis, nullam rationem habet terminandi ad talem gradum.

Ad vltimum patet, quod concludit de ſuperlatiuo, vt exponitur poſitiue, *Brat 4.*

*Super Diſt. 13. q. 1. Art. 2.*

IN litera vna eſt concluſio. Anima Chriſti potuit recipere ſummam gratiam. Probatur. Gratia eſt perfectio animę, ergo anima non eſt determinata ad certũ gradum gratiæ. Conſequentia manifeſtatur exemplo ſumpto ex naturalibus. Ideo aqua recipit tantam caliditatem, non maiorem, quia ſub maiori corrumpitur, & deſtruitur ſua natura, ergo cum gratia non ſit contra hominis naturam, ſed eius perfectio, ſequitur quod poterit ſummam gratiam recipere. Secundo. Anima & Angelus in recipiendo gratiam ſunt eiuſdem rationis, ſicut lignum & lapis in recipiendo albedinem, ergo ſicut ſupremus Angelus poteſt ſummam gratiam recipere, ita anima. Conſequentia eſt legitima, antecedens probatur. Si non eſſent eiuſdem rationis, omnis gratia Angeli eſſet maior gratia cuiuslibet animæ, quod eſt falſum, igitur illud ex quo ſequitur. Tertia ratio, quia difficilis eſt non poteſt poni in ſumma textus.

*Num omnis intellectualis natura ſit æqualis capacitatis.*

RAtio dubitandi ex dubio præcedẽti ſumitur, Anima non eſt ita perfecta ſicut Angelus, & Angelus eſt magis ad imaginem Dei quam anima, ergo ſi eſt capax gratię in quantum Dei imago, ſequitur quod Angelus erit magis capax gratiæ, quam Chriſtus. & ſic, aut Chriſtus non habuit ſummam gratiam, vel neceſſe fuit, vt augeretur eius capacitas.

Secundo. Superficies continet corpus, & tamen non quælibet ſuperficies continet quodlibet corpus, ergo non quęlibet natura poteſt habere quamlibet gradũ gratiæ ſed maior natura maiorem gradum ſicut maior ſuperficies continet maius corpus.

Tertio ad hominem ſic. Scotus dubius manet an Adam, & Angeli ſint creati in gratia, & certus eſt, quod quantum ad eliciendum ſuperior natura ſit magis efficax, igitur ſicut maior eſt in eliciendo, ſic in recipiendo natura maior, erit maior.

Quęſtio ſupponit quod gratia ſeu charitas ſit aliquid animæ inherens, iuxta illud Rom 5. Quia charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris. Supponit quoque fuiſſe in Chriſto, iuxta illud, Ioan. 1. Plenum gratiæ & veritatis. Et querit an Anima Chriſti fuerit capax ſummæ gratiæ. Ad quod, recolẽdum quod ſupra diximus art. 1 *Rom. 5. Ioann.*

dubio

bio principali, nempe nõnullos dixiſſe Chriſti gratiam fuiſſe ſummam ſolum ex parte ſubiecti, tamen ſecundum ſe potuiſſe eſſe maior. Tunc ſequitur, quod natura perfectior ſit capax maioris gratiæ. Ita refert Maior hac d. q. 1. Clare tenere videtur Marſilius in 3. q. 10. art. 1. dub. 5. Docens quod poſſet Deus creare naturam capacem maioris gratiæ, quã habuit Chriſtus. Poſſea docere videtur, quod inferior natura ſit capax tantæ gratiæ, ſicut natura ſuperior. Sed hoc nõ videtur tribuere naturæ ſed gratiæ augenti capacitatem, vt dicit Goifred. Quidam igitur dicunt ſummã gratiam non eſſe producibilẽ, nec in ſubiecto nec extra. Sic plures Thomiſtæ. Alii dicunt ſummã ex parte ſubiecti eſſe dabilem. Sic Gregor. & alii. Iſti conſequenter habent dicere in ſuperiori natura poſſe dari gratiam ſuperiorem. Aut quod ſi natura inferior ſuſcepit ſummam, quam ſumma natura potuit ſuſcipere, hoc fuiſſe, quia eius capacitas fuit aucta. Sic Gotfredus. Scotus autem docet poſſe dari ſummam gratiã, & ſine augmento capacitatis poſſe recipi in anima Chriſti, quæ eſt inferior natura Angelica.

Ad hoc ſciendum, eſſe quædã accidentia, quę perficiunt ſubiectũ. Ita ſe habet calor reſpectu ignis. Alia ſunt cõtraria ſubiecto, vt calor reſpectu aquæ. Inter hæc, hæc eſt differentia, quod accidens perficiẽs ſubiectum, eſt compoſſibile in ſummo cũ ſubiecto. Accidens vero contrarium ſubiecto, nõ eſt compoſſibile in ſummo cũ ſubiecto, ſed neceſſe eſt quod ſubiectũ corrũpatur, vel quod illud accidẽs nõ ſit in ſummo. Sic calor eſt in aqua, non ſummus calor, animalia corrumpit. Secundo ſciendum quod quanto magis vnum contrariũ creſcit, tanto aliud remittitur. Accidẽtia vero non cõtraria, ſed priuatiue oppoſita, ſine reſiſtentia recipiuntur in ſubiecto. Ideo lux poteſt ſubito totum mundum illuminare, & tenebras ſubito ſine reſiſtentia expellere.

Concluſio. Homo capax eſt ſummæ gratiæ. Docet Aug. 14 de Trinit. c. 4. vbi de humana natura inquit, Magna natura eſt: ſed quia ſumma non eſt, vitiari potuit. Et quanquam vitiari potuit, quiã ſumme nõ eſt, magna eſt, quia ſummæ capax eſt: Item quod 18. inquit Quod eſt capax in quantum Dei imago. Ratione probatur. Gratia & peccatum opponuntur priuatiue, non contrarie, ergo ex hac parte non eſt cur nõ poſſit ſumma gratia recipi in anima Chriſti: tenet conſequentia, ideo contraria non ſunt in ſummo in ſubiecto, quia præſentia vnius remittit aliud, etſi ſit in ſummo, omnino aliud expellit: cum ergo gratia & peccatum priuatiue opponãtur, nulla realitas peccati manebit, quę ad modum contrarii remittat gratiam, vt non ſit in ſummo, in quocunque ſubiecto quod eſt capax gratię. Secũdo (eſt 1. in corpore) Gratia eſt accidens perficiens naturam, ergo poterit eſſe in ſummo. Tenet conſequentia. Ideo in aqua aut homine non poteſt recipi calor in ſummo, quia naturæ eorũ repugnat calor in ſummo, ergo in anima in qua non eſt talis repugnantia recipi poteſt ſumma gratia, quę tanquã eius perfectio ſumme perficiat. Cuncta enim appetunt ſuam ſummam perfectionem. Tertio (eſt 2. Authoris) Angelus & anima comparantur ad gloriã ſecundum eandem rationem receptiui, ergo quantũ poteſt recipere Angelus, poteſt recipere anima, ergo cum Angelus ſupremus, poſſit ſummam recipere gratiam, poterit etiam recipere anima, conſequenter anima Chriſti, quia non minus perfecte eſt in accipiẽdo, quam quæcunque alia anima. Omnes iſtæ conſequentiæ habẽtur in ſua ratione. Antecedens probatur. Gratia ipſa recepta in homine, & Angelo, eſt eiuſdem rationis, ergo ipſa recipientia in quantum recipiunt gratiam, ſunt eiuſdem rationis. Antecedẽs huius ſecundi ſyllogiſmi probatur ratione, & exemplo albedinis, quæ eſt eiuſdem rationis in lapide & ligno. Ratione ſic. Si gratia in Angelo & anima, eſſet diuerſæ rationis, ſeu ſpeciei, ſicut ſunt ipſe Angelus & anima, ſequeretur quod quilibet gradus gratiæ Angeli excederet ſupremũ gradum gratiæ hominũ: ſicut quælibet ſpecies infima Angeli excedit hominem, quod eſt falſum, quia beatiſſima Virgo omnes Angelos gratia ſuperat. Hac ratione vtitur Ioan. Maior hac diſt. q. 1. art. 2. Conſequentia ſecũdi ſyllogiſmi probatur. Quia ſicut non quælibet potentia reſpicit quodlibet obiectum, nec quodlibet obiectum quãlibet potentiam, ſed obiectũ vnum, quæ ſunt vnius rationis ſecundum potentiam, quamuis natura, ſint diuerſæ ſpeciei, qualia ſunt aquila & homo ſecundum potentiam viſiuam, ſic ad recipiendum vnam & eandem formam ſecundum rationem, requiruntur ſubiecta receptiua, quæ ſint eiuſdem rationis. Tertia ratio Authoris, cæteris rationibus obſcuritate maior, vtilitate minor, in Scoticam Metaphyſicam deſcendere nos facit, quæ quia fundatur in prima, nihil noui probat. Ad intelligendũ terminos notandum, non quodlibet poſſe agere in quodlibet, ſed determinatũ in determinatum, vt pote ignis in lignum: inter quæ datur proportio actiui ad paſſiuũ: hoc eſt, iſtud agens poteſt agere in tale paſſiuum, & tale paſſiuum poteſt pati & tranſmutari a tali agente, quod non conuenit aliis. Huius proportionis primum extremum, eſt ignis in cõmuni ex parte agẽtis, & calefactibile ex parte paſſi. Secundum extremum huius proportionis, eſt hoc calidum, & hoc calefactibile, ſiue calefactibile ſit lignũ ſiue ſtupa, aut quodcunque aliud. Cũ igitur eſt proportio inter prima extrema, etiam eſt proportio inter ſecũda, quia ſicut ſe habet commune ad cõmune, ita hoc particulare ad hoc particulare. Exempla ſatis ſunt propoſita. Ad propoſitum dicendum, quod cũ extrema huius proportionis, ſint gratia & natura intellectualis, ſequitur quod quæcunque gratia poteſt perficere quãcunque naturam intellectualẽ, & quæcunq; natura recipere quãcunq; gratiã. Quia cum inter gratiam & naturam intellectualem eſt proportio; etiam inter hanc gratiam & hanc naturam, quia hæc ſecunda extrema continentur ſub primis extremis proportionis, nempe gratia & natura intellectuali.

Declarando primam rationem Authoris arguo ſic. Secundus gradus gratiæ vnitur cum primo, quia nullam cum illo habet repugnantiam, ergo cum nullã etiam habeat cũ ſubiecto, ſequitur quod ſumma erit producibilis, & receptibilis in ſubiecto. Vltimo ſi nõ poſſet recipi ſumma gratia, maxime quia humana natura non eſt ſumme perfecta, ergo cum recipere ſit pati, quod non dicit gradualem perfectionem (bene ſpecificam & naturalem) ſequitur quod poterit recipere ſummam gratiã. Declaratur ratio. Diſcipulus rudis ac ingenioſus, æqualiter recipiunt verba magiſtri, quia hoc eſt pati: non tamen æque addiſcunt, quia illud eſt agere, vel quaſi agere deducendo vnũ ex alio.

Ad argumentum dico, Angelum eſſe perfectioris virtutis ad agendum, non tamen ad patiẽdum, dato enim quod natura eſt capax gratiæ, quãcunque, quã Deus voluerit infundere, recipere poteſt.

Ad 2. dico quod ſuperficies cõtinet corpus extẽdendo illud. Inter ſuperficiẽ & corpus eſt cõmenſuratio, ideo ſub parua quãtitate, non poteſt eſſe magnũ corpus. Anima & gratia non ſic ſe habent cõmenſuratiue, ideo in inferiori natura, poteſt eſſe ſumma gratia.

Maior.

Not. 3. Scot.

Aug.

Ad 3. ad hominẽ, dico quod hac & ſequenti diſt. docet quod tantũ poteſt recipere inferior natura intellectualis, ſicut ſuperior. Actiua vero, plus poteſt ſuperior: Deus cum ſuauiter omnia diſponat, & per gratiã & gloriam velit naturalẽ appetitũ quietare, & Scotus in 2. diſt. 4. maneat dubius, an creati fuerint Angeli in gratia, an vero habuerint illã per propriã diſpoſitionem, bene ſtat, quod Deus dederit gratiã, iuxta maiorem conatum, & quod maiori naturæ, maiorem gratiam dederit. De quo S. Tho. 1. p. q. 62. art. 6. c. 1. & 22. q. 24. art. 8. circa ſolutionem 3. vbi docet, quod Angelis data fuit gratia iuxta eorum conatum. Non tamen vult Scotus, quod inferior natura, non poſſit recipere ſummam gratiam, ſi Deus velit illi illam conferre.

Hic iuxta primum membrum diſtinctionis, exponendo ſuperlatiuum poſitiue, eſt vnum dubium. Vtrũ de potentia ordinata Dei, poſſet fieri aliã gratia æqualis iſti. Et videtur quod non *

## FVNDATVR ARTICVLVS TERTIVS.

*Vtrum de potentia ordinata Dei, poſſet fieri alia gratia æqualis gratiæ Chriſti.*

AD tertiũ ſic proceditur. Videtur quod nõ* poſſet fieri alia gratia æqualis, quia nulla alia natura poſſet eſſe caput habentium gratiam. Quia non poſſunt eſſe duo capita, ſicut nec duo ſuprema in eodem ordine.

Secundo ſimiliter. Si poſſet dari alicui alii tãta gratia, ergo poſſet tantum proficere in meritis, quod poſſet tantum mereri, ſicut Chriſtus, quod videtur abſurdum.

Reſpondeo dicendo, quod licet Deus de potẽtia abſoluta poſſet tãtam gratiam conferre alii naturæ, ſiue aſſumptæ, ſiue forte non aſſumptę; non tamen de potentia ordinata. Quia ſecundũ leges iam poſitas a ſapiẽtia diuina, non erit niſi vnum caput in Eccleſia, a quo ſit influentia gratiarum in membris.

### Super diſt. 13. quæſt. 1. art. 3.

AVthor ſupponendo veritatem quęſtionis ſequẽtis, puta fuiſſe collatam, quærit an potuerit fieri alia æqualis.

In littera triplex eſt cõcluſio. Prima de potẽtia Dei abſoluta potuit Deus æqualem gratiam producere. Vt manifeſta relinquitur, quia ex præcedenti dubio nulla eſt repugnantia.

2. Concluſio. De potentia Dei ordinata non poteſt fieri aliqua æqualis. Id eſt non decuit fieri alia æqualis. Pro ratione adducitur diuina ſapiẽtia, quæ in rebus ordinem ſeruat, & vnitatem amat. Pertinet autẽ ad decorem eccleſiaſtici ordinis, vt vnum tãtum ſit caput, in quo ſit ſumma gratia.

3. concluſio. In Eccleſia vnum eſt caput, quod eſt Chriſtus Dominus. Iſta vt manifeſta relinquuntur.

Circa 2. concluſionem notandum, Thomiſtas docere purum hominem non poſſe ſatisfacere: Chriſtũ vero poſſe, quia ex vi vnionis fuit aliqua ratio acceptationis & iuſtitiæ, quæ non potuit eſſe in puro homine, etiam ſi habuiſſet ſimilem gratiam, quam habuit Chriſtus, ita Medina tertia parte, quæſtione ſeptima articulo nono & duodecimo dubio tertio concl. 4. vbi aſſignans rationem inquit. Gratia intenſior in eſſe qualitatis, non facit meliorem, ſed maior gratia in genere gratiæ. Ex quo colligitur quod gratia non gratificet ex natura ſua, de quo quæſt. ſequẽti dub. 10. ad vlt. Pro hac ſententia eſt ratio D. Tho. 3. p. q. 7. art. 2. vbi inquit, quod finis gratiæ eſt vnio naturæ rationalis ad Deum. Sed nulla eſt maior vnio, quam illa quæ eſt ad diuinam perſonam ſecundum hypoſtaſim, ergo nulla eſt maior gratia. Secundum Scotum dicendum quod alia humanitas ſeparata, & quæcũque intellectualis natura, poteſt eleuari ad videndum quicquid videt anima Chriſti. Conſequenter ad amandum eadem intenſione. Cæterum quia diligere, eſt bonum velle amico, eo ipſo, quod alteri noluit hypoſtaticam vnionem, non ita eum dilexit, implicat, non velle alicui tot bona, ſicut alii, & æque vtrumque diligere. Doctrina eſt Authoris infra diſt. 32. art. 3. vbi docet, quod quantũ ad connotata, id eſt volita creaturis, eodẽ actu dilectionis plura ſunt volita vni creaturæ quam alii. Niſi dicas, vnionem hypoſtaticam ſine ceteris donis & gratiis, non plus ponere in humanitate, quam ſi aſſumeret lapidem, cui nulla gratia ſeu donum eſſet collatum. Quod non videtur verũ, quia ſeclusis omnibus aliis donis, eſt maxima dignitas ſic eleuari & honorari. Vnde quamuis cætera eſſent æqualia, ſequitur plus diligere humanitatem aſſumptam, quam nõ aſſumptam. Si arguas. Eſt magis dilecta, ergo aliqua ſpecialis ratio ſatisfactionis eſt in iſta humanitate, quæ eſſe non potuit in alia. Dico quod bene poſſet eſſe maior ratio meriti in Chriſto abſque eo quod meritum Chriſti eſſet infinitum. Secundo dico poſſe ſuſtineri ſecundum Scotũ, non ſolum, non eſſe infinitum, ſed nec maioris iuſtitiæ. Sed ſolum eſſe rationem maioris congruentiæ, vt docet ipſe diſt. 19. Supponitur vnum, probatur aliud. Tota ratio iuſtitiæ creaturæ ad Deum, fundatur in diuina volũtate volente eleuare creaturam ad meritum. Sed Deus vt meritum, non ordinauit niſi actum elicitum ex gratia: poſſet autem alium hominem mouere ad tantum meritum, ergo non obſtãte quod quantum ad vnionem iſta natura ſit magis dilecta, poterit alia habere æquale meritum. Quia cauſa meriti, eſt gratia gratum faciens, quod maxime verum eſt, ſi ex vi vnionis, nõ erat impeccabilis. Quod vnio fuerit medium de congruo, probatur ex Authore diſt. 7. q. 3. art. 1. in corpore vbi inquit, quod non tanta gloria fuiſſet ſibi conferenda, ſi non eſſet vnita; ſicut modo collata eſt. Quemadmodum ergo merita cadunt ſub prædeſtinatione, ſine quibus non ordinatur quis ad tantam gloriam de congruo, licet non cadat ſub prædeſtinatione, tanquam meritum. Ergo vnio hypoſtatica, ſecundum Scotum, reſpectu actuum humanitatis, non debet poni vt ratio meriti, ſed vt effectus gratuitus, tanquam medium de congruo ordinatus ad ſupremam gratiam & gloriã. Gratia vero in ſe eſt effectus gratuitus. Reſpectu vero actuum, eſt ratio & cauſa meriti, ſic ignis genitus, eſt effectus ignis generantis. Cauſa vero efficiens ignis geniti.

Not.

Scot.

Not.

Num

### *Num de facto, poſsit quis habere tantam gratiam, quantam habuit Chriſtus.*

DVbiũ hoc ſedē habet apud Authorē concluſione 6. Diximus de quantitate virtutis, ſeu intenſione gratiæ Chriſti, quæritur modo comparatiue an alius homo potuerit habere tantam gratiam. Ratio dubitandi deſumitur ex dictis art. 1. Cum enim gratia infinita non detur, ſed ſolum ſumma, non poſitiue, ſed negatiue, de cuius ratione eſt quod alia poſsit ſibi eſſe equale, quos terminos expoſuimus art. 2. recte ſequi videtur, quod homo continue merendo, poſsit peruenire ad gratiam Chriſti, quia omne finitum ſpaciũ continuo motu poteſt pertranſiri, ergo continuo merito, ſi gratia Chriſti non eſt infinita, poteſt homo peruenire ad gradum gratiæ Chriſti. Confirmatur ad hominem, nam Scotus infra d. 18. q. 1. art. 1. ſolutione ad 2. ex duobus quæ ſunt in corpore, manifeſte tenet, quod Beatus poſſet mereri, ergo merendo in infinitũ, peruenire poteſt ad gradum gratiæ Chriſti.

Greg. De propoſita quæſtione, quæ Thomiſtis, & Scotiſtis communis eſt, D. Gregor. 18. ſuper Iob. c. 33. refert quendam hereſiarchã dixiſſe, ſe nõ inuidere Chriſto, quia poterat facere ſe equalem illi. Huic errori ſimilis eſt error Beguardorum dicentium, poſſe nos peruenire ad ſtatum perfectionis, in quo non poſſemus amplius proficere. Inde dicebant, non eſſe neceſſariũ orare & ieiunare, poſt aſſecutionẽ illius ſtatus. Dicebant etiam poſſe nos peruenire ad ſtatum perfectionis quẽ habent Beati. Hi & plures alii errores habentur in Clementina ad noſtrum de hæreticis. Primus error confutatur ex illo Paul. 1. Cor. 13. Si linguis hominum loquar, charitatem autem non habeam, factus ſum velut æs ſonans. Et iterum. Si diſtribuero omnes facultates meas in cibos pauperum, &c. Ergo ſine gratia & fide, quæ non eſt ex nobis, ſed donum Dei, non poſſumus ex viribus naturæ habere aliquod meritum. Conſequenter non poſſumus peruenire ad equalitatẽ Chriſti, de cuius plenitudine omnes nos accipimus. Secundus error confutatur ex illo ad Philip. 3. Nõ quod iam acceperimus, aut perfectus ſim. Cor. 1. c. 13. Cũ venerit q perfectũ eſt, &c. Pſal 83. Ibunt de virtute in virtutem. Apocalip. 22. Iuſtus iuſtificetur adhuc. Habetur veritas in citata Clementina. Repudiatis & abiectis hiſce erroribus dicendum ſecundum Thomiſtas quod ex vi vnionis eſt quædam ratio meriti infiniti, ad quã peruenire non poteſt natura ſeparata. Ita ſentit Richardus hac d. art. 1. q. 2. Secundum Scotum dicendum. Deum omnia libere acceptare, ideo iuxta diuinam eius ſapientiam, recte ordinatum eſt, ne alius ad gradũ gratiæ eius perueniret. Quia vt inquit Paul ipſum dedit Deus caput habens primatum in omnibus. Lege Marſil. in 2. q. 10. art. 1. dubio 3. vbi ſequitur hanc rationem. Ad hoc ex parte merentis poteſt eſſe ratio, quia ex quo non habet a principio ſummam gratiam, non poteſt habere actus tã intenſos & dignos omni & ſummo dono. Poſſet quidem de potentia Dei abſoluta peruenire ad tantam gratiam, ſed non de potentia Dei ordinata, quia vt dicitur in corpore, non debuerunt eſſe due gratiæ in ſummo, ne eſſent duo capita. Cum hac ratione congruit ſecunda concluſio, 4. quæſtionis, in ſumma textus, vbi agitur de actu ſummo, & connexione carum.

Marſil.

Hæc excellentia gratiæ Chriſti, vt colligitur ex Scoto infra d. 32. conſiſtit in duobus. Primo quod ipſa gratia eſt maior, nempe magis intenſa. Secundo, quia eſt gratia capitis, ideo quamuis filius Adæ haberet tantam gratiam perſonalem ſicut ipſe Adam, adhuc Adã eſſet magis dilectus & gratus Deo quia ipſi ſolum dedit gratiam capitis. Ideo ſi Adã non peccaret, & Chriſtus ſumeret carnem humanam, non dubito quin Beatiſsima Virgo eſſet magis grata Deo, & maior quantum ad dignitatem maternitatis. Adam vero quantum ad ordinem habendi, quia ex illo haberent omnes iuſtitiã originalem. Augmentum vero quod habuit in conceptione, & per merita, ſine ordine ad Adam haberet. Ergo quamuis quis haberet gratiam in eodem gradu, quo illam habuit Chriſtus, & eſſet acceptus ad tantã gloriam, adhuc non intelligitur tam gratus, quia nõ eſſet gratus & acceptus vt alii gratificentur per illum. Et hoc arguit, & oſtendit maiorem gratiam & acceptationem. Iſ ſuper non eſſet acceptus ad vnionem hypoſtaticam, ideo conſideratis omnibus, non eſt tã acceptus.

Ad primum patet ex dictis. Actus enim ſic merentis, nec eſſent tã intenſi, nec Deus diſpoſuit illos acceptare ad tantam gloriam & gratiam, ideo non dat auxilia & media ad tantam intenſionem. Ad confirmationem patet etiam ex dictis. Secundo dico, quod de facto non ponitur quod mereantur.

Ex dictis conſtat, vt optime docet Caietanus 3. p. q. 7. art. 11. quomodo gratia Chriſti & aliorum, eſt eiuſdem ſpeciei ſpecialiſsimæ quo ad eſſentiam, quia idem habet obiectum & finem. Eſt tamen diuerſæ rationis quantum ad modum eſſendi, quia nũquam gratia noſtra poteſt de potentia ordinata venire ad gradum gratiæ Chriſti. Calor enim ignis, & aeris, eiuſdem ſunt ſpeciei, nunquam tamen gradus caloris aeris perueniet ad gradum caloris ignis. Quia non eſt in primo calido, quod eſt ſubiectum proprium & adæquatũ caloris. Ad hunc modum dicimus gratiam Chriſti eſſe alterius rationis. Sequitur etiam, quod ſi de facto quis eſſet tam gratus ſicut Chriſtus, non poſſet ſibi mereri, ſicut nec Chriſtus ſibi meruit. Quia iam eſſet acceptus ad ſummam gloriam.

Caiet.

### *Num in Chriſto Domino fuerit gratia capitis.*

QVæſtio ſedem habet Authorem concluſione 3. & quæſtione ſequenti ſolutione ad 3. De hac re videndus eſt Alexander 3. p. q. 12. S. Tho. 3. p. q. 8. art. 1. Doctores hac d. Turrecremata libro 2. cap. 44. Notandum ex Ariſt. 6. Topicorum c. 2. quod omne transferens ſecundum aliquam ſimilitudinem transfert. ideo ſicut caput ſe habet ad corpus, ita Chriſtus ad Eccleſiam, quę dicitur corpus Chriſti & membra de membro. Epheſ. 1. Ipſum dedit caput Eccleſiæ quæ eſt corpus eius. & plenitudo ipſius, qui omnia in omnibus adimplet. In capite humano quatuor conſideranda ſunt. Primo, quod quantum ad ſitum & ordinem, tenet principatum, & eſt primum principium corporis. iuxta quod, omne principium dici ſolet caput. Ita Ezechi. 16. Ad omne caput viæ poſuiſti ſignum. Ideſt ad omne principium viæ. 1. Cor. 11. Caput Chriſti Deus. Ideſt principium Chriſti eſt Pater, qui in Trinitate dicitur primo Deus, quia eſt prima perſona. Ideo Eccleſia ad illum dirigit orationes, cum orãdo inquit. Deus qui, &c. concludendo per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Ex adiunctis ergo dignoſcitur, pro qua perſona, ſupponat ly Deus tribus perſonis communis. Secundo caput in humanis dicit perfectionem, quia in

Alex.
S. Thom.

p te ſunt omnes ſenſus (tactus in capite & toto corpore) ideo in ſignum venerationis diſcooperimus maioribus caput, quod eſt ſumma & compendium totius hominis. Et qui præeminet dicitur caput, iuxta illud 1. Cor. 11. Caput mulieris vir. Vnde colligo, quod quamuis Adam non eſſet principium Euæ, eſſet eius caput aequam præeminens dignitate. Hac ratione Leo dicitur caput animalium, quia præeminet cæteris. Tertio caput influit in membra: influit autem motum & ſenſum. Ab anteriori enim parte capitis, fluunt nerui per quos influit ſenſus ad membra. A poſteriori autem parte capitis, fluunt nerui per quos cauſatur motus in omnibus membris. Hac & alijs rationibus Rector dicitur caput populi. Quarto conſiderandum, quod caput & membra ſunt adinuicem coniuncta, & habent vnitatem ſpeciei. Non enim caput leonis influit motum in formicam, nec in aliquid diſtans. Iuxta quod Aug. 27. in Ioannem ante medium inquit. Vt ſimus membra eius, vnitas nos compaginat. Siquis enim ſeparatur a corpore Chriſti, non eſt membrum eius,

*Aug.*

Dico ergo, quod prima conditio capitis conuenit Chriſto, iuxta illud Epheſ. 1. Ipſum dedit caput ſuper omnem Eccleſiam, quæ eſt corpus ipſius, ſuſcitans eum a mortuis, & conſtituens ad dexteram ſuam in cœleſtibus, & omnia ſubiecit ſub pedibus. Ergo ſicut quo ad ſitum caput eſt in eminentiori loco, pedes vero in inferiori, ſic Chriſtus eſt in eminentiori loco aſcendens ſuper omnes Cœlos, vt dicitur Epheſ. 4. Super illud Epheſ. 4. Aſcendens in altum captiuam duxit captiuitatem inquit Gloſſa, loco & dignitate. Huic proprietati correſpondet myſterium Aſcenſionis. Ad hoc pertinet poteſtas iudiciaria. Sunt etiam plura loca ſcripturæ ad hoc. Secunda conditio conuenit Chriſto, nam in ipſo ſunt reconditi omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ Dei. Quantum ad gratiam. Vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti, de plenitudine eius omnes accepimus; Matth. 3. Filius meus dilectus in quo mihi bene complacui. Rom. 3. Quem propoſuit propitiatorem. Paſſim Paulus & ſcriptura inquit, quod ipſe fuit reconciliator, redemptor per quem accepimus remiſſionem peccatorum, ergo in ipſo erat plenitudo gratiæ, & virtutis, quia in illo habitabat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, & præſentialiter. Inde comprobatur tertia proprietas, quia per ipſum accepimus gratiam, reconciliationem, & remiſſionem peccatorum. Quarta conditio etiam inuenitur in Chriſto, nam ſecundum Aug. tractatu 80. ſuper Ioannem, vnius naturæ ſunt vitis, & palmites, propter quod cum eſſet Deus, cuius naturæ non ſumus, factus eſt homo, vt in illo eſſet vitis humana natura. Igitur cum factus fuit homo, fuit eiuſdem naturæ nobiſcum. Præcipue autem ratio quare Chriſtus dicitur caput, eſt quia influit in membra motum fidei, & charitatis. Ita Alexander 3. p. q. 12. M. 2. art. 1. Nec requiritur neceſſario ad rationem capitis, quod cauſet gratiam phiſice. Sed ſufficit quod ſit cauſa meritoria, ob quam nobis confertur gratia. Dicitur autem conuenientius caput quam cor, quia vt inquit S. Tho. 3. p. q. 8. art. 1. ad 3. cor eſt in ſecreta parte corporis. caput exterius apparet. Ideo cor ſimilitudinem habet cum Spiritu Sancto qui ſecreto illuminat mentem, & reficit voluntatem. Caput vero exterius apparens cum Chriſto Domino. Eſt autem notandum, quod ſpiritus qui a corde procedunt, non ſunt ſenſitiui, dum non tranſmittuntur ad cerebrum, ideo in vniuerſum verum, quod caput a nullo recipit motum & ſenſum. Sic gratia Spiritus Sancti, non datur nobis, niſi ex Chriſti

*Alex.*

*S. Thom.*

meritis. Vnde D. Aug. ſerm. Pentecoſt. inquit. Fuiſſe conueniens, vt Chriſtus poſt Aſcenſionem mitteret Spiritum Sanctum, non ante, vt conſtaret quod ille erat qui mittebat de Cœlis.

*Aug.*

Dubium eſt, an Chriſtus Dominus ſecundum naturam humanam, ſit caput, an vero ſecundum diuinã. Ratio dubij eſt, quia ſecundum naturam diuinam influit gratiam. Docet Auguſt. 1. de Trinitate cap. 12. dicens. Nec etiam Chriſtus ſecundum quod eſt homo dat Spiritum Sanctum, ſed in quantum Deus. Et tractatu 81. in Ioannem inquit. Quamuis Chriſtus vitis non eſſet, niſi homo eſſet, tamen iſtam gratiam palmitibus non preberet, niſi etiam Deus eſſet. Reſpondet Richardus hac d. art. 2. q. 3. quod perfecte ratio capitis eſt in Chriſto ſecundum vtramque naturam idest omnes conditiones, non ſibi perfecte conueniunt ſecundum vnam naturam, ſed ſecundum vtramque. Dicendum tamen, quod caput humanum, vere a Deo recipit. nihilominus dicitur influere in membra Quia in ipſo met corpore, eſt pars præcipua, a qua omnes alię recipiunt. & ipſum caput a nullo alio membro recipit. Quamuis ergo Chriſtus a Deo recipiat, quia omnes nos a Chriſto recipimus meritorie, videtur poſſe concedi abſolute, quod ſecundum humanam naturã ſit caput. Videtur docere hoc S. Tho. loco allegato art. 1. ad 2. Docet manifeſte Alexander 3. p. q. 12. M. 2. artic. 1. § 2. vbi inquit, quod ſecundum naturã humanam eſt proprie caput. Secundum vero naturam diuinam eſt caput communiter.

*Dub.*

*Richar.*

*Num ſit caput hominum, Angelorum, & omnium creaturarum.*

AD hoc dubium dico breuiter, quod eſt caput Eccleſię ita Paul. Epheſ. 4. vir caput eſt mulieris, ſicut Chriſtus caput eſt Eccleſiæ. Aperte ſequitur, quod omnium hominum, qui pertinent ad Eccleſiam, Chriſtus eſt caput. Ad Eccleſiam pertinent omnes homines qui habent fidem, nam ſaltem per fidem vniuntur quodam modo Chriſto, & aliquid ſupernaturale accipiũt ab eo. S. Thom. 3. p. q. 8. art. 3. conſtituit gradus mẽbrorum dicens, quod primo & principaliter eſt caput eorum qui ſibi vniuntur per gloriam. Secundo eorum qui ſibi vniuntur per gratiam. Tertio eorum qui ſibi vniuntur actu per fidem. Quarto eorum qui ſolũ ſibi vniuntur in potentia, quę eſt reducenda ad actum, ſecundum diuinam prędeſtinationem. Quinto eorum, qui vniuntur ſibi in potentia, quæ nunquam reducetur ad actum, ſicut homines qui non ſunt prædeſtinati dum viuunt in hac vita, qui poſt hanc vitam totaliter deſinunt eſſe membra Chriſti, quia iam nec in potentia ſunt membra Chriſti.

De præſertim qui nihil recipiunt a Chriſto, nec receptiui ſunt, quales ſunt Sarraceni, & barbari: dubitari poteſt an Chriſtus ſit caput. Dico quod hominũ, qui non habent fidem, nec pertinent ad Eccleſiam, nec receperunt aliquem effectum redemptionis Chriſti non proprie eſt caput, quia non influit in eos tanquam in membra. Et dempto vno relatiuo, perimitur aliud. Si cæteri non ſunt membra, quæ pertinent ad corpus Eccleſiæ, nec Chriſtus eſt caput. Nihilominus, ne conſtituamus duo capita, dicendum eſt, eſſe caput, eo modo quo Iudex, & Rex in Regno, dicitur caput. Quia Chriſtus eſt Iudex viuorum & mortuorum, & conſtituentur omnes inimici eius ſcabellum pedum eius. Hebr. 10. In ſempiternum ſedet in dextera Dei de cætero expectãs donec ponantur inimici eius ſcabellum pedũ eius.

*Dub.*

Sic Pſal.

ſi Pſal 8. omnia dicuntur ſubiecta pedibus eius. Math. 28 Data eſt mihi omnis poteſtas in Cœlo, & in terra. Hoc modo dixit Hieron. Epheſ. 1. Chriſtum eſſe caput etiam Dæmonum. Sic per aliquem modum neceſſe eſt dicere, Chriſtum eſſe caput omnium, quia in hac ſignificatione, ſolum dicit quandam dignitatem, principatū & poteſtatem. Sed proprie non dicitur caput, quia non influit motum ſpiritualem, cuius primum principium, eſt fides. Hinc apparet quomodo proprie, non ſit caput infantium dum ſunt in ventre matris, exceptis his, qui ibi ex meritis præuiſis Chriſti, gratiam & vſum rationis acceperunt. Docet Richard. hac d. art. 2. q. 2.

Chriſtus Dominus fuit caput Angelorum. Coloſ. 2. Qui eſt caput omnis Principatus & Poteſtatis. Philip. 2. In nomine Ieſu omne genu flectatur, cœleſtiū, terreſtrium, & Infernorū. Hanc veritatem probat S. Tho. 3. p. q. 8. art. 4. ex illo Matth. 4. Ecce Angeli miniſtrabant ei. Colligitur veritas ex Scoto hoc art. vbi inquit, quod in Eccleſia ſolum eſt vnum caput, a quo fit influentia gratiarum in membra. Idem ex d. 7. q. 3. art. 3. vbi inquit, quod non fuit conueniens, vt Angelus ſub eſſet puro homini, ſed homini Deo, qui eſt Chriſtus. Quo ad tertiam conditionem, quæ præcipua eſt, Chriſtus influit in Angelos lumen illuſtrans intellectum eorum. Ita Scotus in 4. d. 1. q. 7. in corpore prope medium. Clarius in hoc 3. d. 14. q. 2. art. 1. ad 2. *Scot.*

Docet Dyonyſius 7. de Cœleſti hierarchia. Sic explicatur illa interrogatio Iſaiæ 63. Quis eſt iſte qui venit de Edom, ego qui loquor iuſtitiam. Vbi docet ipſos Angelos ignoraſſe myſterium Incarnationis. Ambroſ. lib. de inſtitutione Virginum c. 5. inquit, Ignoraſſe vſque ad Aſcenſionem. Hieronymus libro ſuper epiſtolam ad Epheſ. inquit, ignoraſſe vſq; ad tēpus prædicationis Apoſtolorū. Idē docet Chryſoſt. Theodoret. Theophilactus, & AEcumenius in illa verba Epheſ. 3. Vt innoteſcat principatibus, & poteſtatibus, in cœleſtibus per Eccleſiam multiformis ſapientia Dei. Dicitur etiam caput, quia mittit Angelos in miniſterium. Hæbr. 1. Omnes ſunt adminiſtratorii Spiritus in miniſterium miſſi propter eos qui hæreditatem capiunt ſalutis. Inſuper habent aliquam gloriam accidentalem, nam deſiderant proſpicere in Chriſtum & gaudent ſuper vno peccatore pœnitentiam agente. Lucæ 15. Et iudicabit Angelos, nempe apoſtatas Angelos. Docet hanc veritatem Aug. concione 3. in Pſalm. 36, dicens. Caput noſtrum, Chriſtus eſt, corpus capitis illius nos ſumus, omnes qui ab initio ſeculi fuerunt iuſti, adiunctis etiam legionibus, & exercitibus Angelorum. *Dyon.*

Dubium eſt, an Angeli ex meritis Chriſti habuerint gratiam & gloriam eſſentialem correſpondentem primæ gratiæ. Duplex de hac re eſt opinio. Prima Albertus hac d. art. 2. Eſt D. Tho exponendo illud Ioann. 1. De plenitudine eius omnes nos accepimus. Hanc ſequitur. Galat. libro 3. De arcanis Catholicæ veritatis. c. 4. Catherinus lib. 2. de eximia Chriſti prædeſtinatione. Ioannes Arboreus libro. 3. Theoſophiæ c. 13. Viguerius in inſtitutionibus. c. 20. §. 1. Iacobus de Valentia explicans illud Pſal. 102. Benedicite Dominum omnes Angeli eius. Melchior Flauius libro de Regno Chriſti. Probatur ex dictis, nam Chriſtus eſt caput Eccleſiæ. Epheſ. 1. ſed Eccleſia conſtat ex hominibus, & Angelis, igitur. Pro hoc facit illud ad Epheſ. 1. vbi dicitur. Deus Pater propoſuit inſtaurare omnia in Chriſto, ſiue quæ in cœlis, ſiue quæ in terra ſunt. Secundo, quia quod eſt ſupremum in vno genere, eſt cauſa cæterorū quæ in illo genere habentur, Chriſtus eſt ſupremum in genere gratiæ, ergò eſt cauſa gratiæ Angelorum, non ſolum finalis, & exemplaris, ſed & meritoria. Tertio, quia Angeli habuerunt fidem Incarnationis, ſicut & ipſe Adam, qui cognouit myſterium Incarnationis, vt docet Hierony. ad Epheſ. 5. explicans illa verba, Sacramentum hoc magnum eſt. Auguſt. ſuper Geneſim ad literā libro 11. c. 9. S. Thom. expoſitores ibidem. 22. q. 2. art 7. in corpore, ergo ex meritis Chriſti acceperunt gratiam. Antecedens eſt S. Tho. 1. p. q 64. ar. 1 ad 4. Colligitur ex Aug. lib. 5. Geneſ. ad literam cap. 19. Conſequentia probatur quia ad hoc fuit illis reuelatum hoc myſterium, & data fides illius, vt in illo ſuam ſpem collocarent, & illi tanquam capiti ſubiicerentur. Et per hanc fidē communicaretur illis gratia ex meritis Chriſti. Propter hæc argumenta amplectitur hanc ſententiam Xuarez 3. p. q. 19. art. 4. diſput. 41. ſect. 1. Senſus opinionis eſt, quod gratiam & donum, ne laberentur in peccatum, habuerūt ex meritis Chriſti præuiſis. *Dub.* *Xuarez.*

Oppoſitam ſententiam ſequitur Metina 3. p. q. 8. ar. 4 ſue quæſtione, vel dubio. 2. Probatur ex illo Lucæ 2. Natus eſt vobis hodie Saluator, ergo nobis, non Angelis meruit gratiā. Iſaiæ 9. Filius datus eſt nobis. 1. Cor. 1. Qui factus eſt nobis a Deo ſapientia, ſanctificatio, & iuſtitia, ergo non Angelorum, ſed noſtrum tantum iuſtitia eſt. Omiſſis locis S. Thom. ex quibus probat Metina quod hæc ſentētia ſit S. Tho. ratione ſuadetur ſic. Si Angeli ex meritis Chriſti eſſent preſeruati ne laberentur, & accepiſſent gratiam vt iuſtificarentur, ſicut nos dicimus de Beatiſſima Virgine, ſequeretur quod non eſſent gloria coronati ante Chriſtum, conſequens tenet ex Paulo Hebr. 11. vbi inquit. Et hi omnes teſtimonio fidei probati, nō acceperunt repromiſſionem, Deo pro nobis melius aliquid prouidente, vt non ſine nobis conſummarentur. Huic rationi, quæ licet non conuincat, maxime hanc veritatem ſuadet, reſpondet Xuarez, quod Chriſtus nemini clauſit ianuam regni Cœlorum, nec debuit aliquem retardare ab ingreſſu gloriæ, & ſuſceptione præmii, ideo ante Chriſtū acceperunt præmium, ſicut acciperent, dato quod haberent gratiam ſine meritis Chriſti. Idem eſſet dicendum de hominibus, ſi permanſiſſent in iuſtitia. Quia vero peccauerunt, poſitum fuit obſtaculum, quod per Chriſtum eſt ablatū & remotum, ideo ipſe debuit primo intrare gloriam ſuam. Hæc ſunt rationes pro vtraque parte. *Metina.*

Ex doctrina Scoti quid tenendum ſit dicere debeo. Videtur quidem probabilis vtraque pars, nam Scot. d. 3. manifeſte docet quod Beatiſſima Virgo non ingrederetur Cœlum ſi decederet ante filium, quia accepit gratiam ex meritis Chriſti. Huius rei cauſa colligitur ratio ex Paulo Coloſ. 1. Vt ſit ipſe primatum tenens in omnibus, Eſt enim, omni ſemoto peccato, & culpa, indecēs, membrum præcedere caput, ſeruus dominum, & ad veram partem familias ipſum de nouo recipientem. Pro alia opinione quod acceperint gratiam ex meritis Chriſti, eſt quod diximus d. 7. quæſt 3 art. 2. nempe Deum omnia ex amore Chriſti creaſſe, & quod Chriſtus eſt primus dilectus, Ideo vnuſquiſque lectorem doctrinæ Scoti ſectatorem, dubium poſſunt teneri rationes pro vtraque parte. Probabilius autem videtur in opinione Scoti quod acceperint gratiam ex amore Chriſti. Secundo dico, quod in nulla opinione, dici debet, quod fuerint Redempti, quia redemptio eſt iterata emptio eius quod fuit captiuum, & venunditum Angeli non fuerunt obnoxii peccato in ſe, nec in alio, ſicut nos ſumus, & Beatiſſima Virgo, quæ ſine dubio contraheret originale, niſi eſſet Spiritus Sancti gratia preuenta. Hæc *Scot.*

colligitur ea Scoto d.19. aſſignādo illa ſigna, vbi do-
cet, quod prius preelegit Deus electos quam preuiderit
& preordinauerit redemptionem. Si aliquando Sancti
videntur appellare redemptionem, intelligendum eſt
large, pro liberatione a peccato quod potuerunt in-
currere. Sed redemptio proprie, dicit liberationem e
peccato quod quis contraxit, vel neceſſario debuit cō-
trahere. Ex quo recte ſequitur, quod Chriſtus non fue-
rit mortuus pro Angelis. Docet Auguſt. in Enchiridiō
c.61.& ſequentibus. Nam mors in nobis ſecuta eſt ex
peccati demerito. Geneſ.3. in quacunque hora comede-
ris, morte morieris. Iuxta quod Paul. Rom.5. Per pec-
catum mors. Sic Chriſtus in ſatisfactionē pro peccato
digno morte, mortuus eſt corporaliter. (anima immor
talis eſt) Vt ſicut per vnum hominem mors, ita per
vnum hominem Chriſtum, eſſet reſurrectio mortuo-
rum. Ideo dato quod Deus redemiſſet Angelos qui pec
cauerunt (quod eſt error qui tribuitur Origeni. hom.1.
in Ioſue. poſt medium in illud In principio erat Ver-
bum. Clarius hom. 1. in Leuiticū, & 24. in Numeros,
cuius ſententiam vſurpaſſe videtur Hieronym ſuper
primum caput ad Epheſ. ad huc non eſſet conueniēs
redimere illos Spiritus per mortem corporalem, ſed per
ſpirituales actus interiores. Puta per dilectionem, obe-
dientiam, ſubiectionem, & humilitatem, quibus illi ca-
ruerunt. Si verum eſt quod Angeli habuerunt gratiam
ex meritis Chriſti, conſtat quomodo habuerunt Patres
antiqui. Et quod Adam habuerit gratiam ex meritis
Chriſti etiam in ſtatu innocentię.

Tunc ſuboritur dubiolum, an ſi non peccaret, &
Chriſtus veniret in mundum, eſſent tunc duo capita.
Nam communiter dicitur, quod Adam habuit gratiā
capitis pro ſe & pro ſua poſteritate, ſed Chriſtus abſ-
que dubio multo excellentius eſſet cauſa gratiæ, ergo
eſſent duo capita. Dico, quod tunc Chriſtus non ve-
niret paſſibilis. Conſtat ex d.7.q.3. Sed ex alijs meritis
eius daretur nobis gratia. Ideo Chriſtus vere eſſet ca-
put. Adamus vero ſolum eſſet ſicut organū per quod
communicaretur nobis gratia Chriſti. In quo ſenſu di-
ci poſſet caput, quia per illum nobis communicaretur.
*Scot.* Cum reuera per Chriſti merita daretur. Fauet Scot. cu-
ius doctrinæ cōſonat quod diximus qui in 2.d.20 q.1.
ad finē corporis, docet quod etiam ſi Adam non pec-
caret, non daretur iuſtitia filiis per merita patris. Nec
confirmarentur. Sed liberaliter cuilibet, a Deo daretur.
Ergo in ratione meriti, nunquam eſſent duo capita,
ſed Adam eſſet vt organum. Secundum Thomiſtas,
qui dicunt gratiam Chriſti eſſe gratiam redemptoris,
quia ſi Adam non peccaret, non ſumeret carnem, con-
ſequenter quod gratia Adæ nō fuerit ex meritis Chri-
ſti, dubium nullum eſt, quia ſi non peccaret, non veni-
ret Chriſtus. Poſt quam peccauit, vt venit Chriſtus, iam
non habuit gratiam capitis, ideo nunquam eſſe potue
runt duo capita, et ſic dubium nō procedit, imo ipſum
dubium eſt argumentum pro eorum opinione. Et con
tra ſolutionem quam ex Scoto aſſignaui, eſt argumen-
tum. Si Adam non peccaret, filii eius confirmarentur
in gratia ex proprijs meritis ipſius Adæ, ergo talis cō-
firmatio, preter Deum qui eſt cauſa principalis omniū
principaliter eſſet ex Adæ meritis, & nō ex meritis Chri
ſti, & inde colligitur quod ipſa prima gratia non fuerit
data ex meritis Chriſti, & ſic ſi Adam non peccaret,
& Chriſtus veniret, Adam non ſolum eſſet organum
*Anſel.* gratiæ, ſed caput. Conſequentia legitima eſt. Ante-
cedens probatur ex Anſelm. lib.10. Cur Deus homo c.
18. vbi docet quod naſcerentur confirmati in iuſtitia
ſi Adam non peccaret. Idem docet De conceptu virgi
nali cap 10. Dico quod S.Tho. 1.p.q.100.art.2. negat.
Anſelmum docens quod non naſcerentur confirmati,
etiā ſi Adam non peccaret. Non negando Anſ.lmum,
vim habet argumentum. Sed ad huc dici poſſet, quod
gratia eſſet ex meritis Chriſti, cū quo ſtat, quod potua-
rit Deus diſponere, quod tale donum confirmationis,
non fuiſſet ſine meritis Adæ, vt ſicut erat organū cō-
municandi gratiam, eſſet etiam donandi confirmatio-
nem Chriſtus vero eſſet principalior cauſa. In ſubordi-
natione cauſarum multiplex poteſt poni cauſa. Nunc
ſub beatitudine, & viſione diuinæ Eſſentiæ confirma
tio includitur, (alias nullus ex omni parte eſſet beatus,
quia eſſet inquietus videns ſe non confirmatum) & ta-
men hoc non datur ex meritis Chriſti, ſiue meri-
tis ipſius Beati. Sic in caſu dici poſſet, quod nō daretur
ſolum ex meritis Chriſti, ſine meritis Adæ.

Conſtat ex dictis, quod Chriſtus modo prędicto,
dici non poſſit caput omnium creaturarum, quia irra-
tionales, & inſenſibiles creaturæ non ſunt mēbra, quę
pertinent ad corpus Chriſti quod eſt Eccleſia. Nec ac-
cipiunt influxum fidei, & doctrinæ quæ pertinent ad
voluntatem. Solum ergo dicitur caput, quia omnia tan
quam pedes illi ſubijciuntur, & omnibus dominatur.
Iuxta illud Pſalm.8. omnia ſubieciſti ſub pedibus eius.
Ideo Mare, & venti obediebant Chriſto, vt dicitur
Matth.8. & data eſt Chriſto omnis poteſtas Matth. 28.
Poſt diem iudicii omnia renouabuntur & immutabun
tur in melius iuxta quod inquit Paulus Rom.8. Om-
nis creatura ingemiſcit vſque ad huc. Ideſt inquieta eſt
& imperfecta. Vnde metaphorico quodam gemitu ge-
mit & dolet, quia non habet omnem ſuam perfectio-
nem. Et iterum expectatio creaturę reuelationem fi-
liorum Dei expectat, nam liberabitur a ſeruitute corrup
tionis in libertatem gloriæ filiorum Dei. In perſona
Chriſti dicitur de corpore eius. Pſal. 15. Caro mea re-
quieſcet in ſpe. Spes eſt appetitus & tendentia in perfe-
ctionem. Omnes creaturæ expectant, cum filii Dei in-
duerint immortalitatem habere quendam decorem, &
incorruptionem, nam tunc non erit amplius generatio
nec mutua actio & repaſſio, ſicut modo, ideo habe-
bunt ex Chriſto, quendam decorem & gloriæ ſimilitu
dinem. Iuxta quod legimus quod in transfiguratione
in monte Thabor, non ſolum facies corporis Chriſti
reſplēduit ſicut ſol, ſed veſtes factæ ſunt albæ ſicut nix.
Et hoc totum ex refulgentia gloriæ claritatis Chriſti.
In grandi conuiuio etiam canes participāt, & vaſa ac-
curatius lauantur purgātur & præparātur. Sic ergo om-
nia participant quendam decorem & honorem.

Dubitari ſolet, an ſicut Chriſtus dicitur caput cor-
poris Eccleſiæ, dici etiam poſſet membrum. Dico quod *Dubi.*
caput ſine dubio eſt membrum corporis, ſed iam ex
communi acceptione, nomine membri intelligitur illa
pars corporis quæ cōdiſtinguitur a capite, quod eſt pars
precipua. ideo nō valet, eſt caput, caput eſt membrum
ergo eſt membrum. Quia caput eſt membrum præci-
puum, quod totum, ſignificatur hac voce ſimplici, ca-
put. Ideo, dicendo abſoluta, quod Chriſtus eſt mem-
brum, nihil addendo, condiſtinguimus illum e capite
ideo omnibus penſatis non videtur vera iſta locutio.
Quia ſaltim ex modo acceptionis, non ſignificat id
quod in Chriſto inuenitur reſpectu Eccleſiæ. Oppoſi-
tum D.Thom.1.Cor.12. explicans locum Pauli. Vos au *S.Thom.*
tem eſtis corpus Chriſti, & membra de membro. Vbi
inquit. Ideſt de principali membro, quod eſt Chriſtus.
Idem docet in 4.d.49.q.4.art.3. ad 4. Altiſiodorenſ.

Altiſiodorenſ. lib. 3. tract. 1. cap. 4. q. 6. Turrecremata lib. 1 ſummæ Eccleſiaſt. cap. 47. Sed magis placet oppoſita ſententia. Ad locum ex Paulo dico quod ibi loquitur de ſe ipſo, qui cum eſſet Doctor gentium, per Euangelium illos genuit, 1. Corint. 4. Ideo inquit. Eſtis membra Chriſti de membro. Ideſt per miniſterium membri Chriſti, quod ego ſum. Ita exponit S. Thom. in ſecunda expoſitione (aſsignat enim tres) Ad idem eſt Magiſter qui ambas ſtat ſequitur. Nicolaus ſequendo ſecundam inquit. Membra de membro, ideſt dependens vnum ab altero. Hoc quod dixi manifeſte docet Alexand. 3. p. q. 12. M. 3. Vbi mouendo hoc dubiũ inquit. Quod Chriſtus ſecundum humanitatem eſt membrũ Diuinitatis, quæ eſt caput. 1. Cor. 11. Caput Chriſti Deus. Et ſubiungit. Si verò dicatur caput ſecundum humanitatem, ſic non debet dici membrum corporis, ſed caput. Quia nihil recipit a membris ſuis, ſed ſemper influit & communicat virtutem. Sed iam in primo dubio diximus, quod erat caput ſecundum quod homo, ergo non poteſt dici membrum. Hæc gratia capitis erat ipſamet gratia habitualis, per quam Chriſtus erat gratus Deo, quæ prout ſanctificat animam Chriſti erat gratia perſonalis, prout vero fuit principium merendi nobis noſtram iuſtificationem, dicitur gratia capitis. Multum fauet huic ſententię Ioan. c. 1. dicens. Vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti a Patre plenum gratię & veritatis. Poſtea. De plenitudine eius omnes accepimus. Accepimus gratiam habitualem ſimilem illi quam habuit Chriſtus; ſicut antiquitus 70. Seniores ſpiritum Moyſi, & Eliſeus ſpiritum Eliæ acceperunt, ergo gratia habitualis eſt gratia capitis. Hãc

Alex. ſententiam docet Alexand. 3. p. q. 12. in 3. D. Tho. 3 p. q. 8 art. 5. Seraphicus Bonauent. hac diſt. art. 1. q. 2 Gab. hac d. q. vnica art. 3. Almainus. q. 1. in fine, Marſil q. 10. art. 1. dub 3. Colligitur ratio ex autoritate Ioann. Nam nos ſanctificamur per hãc gratiam habitualem, ergo per ſimilem debuit ſanctificari Chriſtus. Vt aſsimilaretur nobis per omnia abſque peccato. Hinc apparet, quod Chriſtus non ſanctificatus eſt ex vi vnionis, ideo gratia vnionis non poteſt nec debet dici gratia capitis, vt aliqui exiſtimãt. Sequitur ex dictis ſupra. Si enim ſanctificatur ex vi vnionis nimirum quod gratia vnionis, dicatur gratia capitis: ſed neutrum credimus verum.

## QVAEST. II.

### SECVNDO QVAERITVR de facto.

*V. Animæ Chriſti fuerit collata ſumma gratia, quæ potuit conferri creaturæ.*

AD Secundam quæſtionem ſic proceditur, videtur quod non potuerit conferri ſumma gratia, quia 13. de Trinitate cap. 5. dicit Auguſt. quod beatus eſt quihabet quidquid vult, & nihil mali vult: hoc non tantum intelligitur de velle actuali, quia tũc aliquis Sanctus in via poſſet eſſe beatus pro aliquo inſtanti, quia pro illo poteſt habere quidquid vult, & tunc nihil actualiter mali vult, ergo intelligitur de poſſe velle. vt ſcilicet habeat quidquid poteſt recte velle: poteſt autem Michael recte velle habere tãtam gratiam, quantæ natura eius eſt capax, quia velle liberum ſemper eſt re tum quando conformatur voluntati naturali, quæ ſemper eſt recta: voluntas autem naturalis Michaelis eſt ad tantam gratiam, quantę natura eius eſt capax. Natura autem animę Chriſti non eſt ita excellẽns, nec per conſequens tantæ gratiæ capax, ergo ipſa de facto modo non habet tãtam gratiam quantam habet Michael, ſi Michael eſt beatus.

2. Præterea. Non eſt ponenda tanta gratia in anima Chriſti, niſi quanta requiritur ad beatitudinem alius animæ, ſed perfecte beatificatur ſi tota inclinatio eius naturalis terminetur: poteſt autẽ perfecte terminari, & ſi non habeat ſummam gratiam creabilem, cum non habeat ſummam inclinationem ad illam, cum non habeat ſummam naturam. Exemplum huius, aqua quietaretur, & ſi non eſſet in centro, quia non habet ſummam grauitatem.

3. Præterea. Summa natura non eſt facta, ergo nec ſumma gratia. Antecedẽs probatur, quia quæcunque natura facta, poſsibile eſt alteram excellentiorẽ fieri, quia illa poſſet eſſe finita. Conſequentia probatur, quia ordo vniuerſi magis conſiſtit in ſpeciebus, quam indiuiduis, quia magis attenditur perfectio vniuerſi ſecundum ſpecies quam ſecundum indiuidua, ergo conuenientius videtur eſſe factam ſummam naturam, quæ differret ab aliis naturis ſecundum ſpeciem, quam ſupremã gratiam eſſe factam, quæ differret ab aliis gratiis ſecundum numerum tantum.

Sed contra Aug. in 13. de Trin, cap. 19. Sũma gratia in rebus per tẽpus ortis eſt, quod homo in vnitate perſonæ ſit Deo coniũctus.

Secundo præterea Ioan. 1. Vidimus gloriã eius quaſi vnigeniti à Patre, hoc eſt qualis decet vnigenitum. Illa eſt ſumma poſsibilis dari, ergo.

Tertio præterea Ioan. 3. Non enim dat Deus ſpiritum ad menſuram. Intelligit de Chriſto: & ibidem. De eius plenitudine nos omnes accepimus, gratia non ad menſurã eſt gratia ſumma poſsiblis. Plenitudo etiam quæ poteſt participari ab omni alia gratia ſecundum aliquem gradum, non videtur eſſe niſi in ſumma gratia.

QuartoMagiſter in litera. Credendum eſt, Deum tantam gratiam contuliſſe illi animæ

quantam potuit conferre, tantam autem potuit conferre quantam potuit creare vt probabitur ergo.

Reſpondeo dicendo probabile eſſe dicere ſecundum magiſtrum, quod Deus de facto & tantam gratiam contulerit, quantam potuit. Potuit autem ex præcedenti quæſtione conferre ſummam gratiam creabilem, ergo & contulit. In commendando enim Chriſtum malo excedere, quã deficere a laude ſibi debita, ſi propter ignorantiã oporteat in alterum incidere. Confirmatur iſta reſponſio per Aug. illud Aug. 3. de libero arbitrio, Quidquid tibi vera ratione melius occurrit, ſcias hoc Deum magis feciſſe quam non feciſſe. Videtur autem ſimpliciter melius ſecundum rectam rationem, ſummam gratiam eſſe alicui collatam, quam non eſſe collatam. Quia in hoc manifeſtatur ſumma miſericordia Dei, in dando ſummum bonum gratiæ ſine meritis, Igitur probabile eſt hoc eſſe factum & non in alio, quam in anima Chriſti.

Ad argumenta, Ad primum dico, quod Beatus habet quidquid poteſt recte velle, No de potentia abſoluta, ſed de potentia ordinata. Vel ſi de potẽtia abſoluta, poteſt ſic intelligi, quidquid poteſt abſolute recte velle, hoc eſt quidquid Deus vult eum velle. Deus autẽ non vult, aliquam voluntatem, velle libere maiorem gloriam habere quam ſibi contulit. Et ideo non poteſt aliã gloriam recte velle. Et cum probas per voluntatem naturalẽ, quæ ſemper eſt recta, reſpondeo & dico quod appetitus naturalis cuiuſcumque voluntatis, eſt ad ſummam gloriam, hoc eſt iſta volũtas poſſet naturaliter perfici tanta gloria. Nec tamen eſt ibi tanta inclinatio naturalis ad ſummam, quod oppoſitum formæ, ideſt non ſumma gloria, potentiæ iſti violenter inſit, ſicut graue inclinatur naturaliter ad deorſũ ita quod oppoſitum eius, ſcilicet eſſe ſurſum, vel non eſſe deorſum, non poſsit in eſſe niſi violenter, quia iſta inclinatio, nõ habet principium intrin ſecum neceſsitans ad illud, ad quod ipſa eſt, ita quod oppoſitum eius non poſsit in eſſe niſi violenter: inclinantur enim Not. ad habendum gratiam ſummam, & tamen poteſt quietari in minima. Ratio eſt, quia no habet principium intrin ſecum determinans eam ad aliquem gradum determinatum. Sed cum dicis quod, voluntas libera, erit recta ſi conſonet voluntati naturali, dico quod non ſemper, ſed tantum quãdo cum hoc conſonat voluntati ſuperiori, ſcilicet voluntati diuinæ quando vult quod Deus vult eam velle: quandoque autẽ Deus vult, voluntatẽ libere velle quod vult appetitum naturalẽ appetere velle, quandoque autem non, ſed vult voluntatẽ liberam velle eſſe conſonam voluntati ſuæ, & diſſonã appetitui naturali. Et ideo beatitudo recte appetitur libere, quia Deus vult naturalem appetitũ hoc appetere, & voluntatem liberam eſſe ſibi conſonam. Vult autem Deus Not. ad voluntatẽ non odire mortem in caſu, & tamẽ triſtitiã vult appetitũ naturalẽ eſſe ad oppoſitũ mor- Chriſti. tis, & tamẽ non vult voluntatem liberã ſequi eum, ſed voluntatem ſuam quæ eſt regula ſuperior. Ita eſt hic, quia ipſe ex voluntate ſua quæ eſt regula ſuprema, præfixit cuilibet voluntati creatæ vt ipſa non plus velit quã voluntas diuina ſibi contulit, & vult eam velle.

Ad ſecundum dico, quod licet non habeat iſta anima ſummã inclinationem ad ſummã gratiam quantũ eſt ex parte fundamẽti inclinationis, tamen habet inclinationẽ ad ſummã gratiã, qua poſſet ſumme coniungi obiecto. Et ita licet poſſet quietari per quãcunq; gratiã, ſicut & quęcunq; anima, non tamẽ ſumme quietaretur ſine ſumma gratia. Quia nec ſumme coniungeretur obiecto, in quo eſt perfecta quies, niſi haberet ſummam gratiam.

Ad 3. reſpondeo quod ſi concedatur antecedens, quod tamẽ videtur dubiũ, & contra autoritatem Aug. 3. de libero arbitrio, poteſt negari conſequentia. Et cum quæritur cauſã, quare Deus fecit ſummã gratiã, & no ſummã naturã. Reſpondeo quod ſumma natura creata ſi eſſet, non haberet influentiã in alias naturas, ſicut nec modo ſuperior ſpecies in vniuerſo neceſſario influit in inferiorem. Summũ autem in gratia, influit ſecundũ eſſe gratiæ in inferiora, & ideo dicitur maior neceſsitas vt ponatur aliquid habens gratiam ſummam, quam aliqua ſumma natura. Si tamen ſicut Deus ſupplet influentiam naturæ ſuperioris, ſi qua eſſet in inferiorẽ, quia influit immediate in omnia, ita poſſet immediate ſupplere influentiam ſummi grati, quia ipſe influit gratiam in omnes. Poſſet poni alia ratio. Quia ibi in quocũque opere naturæ, manifeſtatur ſumme potentia & ſapiẽtia diuina, quia producit ea de nihilo. Et hæc ſunt quæ pertinent ad hierarchiam totius vniuerſi quãtum ad eſſe naturæ: ſed miſericordia & iuſtitia quæ pertinent ad hierarchiam naturarũ intellectualium quantum ad eſſe morale, non ſumme manifeſtatur in quocunque opere gratiæ, imo videtur quod ſumma miſericordia non manifeſtatur, niſi ſine meritis ſumma gratia & gloria daretur.

Q.tert.

Quæſtio de facto quærit, quod præcedens de poſſibili inueſtigabat.

In litera, vna eſt concluſio affirmatiua. In Chriſto fuit ſumma gratia. Argumento ſed contra probat ex illo Ioann. 1. Vidimus gloriam eius. Ioann. tertio Non dat Deus ſpiritum ad menſurã. Probatur etiã ex Auguſt. & Magiſtro. In corpore probat ſic. In cõmendando Chriſtum malo excedere quam deficere a laude ſibi debita, ſi propter ignorãtiã, neceſſe ſit in aliquod horum incidere. Sed non certo conſtat ſummam gratiam non eſſe creabilem, ergo dum eſt ſub dubio non debet huiuſmodi perfectio Chriſto denegari. Tenet diſcurſus ex Aug. 3. de libero arbitrio vbi inquit. Quicquid tibi melius vera ratione occurrit, ſciat hoc Deum magis feciſſe quam non feciſſe. Sed ſecundum rectam rationem, melius occurrit ſummã gratiam eſſe alicui collatam: non tamen videtur collatam fuiſſe alii niſi Chriſto, ergo ſumma gratia eſt ponenda in Chriſto. Minor quo ad ſecundã partem eſt manifeſta. Quo ad primam, probatur. Deus conferendo ſummam gratiam manifeſtat ſummam miſericordiam, quæ ex effectibus apparet, ergo cõueniens fuit ad manifeſtandam miſericordiam ſuam, vt alicui cõferret ſummam gratiam.

Secunda concluſio. Conuenientius fuit creare ſummam gratiam, quam ſummam naturam. Habetur ſolutione ad 3. Ratio quare non creauerit ſummam naturam eſt duplex. Primo, quia natura non influit in naturam, ſicut habens ſummã gratiam influit in inferiores, non habentes ſummam gratiam. Secundo. Deus in quacunque natura quam de nihilo producit oſtendit infinitatem ſuæ potentiæ, eo quod ad producendum aliquid ex nihilo requiritur infinita potentia, ergo non fuit neceſſe creare ſummam naturã, quia in qualibet oſtendebat hanc potentiam ſummam, Nõ ſic in qualibet gratia ſummam miſericordiam oſtendebat. Quia communicare gratiam eſt opus dilectionis, ideo non communicando ſummam, ſemper reſtabat quod poſſet manifeſtare. Ergo ad manifeſtandam ſummam dilectionem erga humanum genus, cõueniens fuit ſummam alicui conferri. Vt de plenitudine Chriſti habentis ſummam, omnes reciperent, Chriſto in cæteros influente, vt dictum eſt.

*Aug.*

### *Num in Chriſto Domino fuerit gratia habitualis.*

QVAESTIO de ſumma gratia, ſupponit in Chriſto fuiſſe gratiam. Hoc falſum videtur. Nam illa natura erat maxime eleuata ad hypoſtaticam vnionem, ergo ratione illius erat Deo grata, conſequenter quæcunque alia gratia, in Chriſto erat otioſa.

Propter rationem adductam quidam Theologi, vt refert Palud. hac d. q. 2. negarunt in Chriſto Domino fuiſſe aliquam gratiam creatam habitualem ſanctificantem & gratificantem animam Chriſti ab intrinſeco. Supponit opinio quod de gratia poſſumus loqui dupliciter. Primo vt eſt Dei amicitia & acceptatio qua anima a Deo ordinatur in vitam æternã ſine aliquo habitu, quemadmodum contingit in hominibus, qui mutuo ſe diligentes in bona propria adoptant, per pactum, per fidem, per verba ſine aliquo habitu. Secundo modo de gratia quæ eſt habitus inherens animæ reddens animam gratã, & Deo acceptam, Modo dicit iſta opinio quod iſte habitus non fuit in Chriſto, quia ex vi vnionis & præſentia Verbi, illa anima erat grata, & nullomodo eſſe poterat in peccato. Hanc opinionem vix fugiunt Thomiſtæ, qui dicentes eſſe gratam animam Chriſti ex vi vnionis aperte admittũt rationem huius opinionis.

Prima concluſio. Certitudine fidei tenendum eſt Chriſtum Dominum fuiſſe Deo gratum. Patet Matth. 3. Hic eſt Filius meus dilectus in quo mihi bene complacui. Idem Matth. 17. Ioann. 1. Vidimus gloriam eius. Non viderunt Apoſtoli gloriam diuinæ eſſentiæ quia Deum nemo vidit vnquam in carne mortali, aliter. Philippus Ioann. 14 non diceret. Oſtende nobis Patrem Ergo loquitur de glorioſa Transfiguratione, & aliis ſignis, atque operibus claris & glorioſis, quæ eius maieſtatem & gloriam oſtendebant. Prophetica pronuntiatio veritatem docet Iſai. 11. Requieſcet ſuper eum Spiritus Domini, Confirmat Angelica Annuntiatio ad Virginem. Quod naſcetur ex te Sanctum, vocabitur Filius Dei. Ioannes Baptiſta, Ecce Agnus Dei. Ecce qui tolit peccata mundi. Si peccata delet, ergo ſine peccato, conſequenter gratus erat Deo. Huius innocentiæ & ſanctitatis, figuram tenuit Abel innocens, & Ioſeph iuſtus. Et qui in vtero matris ſunt ſanctificati. Vt Hierem. & Ioannes. Sũt innumera loca in ſcriptura ad hanc veritatem comprobandam.

Secunda concluſio. Loquendo de gratia habituali, quamuis non ſit certum certitudine fidei, quod fuerit talis gratia: difficile tamen eſt ſaluare, quo modo non fuerit in Chriſto. Nam in Concilio Tridentino ſeſſ. 6 c. 7. & canone 11. dicitur. Si quis dixerit hominem iuſtificari, vel ſola imputatione iuſtitiæ, vel ſola remiſſione peccatorum, excluſa gratia & charitate, quæ in cordibus hominum diffundatur & in hæreat, vel eſſe tantum fauorem Dei, anathema ſit. Ecce quomodo ſi diffunditur in cordibus noſtris, & nõ eſt actus ſeu diuinus fauor, nõ apparet quid eſſe poſſit, niſi habitus & qualitas inherens. Et ita Pater Vega libro 7. c. 24. docet eſſe habitum, & aliter nõ poſſe explicari verba Concilii. Quare ſecundum illum eſt de fide quod ſit habitus. Hanc ſententiam amplectitur Xuarez 3. p. quæſt. diſputa. 18. ſectione 2. Opinio eſt ſatis probabilis. Sed quia Authores moderni poſt Conciliũ Tridentinum, nempe Aragon 2. 2. & Medina 1. 2. dicunt quod non eſt de fide, quamuis probabiliter quis poſſit opinari quod ſit de fide: nõ eſt ſimpliciter de fide. Nec oppoſitum eſt error. Quia tantum in opinione aliquorum eſt de fide. Tamen ex hac probabili opinione, probabiliter poteſt idem teneri de Chriſto, cum gratia habitualis eſt eiuſdem rationis ſpecifice cum gratia noſtra. Pro quo facit illud Lucæ 2. Et gratia Dei erat in illo. Et illud Iſaiæ 11. Requieſcet ſuper eum Spiritus Domini, Spiritus Sapientiæ, &c. Vbi Tertulianus libro 3. contra Iudæos c. 9. inquit. Requieſcet ſuper illum Spiritus Dei, id eſt vniuerſitas ſpiritualium donorum. Et libro 3. contra Marcionem c. 17. inquit. Nec enim vlli hominum diuerſitas ſpiritualium donorum competabat niſi Chriſto. Idem docet Greg. 29. Moral. c. 30. Redemptor noſter, Spiritus operationes ſimul inſe. & cunctas manentes habuit.

*Concil.*

*Vega.*

*Xuarez.*

Tertia concluſio. Hæc gratia fuit in Chriſto ab inſtanti Conceptionis Ita Scotus infra d. 18. q. 1. art. 2. vbi docet, quod non potuit mereri ſibi primam gratiam, nec gloriam, quia eam habuit ab inſtanti ſuæ conceptionis. Idem docet S. Tho. 3. p. q. 34 art. 1. Eadem veritas colligitur ex Scoto ſupra d. 3. vbi hanc

prærogatiuam tribuit Matri, ergo afortiori, tribuenda eſt Chriſto. Hanc veritatem docet Damaſcenus lib. 3. cap. 11. dicens. Eos qui dicunt vere in gratia profeciſſe Chriſtum, non exiſtimant vnionem factã eſſe a principio. Ac ſi dixiſſet. In decens erat facta vnione, gratiam iſtam Chriſto denegari, aut differri. Ratione huius decentiæ Scot ſupra d. 10. dixit, Chriſtũ non eſſe adoptiuum. Forſam, hoc, non amplius, vult S. Thom. 3. p. q. 7. ar. 13. cum docet gratiam ſecutam fuiſſe ad vnionem hypoſtaticam. Non enim intelligi debet phiſicę, & naturaliter, ſicut calor ad ignem, aut lux ad ſolem (quamuis in ſole & lumine ponat exemplum, quæ tantum adducit per modum ſimilitudinis). Sic dicẽdo, nõ erit differentia inter S. Tho. & Scotum. Cum quo eſt Seraphicus Bonauent. in 3. d. 4. art. 2. q. 3. Richard. art 3. q. 1. Durand. q 3. Qui dicunt hanc gratiam non fuiſſe connaturalem dimanantem ab vnione. Sic arguit Paul Rom 8. Qui proprio filio non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non omnia nobis cum illo donauit? Qui eleuauit naturam ad ſummam vnioné, quomodo non dabit gratiam, & ſummam gratiam. Sic arguit Scotus q. 1. art. 1. argum. 2. ſed contra. Colligitur veritas ex illo Luca 1. Quod enim ex te naſcetur ſanctum, vocabitur filius Dei. Ideſt in inſtanti quo naſcetur in vtero, ante quam naſcatur extra vterum, ſanctũ erit, quia filius eſt Dei. Colligitur ex illo Iſaię 11. Et requieſcet ſuper eum Spiritus Domini. Ideſt. Statim ꝙ de Virgine Maria Chriſtus naſcatur, humane gratiæ florebit, & ſpiritus Domini occupabit illũ.

*S. Tho.* (margin)

Ad argumentum dico cum S. Tho. loco allegato, quod ſecundum diuinam naturam, erat gratus & dilectus Deo ratione communis eſſentiæ: ad hoc autem vt eſſet dilectus ſecundum humanam naturam, ſecũdum quam non erat infinite dilectus, debuit habere gratiam creatam. Ricard. art. 2. q. 1. inquit. Quemadmodum lux Solis cauſat lumen in aere, quia aer non poteſt eſſe illuminatus niſi per lumen cauſatum, ita quamuis Verbum quod eſt lux, ſit vnitum humanitati, quia tamen non poteſt eſſe forma eius, ideo non illuminabitur anima niſi habeat gratiam.

*Ricard.* (margin)

*Num gratia Chriſti, fuerit ad meritum neceſſaria.*

De dubio hoc, non vna & ſimplex, ſed duplex opinio eſt. Prima docet nullam gratiam habitualem fuiſſe neceſſariam, quia ex ſola vnione naturæ illa erat grata. Ita Soto in 4. d. 19. art. 1. libro. 3. de natura & gratia c. 6. Hanc amplectitur noſter Vega lib. 7. ſuper Concilium c. 9. Metina 3. p. q. 7. art. 1. dubio 2. Vbi tria docere videtur. Primo quod poſſet Verbum aſſumere naturam, quæ nunquam habitura eſſet gloriam, & ita potuit aſſumere naturã non gratam. Quia hæc nullam includit repugnantiam. Secundo de potentia Dei abſoluta, non potuit illa natura eſſe in grata Deo. Quia de potentia Dei abſoluta, eſſe nullomodo potuit, quin homo ille eſſet filius Dei. Hoc illud Ioannis 1. Vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti. Id eſt vt decebat vnigenitum. Si quæras ab iſto Doctore ad quid erat neceſſaria gratia, ſi vnio præſtabat, quod in nobis gratia præſtat. Reſpondet ſolutione ad 3. fol. 217. col. 1. quod gratia quæ eſt qualitas habet pro effectu primario facere hominem gratum, & pulchrum intrinſece ſic qualificatum. Huiuſmodi effectus non poteſt eſſe abſque eo quod gratia diffundatur in cordibus noſtris. Effectus ſecundarius eſt facere hominem gratum, & acceptum Deo. Hic poteſt ſuppleri a Deo ſine gratia. Ergo ex vi vnionis potuit eſſe gratus, quia ex vi vnionis non poterat non eſſe ſupernaturaliter dilectus, & dignus gloriæ, licet ſtatuiſſet nunquam illam illi dare. Tamen ſine illo habitu non haberet omnem pulcritudinem, & intrinſecum decorem. Hæc opinio probatur. Homo Chriſtus per vnionem erat filius Dei naturalis, quod excedit filiationem adoptiuam quam gratia præſtat, igitur gratia, nec ad gratificationem nec ad meritum erat neceſſaria. Nam idem eſſet, ac ſi quis lumini Solis apponeretur lumen candelæ. Habetur in Metina loco citato. In Alexandro & Bonauent. infra citandis. Secundo. Opus hominis, ideo eſt meritorium, quia procedit ex motione Spiritus Sãcti. Sed opus Chriſti ſine gratia procederet ex motione Verbi ergo ex ſola vnione ſine aliqua alia gratia eſſet gratus. Tertio. Si gratia erat neceſſaria, ſequitur quod meritum Chriſti, non fuit infinitum, quia fundatur in habitu finito. Quarto arguitur ex Chryſoſt. hom. 60. in Ioannem, Hylario 9. de Trinitate in illa verba Ioann. 10 Quem Pater Sanctificauit & miſit in mundum dicentibus. Sanctificatum fuiſſe Chriſtum a Patre, non vt alios homines, ſed ipſa diuinitate vnita humanitati in perſona filii. Idem colligitur ex Cyrillo libro 4. in Ioannem c. 19. vbi inquit Chriſtum vocari vnctũ, non ſicut alios Reges, aut Sanctos, ſed quia Verbum caro factum eſt Tunc ſic. Nomine vnctionis in ſacris literis intelligitur gratia Dei, ergo ſi per incarnationẽ eſt vnctus, ſequitur quod per incarnationẽ & vnionẽ eſt gratus. Antecedens probatur ex illo Iſai. 61. Spiritus Domini ſuper me, propter quod vnxit me. Ad hoc eſt parabola decem Virginum vbi nomine olei charitas intelligitur. Quod magis vrget eſt Concilium Francofordienſe in epiſtola ad Epiſcopos Hiſpaniæ. Dei filius, hominis factus eſt filius: natus ſecundum veritatem naturæ ex homine hominis filius vt veritas vnigeniti, non adoptione, nec appellatione, ſed in vtraque natiuitate, filii nomen naſcẽdo haberet. Adrianus ex Gregorio Magno lib. 1. moral. cap 6. loquendo de Chriſto inquit Omnes qui in fide Deo naſcuntur ſuperat: quia nõ vt cæteros adoptio, ſed natura illum diuinitatis exaltat. In libro Sacroſyllabo ædito in eodem Concilio dicitur de Chriſto. Cum Deus nihil egueris, quę erat in eo, non per gratiam quemadmodum in cæteris, puris quæ hominibus, ſed eſſentialiter per naturam, igitur per naturam, & non per gratiam erat gratus. Nihil clarius.

*Soto.* (margin)

*Chryſoſt.* (margin)

*Concil.* (margin)

Oppoſita ſententia eſt Alexand 3. p. q. 11. M 2. Præcipue. M. 3. Bonau. hac d. art. 1. q. 1. Videtur clare docere S. Tho. 3. p. q. 7. ar. 1. ad 1. & q. 14. ar. 1. ad 1. De veritate q. 29. ar. 1. ad 4. & ar. 5. ad 4. vbi docet quod quamuis meritum Chriſti ratione perſonę habeat quandã infinitatem, tamen rationem meriti habet ex gratia. Sed mereri eſt ſubſtantia meriti, mereri infinite eſt velut circunſtantia, vel vt differentia contrahens meritum Chriſti ad quendam ſpeciem, ergo non eſt locus dicẽdi quod S. Tho. loquatur de pulcritudine & intrinſeco illo decore, ad quẽ & propter quẽ eſt neceſſaria iſta gratia. Hanc ſententiã Alexandri ſequitur Durand. hac d. q. 1. & d. 2. q. 2. Qui vt vidimus d. 2. q. 1. ar. 3. poſuerunt gratiam eſſe medium vnionis. Ex Thomiſtis tenẽt Palud. hac d. q. 1. Capreol. hac d. ad argumẽta Scoti contra 1. concluſionem. Caietanus 3 p. q. 7. ar. Driedon. de captiuitate & redemptione generis humani tractatu 2. cap. 1. p. 3. artic. 4. ad 3. Colligitur ex Autore hac d. q. 3 ſoluendo argumento ſed cõtra. Habetur clare d. 10. clariſſime d. 12. Ex quo loco colligitur

*Alex.* (margin)

ſenſus

ſenſu quæſtionis, non enim quæritur, an gratia ita fuerit neceſſaria ad merendū, quod Deus nullo modo facere poterit, quod alter eius actiones eſſent meritoriæ, nam poſſet Deus naturales actus liberi arbitrii acceptare ad vitam, quod concedit Metin. 3. p. q. 7. art. 10. dub. 2. vbi docet, quod ſi actus naturales procederēt ex diuino auxilio, poſſet illos Deus acceptare, & eſſent proprie digni. Si vero non procederent ex diuino auxilio non eſſent proprie digni, quod alii omnino negāt. Nec dubitamus, an modo humanitas accepta ad vnionē, fuerit ſimul accepta ad gratiā. Sed ſuppoſito, quod iam Deus acceptat hominē per gratiam, & quod humanitas non vnita acceptetur per gratiā, quæritur an humanitas vnita, ſicut prius fuit coniuncta Verbo, quam habituali gratia ornata, quod docet Scot. d. 2. q. 2. art. 3. Etiam per prius fuerit grata ex vi vnionis, etiam ſi Deus vellet ſuſpēdere gratiam maneret accepta quadā neceſſitate, nō conſequentis, quæ nulla poteſt eſſe in Deo, ſed neceſſitate, conſequentiæ. Quam in Deo ponit Baſiez. 1. p. q. 23. art. 3. dub. 1. Vbi docet peccatum neceſſitate conſequentiæ ſequi ex Diuina permiſſione. Aliter intelligendo quæſtionem, vel nulla erit difficultas, vel erit communis Chriſto & nobis. Diſputatur ſiquidem, an homo purus poſſit eſſe gratus ſine gratia. Colligitur aperte ſenſus iſte, ex Scoto hac d. q. 3. ſoluendo argumenta reſpondendo ad obiectionem quandam. Secundo quoque ſciendum eſt Deum vnico actu ſine aliqua diſtinctione omnia voluiſſe. Vt autē ſuper volita tranſit, inde diſtinctionem venamur: ſi diſtinctos terminos videmus. v. g. præſcitus eſt volitus a Deo, quantum ad eſſe naturæ, non quantum ad gloriā inde videmus, Deum velle aliquem eſſe, & glorificari, eſſe duo diſtincta, quorum vnum nō includit aliud. In homine iuſto, videmus actus remiſſos & intenſos. Et in hominibus cōfirmatis in gratia, videmus actus meritorios, & peccata venialia. Inde colligimus ſub gratia confirmationis, nō includi manutenentiam a venialibus. Inde quoque cognoſcemus Beatiſſimam Virginem quæ nullū veniale commiſit, vt habetur in Concilio Tridentino ſeſſ. 6. can. 23. habuiſſe maiorem gratiam, quem omnes alii confirmati. Siue gratia illa ſit

Concl. alia, ſiue eadem intenſior. Concluſio, de potentia Dei abſoluta, bene poſſet homo Chriſtus vniri Verbo Dei, abſque eo quod eſſet gratus, & ordinatus ad vitam æternam. De hac ſufficienter dictum eſt d. 1a. Ratio aſſignata eſt, quia manet diſtinctio naturarum, & vnio & gratificatio ſunt duo dona diſtincta. Nam ſicut lapis aſſumi poteſt ad vnionem, nō ad gloriam. Sic natura rationalis ſi Deus concurreret ad aſſumptionē, & non ad actionē ſequentē. Hæc enim duo non implicant, ideo Deus poteſt facere. Antecedēs eſſumptū probatur. Acceptare hominē ad vitā æternam, vel Dei amicitiā eſt opus totius Trinitatis non ſe habens vt paſſio conſequens, ſed vt actio libera, ergo non ſe habet conſequenter ad vnionē. Argumentū habet vim ad hominē: Nam Thomiſtæ, vt videbimus dubio ſequenti concedunt, quod poſſet Deus acceptare animā Chriſti ad maiorē gratiā & gloriam, ergo ſi acceptatio eſſet ex vi vnionis, cū perſona ſit infinita, & vnio ſumma, etiā ipſa natura eſſet ſumme accepta. Nam nulla apparet ratio quare non eſſet ſumme accepta, vnde contra illos poteſt tertiū argumentū eorum poſitum in principio dubii retorqueri ſic. In vnione non datur vltra, ergo ſi natura eſt grata ex vi vnionis, nō potuit plus accepta ri. Sic enim hac d. q. 1. art. 1. argumētis ſed contra probauimus, quod ſi potuit aſſumi ad ſummam vnionē, potuit aſſumi ad ſummā gratiā. Contra Metinā, qui cōcluſ. 5. & 6. & ſolutione ad quandā obiectione fol. 225. col. 2. docet quod potuit aſſumere naturā ſine peccato & gratia; ſi autem ſumeret cū peccato ſtatim reſultaret gratia. Arguo ex ſecundo dicto contra primū. Nā ſi exiſtens in peccato ſtatim reſultaret gratia, ergo falſum eſt quod poſſet eſſe in puris naturalibus. Cōtra id quod docet dubio ſecūdo concluſio. 3. quod illa opera eſſent ex motione Verbi, quæro quæ & qualis eſſet illa motio. Si opus ad extra, ergo etiam eſſet ex Patre, & non ex vi vnionis. Si non eſt opus aut efficientia ad extra, ſed quod procedant a natura exiſtente in diuino ſuppoſito: male dicitur quod ſit motio, quia ſicut via aſſūptionis terminare quod eſt propriū filii nō fuit agere: ſic via operationis, cū natura operatur non eſt aliqua motio, ſeu operatio propria Verbi, quia ſicut ſe habuit in principio terminationis, ſic in ſequentibus actionibus. Sed in principio non habuit aliquā propriam efficientiā quam non haberet Pater, igitur ſimiliter poſtea non ſunt ex propria motione Verbi. Tunc ſic volūtas noſtra nō eſt merū inſtrumentū, quia habet aliquē efficientiam, ſicut cetera agentia, in qua efficientia ſimul cū gratia conſiſtit meritum, ergo requiritur ſpecialis efficientia Trinitatis, ergo ſimiliter vltra vnionē requiritur ſpecialis acceptatio Trinitatis. Si dixeris quod acceptatio eſt a tota Trinitate, ſed ratio acceptādi eſt ex vi Verbi.

Contra Metinā

Contra. Deus nō acceptet, niſi quod ex dilectione gratificat, ergo gratificatio non erit ex vi vnionis ſed ex effectu aliquo totius Trinitatis qualis eſt infuſio gratiæ. Si inſtes, eo ipſo, quod tota Trinitas effecit illā vnionē, cauſauit cauſam dilectionis & gratificationis, ergo vltra nō requiritur gratia ſanctificans. Dico quod homo Chriſtus ratione vnionis eſt filius Dei naturalis. Vnde ſimilitudinē habet cū filiatione naturali in humanis. Sed ſicut in humanis, non implicat, quod aliquis ſit filius naturalis, & quod denegetur ei hæreditas, quia diſplicuit Patri. Sic quoniā eſt ex repugnantia phiſica nō repugnat abſolute potētiæ Dei, quod aſſumeretur ad eſſe filii Dei, & quod denegaretur hæreditas, vt late dictum eſt d. 1a.

Secūda cōcluſio. De potētia Dei abſoluta, bene poſſet Deus gratificare Chriſtū ſine gratia, ſicut poteſt gratificare vnumquenq; noſtrū. Suppoſito tamē quod gratia ſit ratio acceptationis requiſita fuit ad Chriſtū, ſicut requiritur in nobis. Hāc docet & habet Scotus ſupra d. 2. q. 1. art. 1. impugnando Henricū, vbi ratione penultima, inquit, quod ſi poterat ſine habitu, quicquid poteſt cū illo: tūc gratia & reliqui omnes habitus eſſent ſuperflui in Chriſto. Nā qua ratione vnio præſtaret amicitiam ſupplēdo effectū gratiæ ſuppleret aliorū habituū effectus. Sed nō eſt dicendū, quod habitus eſſent fruſtra, igitur gratia ſortitur in Chriſto effectum gratificandi, quem habet in nobis, dempta adoptione. Explicatur & roboratur hæc ratio, gratia in nobis habet effectum gratificandi, ſed non eſt in ſummo: in Chriſto eſt in ſummo, & tanquam in ſuo fonte & centro, igitur ſi ibi non

gratificat, nullibi perfectiſsimus habitus, aſt perfectus, quod videtur tn conueniens. Si enim in Chriſto humanitas habet omnem ſuam perfectionem quā poteſt habere, ſimiliter dicēdum videtur de charitate vt. in aliquo ſubiecto ſit vmnium perfectiſsimus. Alias aliquis affectus gratia eſſet in corpore, qui non in capite, quod videtur inconueniens vt colligitur ex ratione ſequenti. Secundo ſic. De plenitudine gratiæ Chriſti omnes accepimus Ioann. 1. ſed nos accipimus a Chriſto tāquā a capite gratiam iuſtificantem, igitur hec gratia in Chriſto habebat hunc effectum gratificandi. Deſumitur hec ratio ex Alexandro 3. p. q. 1 t. loco allegato ad ſinem habet illam Durand. argumētu ſecūdo. Tertio de Chriſto dicitur Iſai. 11 Requieſcet ſuper eum ſpiritus timoris Domini &c. Ergo a fortiori gratia, per quam Spiritusſanctus habitat in nobis, & per illum habitum placemus Deo. Nam gratia eſt per quam aſsimilamur conformamur Deo & efficimur conſortes diuinæ naturæ.

Modus ponendi eſt multiplex. Si gratia habitualis eſſet medium aſſumendi humanam naturā ſatis conſtat quo nam pacto debuit prius eſſe grata, & ſatis conſtat quonam pacto debuit eſſe grata per gratiam, quia aliter non eſſet apta vt aſſumeretur. Sed is modus falſus eſt & impugnatus ſupra d. 2. Secundo dicendo quod prius fuit aſſumpta quam haberet gratiam videtur difficile ſaluare & oſtēdere quomodo ante gratiā ex vi vnionis non fuerit iam grata. Hoc oſtenditur ex vltimo fundamento ſeo notabili, nam vniri filio Dei & habere gratiam ſingularis perſonæ duo ſunt dona. Habere que gratiam capitis tertium donum eſt

Alex. Docet Alexand. 3. p. q. 12. M. 3. ad finem dicens. Alius actus eſt vnire humanitatem diuinitati. Alius influere gratiam & eſſe exemplar ad omnes animas ſanctas. Alius actus diſtinctus a predictis cogitare de ſua bonitate, & amare eam, igitur habitus gratiæ non erat ſuperfluus, ſed neceſſarius. Hec diſtinctio effectuum ſuadetur Filius naturalis vltra fratres poteſt partem accipere ex dono & gratia patris. Sic Abraham cum Iſaac, Iſaac cum Iacob, Iacob cum Ioſeph, & Ephraim nepote eius Igitur Stante filiatione naturali ex gratia poteſt ad alia dona ordinari, igitur ſimiliter cum vnione hypoſtatica potuit ex gratia habituali ordinari ad gloriam. Similiter poteſt diligere filium naturalem, quia pulchrum & bene ornatum per gratiā. De facto diligebat quia gratus erat. Et in ſumme diligebat quia filius erat. Et hoc forſam voluit S. Thom. cum dixit quod ex gratia meruit, & ex perſona infinita, meruit infinita. Si ſecundū Thomiſtas prius fuit prædeſtinatus ad vnionē, data eſt gratia vt ioxta illud donū ſummū vnionis, eſſet etiam gratus ad gloriam. Si ſecundū Scotū prius fuit prædeſtinatus ad ſummam gratiā vnio ſolū fuit medium ad iſtam ſummam gratiam. Nam nō daretur ſumma gratia, niſi illa natura eſſet vnita De hoc iam ſupra d. 7. q. 3.

Ad argumenta dico quod neceſsitas ponendi habitum gratiæ in Chriſto, deſumitur ex duobus nempe quod anima Chriſti non erat mere inſtrumentum, ſed ſimul agens vitale & principale ſuarum actionum, ideo cum naturæ & operationes naturæ manſiſſent diſtinctæ, neceſſe fuit vt modo intrinſeco & con naturali, anima per habitus ſanaretur & perficeretur ad exercitium illarum operationum. Cum gratia ſit nobiliſsimus habitus datus ad participandum conſortium diuinæ naturæ aliter quam per vnionem participatur, vtrumque fuit compatibile in Chriſto. Ideo nō ex vi vnionis, Sed ex gratia, quæ ad hoc neceſſaria fuit, erat gratus & dilectus Deo.

Ad 1. ergo dico quod perſona filij Dei ratione vnionis dat naturæ humanæ aſſumptæ ſiue homini Chriſto ſubſiſtentiam & denominationem nobiliſsimam, & cauſam donandi habitus nobiliſſimos. Sed quia nihil intrinſecum poſitiuum abſolutum ponit in ipſa natura, neceſſe habet per habitum nobiliſsimū gratiæ eleuari. Lumina enim concurrunt ad eundem effectum illuminandi, ſicut gradus caloris ad calefaciendum, ideo calor vt duo nihil addit caloti vt vno. Infuſio autem habituū, & aſſumptio diſtinctos habent terminos, & & diſtincta ſunt dona, ideo non eſt ſimile.

Ad 2. conſtat quod Verbum nullam ſpecialem mutionem habet ſuper humanitatem. quam non habet Pater. Ad 3. dico quod meritū Chriſti fuit ſummū, & ex acceptatione Dei infinitum, de quo d. 19. Ad 4. dico quod ratione vnionis fuit data Chriſto gratia in ſummo d. 7. & ex circunſtantia ſuppoſiti meritum Chriſti fuit infinitum d. 19. Propter hoc rectæ dicunt Sancti, fuiſſe ſanctificatum per diuinitatem, quæ humanitati erat corporaliter vnita, & excludebat adoptiuā. Et hoc volunt ſancti. Quia tamen naturæ, & operationes naturæ, diſtinctæ manſerunt, manſit humana natura per omnib⁹ alijs meliorata, cū eodē ordine ad Deū vt cauſam. Vnde intellectui Chriſti neceſſariæ fuerunt ſpecies obiectorum infuſæ, vel acquiſitæ. Voluntati neceſſarij fuerunt iſti habitus, & alij qui non dicunt imperfectionem, vt ſpes, & pœnitentia. Similiter neceſſariū fuit diuinum auxilium.

### *Num in Chriſto fuerit ſumma gratia.*

SVppoſito ex q. 1. art. 1. quod ſumma gratia ſit dabilis, queritur an alicui ſit data. Cum autē Chriſtus ſit caput omnis principatus, iure optimo queritur in ſpeciali, non in vniuerſali, an Chriſto domino fuerit data. Ratio dubitandi deſumi poteſt ex duobus, nempe ex liberalitate donantis, ex capacitate recipientis. Ex primo non licet de facto dubitare. Ex ſecundo poteſt eſſe dubium. Ideo arguitur ex primo Authoris, quod deſumitur ex Aug. 3. de Trinitate c. 5. vbi ita quit. Aug.

Beatus eſt qui habet quicquid vult, & nihil mali vult. Id eſt qui habet quicquid poteſt velle, ita vt habeat ſatiatum appetitum ſecundū omne quod poteſt velle. Nam ſi eſſet authoritas intelligenda ſecundum quod actualiter vult, in hac vita poſſet homo eſſe beatus, quia ſepe hic habet quicquid deſiderat, ergo intelligitur de poſsibili. Sed ſuperior natura puta Angelus, eſt capax maioris gratiæ quam poteſt appetere, ergo Chriſtus Dominus non habet ſummam, nec inclinatur in ſummam gloriā & gratiam: quia nunquam ſumma ſatiari poteſt eius appetitus.

Secundo ſumme natura non eſt facta, ergo nec ſumma gratia. Antecedens probatur. Quæcunque natura facta poſsibilis, eſt finita, ergo poteſt dari perfectior illa. Conſequentia probatur, quia perfectio

fectio vniuerſi, magis attenditur. Secundũ quod vna ſpecies excedit aliam, quam ſecundum quod vnum indiuiduum excedit aliud. Quia quæ non ſunt perpetua, non pertinent ad vniuerſum: ſed ſpecies quæ dicunt perfectionem indeficientem, ergo conuenientius videtur quod fieret ſumma natura, quæ differret ſpecie ab aliis naturis, quã ſumma gratia, quæ a gratia non ſumma differt ſolum ſecundum gradum indiuidualem.

Tertio proficiebat gratia & ſapientia, ergo non habebat ſummam, conſequentia tenet, quia ſummum dicit terminũ perfectionis. Antecedens probatur. Lucæ 2. Ieſus proficiebat ſapientia, & ætate, & gratia apud Deum & homines. Secundum Scotum probatur, quia meritum Chriſti erat finitum, ideo poterat magis ac magis proficere.

4. Gratia Chriſti erat ſumma, ergo maius in eo erat diuinorum auxilium, & ſic erat in illo minor libertas, & minor ratio meriti.

S. Tho. De dubio hoc controuerſia eſt nobis cum Thomiſtis, qui ſicut negant ſummam gratiam eſſe dabilem, ſic dicunt ſummam gratiam non eſſe datã. Præmittunt autem quod gratia poteſt accipi tripliciter. Primo vt dicit ordinem ad beatitudinẽ. Secundo vt eſt ornamẽtum ad vnionem. Tertio vt eſt gratia redemptoria. Primo modo non fuit ſumma nec infinita. Ita Metina 3. p. q. 7. ab art. 9. Vſque ad 12. Vbi inquit eſſe opinionem Victoriæ, & Soti 1. Phyſicorum q. de maximo & minimo, & videtur eſſe d. Tho 22. q. 24 art. 7. quod charitas poteſt creſcere in infinitũ. Hãc tenet Capreol. hac d. q. vnica, vbi docet quod de potẽtia Dei abſoluta potuit eſſe maior gratia Chriſti. Secũdo modo dicunt fuiſſe infinitam, quia non poteſt gratia ordinari ad maius, quam ad vnionem hypoſtaticam. Clare videtur docere S. Tho. 3. p. q. 10. art 4. ad 3. vbi inquit. Licet gratia Chriſti & viſio beata in ordine ad vnionem hypoſtaticam non poſſit eſſe maior, abſolute poteſt eſſe altior gradus gratiæ & viſionis beatæ. Tertio modo etiam dicũt fuiſſe infinitam, quia ratione diuinæ perſonæ, nõ poteſt dari maius meritum. Si tamen fundaretur in ſola gratia, bene poſſet dari maius.

Oppoſita ſententia eſt Scoti hic, quem ſequitur Caietanus & omnes alii qui dicunt poſſe dari ſummam gratiam. Illa enim ſuppoſitione facta, hæc quæſtio nullam habet difficultatẽ, quia nulla apparet ratio quare non ſit data.

Concluſio. Quamuis loquendo de gratia habituali poſſit eſſe dubium an gratia fuerit in ſummo: dubitandum non eſt, quin fuerit acceptus ad ſummũ quod potuit acceptari. Hoc teſtatur Euãgeliſta dicens. Vidimus gloriam eius, gloriã quaſi vnigeniti a Patre, plenũ gratiæ & veritatis. Quod de plenitudine intenſiua & extenſiua omnium donorum & gratiarum intelligendum eſt: ita vt nec altius humana natura potuerit eleuari, nec clarius Deus, ab illa, vel alia creata natura, potuerit videri. Ideo Aug. 13. de ciuitate Dei c. 19. plenitudinẽ gratiæ de qua loquitur Ioãnes ad ipſam vnionem refert. Et 15. Trinitate ca. 26. dicit Chriſtum eſſe plenum gratia, quia plenus erat Spiritu ſancto. Suadetur veritas ratione Aug. 3. de libero arbitrio, quem Autor adducit in corpore quæſtionis. Quicquid tibi vera ratione melius occurrit, ſcias hoc Deum magis feciſſe, quam non feciſſe, ſed melius videtur dediſſe ſummam gratiam, quam non dediſſe, ergo ſine dubio hoc dicendũ eſt. Nam ſi Chriſtus, qui æterni Patris eſt vnicus filius, Pater ſibi bene complacuit Matth. 3. ergo omnia illi donauit in ſummo, alias vt bene deducit Autor concluſione ex ſolutione ad 3. non eſſet Deus perfecte liberalis, quia ex illiberalitate retineret. Arguitur ex Paulo, vt dicebamus dubio præcedenti, propter Chriſtum omnia nobis donauit, quomodo illi non omnia in ſummo donauit? Lege Autorem argumentis ſed contra. Inſuper arguo ſic. Si non habuit ſummam, ſed potuit habere maiorem gratiam, & acceptari ad maiorẽ gloriam: vt concedit Metina 3. p. q. 7. art. 11. & 12. ſol. 254. Et ſua q. 3. fol. 259. ſequeretur quod ſibi meruiſſet illum gradum gloriæ & gratiæ vel ſi non meruit vt videbimus d. 18. inferioris fuit cõditionis in hoc, quam illi qui poſt primam gratiã meruerunt ſibi augmentum. Si vero dicamur iã eſſe acceptum a principio ad ſummum quod potuit acceptari, ceſſat hoc inconueniens, & ſatis cõſtat quonam pacto non ſibi meruerit.

Dub. Dubium eſt an hæc plenitudo gratiæ intenſiua fuerit propria Chriſti. Ratio dubitandi deſumitur ex ſacris literis, vbi de beatiſſima virgine dicitur, quod fuerit gratia plena: idem de Ioanne baptiſta & aliis, & de beato Stephano, qui dicuntur repleti Spiritu Sancto.

Secunda concluſio. Hæc plenitudo gratiæ fuit propria Chriſti. Probatur argumẽto 3 ſed cõtra ex illo Ioãn. 3. Nõ enim ad menſuram dat Deus ſpiritum, intellige Chriſto, de quo eſt ſermo. Quem locum varie exponit Seraphicus Bonauen. hac d. art. 2. q. 2 Ricard ibidem, ſanct. Tho. 3. parte q. 7. art. 11. ad primum vbi varias refert expoſitiones huius loci. Vno modo de dono quod Deus Pater dedit Filio puta diuinam eſſentiam. Ideo quędam gloſſa inquit. vt tãtus ſit Filius, quantus & Pater, ergo cum ad nos dignatus eſt mittere Filiũ, non putemus aliquid minus miſſum, quam eſt Pater. Hanc expoſitionem amplectitur Aug. tract. 14. in Ioannem, quem ſanct. Thomas refert in catena. Probat Aug per verba ſequentia. Pater diligit Filium, & omnia dedit in manu eius. Idem ſentit Cyrill libro. 2 Ioannem. cap. 72. Vbi inquit. Per ea quæ modo dicit, longe Filium a Prophetis ſeparat, & vno hoc ſigno, immenſam eſſe differentiam inter homines & Filium oſtendit & ca. 75. explicans verba ſequentia. Pater diligit Filium & omnia dedit in manu eius, inquit. Omnia dico ſimpliciter, quæ ſubſtãtialiter inſunt Patri, Filio quoque inſunt. Alias diuinitas Filii aduentitia, non naturalis inueniretur. Secundo modo vt ibi ſit ſermo de communicatione idiomatũ ratione vnionis. Sic quod dedit eſt ſine menſura, quia iſte homo Chriſtus vere eſt Filius Dei, de quo late Paulus heb. 1. cũ inquit. Multo melior Angelis effectus, quanto præſtãtius nomen hereditauit. Hunc modũ ſequitur gloſſa dicens. Dicũt Pater plenum & perfectum genuit verbum, ſit plenum & perfectum eſt vnicũ humanæ naturæ. Ex hoc dono ſequitur communicatio idiomatum, & quod homo iſte ſit Filius Dei, quod eſt maximum donum. Præter has expoſitionibus, eſt tertia, quam ſequimur, nempe quod ſit ſermo de Chriſto homine, & de gratia habituali, quæ data eſt illi ſine mẽſura Nobis, cum menſura. Hanc expoſitionem ſequitur

Chriſoſ. hom. 30. in Ioannem dicens, Spiritum autem hic actionem Spiritus ſancti dicit. Vult enim oſtendere, quoniam omnes quidem nos, in menſura, Spiritus actiones ſuſcipimus. Colonat Adrianus Epiſtola Concilij Francofordienſis, vbi loquitur colum. 4. Scriptum eſt enim Pater diligit Filium, & omnia dedit in manu eius: adoptiuis vero non dedit omnia, ſed quædam dona chariſmatum. Omnes ergo antiqui expoſitores in Chriſtũ, hæc verba referunt, cuius proprium eſt accepiſſe Diuinam Eſſentiam ſine menſura, Vnionem perſonalem ſine menſura. Gratiam in anima ſine mẽſura. Nobis cum menſura, iuxta illud Pauli 1. Corint. 2. Alij datur per Spiritum, ſermo ſcientiæ. Alij ſermo ſapientiæ: iuxta quod inquit Aug. vbi ſupra. Menſura Diuina, diuiſio quædam donorũ: alij enim datur per Spiritum ſermo ſapientiæ &c. Et quia ea primo ſequuntur cętera, bene exponitur omnibus iſtis modis.

Ad rationem dubitandi dico, quod cum de aliis dicitur, ſignificat magnam quandam abundantiam. Sic accipit Paulus Epheſios. 3. Vt impleamini, in omnem plenitudinem Dei. Quamuis enim aliquod vas non ſit omnino plenum, dicitur plenum, quando habet liquorem in magna abundantia, Sic qui in magna abundantia habebant gratiam dicuntur pleni. Ad hunc modum per oppoſitum, Lucę 4 dicitur, Repleti ſunt omnes in ſynagoga ira hæc audientes. Rom. 1. inquit Paul. Repletos omni iniquitate. Differentia colligenda eſt ex hoc quod Chriſtus eſt caput, cęteri ſunt membra, ergo maior plenitudo eſſe debet in capite ex quo omnes accipiunt, quam in

Almai. membris quæ participant Almainus hac d. q. vnica dubio. 1. poſt. 3. concluſionem inquit, quod eſt plenitudo ſecundum ſufficientiam, Quo pacto omnis habens gratiam dici poteſt plenus, quia quicunque gradus gratiæ ſufficit ad beatitudinem. Alia eſt plenitudo copię, id eſt qui habet gratiam in magna copia & abundantia. Hac plenitudine erat plenus Beatus Stephanus. Eſt plenitudo ſingularis prerogatiuæ, cum quis præ ceteris habet quandam ſingularem gratiam, ſic Beatiſſima Virgo. Quarta plenitudo eſt ſuper eminentię, quã do non ſolum quis habet gratiam prædictis modis, ſed habet ſuperabundãter pro ſe & aliis. Hoc modo Chriſtus habuit plenitudinem gratiæ. De-

Alex. ſumpſit ex Alexan. 3. p. q. 12. Memb. 3. vbi eiſdem fere verbis, eadem vtitur diſtinctione Hæc diſtinctio optime fundatur in Paulo Rom. 15. Repleti omni ſcientia, ita vt poſsitis alterutrum monere, Sic Hieremias repletus eſt vt Propheta, Ioannes Vt Precurſor, Stephanus vt fidei propugnator, Virgo vt mater, hoc ſine ſumma. Chriſto quia caput requirebatur ſumma.

Ad argumenta principalia. Ad primum reſpondet Autor, quod Beatus ſolũ vult quę cognoſcit Deum velle. Secundo dicit, quod non eſt in potẽtia naturali ad gratiam, ſicut ignis ad ſurſum, lapis ad deorſum, quę inquieta manent extra ſuum locum. Sed ſic habent inclinationem ad gratiam, quod manent ſine aliqua inquietudine, etiam ſi non habeant illam. Ratio eſt, quia inclinatio ad gratiam, non habet principium neceſsitans ad habendam illam, ideo non eſt violenter extra ſummum gradum gratiæ. Ex his, & illis, quæ diximus art. 1. dub. 3. quod eſt æqualis capacitas, in homina, & Angelo, ſatis conſtat ſolutio huius, & ſequentis argumenti.

Ad ſecundũ, poteſt negari ſummam creaturam non eſſe productam. Quia ſaltem homo eſt perfectiſsimũ animal, quod poteſt produci, quia non poteſt altius natura animalis eleuari quam vt habeat Dei ſimilitudinem & videat Deum facie ad faciem Ergo eſt animal perfectiſsimum. Videndus

Bañez. eſt Bañez. 1. p. q. 55 art. 3. vbi docet quod detur ſumma ſpecies animalis Caietan 1. p. q. 16. art. 4. docet lumen gloriæ eſſe habituum, ſeu qualitatem

Cumel. perfectiſsimam. Cumel. 1. p. q. 12. art. 4. docet omnes gradus creaturarum eſſe factos. Admittendo tamen non eſſe productam ſummam creaturam, negatur non eſſe productam ſummam gratiam. Quia ad hoc vt produceretur ſumma gratia, ſunt optime rationes, quæ habentur concilio e in ſummateat. Pro maiori explicatione eſt notandum,

Not. ad vniuerſum, ſolum pertinere incorruptibilia, vt elementa, cœlum, &c. Indiuidua vero decorant vniuerſum. Indiuiduationis autem principium, cum non ſit perfectio, recte ſequitur quod ſi produceretur ſumma creatura, non ſolum numero, ſed ſpecie differret ab aliis creaturis productis, ideo ſi humana natura, non eſt ſumma inter Angelos & corporales creaturas, etiam ſi Deus produceret perfectiſsimum hominem, qualem credo fuiſſe Chriſtum, adhuc non eſſet producta ſumma creatura. Immo ſummum indiuiduum ſuperioris, & perfectioris naturæ, eſſet perfectius humanitate Chriſti in naturalibus.

Ad tertiũ dico, quod proficiebat quantum ad multiplicationem meritorum. Quia in dies plura opera meritoria faciebat. Tamen habitus, non magis intendebatur, nec acceptabatur ad maiorem gloriam, quia a principio habuit ſummam, quam poterat habere. Sic intelligendus eſt Athanaſius oratione 4. contra Arrium, Cyril. lib. 1. in Ioann. cap. 17. & lib 2. cap. 72. Gregor. Nazianzenus oratione 10. in laudem Baſilii, & oratione. 51. Hiero. ſuper 7. Iſaiæ, explicans illa verba, Vt ſciat reprobare malum & eligere bonum. Cum dicunt profeciſſe ſecundum oſtenſionem, non eſt tantum intelligendum, feciſſe opera quæ oſtendebant eſſe magis gratum. Sed feciſſe vere plura opera multiplicando noua, quæ vere erant *Deo* grata & accepta. Et quamuis meritum Chriſti, ſecundum Scotum, non eſſet infinitum, quia tamen erat ſumma acceptum, non poterat eſſe magis gratum. Nobis vero, forſam magis merebatur in via Scoti, quia meritum non erat infinitũ. Ad 4. dico, quod nec gratia confirmationum, nec beatorum tollit libertatem, de quo ſupra d. 3. noſtra. q. 6. ſuper primã quæſtionem Autoris.

*Num Chriſtus Dominus, habuerit iſtam gratiam per propriam diſpoſitionem.*

QVAESTIO iſta poteſt vniuerſaliter diſputari de omni habente vſum rationis, cõprehendendo Angelos, Chriſtum, & Adam De primo homine Adam videndus eſt S. Tho. 1. p. q. 95. art. 1. ad 5. Vbi docet quod habuit gratiam per propriam diſpoſitionem liberi arbitrii. De Angelis videndus eſt 1. p. q 62. artic. 2. ad 3. Bañez ibidem artic. 3, Caietan. 12. q. 24. artic. 3. circa ſalu

tionem

tionem ad 3. Ferrara 3. cõtra Gentes c.150. vbi tenẽt quod Angeli habuerunt gratiam per propriam diſpoſitionem. Impreſſeorum, de Chriſto ſolum eſt nobis ſermo. De quo re videndus 3.p.q.34.art.2. dub.3. Vbi ex ſententia D.Tho.1.p.q. 62.art. 2. ad 3. docet creaturam habentem vſum rationis, non recipere gratiam niſi per propriã diſpoſitionem. Sic Chriſtus Dominus per propriam diſpoſitionem recepit gratiam. Idem docet 3.p.q.7.art.vltimo, dubio penultimo. Reputat probabilem pater Banez 1. p. quæſt. 62. ar.3. ſolut.ad 4.

Pro hac ſententia arguitur. In collatione gratiæ, contrahitur ſpecialis amicitia & ſpirituale matrimonium inter Deum & hominem, ſed hoc requirit vſum liberi arbitrii, ergo non fit ſine vſu liberi arbitrii.

2. Modus habendi gratiam per propriam diſpoſitionem, nobilior eſt quam habere ſine illa, igitur eſt ponendus in Chriſto.

Oppoſitam ſententiam docebat pater Soto, vt inquit Metina 3.p.q.7. loco citato. Quam etiam defendebat Victoria. Illã tenet Ioannes Arboreus lib.1. ſuæ Theoſophiæ. Capreolus in 2. d.4.q.1. ad primũ cõtra 5. concluſionem, docet quod Angeli non habuerunt gratiam per propriam diſpoſitionem.

Pro explicatione huius notandum eſt, quod de diſpoſitione poſſumus loqui dupliciter. Vno modo de diſpoſitione propria, quæ iuxta præſentem materiã, eſt actus liberi arbitrii præcedens terminum, cuius eſt diſpoſitio. Hoc enim in vniuerſum omni diſpoſitioni eſt commune. Secundo modo loqui poſſumus de actu liberi arbitrii, qui ſtatim ſequitur poſt infuſionẽ gratiæ. Hæc diſtinctio colligitur ex Scoto in 4. d.14. q. 2. art.2. vbi inquit. Ad deletionem peccati, dupliciter requiritur diſpoſitio, vel vt præuia, vel vt concomitans. Primo modo, ſufficit actus informis imo ſemper eſt informis. Actus concomitans non ſit informis. Secundo modo requiritur actus formatus. Nam in illo inſtanti, in quo deletur peccatum, charitas ineſt, & per cõſequens, ſi actus requiritur vt concomitans, requiritur vt formatus.

*Scot.*

Iuxta hanc diſtinctionem dico, quod nec in Chriſto Domino, nec in Angelis, nec in Adã, ſi creati ſunt in gratia, ſicut Chriſtus, potuit gratia haberi per propriam diſpoſitionem, quæ proprie eſt actus proprius præuius, & præcedẽs gratiam. Probatur. Chriſtus Dominus ab inſtanti conceptionis, habuit gratiam, & primus actus elicitus quem habuit Chriſtus, fuit beatificus circa Deum clare viſum, vt dicemus d. 18. (hac enim ratione mereri non potuit ſuam beatitudinem) ergo nullus fuit actus elicitus ſine gratia diſponens ad gratiæ infuſionem, ſicut contingit in nobis. Declaratur vis rationis. Gratia eſt principiũ actus, ſed principium actus præcedit actum, ergo gratia fuit in Chriſto ante omnem actũ liberi arbitrii. Et ſic nullo modo ille habitus poteſt eſſe diſpoſitio illius quod iam præ exiſtit. Si dixeris quod ille actus in genere cauſæ materialis, eſt prior. Quæro an elicitus fuerit ex ſolo diuino auxilio ſicut elicitur actus non habentis gratiam, præparantis ſe ad illam. Si dicis quod elicitur a gratia idem quod prius. Si elicitus fuit ex ſolo auxilio, ſequitur quod ille actus non fuerit perfectus. Et tunc ſequitur, quod ſicut peccator illo actu vltimo, vt eſt poſterior gratia, meretur gloriam, quod etiam Chriſtus meruerit ſibi gloriam. Quod Thomiſtæ negant 3.p.q.19. art.3. Durandus d.18. Ergo nullus fuit actus a ſola voluntate ſine gratia. Ex quo etiam ſequitur, quod non meruerit ſibi primam gratiam. De quo videndus eſt Metina 3.p.q.7.ar.13. dubio penultimo.

2. Concluſio. In eodem inſtanti, quo accepit gratiam, habuit actum & vſum illius. In quo ſenſu dici poteſt, quod habuit illam per propriam diſpoſitionẽ, habens ſe medio modo inter pueros, qui accipiunt in baptiſmo, & non habent vſum illius & inter adultos, qui carentes gratia, habent actum diſponentem ad habendum illam. Nec plus Metina docet loco allegato 3. p. qui inquit. Quod ſtatim gratia ſe explicauit in effectum, per vſum liberi arbitrii. Sic illud Pſal. 44. Dilexiſti iuſtitiam, odiſti iniquitatem, propterea vnxit te Deus. Id eſt vnxit te vt diligeres iuſtitiam.

Ad primum argumentum dico, quod in carnali matrimonio, voluntas vtriuſque ſponſi præcedit vinculũ matrimonii. Hic minime. Quia ipſe Deus prior dilexit nos ideo ſufficit vt ſtatim accepta gratia habuerit vſum liberi arbitrii vt dictum eſt concluſ. 2.

Ad 2. dico, quod habere gratiam abſque eo quod ſtatim ſequatur actus, eſt imperfectio aliqua, quia eſt carentia meriti pro aliquo tempore. Habere vero per infuſionem in inſtanti generationis ſine aliquo actu, non eſt imperfectio. Sed maxima perfectio, ſi ſtatim ſequatur actus, vt concluſione 2. dictum eſt. Nec inuenitur hic, prioritas & poſterioritas in diuerſis generibus cauſarum, quæ inueniri ſolet in generatione & corruptione. Nam ibi datur quoddam principium paſſiuum recipiens vnum cum expulſione alterius, & ſic inueniuntur tria, quorum duo neceſſario ſunt ſimul. Non enim introduceretur noua forma niſi abiiceret antiquã. Nec antiqua abiret, niſi noua veniret expellens antiquam. Ideo conſideramus huiuſmodi prioritates in diuerſo genere cauſæ. Sed hic tantum eſt conſideratio vnius, penes affirmationem & negationem, puta an præexiſtat habitus, qui eſt principium actus, an vero non præexiſtat. Ideo nullomodo hic habet locũ prædicta diſtinctio. Alias eſſet dicere, præexiſtebat cum fuit principium, non exiſtebat cum actus fuit elicitus ſine gratia, vt eſſet diſpoſitio. Quod videtur impoſſibile, nam ſicut repugnat, quod aliquid ſimul ſit in via, & in termino, ita quod ſit in gratia, & quod per actum aliquem moueatur ad habendam illam.

*Nota.*

Ex dictis conſtat, quod in Chriſto Domino fuerint omnes virtutes, quæ dicunt perfectionem in Beatis, in quibus ſicut non fuit fides propter viſionem, nec ſpes propter poſſeſſionem, ita non fuerunt in Chriſto. De quo S. Thom. 3. p. quæſtione 7. artic. 3. & 4. Ante illum Alexand. 3. parte quæſt. 10. M. 3. ſolutione ad primum. Nec in ipſo fuit virtus pœnitentiæ, quæ ſuapte natura eſt ad deteſtandum proprium peccatum, & ſatisfaciendum pro peccato. Quod nec fuit, nec eſſe potuit in Chriſto, qui deleuit peccata mundi. Alexãd. vbi ſupra. An vero pœnitentia ſit habitus diſtinctus a charitate, & aliis virtutibus, diſputabitur in 4. diſt. 14. vbi Soto, & alii tenent contra Durand. quod ſit habitus diſtinctus & ſpecialis. Nec fuit in illo virtus continentiæ vt docet D. Tho. 3. p.q. 7. art. 2. ſolutione ad 3. Quia hæc virtus ordinatur ad coercẽdas rebelles paſſiones, quæ nullomodo fuerũt in Chriſto. Fuerunt tamẽ omnes aliæ virtutes morales, quæ in nobis acquiruntur per diuerſos

*Alex.*

ter quo ſ concedo. Tamen illud argumē-mētū deficit in hoc, quod videtur probare, quod fruitio ſit a gratia vt a cauſa totali, quod eſt falſum. Vnde licet illa naturaliter ſe habeat ad fruitionem, non tamen voluntas quę eſt alia cauſa partialis, ſed potius libere. Ipſa tamen voluntas in patria ſemper cooperabitur, ſecundum vltimum potentię ſuę actiuę, gratiæ ſecūdum vltimum eius. Et ſi obiiciatur cōtra diſtinctionem poſitam ad quartam quęſtionem, quia tunc anima Chriſti ex illa vnione poſſet frui abſque gratia, cuius oppoſitum dictū eſt diſtinctione huius. Dico quod Deus poſſet immediate cauſare fruitionē in quacunque anima, & illa formaliter frueretur ſine gratia habituali, non tamen poſſet aliqua anima actiue ſe habere ad fruitionem ſecundum ordinem cauſarum iam poſitū, niſi ipſa haberet gratiam vt cauſam ſecundam. Nō ergo ex vi vnionis poſſet competere animę Chriſti fruitio, magis quam alteri animę. Quia non ex vi vnionis competeret ſibi elicitiue ſecundum ordinem præfixū cauſarum ſecundarum, ſed tantum ſi Deus suppleret actionem gratię, quæ nata eſſet eſſe cauſa ſecunda reſpectu voluntatis in producendo iſtum effectum, & ita poſſet ſupplere in alia voluntate. Poſſet etiam illa frui formaliter, licet Deus immediate cauſaret fruitionem in ea, ſed non eſſet ex vi vnionis, quia ita immediate poſſet cauſare fruitionem in alia. Nō ergo iſtud contradicit dictis alibi. Nec etiā illa fruitio, ſi tantum eſſet in voluntate vt in ſubiecto cauſata a Deo immediate, eſſet laudabilis. Quia non eſſet in poteſtate voluntatis fruentis. Nam non eſt in poteſtate cauſę ſecundę vti prima, ſed econuerſo. Et ideo tam in via quam in patria ponitur aliqua forma creata, vt voluntas poſsit vti illa forma in operando, & ſit in poteſtate eius, vt ſic laudabiliter operetur.

*Super Diſt. 13. Quæſt. 3.*

IN litera vna eſt diuiſio bimembris. Fruitio accipi poteſt dupliciter. Vno modo formaliter. Alio modo effectiue. Fruitio formalis eſt amor informans voluntatem. Siue cauſetur a voluntate, Siue a Deo immediate. Fruitio effectiue eſt, quando ille amor producitur ab ipſa voluntate.

Iuxta membra diuiſionis, duplex eſt cōcluſio. Prima. Fruitio formalis Chriſti potuit eſſe ſumma. Probatur ex q. 1. artic. 2. Nam fruitio eſt accidens perficiens animam, ergo anima recipere poteſt quantamcunque fruitionem. Tenet conſequentia, quia nullum ſubiectum eſt limitatum ad accidens perfectiuum ſui.

Secunda concluſio. Chriſtus non potuit effectiue ſumme frui. Probatur, quia anima Chriſti nō eſt ſumma natura in eſſendo, ergo nec in operando.

3. Concluſio. De facto fruitio Chriſti, etiam elicitiue ſummior omni alia fruitione. Quia ex gratia, & Dei auxilio poteſt eleuari ad perfectiorem operationem. Tenet conſequentia, quia quando effectus pendet a duabus cauſis, quantum vna deficit, poteſt alia ſupplere.

Poſt quā Autor agit de gratia, quæ habetur in via agit de fruitione, quę eſt actus conſummatus amoris in via beata. Omiſsis nunc erroribus circa viſionem beatam, (de qua re videndus eſt Caſtro aduerſus hæreſes, verbo beatitudo, hæreſ. 4.) ſciēdum quod Scotus ponit beatitudinem in actu voluntatis. Ideo quærere de fruitione Chriſti, non ſolum eſt quærere de amore in via, ſed de amore in patria. Eſt autem frui, aliq cui amore inhærere propter ſe ipſum. De quo latius in 1. d. 1. q 3. Secundo ſciendum quod doctor non ſolum ſoluit argumenta principalia, ſed etiam argumentum ſed contra, quia non ſolum videbātur concluſionem probare, ſed illā improbare, vt ſuo loco dicetur. Annot. Caſtro.

*Num anima Chriſti, potuerit ſummam fruitionem elicere.*

DVbium hic ſedem habet apud Authorem concluſione 2. Quæ maximam continet difficultatem. Nam ex illa ſequi videtur, quod natura ſuperior cum eodē habitu charitatis, poſsit eſſe beatior. Quod falſum, & periculoſum exiſtimant viri docti 1. p. q. 12. art. 6. Et 3 p. q. 10. art. vltimo. 22. q. 24 art. 3. vbi hanc diſputant quæſtionem. De qua multipliciter poteſt quis opinari. Primo, dicendo quod anima beati mere paſsiue ſe habeat reſpectu beatitudinis. Sic opinatur Vaſſol in 2. d. 50. q. 2. art. 3. Hac d. q 1. art. 3. manet dubius. Hanc ſententiam ſequuntur Ocham & Gabriel, quos refert Almainus, hac, & ſequenti diſt. Antiquior eſt opinio. Nam eam refert, & impugnat Scotus in. 4 d. 49. q. 11. ad finem corporis. Quia tunc non eſſet neceſſaria charitas, quæ non manet propter ornatū tantum. Idem habet in hoc 3 ſupra d. 2. q. 1. ar 1. Vbi docet quod tunc habitus eſſent otioſi in Chriſto. Et quod ſi in Chriſto, habitus non cōcurrerent actiue, tunc fruitio Chriſti non eſſet formalis, & eiuſdem rationis cum fruitione aliorum. Dicendū ergo pro nūc, latius d. 14. quod intellectus actiue concurrit ad viſionem beatam, ſimiliter & voluntas. Secundo modo poteſt quis opinari quod reſpectu habituum ſe habeat mere paſsiue, reſpectu vero actuum concurrat actiue, & hoc aut neceſsitate abſoluta, aut quia communiter ſufficit. Sic opinatur Scotus, qui docet reſpectu habituū paſsiue, reſpectu vero actuū actiue ſe habere: nō abſolute & neceſſario, Quia poſſet Deus producere notitiam, ſeu actualem amorem infundendo illum potentiæ, reſpectu cuius potentia paſsiue ſe haberet. Et in hoc fundatur proceſſus huius, & ſequentis quæſtionis. Vaſſol.

Secundo, comparando Angelum & animam, & vniuerſaliter naturam ſuperiorem & inferiorem ad actum: notandum eſt quod ſi ille actus eſt naturalis, non eſt dubium quin ſit & eſſe poſsit in æqualitas ratione perfectioris naturę. Ita quod perfectior natura perfectiorem producat actum. Si cōparantur ad actus ſupernaturales, aut comparantur ſecundum potentiā paſsiuā, & tūc nulla eſt in æqualitas, vt dictū eſt q. 1. huius d. ar. 1. Quia tunc idē eſt iudicium de actu & habitu, quantum ad hoc quod eſt recipi in potentia.

Caiet. Si comparentur ad actus ſupernaturales ſecūdum potentiam actiuā, eſt opinio Caietani 3. p. q. 10. art. 4. quod beatus cuius intellectus eſt perfectior, poteſt cū eodem lumine clarius Deum videre, quam alius beatus inferioris naturæ. Vnde infert quod ſi Chriſtus dominus aſſumeret naturam Angelicam, cum eodē lumine gloriæ clarius vidiſſet diuinam eſſentiam. Ea iſtuuat aſſe ſententiam S. Thom. loco allegato ſolutione ad 3. vbi inquit, quod gradus gloriæ magis attēditur ſecundum ordinem gratiæ, quam ſecūdum ordinem naturæ. Si magis attēditur, inquit Caietanus, ſequitur quod aliquid attenditur ſecūdum naturam. Hanc ſententiam prius docuit Richard hac d. q 1. & in 4. d. 49. art. 2. q. 8. Quam poſtea ſecutus eſt Durādus in 3. d. 14. q. 1. ad 2. Palud q. 1. Maior hac d. q. 1. ad finem. Ratio pro hac opinione eſt, quia intellectus & voluntas reuera concurrunt actiue, ergo maior actiuitas perfectioris naturę, aliquid cauſabit in actu. Tenet conſequentia, quia hac ratione, perfectior intellectus plura intelligit, & deducit ea eodem principio.

Soto. Secunda ſententia huic oppoſita. eſt Magiſtri Soto in 4. d. 49. q. 3. art. 2. ad finem, vbi docet quod tota ratio & facultas videndi ſupernaturalis, prouenit ex lumine gloriæ. Ideo exceſſus viſionis, ex exceſſu luminis gloriæ, & non ex perfectiori natura prouenit. Hanc ſententiam, iuniores Thomiſtæ ſequuntur 1. p. q. 12. art. 6. Medina 3. p. q. 10. art. vltimo. Docuit prius Vaſſol. hac d. q. 1. art. 3. Probant optime. Nam tunc

Vaſſol. aliquis gradus gloriæ eſſentialis, non eſſet radicaliter ex gratia, ſed ea natura. Cōſequenter, quod abſurdius apparet, non eſſet ea meritis Chriſti. Secundo quia tunc habens minus meritum, poſſet habere equale premium cum eo, qui habet maius meritum. Quia ratione perfectioris intellectus, eque perfecte videt & fruitur deo. Tunc rurſum ſequeretur, quod Deus non premiaret pro menſura meritorum, quod eſt contra Concilium Florētinum in literis vnionis, vbi dicitur. qui ea hac vita omnino purgati ex peccato, diſcedūt, ſtatim in Cælum recipiuntur. vbi Deum vident ſicuti eſt. Sed pro meritorum diuerſitate, alius alio perfectius, habet. Secundo, quia ad huiuſmodi actus, non mouetur potentia, niſi ſit prius mota, ergo non poteſt mouere ſe vltra virtutem habitus ſupernaturalis mouentis illam. Colligitur veritas ex illo Deut. 25. Pro menſura delicti erit & plagarum modus, ergo per oppoſitum gloria & præmium. erit ſecundum in equalitatem meriti. Neceſſario ergo ſequi videtur ea opinione Caietani, quod exceſſus maioris Gloriæ ſit ex natura. Vel quod ſi equale ſit præmiū. qui habet imperfectiorē intellectū & magis meruit, ſit minus premiatus, quia alius cum eodem lumine clarius videns, eſt eque beatus quamuis non magis meruerit. Vel ſi equale ſuit premium, perueniat ad illud cum minori merito.

Nota. Ex dictis conſtat quod male diſtinxit Author dicens. Accipiendō fruitionē effectiue nō poteſt ſumme frui, quia anima Chriſti non eſt ſumma natura. Nam his verbis, ſequi videtur opinionem primam, quā tam accerrime & acriter impugnant Thomiſtę. Aliter ſi tota ratio maioris fruitionis effectiue, ſumēda eſt ea habitu, friuola eſt hæc diſtinctio: deberet enim dicere, quod quelibet natura cum eodem habitu poſſet equaliter frui electiue, ſeu effectiue. Hoc igitur in preſſentiarum explicandum eſt.

In hac re dico primo, quod ſententia Caietani non eſt Palagiana, nam hæc opinio docet gratiam maxime neceſſariam eſſe & quod ſine gratia, non poſſet potentia producere actus ſupernaturales: quamuis habita gratia perfectior natura poſsit perfectiorem producere actum ratione ſui concurſus. Quæ opinio poſſet explicari hoc modo. Quemadmodum ſub vno principio continentur plura virtualiter, ſic gratia ſuo modo continet virtutem ad mouendam virtutē potentiæ actiuam, vnde maiorem & perfectiorem naturam perfectius mouet, quia mouet illam ſecundū totum quod moueri poteſt, ideo perfectior natura ea plicat ſe in actus perfectiores, quare totus motus reducitur in gratiam. Si dicendo ſic liberatur opinio Caietani a prædictis inconuenientibus, etiam ſententia Scoti, ſi in hac parte eadem eſt cum opinione Caietani. Secundo, quod quamuis ſententia Scoti nō ſit eadem cum ſententia Caietani, ad hoc procedit diſtinctio Scoti dicentis. quod perfectior natura cum eodē habitu poſsit perfectiorem fruitionem producere effectiue, & quod anima Chriſti non potuit producere ſummam fruitionem effectiue. Quia debemus conſiderare, quod quemadmodum in qualitatibus & habitibus, dantur gradus intenſionis, ita in naturis dantur gradus, non intenſionis, ſed perfectionis. Debemus ergo imaginare, quod ſi gradus intenſionis in habitu ſunt vt ſex, non ſolum poterunt mouere naturā perfectam vt quatuor, ſed etiam vt ſex. Ideo ſi ponatur in eſſe ſumma & perfectiſsima gratia vltra quam non ſit dabilis alia maior, non ſolum poteſt mouere inferiorem naturam ſecūdum omnem conatū quem poteſt habere, ſed etiam ſummam & perfectiſsimam naturam ſecundum omnem conatum quem poteſt habere. Ideo, ſi ſumma gratia ponatur in inferiori natura, mouebit naturam ſecundum totum quod natura eſt mobilis, & adhuc apta nata eſt ſumma gratia poſſe mouere naturam perfectiorem ad perfectiorem actum. Verbi gratia. Eſſentia diuina eſt obiectum infinitum. Quantumcunque moueat intellectū creatum, ita vt intellectus non poſsit plus moueri, & videre in Deo: intelligimus perfectius moueret ipſum diuinum intellectum. Similiter cum oculus lyppus, & cecutiēs mouetur a lumine Solis, intelligimus quod poteſt perfectius mouere oculum perfectiorem, qua non mouet oculum cecutientem, ſecundum omnem gradum ſui luminis. Imo poſſet illum perfectiſsime mouere, etiam ſi eſſet minus lucidum. Oculum vero perfectiorem, denique perfectiſsimum, non poſſet perfectiſsime mouere niſi toto ſuo perfectiſsimo lumine. Modo dicimus, quod Caietanus ponit quod cum habitu vt quatuor, plus poſsit natura perfectior quā imperfectior. Iſte exceſſus reducitur in naturā, nō in gratiā, ideo mirū quod hæc opinio falſa reputetur: Scotus hoc non cōcedet, ideo ſi gratia non ſit in ſummo, ſed in tali gradu, nō plus poterit natura perfectior puta Angeli, quā anima Chriſti, dato quod anima Chriſti ſit mobilis ab omnibus illis gradibus. Ideſt potēs effectiue producere actum tam intenſum & perfectum, quan-

quantum illi gradus neri ſunt cō producere, vel mouere ad producendum. Quod tamen ſequitur ex opinione Caietani. Sed concedet Scotus, quod data ſumma gratia quam poteſt in Chriſto, anima Chriſti nō eſt mobilis effectiue ſecundum totum quod gratia in ſummo poteſt mouere. Maior vero & perfectior natura, erit ſic mobilis, quia quantum gratia in ſummo poteſt mouere, tantum natura in ſummo poteſt moueri. Ideo quædam proportio inuenitur inter gratiam in ſummo, & naturam non ſumme perfectam. & in hac doctrina fundatur diſtinctio & doctrina Scoti.

*Dub.* Sed eſt dubium, nam hinc ſequitur quod in Chriſto Domino non fuerit ſumma fruitio, (quamuis fuerit maior omni alia fruitione) vt 3. concluſione dicitur. Idem quæ dicendum erit de merito. Ad hoc dico, quod fuit maior quæ in creatura inueniatur ratione exceſſus gratiæ. Secundo dico quod potuit eſſe maxima abſolute, quia potuit Deus ſupplere actiuitatem creaturæ, aut per ſpeciale diuinum auxilium, aut infundendo & efficiendo quod anima Chriſti non poſſet effectiue cauſare & efficere. Sic in maternitate Mariæ inuenitur aliquid naturale, & ſupernaturale, vt d. 4. art. 4 dictum eſt. Sic cū ſatiauit quinque millia hominum, naturale quicquam inuentum eſt, puta quinque panes, qui ſatiare poſſent duos homines ex quinque millibus, ſic in diluuio potuit eſſe aliquis plus aquæ naturalis non miraculoſa. Sed abſolute diluuium miraculoſum fuit.

Si dicat ergo fruſtra data eſt Chriſto ſumma gratia. Sed ſolum debuit dari gradus gratiæ, iuxta gradū perfectionis actus quem potuit producere effectiue. Dico, quod non fruſtra data eſt ſumma gratia. quia ſic magis ſanctificabatur & iuſtificabatur voluntas in bono. Sic, enim ſi Ioannes non habuiſſet vſum rationis in vtero, potuit ſibi dari maior gratia, quam Hieremiæ, imo quam Sancto vtenti ratione. Dices quod illi gratia dicit ordinem ad actum, quem aliquando erat habiturus Ioannes: non ſic hic, quia ſummum actus effectiue eſſe non poterat in illa humana natura, vt ipſe met Author fatetur. Dico quod adhuc iſta ſumma gratiæ non erat fruſtra, quia magis decorabat, iuſtificabat & acceptabat in ſummo, ſicut ipſe erat in ſummo, vt quæſtione ſequēti concluſione 5.

*Nota.* in ſuprema text. Vide aliud dubium quæſtione ſequenti duoi a. ad finem. Sed vrget & acerrime inſtat in ſerendo, ergo de facto meritum Chriſti non fuit ſummum poſsibile licet fuerit maius omni alio merito: Quia meritum conſiſtit in actu, & ſi actus non fuit cum ſummo conatu, non ſe applicabat ſumme ad obiectum amabile, igitur, cum eadem gratia, maior natura magis ſe applicaret, igitur magis mereretur alia natura Angelica vnita Verbo, aut ſaltem efficacius operaretur. Dico quod in opinione Thomiſtarum, quæcūque actus Chriſti erat infinite meritorius, quia ratione vnionis hypoſtaticæ erat infinite meritorius. In opinione Scoti dicentis quod erat gratus ex gratia, & meritum erat finitum, dicendum quod actus meritorius abſolute eſt ſupernaturalis, quia procedit ex gratia, quæ non eſt ex viribus naturæ, Nihilominus non eſt tam ſupernaturalis ſicut habitus quantum ad hoc quod aliquid eſt a nobis: habitus autem ſolū eſt a Deo. Deus autem ex diuino auxilio poſſet ſupplere ex efficacia ſua virtutis illam actiuitatem quæ deficit naturæ inferiori, hoc inſinuat Scotus ſoluendo argumenta. Dico ſecundo, quod ex actu in ſummo, poſsibili illi naturæ, & gratia in ſummo abſolute, quantam Deus poteſt creare, & anima Chriſti potuit recipere, vt ex hac d. q. 1. ſuppono, potuit eſſe ſummum meritum in genere meriti, ratione cuius eſſet Chriſtus acceptus ad ſummam gloriam, ſi illā non habuiſſet ante merita, & habuiſſet per merita. Probo ex Authore *Nota.*
in 4 d. 4. quæſt. 7. vbi docet quod quamuis in Sacramento baptiſmi detur aliquis determinatus effectus correſpondens Sacramento, quod eſt in genere ſigni. Tamen ex Deo voluntate prædeſtinante. poteſt alicui ex meritis Chriſti efficacius offerentis paſsionē ſuam pro illo ſic a Patre prædeſtinato, dari maior gratia. In qua ſi decederet ante vſum rationis, habuiſſet maiorem gloriam. Iſte exceſſus reduceretur non in ipſum, qui nullum habuit actum ſeu vſum rationis, ſed in Deum cauſam principalem, & Chriſtum, ſeu parentes cauſam meritoriam. De quo latius ibi, idem docet Seraphicus Bonauent. ibidem artic. 2. Richad. *Bonau.*
ibidem q. 3. Hoc modo ſi Ioannes decederet ante vſum rationis, non eſt dubium quin haberet maiorē gloriam, quam alius quicunque paruulus. Quia ex modo ſuæ ſanctificationis credendum eſt habuiſſe maiorem gratiam. Ergo ſi Chriſtus habuit ſummam gratiam, ex illa & merito poſsibili illi naturæ, potuit habere ſummum meritum poſsibile. Siue pro ſe, ſiue pro nobis. Eo modo, quo Thomiſtæ loquuntur de merito ratione vnionis. Sic nos dicimus meritum ſummum ratione ſummæ gratiæ.

Ad argumentum pro opinione Caietani, dico quod quamuis ſit cauſa actiua, non tamen poteſt agere vltra perfectionem principii formalis mouentis illam.

Ad argumenta Authoris reſpondet ipſe quod nō concludunt de fruitione elicitiue quantum eſt ex parte actiuitatis. Deo vero ſpecialiter ſupplente, indicat poſſe habere ſummum actum. Sed non ex actiuitate voluntatis, vel gratiæ mouentis illam.

Ad argumentum ſed contra, reſpondet per primū membrum diuiſionis, poſitum in principio corporis quæſtionis. Si enim gratia naturaliter produceret actum, tanquam cauſa naturalis totalis, bene ſequitur quod ſicut ipſa erat in ſummo, ſic actus elicitiue eſſet in ſummo, ſed quia actus procedit ab habitu, & a potentia libera, non ſequitur quod ſicut gratia eſt in ſummo, ſic actus ſit in ſummo. Quia aliquando ex maiori vel minori impreſsione obiecti ex parte intellectus poteſt voluntas fortius, & efficacius vniri cum obiecto amabili. Sic erit in patria, vbi quantum mouebitur ab habitu, tātum ipſa quoque cooperabitur.
Si contra diſtinctionem poſitam ad illam quæſtionem tertiam, & forte vt videtur contra diſtinctionē quæſtionis 4. ſequentis, dicas quod ex vi vnionis poſſet Chriſtus frui ſine gratia. Quia vnio ſupplebit gratiam. Reſpondet Author quod Deus bene potens hoc facere abſolute. Loquendo tamen ſecundum ordinem cauſarum poſitum a Deo non poſſet niſi ponendo gratiam, vt cauſam ſecundā. Ergo ex vi vnionis nihil ſpeciale haberet iſta anima, quod nōn poſſet alia anima non vnita habere. Vt autem actus ſit laudabilis, & in poteſtate voluntatis, bene ponitur habitus tam in via, quam in patria. Alioqui ſi immediate actus eſſet a Deo, non eſſet ſic laudabilis. Quia mere paſsiue ſe haberet, & non eſſet in poteſtate voluntatis fruentis. *Obiectio ex Scot.*

## QVAEST. IIII.

*Vtrum Anima Chriſti potuerit ſumme frui Deo, ſine ſumma gratia.*

AD quartam quæſtionem ſic procedi-tur. Videtur quod nõ potuerit ſumme frui. Quia gratia requiritur ad meritum in via, ergo ad actum fruitionis in patria. Probatio conſequentiæ, quia quando aliqua forma requiritur ad aliquam operationem propter imperfectionem alterius cauſæ partialis reſpectu illius operationis, tanto magis requiritur, quanto operatio eſt excellẽtior. Sed gratia requiritur cum voluntate propter excellentiam in actu merendi, ergo magis requiritur ad actum fruitionis, qui eſt excellentior.

2. prӕterea. Alioquin poſſet aliquis eſſe ſumme beatus ſine charitate, quia poſſet ſumme frui.

3. prӕterea. Sicut ad operari naturaliter requiritur eſſe naturale, ita ad operari ſupernaturaliter requiritur eſſe ſupernaturale, ergo ad ſummum operari, ſummum eſſe: illud autem eſſe ſummum, habetur per gratiam ſummam, ergo, &c.

Sed cõtra. Non ſe habet ſumma gratia reſpectu fruitionis in aliquo genere cauſӕ niſi efficientis, patet diſcurrendo, Sed quidquid Deus poteſt facere per cauſam efficientem mediam poteſt facere ſine ea, ergo ſummam fruitionem, quam poteſt facere mediante ſumma gratia, poteſt facere ſine ea, ergo &c.

*Concl.* Reſpõdeo dicendo, quod ſine ſumma gratia poſſet Deus conferre ſummã fruitionem creabilem huic animæ, ſicut procedit argumentum ad oppoſitum. Quia gratia reſpectu fruitionis habet tantum rationẽ cauſӕ efficientis ſecundæ, & ita ſine ea poteſt fieri.

*Dub.* Vtrum tamen voluntas iſta ſine gratia poſſit tantum agere, quantum eſt ex parte ſui ad ſummam fruitionem, quãtũ cum gratia dubium eſt. Suppoſito enim quod obiectum fruibile ſit præſens intellectui, & voluntas, ſine omni habitu præſens tali obiecto, põſſit actum fruendi elicere, ita quod gratia nõ requiratur niſi ad aliquam perfectionẽ fruitionis eliciẽdæ, ſicut aliqua cauſa partialis dans aliquam perfectionem effectui, non tamen dans voluntati aliquam cauſalitatẽ propriam ſibi, imo voluntas cauſalitatẽ ſuã, quantum ad potentiam propinquã ſiue remotam habet ex ſe. Tunc aut ponitur neceſſaria cõnexio cauſarum ſecundarũ, vt quod aliqua cauſa principalis nõ poſſit cauſare determinatum effectũ ſine cauſa ſecũda determinata, ſicut quod pater nõ poſſit agere ad eſſe filii vt pater, abſq; hoc quod mater ageret vt cauſa ſecunda. *Diuiſio.* Vel ponitur quod Deus poſſit ſupplere cauſalitatẽ cuiuſcunq; cauſæ, non ſupplẽdo cauſalitatem alterius cauſæ. Et tunc poſſet ſupplere cauſalitatẽ matris, & relinquere patri cauſalitatem ſibi competẽtem, vt vere eſſet pater filii, licet nulla eius eſſet mater. *Membrũ diuiſionis*

*Duplex concl.* Si primum iſtorũ teneatur, tunc dicẽdum eſt, quod ad fruitionem tantã, quanta poſſet elici à voluntate cum ſumma gratia, nõ poteſt volũtas agere ſine ſũma gratia, licet poſſet illam recipere ſine ea.

*Concl.* Si autem ſecundum teneatur, tũc dicẽdũ eſt, quod Deus poſſet ſupplere actionem ſummæ gratiæ, vt voluntas ſine illa poſſet ſecundum cauſalitatem ſuam agere ad ſummam fruitionẽ Deo ſupplente actionem gratiæ vt cauſæ ſecundæ. *Concl.* Tamẽ de potentia ordinata, non poſſet voluntas Chriſti frui actiue ſiue elicitiue ſumme, ſine ſumma gratia. Quia ordinatum eſt, vt cauſa prima, quæ nata eſt habere aliquam cauſam ſecundam, non poſſit in effectum ſummum illarum cauſarũ ſine tali actione cauſæ ſecundӕ. Similiter ordinatum eſt, vt nulla voluntas ſumme perficiatur actu ſecundo ſummo, etiam vt recipiens, niſi habeat ſummum actum primum. Et ita nec poſſibile eſt de potentia ordinata, quod ſumme fruatur ſine ſumma gratia. *Nota de potentia paſſiua quã videtur negare.*

Ad argumenta. Ad primum dico, quod gratia requiritur ad meritum, quia meritum formaliter requirit, vt actus libere & actiue eliciatur à voluntate & ita habeat eum in poteſtate ſua. Et ita etiam gratia requiritur ad fruitionem vt eliciẽdam actiue à voluntate. Sed ad habendũ formaliter à Deo hunc actum, qui dicitur meritum, ſiue illum qui dicitur fruitio: nõ requiritur neceſſario gratia. Quia gratia non eſt ratio recipiendi talem formam. Sed ipſamet voluntas. Sed hoc de potentia dico abſoluta.

Ad ſecundum dico, quod concludit de fruitione elicitiue habenda, non formaliter. Quia ad ſummum effectum cauſan-

ſandum ſecundum ordinem cauſarum nunc præfixum, requiritur, vtramq; cauſam partialem eſſe ſumme perfectam. Non ſic ad hoc, vt paſſum recipiat ſummam formam, quæ ſine perfectione priori ipſius paſsi, vel ſine aliqua cauſa ſecūda partiali, poteſt in paſſum immediate cauſari à Deo.

*Super Diſt. 13. quaſt. 4.*

IN litera duo ſunt dubia. Primum vtrum ſine ſumme gratia, poſsit Deus producere ſummam fruitionem. Secundo an voluntas noſtra ſine gratia poſsit producere fruitionem ita perfectam ſicut cum illa.

Iuxta primum dubium eſt prima concluſio. Deus poteſt producere ſummam fruitionem ſine ſumme gratia. Probatur. Gratia reſpectu fruitionis habet rationem cauſæ efficientis, ſed Deus producere poteſt ſe ſolo quicquid poteſt cum cauſa ſecunda, ergo ſine gratia ſumma, poteſt producere ſummā fruitionem.

Ante ſolutionem ſecundi dubii, præmittit vnum, ſupponit aliud. Supponit quod obiectum debet eſſe præſens intellectui & voluntati, quæ nullam propriā cauſalitatem dat ipſi volūtati. Quia quæcunque potentia ſuam habet cauſalitatem diſtinctam ab habitu, vt modo dicebamus ex mente Caietani.

Tunc præmittit, quod inter cauſas, poteſt eſſe neceſſaria connexio. Quia principalior non poteſt agere ſine cauſa ſecunda determinata. Vt pote, pater nō poteſt agere ſine matre. Secundo poni poteſt nō neceſſaria connexio cauſarum. Et tunc Deus ex ſemine deciſo ab homine ſupplendo cauſalitatem matris, poſſet producere prolem. Et tunc ille homo vere diceretur pater talis prolis. Si vero eſt neceſſaria connexio cauſarum, tunc homo ex cuius ſemine Deus produceret prolem, non diceretur pater. Sicut nec Adam dicitur pater Euæ.

Iuxta 2. dubium eſt 2. concluſio. Si ſit neceſſaria connexio cauſarum, non poteſt volūtas ſine ſumma gratia producere ſummam fruitionē. Patet ex hypotheſi, quia connexio cauſarum conſiſtit in hoc quod vna non poſsit agere ſine alia.

3. Concluſio. Si non eſt neceſſaria connexio cauſarum, bene poſſet voluntas producere ſummam fruitionem ſine ſumma gratia. Patet, quia poſſet Deus cauſalitatem illius ſupplere per diuinum auxilium.

4. Concluſio. De potentia ordinata non poſſet voluntas Chriſti ſumme frui elicitiue ſine ſumma gratia. Quia ordinatum eſt vt cauſa prima, quæ nata eſt cauſare cū alia, non poſsit quicquid poteſt cū illa.

5. Concluſio. Non ſolum ordinatum eſt vt volūtas ſine ſumma gratia non habeat ſummam fruitionem, ſed etiam ordinatum eſt vt nec paſsiue recipiat ſummam fruitionem.

Author in hoc articulo præciſſe quærit de neceſsitate gratiæ reſpectu voluntatis, tam in via quam in patria. Et quia eadem eſt difficultas de habitibus & qualitatibus intellectus, inquirēdum eſt, an in patria detur lumen gloriæ. Secundo an illud pro intellectu, gratia pro voluntate, neceſſario requiratur ad fruitionem.

*Num lumen gloriæ ſit ponendum.*

DE dubio hoc, quod ratione prædicta anteponatur egit Scotus diſt. ſequenti q. 2. art. 1. in 2. d. 17. q. 3. in vltimis verbis antequā moueat 4. quæſtionem in 4. d. 4. 9. q. 1. Pro parte negatiua arguitur, nam hoc lumen, non requiritur ex parte obiecti quia obiectum illud eſt lucidiſsimum & clariſsimū, ideo enim naturales colores requirunt lumen Solis, quia non ſunt de ſe perfecte viſibiles. Nec illud lumē requiritur ex parte potentiæ, quia potentia per vnionē diuinæ eſſentiæ ſatis eleuatur, & poſita illa vnione ſtatim ſequitur viſio. Quod haberi videtur Apocalip. 21. Vbi dicitur, quod ciuitas beata non indigebit Sole. *Scot.*

2. Secundo. Si eſſet ponendum illud lumen, maxime vt eſſet proportio inter potentiam & obiectum, ſed poſito illo lumine ad huc intellectus manet improportionatus, nam poſito iſto lumine, intellectus manet finitus, obiectum infinitum, ergo non eſt proportio, conſequenter fruſtra ponitur.

3. Lumen requiritur ad viſionem, quia viſio diuinæ eſſentiæ eſt ſupernaturalis (in hoc enim conſiſtit ordinatio formarum quam ponit Scotus diſt. 14. q. 2.) ſed iſtud lumen eſt ſupernaturale, ergo ad illud requiritur alia diſpoſitio, quæ nulla poteſt aſsignari, alias eſſet proceſſus in infinitum.

4. lumen requiritur ad confortandam potentiā, ergo ſe habet velut coadiuuatiue partiale, quemadmodum duæ lucernę intendant lumen in diaphano, & hoc non, quia intellectus nō ſuſcipit magis & minus. Aut requiritur, vt lumen ſimul cū intellectu ſiat vnū perfectum principium actionis, & hoc non, quia tūc intellectus & lumen eſſent eiuſdē ordinis, ſiquidem mutuo ſe adiuuant. Sed hoc eſt falſum, quia lumen eſt ordinis ſupernaturalis, intellectus eſt potentia vitalis naturalis, ideo non poteſt iuuari a lumine.

Quinto. Poſito lumine intelligitur quędam confortatio paſsiua, ergo poterit Deus create aliquam naturam ita perfectam ſicut eſt noſtra natura cum illo lumine, ergo non videtur neceſſarium.

De hac re, vt conſtat ex Concilio Vienenſe ſub Clemente 5. fuerūt quidam hæretici qui appellantur Begardi dicentes, naturam noſtram non indigere lumine gloriæ, aliquo ve ſupernaturali auxilio. Quia Deus quantū eſt ex parte ſua eſt intime præſens intellectui noſtro. Si non videtur peccata noſtra ſunt in cauſa; ſic autem poteſt in hac vita, a peccatis homo mundari, vt Deum, ſicut Paulus videat. Hæc hæreſis eſt damnata in prædicto Concilio. Refertur in Clementina ad noſtrum de hæreticis. Verba Concilii ſunt. Error is damnatur, qui dixerit, quod anima noſtra poteſt videre Deum ſine lumine gloriæ, vel auxilio ſupernaturali. Contra hanc hæreſim eſt illud Pſal. 83. Gratiam, & gloriam dabit Dominus. Rom. 6. gratia Dei vita æterna 1. Cor. 2. inducit illud Iſaie 64. oculus non vidit quæ præparauit Deus his qui diligunt illum. Ideſt naturaliter nemo poteſt Deum videre. Si enim fides donum Dei eſt, recte ſequitur quod ſi non poſſumus credere ſine dono & diuino auxilio, quod multo minus poſsimus Deum videre. *Pſalm.* *Rom.*

Loquendo ergo de lumine gloriæ, quod eſt auxilium diuinum, de fide eſt quod lumen glorię ſit ponēdum. Ex communi ratione ſuadetur ſic. Inter intellectum & obiectum, eſt habitudo cognoſcitiui & cognoſcibilis, quæ non inuenitur inter viſum & ſonum, ergo vt potentia attinget obiectum modo quo eſt attingibile ab ea, debet eſſe proportio inter obiectum & potentiam: non enim ſufficit prima habitudo, quæ ex defectu proportionis deficit ab actu, Sed inter

eleuante intellectum ad videndum obiectum, ergo nomine luminis non intelligit ipſum obiectum. Secundo intellectus vel voluntas non eleuantur niſi per aliquid quod vnitur cum illis formaliter, Deus nõ ſic formaliter vnitur, igitur. Tertio quia in voluntate ponitur charitas quę teſte Paulo manet in patria, igitur ſimiliter debet poni in intellectu aliqua qualitas, & ſic nomine luminis non poteſt intellegi obiectum ipſum. Certum erat ſine diffinitione Concilii quod non poterat Deus videri, niſi videretur vt obiectum, quod commune eſt ſuo modo cuiuſcunque rei viſioni. Niſi dicas diffiniſſe beatitudinem in illo conſiſtere, non viſione, & fruitione cuiuſcunque alterius rei, quod de ſe falſum apparet. Dicendum ergo quod eſt quidam habitus infuſus exiſtens in intellectu ad eleuandũ, & confortandum illum, quemadmodum charitas & aliæ virtutes ſunt in voluntate. Quare, certitudine qua credimus eſſe virtutes infuſas tenendum videtur lumen eſſe qualitatem inherentẽ. Ex mente Scoti iam probatum eſt.

Quantum ad cauſam efficientem huius luminis certitudine fidei credendum eſt eſſe a Deo, ſicut & cætera cuncta. Sed an deriuetur a Chriſto tamquam ex primo ſubiecto, quemadmodum ex ſole deriuatur lux hæc qua corporalia videmus, non determino. Quia quærendo quęſiui Sanctos patres in illud Apocalip. 21. Lucerna eius eſt agnus, vbi hoc manifeſte haberi videbatur. & non inueni. Incognitus, in illud Pſal. 35. in lumine tuo videmus lumen, intelligendo cum Auguſt. & pluribus patribus Græcis, quod per Chriſtum, qui eſt lumen, de lumine Patre, intelligimus & cognoſcimus ipſum Patrem, aperte docet hoc lumen gloriæ a Chriſto Domino deriuari. De nobis minus dubium eſt, quã de Angelis, qui ante Chriſti incarnationem & gloriam fuerunt beati. Si Sancti hoc docerent, non eſſet difficile, argumenta, quæ conſulto prætermitto, contra hoc facta ſoluere. Rem anguſtam ac difficilem dicat alius. Tetigiſſe ſat eſt. Dari ex meritis Chriſti res eſt certa. Quantum ad Angelos, habebit certitudinem, quam habet illa opinio, quod fuerint redempti per Chriſtum.

*Richar.* Quantum ad quęſtionem propter quid. Richard. in 3. d. 4 art. 3. q. 1, quem ſequitur ibidem q. 1. ar. 2. Palud. in 4. d. 49. q. 3. dicunt eſſe neceſſarium tamquã cauſam materialẽ ad hoc quod viſio ſuſcipiatur in potentia. Probabilem iudicat d. 14. q. 2. Refert hanc opinionem Marſilio 3. q. 10. artic. 1. dubio quodam incidentali. Impugnat Scotus diſt. ſequenti q. 1. *Marſil.* art. 2. & in 4. d. 49 q. 11. De hoc non nunc, quia de neceſſitate principii actiui eſt ſermo. Soto in 4. d. 49. q. 1. quem ſequi videtur Pater Camel 1. p. q. 12. ar. 5. docent requiri ad eleuandam potentiam. Et vt eſſentia diuina vniatur intellectui noſtro. Videtur eſſe S. Thom. 1. p. q. 12. art. 1. & 5. vbi dicit lumen gloriæ requiri ad videndum Deum tamquam ſimilitudinẽ ipſius obiecti.

Si lumen eſſet ſpecies diuinę eſſentię, recte munus hoc intelligeretur, ſed hoc impugnatum eſt. Tota enim ratio ſpeciei eſt repręſentare obiectum, ideo hoc ſecundum munus nullum eſt, quia munus obiecti & potentiæ diuerſum eſt, ergo lumen quod potẽtiam eleuat, obiecti munus non exercet, nec ex parte obiecti quod per ſe, vel ſuam ſpeciem potentiæ vnitur, requiſitum eſt. Conſequens eſt, lumen eſſe requiſitum ad primum munus, nempe ad confortandam, & eleuandam potentiam, quæ ſine hoc lumine, non poteſt attingere obiectum eliciendo actum. Si ſic eliciendo producit qualitatem viſionis, quam potentia paſſiua recipit, quia actio immanens eſt: quam ſine lumine confortante nec produceret nec reciperet: nõ propterea dici debet lumen requiri vt obiectum vniatur potentiæ, vel vt viſio in ipſa potentia recipiatur quia ad hoc inducte, conſequenter, non primario, ſed ſecundario requiritur per ſe & primario vt ex Cõcilio Vienenſi habetur. Ex mente Scoti probatur ex dictis, quia inquit quod ex cõnexione cauſarũ, &c. ergo hoc lumẽ vnitur cum potentia ad confortandã illam, quod omnibus habitibus per aliquem modum cõmune eſt. Secundo Scotus docet, vt videbimus dubio ſequenti, quod de potentia Dei abſoluta non eſt neceſſarius habitus luminis gloriæ, quia suppleri poteſt per diuinum auxilium, ſed ſpeciale diuinũ auxilium concurrit actiue eleuando, ergo ipſe habitus, cuius auxilium vices ſupplet.

Ad 1. & 2. argumentum dico quod diuina eſſentia, non ſe habet vt habitus eleuans, ideo requiritur lumen. Quo paſſio, ſi non in eſſendo, ſaltem in cognoſcendo eſt proportio inter obiectum & potentiam. Si inſtas lumen eſt finitum, obiectum infinitum, ergo, non poteſt confortare potentiam proportionando illam cum obiecto. Dico quod obiectum non videtur ab intellectu creato vt finite & comprehenſiue: ad videndum vero ſufficit quod ſit ſupernaturale, nec plus poſſumus reſpondere. Si datur ſpecies diuinæ eſſentiæ clarius res patet.

Ad 3. dico, quod ad recipiendum hoc lumen paſſiue. potentia eſt de ſe diſpoſita. Lumẽ vero requiritur ad agendum, ideo eſt ſtatus, & non datur ulterior proceſſus.

Ad 4. conſtat ex Scoto in 1. d. 3 q. 7 §. ad quæſtionem quod multiplex eſt modus quo duæ cauſę concurrunt ſimul. Primo quando ſunt eiuſdem rationis ex equo concurrentes, vt duo trahentes lapidem, potentia & obiectum non ſic. Primo quia aucta cauſalitate vnius, poſſet vna quod ambæ ſimul. Secundo quia tunc obiectum videret, & potentia videret, ſicut quilibet amborum trahit. Alio modo concurrunt vt quęlibet habens ſuam virtutem in ſuo genere, ſic pater & mater. Tunc etiam non poteſt facere quod alia. Hoc modo bene poteſt habitus ſupernaturalis concurrere cum potentia naturali vt vnum perfectum principium.

Ad 5. dico, accidens in eſſendo inferius eſſe ſubſtãtia, in ratione principii actiui poteſt ſuperare ſubſtãtiam. Hanc ſupernaturalitatem non poteſt habere ſubſtantia de ſe, ideo negandum eſt quod argumentum probat.

*Num præſente eſſentia diuina in ratione ſpeciei, de potentia abſoluta poſſit intellectus ſine habitu luminis gloriæ, & voluntas ſine gratia, cum ſolo diuino auxilio, videre & frui Deo, an vero neceſſario requirantur habitus.*

DVbium, in hac quęſtione precipuũ eſt. Titulus punctum cõtrouerſiæ inter Thomiſtas, & Scotiſtas tangit. Quod habitus neceſſario requirãtur docet Capreolus in 4. d. 49. q. 2. & 4. Ferrara 3. contra gent. 54. Soto in 4. d. 49. q. 1. Caietanus cum moder-

nis

# LITERAE SCOTI, COMMENTARIORVM ET DVBIORVM IN SCOTVM SVPER III. SENTENTIARVM.

## DIST. I. QVAEST. I.

VTRVM vnio ſit poſsibilis. Pag. 1.
Num incarnatio ſit poſſibilis. 3
Num vnio ſit relatio. 5
Num iſta relatio ſit diſquiparantia. 5
Num iſta relatio ſit cauſati ad cauſam. 6
Num aſſumptionis actioni correſpõdeat in humanitate aliqua paßio dicens relationem cauſalitatis. 10
Num in naturalibus ſit aliqua vnio ſimilis huic vnioni. 11
Scot. Vtrum vnio repugnet ex parte perſonæ aſſumentis. 17
Com. Num vnio perſonæ diuinæ dicat cõpoſitionem, aut potentialitatem. 17
Num, non dicens relationẽ, non dicat dependentiã. 17
Num vna perſona potuerit aſſumere ſine alia. 18
Num quodlibet independens poßit terminare dependentiam alterius. 20
Vtrum vnio repugnet ex parte naturæ aſſumptæ. 22
Num iſta vnio repugnet ex parte naturæ aſſumptæ. 23
Num natura per poſitiuũ, vel negatiuum perſonetur. pag. 27.
Num poßibilitas incarnationis poßit euidenter probari. 32
Vtrum ſit aliqua entitas abſoluta noua, quæ ſit proprium fundamẽtum huius relationis nouæ. 34
Num iſta vnio ſit ſubſtantialis. 35
Num ex vnione humanitatis ad verbum reſultet tertia entitas. 37
Num relatio dependentiæ & vnionis ad verbum immediatè fundetur in aliquo abſoluto, humanitati ſuper addito, an immediatè in ipſa humanitate. 38
Num terminus aſſumptionis ſit Deus homo, an natura vnita, vel relatio vnionis. 40
Num detur relatio extrinſecus adueniens. 43
Num reſpectus extrinſecus aduenies pertineat ad aliquod prædicamentum. 45
Num terminus à quo huius aſſumptionis ſit natura humana. 45

### QVAESTIO II.

Vtrũ tres perſonæ potuerint aſſumere eandem naturam. 46
Num quælibet perſona potuerit carnem aſſumere. 48
Num tres perſonæ potuerint eãdem numero naturam aſſumere. 49
Vtrum ſi eſſentia ſit primus terminus vnionis, poſſent omnes tres perſonæ aſſumere eandem naturam. 54
Num in diuinis ſit ſubſiſtentia communis. 55
Num præter communem ſubſiſtentiam ſint alia tres relatiuæ. 57
Num eßẽtia diuina poßit eſſe primus terminus aſſumptionis. 58
Num ſi eſſentia eſſet primus terminus aßũptionis quælibet perſona vniretur humanitati. 59
Num natura aßũpta ab eſſentia poſſet immediatè aſſumi à perſona. 59
Vtrum natura aſſumpta ab eſſentia, eſſet aſſumpta ad vnitatẽ naturæ vel perſonæ. 60
In hoc articulo qui argumẽtum erat, varij impugnantur errores. 61

### QVAESTIO III.

Vtrum vna perſona poſſet aſſumere plures naturas. 62
Num plures naturæ eiuſdem ſpeciei poßint ab eadem perſona aſſumi. 62
Num ſi diuina perſona aſſumeret plures naturas, eſſet vnus homo vel plures. 63
Num in tali caſu eſſet idiomatum communicatio. 64

### QVAESTIO IIII.

Vtrum ſuppoſitum creatum poſsit hypoſtatice ſuſtentificare naturam creatam. 64
Num ſuppoſitum creatum poßit eſſe terminus vnionis hypoſtaticæ. 67

### QVAESTIO V.

Vtrum formalis ratio terminãdi iſtam vnionem ſit proprietas relatiua. 68
Num ratio terminandi iſtam vnionem ſit proprietas relatiua. 71

## DIST. II. QVAEST. I.

Vtrum naturam humanam vniri Deo & non frui, includat contradictionem. 73
Num natura aſſumpta neceſſario fruatur. 77
Num vnio beatifica ſit melior, & excellentior vnione hypoſtatica. 78
Num humana natura, diuina perſonalitate ſatiata, propriam non appetat. 81
Num vnio hypoſtatica ſit maxima vnio. 83
Vtrũ natura non nata frui poſsit aſſumi. 84
Num natura irrationalis ſit aſſumptibilis. 87
Num materia prima ſit aſſumptibilis. 88
Num accidentia poſſint aſſumi. 88
Num natura humana ſit magis aſſumptibilis. 88

### QVAESTIO II.

Vtrum inter verbum & partes, & ipſum totum fuerit aliquod medium. 89
Num corpus aſſumptum fuerit mediante anima. 92
Num ordine executionis, totũ fuerit prius aſſumptũ, quam partes. 93
Vtrum natura aſſumpta ſit aliud ens diſtinctum à ſuis partibus. 97
Vtrum natura humana fuerit aſſumpta mediante

diante gratia. 66

Num huius vnionis fuerit aliqua cauſa diſpoſitiua. pag. 100.

QVAESTIO III.

Vtrum animatio præceſſerit incarnationē. pag. 101.

Num humana natura Chriſti habuerit eſſe per aliquod inſtans ante aſſumptionem. 102

Vtrū corpus fuerit prius organizatum, quā animatum. 103

Num Chriſti corpus vnico inſtanti fuerit organizatū animatum & aſſumptum. 105

Vtrum corpus prius natura fuerit organizatum, quam animatum.

DIST. III. QVAEST. I.

Vtrum Beata Virgo per ſolū inſtans potuerit eſſe in originali. 107

Num ſit verum quod per inſtans potuerit eſſe in originali. 109

Vtrum Beata Virgo per aliquod inſtans fuerit ſub originali. 110

Super hunc Art. Quæſt. I. Dub. I.

Quæſt. Com. Num Beatiſſima Virgo ſine patre & matre fuerit. pag. 114.

Num ex commixtione maris & fœmina fuerit concepta. 115

Num ex determinata materia fuerit formata. 117

Num corpore pulchra fuerit. 118

Quæſt. II. De ſanctitate Virginis.

Num ante animationem fuerit ſanctificata. 119

Num ante natiuitatem fuerit ſanctificata. 120

Num ſic ſanctificari Virginis, fuerit proprium. 121

Num ſanctificari potuerit in inſtāti animationis. 122

Num decens fuerit ab originali præſeruari. 123

Num in primo inſtanti animationis fuerit ſanctificata. 123

Num Beatiſſima Virgo fuerit proprie redempta. 128

Num fuerit à debito præſeruata. 129

Quæſt. III. De qualitate huius veritatis ibidem.

Num hæc veritas ſit antiqua. 129

Num conuenienter fuerit occultata tot diebus. 129

Quæſt. IIII. De quantitate gratiæ Mariæ.

Num Beatiſſima Virgo habuit ſummam gratiam.

Num à tempore Conceptionis filij ſui habuerit ſummam quam habitura erat. 132

Num ab inſtanti Conceptionis Angelos gratia ſuperauerit. 132

Num Chriſtus plus dilexerit matrem quam Eccleſiā. pag. 134.

Quæſt. V. De vſu gratiæ Mariæ.

Num ab inſtanti Conceptionis habuerit vſum rationis. 136

Num ab vſu rationis nunquam ceſſauerit. 137

Num à principio vitæ ſuæ ſemper in merito profecerit. 137

Quæſt. VI. De ſtabilitate gratiæ Mariæ.

Quid ſit confirmatio. 137

Num ab inſtanti Conceptionis fuerit in gratia confirmata. 138

Num veniale habuerit. 140.

Quæſt. VII. De fomite Virginis.

Num conueniens fuerit fomitem eſſe in Virgine. 141

Num ab inſtanti Conceptionis fomes Virginis fuerit ligatus, an extinctus. 142

Num fomes per habitum gratiæ extinguatur. 143

Num habuerit iuſtitiam originalem. 145

Num ingrederetur cœlum ſi decederet ante filiū. 146

QVAESTIO II.

Quomodo Chriſtus non contraxerit originale peccatum. 147 Quæſt. Scoti.

Num Chriſti corpus de puriſſimis ſanguinibus Virginis fuerit formatum. 148

Num Chriſtus Dominus in lumbis Abrahæ fuerit decimatus. 149

Num Chriſtus Dominus habuerit fomitem. 150

DIST. IIII. QVAEST. VNICA.

Vtrum Beatiſsima Virgo fuerit mater Dei, & hominis. 152

Num Beatiſſima Virgo ſit mater Dei. 153

Num dici poſſit cauſa Dei. 154

Num ſicut poteſt eſſe mater ſine patre, ſic poſſit eſſe pater ſine matre. 154

Num ſemper Virgo fuerit. 154

Vtrum mater actiue concurrat ad generationem. 158

Num ſit verum quod concurrat actiue. 159

Vtrum Beatiſsimam Virgo cooperata fuerit actiue Spiritui Sancto. 160

Num verum ſit quod fuerit cooperata actiue. 164

Num Beatiſſima Virgo fuerit magis mater quā alia. pag. 167.

Vtrum Beatiſsima Virgo fuerit mater naturaliter vel miraculoſe. 167

Examinatur veritas, & dubitatur an Chriſtus dicendus ſit filius naturalis Virginis. 168

Num Beatiſſima Virgo ex merito de condigno fuerit mater Dei. 171

DIST. V. QVAEST. I.

Vtrum natura diuina aſſumpſerit, vel aſſumere potuerit naturam humanam. 171

QVAESTIO II.

Vtrum perſona creata fuerit aſſumpta, vel potuerit aſſumi. 172

Num aſſumpſerit hominem.

DIST. VI. QVAEST. I.

Vtrum in Chriſto ſit aliud eſſe Verbi ab eſſe creato. 173

Num in Chriſto Domino ſit duplex exiſtere. 177

QVAESTIO II.

Vtrum Chriſtus ſit aliqua duo. 181

Explicatur quæſtio, & eſt Dubiū an Chriſtus ſit aliud

*& alind.* 184
*Num dici poßit quod Chriſtus ſit vnum.* 185

QVAESTIO III.

Quæ illarum opinionum quas recitat Magiſter ſit vera. 185
*Num perſona Chriſti ſit compoſita ex diuinitate, & humanitate.* 186

DIST. VII. QVAEST. I.

Vtrum iſta ſit vera Deus eſt homo. 187
Vtrum iſta Deus eſt homo ſit credita, an naturaliter ſcita. 189
*Num iſta Verbū, eſt homo, ſit mediata an immediata.* pag. 190.
Vtrū iſta Deus eſt homo, ſit prædicatio formalis. 190
*Num iſta Deus eſt homo ſit formalis & propria.* 190
Vtrum homo prædicetur de Deo, vt ſpecies de indiuiduo. 191
Qualis eſt iſta prædicatio Deus eſt homo. pag. 193.
Vtrum iſta Chriſtus eſt homo ſit per ſe. 194

QVAESTIO II.

Vtrū iſta ſit vera Deus factus eſt homo. 195
*Num iſta Deus factus eſt homo ſit omnino propria.* pag. 197.
*Num in incarnatione fuerit aliqua paſſio vel mutatio.* 198
Vtrum iſta ſit vera, homo factus eſt Deus. pag. 198.
*Num prædicta propoſitio ſit vera.* 199
Vtrum iſta homo factus eſt Deus, ſit magis propria, quam iſta Deus factus eſt homo. pag. 200.

QVAESTIO III.

Vtrum Chriſtus prædeſtinatus fuerit filius Dei. 201
*Num natura humana prædeſtinata fuerit ad gloriā.* pag. 202.
*Num Verbum prædeſtinatum fuerit eſſe hominē.* 204
*Num Chriſtus prædeſtinatus fuerit filius Dei.* 205
Vtrum prædeſtinatio Chriſti præexigat neceſſario lapſum naturæ humanæ. 208
*Num in Deo ſint prioritatis inſtantia.* 209
*Num Scotus recte ordinet prædicta ſigna.* 210
*Num ordo naturæ ſit prior ordine gratiæ.*
*Num Chriſtus Dominus ſit primus omnium prædeſtinatorum, in tertio ſigno prædeſtinatus.* 214
*Num eodem ſigno quo fuit prædeſtinatus, fuerit prædinatus hominum redemptor.* 216
*Num ſi Adam non peccaret, ſumeret Chriſtus carnē humanam.* 223
Vtrum prius præuiſa fuerit vnio humanitatis ad Verbum, quām ordo ad gloriam. 227
*Num prius fuerit Chriſtus prædeſtinatus ad gloriam quam ad vnionem.* 227

DIST. VIII.

Vtrum in Chriſto ſint duę filiationes reales. pag. 229.
*Num filiatio ſit propria ſuppoſiti.* 234
*Dubium an eſſentia poßit dici nata de Virgine.* 237
Vtrum filiatio realis ſit eadē ſuo fundamento. 238

DIST. IX.

Vtrum latria ſit reuerentia Deo debita. 240
*Num latria ſit habitus virtutis.* 240
*Num latria Theologica virtus ſit.* 243
*Num latria ſit virtus generalis, vel ſpecialis.* 244
*Num a timore & humilitate diſtinguatur.* 245
*Num latria ſub iuſtitia contineatur.* 245
*Num latria ſit in voluntate.* 246
*Num latria in actu exteriori vel interiori conſiſtat.* pag. 247.
*Num latria habeat actus proprios.* 248
Vtrum de actu latriæ fuerit ſemper præceptum. 248
*Num Deum adorare ſit præceptum.* 248
*Num ſanctificatio Sabbathi ante Moyſem fuerit ſub præcepto.* 250
*Num primum præceptum, non ſolum negatiuum, ſed affirmatiuum ſit.* 250
*Num præceptum latriæ determinetur per ſanctificationem Sabbathi.*
*N[illegible]* pag. 252.
*Num die Sabbathi tenerentur Iudæi habere aliquem actum erga Deum*
*Num dies Sabbathi mutatus fuerit in diem Dominicum.* 254
*Num Dei cultus determinetur in oblatione Euchariſtiæ.* 255
*Num impeditus die Dominico audire miſſam, teneatur referre aliquem actum in Deum.* 256
Vtrum Chriſto debeatur latria ſolum ſecūdum naturam diuinam. 256
*Num latria debeatur Deo ratione dominij, vel diuerſorum attributorum.* 259
*Num ratione redemptionis debeatur Deo maior reuerentia, quam ratione creationis.* 261
*Num homo Deus ſit adorandus latria.* 262
*Num humana natura poßit per ſe, non comprehēdendo Verbum adorari.* 264
Vtrum humanitati Chriſti ratione redemptionis, ſit debita latria, tanquam ratione adorandi. 267
*Num Chriſti humanitas vt cauſa meritoria redemptionis ſit adoranda latria.* 268
*Num ſancti ſint adorādi honore ſacro adorationis dulia.*
*Num homines indignitate conſtituti, ſint honorandi, & adorandi.* 269
*Num Sancti ex habitu religionis ſolum propter Deū adorentur, ſicut adorantur Imagines.* 269

*Num*

Num Beatiſſimæ Virgini latria honor debeatur. 274

Quæſtio de Imaginibus.

Num primus qui fecit Imagines, fuerit Moyſes. 276
Num vſus Imaginum ſit licitus. 277
Num vſus Imaginum Trinitatis, & Angelorum ſit licitus.
Num in lege veteri omne genus Imaginum fuerit prohibitum. 284
Num in lege veteri licitum fuerit adorare Imagines quibus vtebantur. 287
Num Imagines ſint adorandæ. 289
Num Imago ſit adoranda adoratione ſui exemplaris. pag. 293.
Num imagines poſſint adorari latria reſpectiua diſtincta ab adoratione ſui exemplaris. 297
Num crux Chriſti ſit adoranda latria. 301

De Reliquiis Sanctorum.

An ſint adorandæ. 304

DIST. X.

Vtrum Chriſtus ſit filius Dei adoptiuus. 305
Exponitur quid ſit adoptare, & alia parua dubia.
Num homo Chriſtus ſit filius Dei adoptiuus. 309
Dubium an humanitas in abſtracto poſſit dici adoptata. 313
Num ſententia Durãdi & aliorum Catholicorum ſit erronea vel ſolum temeraria. 316
Num Chriſtus dici poſſit filius Trinitatis, & ſui ipſius
Dubium an poſſit dici ſeruus. 320

DIST. XI.

Vtrum Chriſtus ſit creatura. 321
Num de ratione creaturæ ſit quod primũ eſſe eius producatur à primo efficiente. 325
Num Chriſtus ſit creatura. 326

QVAESTIO II.

Vtrũ Chriſtus ſecundũ quod homo ſit creatura. 328

QVAESTIO III.

Vtrum Chriſtus incepit eſſe.
Num Chriſtus incepit eſſe ſit vera. 332

DIST. XII.

Vtrum Chriſtus potuerit peccare. 336
Num Chriſtus ex vnione hypoſtatica ſit impeccabilis. pag. 337.

DIST. XIII.

Vtrũ ſumma gratia ſit creabilis vnica creatione. 341
Num ſit dabilis gratia ſumma, & infinita. 344
Num quantum contingit eſſe in potentia, tantum contingat eſſe in actu. 348
Num anima capacitas, gratia, aut aliquo habitu augeatur. 349
Vtrum ſumma gratia potuerit conferri animæ Chriſti. 350
Num omnis intellectualis natura ſit æqualis capacitatis. 352
Vtrum de potentia Dei ordinata poſſet fieri gratia æqualis gratiæ Chriſti. 354
Num de facto poſſit quis habere tantam gratiam, quantam habuit Chriſtus. 355
Num in Chriſto Domino fuerit gratia capitis.
Num Chriſtus ſit caput hominum, Angelorũ, & omnium creaturarum. 356

QVAESTIO II.

Vtrum de facto fuerit collata animæ Chriſti ſumma gratia. 359
Num in Chriſto Domino fuerit gratia habitualis. 361
Num gratia Chriſti fuerit ad meritũ neceſſaria. 362
Num in Chriſto fuerit ſumma gratia. 364
Num Chriſtus Dominus habuerit iſtam gratiam per propriam diſpoſitionem. 366

QVAESTIO III.

Vtrum poſsibile fuerit voluntatem animæ Chriſti habere ſummam fruitionem poſſibilem. 368
Num anima Chriſti potuerit ſummam fruitionẽ elicere. 369

QVAESTIO IIII.

Vtrũ anima Chriſti potuit ſumme frui Deo ſine ſumma gratia. 372
Num detur lumen gloriæ. 373
Num lumen gloriæ in intellectu, gratia in voluntate neceſſario requiratur. 375

P. Paginam. c. columnam. lin. lineam. l. lege indicat.

*ERRATA SCOTI.*

Pag. 1. col. 2. lin. 36. lege infinitus. p. 3. c. 1. lin. 53. l. mortalis. p. 4. c. 2. lin. 26. l. creaturam. p. 10. c. 1 lin. 62. l. quæſtio. p. 85. c. 1. lin. 11. l. vnie batur. p. 86. c. 2 lin. 14. l. pro opinione. p. 172. c. 2. lin. 8. l. in 2. diſt. q. 1. p. 201. c. 2. lin. 42. l. bonum. p. 238. col. 2. lin. 15. l. eſſet eadem numero ſine habitudine iſta ad matrẽ, & ſine matre vt termino, quia poſſet eadem natura, &c. p. 256. c. 2 lin. 52. l. incontaminabili. p. 306. c. 2 lin. 41. l. antequam. lin. 50. l. habuit. p. 307. c. 1. lin. 37. l. ius. p. 328. c. 2. lin. 54. lege ſed. p. 330. col. 2. lin. 44. l. Adã. ſic.

ERRATA COMMENT.

*pag. 3. col. 1. lin. 53. lege mortalis. pag. 4. col. 2. lin. 26. lege creaturam. pag. 9. lin. 62. lege Quæſtio. pag. 49. col. 2. lin. 35. lege peccati. pag. 84. col. 2. lin. 58. lege frui. pag. 170. col. 2. lin. 45. in aliquibus eſt ſanctificatio, lege ſanctitas. pag. 171. col. 2. lin. 62. lege reuelationes. pag. 259. col. 2. lin. 3. lege formaliter forſam dixi. pag. 303. col. 1. lin. 33. lege habentibus. pag 344. col. 2. lin. 64. lege valere. pag. 347. col. 2. lin. 29. lege enim.*

FINIS.